UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX1757
.P86
1735
c.1

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. P. F. FELICIS

POTESTATIS

EXAMEN

ECCLESIASTICUM,

Cum Novis Additionibus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. P. F. FELICIS

POTESTATIS

PANORMITANI

Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Ministri Provincialis, Lectoris Jubilati, & S. Officii Consultoris, &c.

EXAMEN ECCLESIASTICUM,

IN QUO UNIVERSÆ MATERIÆ MORALES, omnesque fere Casus Conscientiæ excogitabiles, solide ac perspicue resolvuntur:

CUM DENUNCIATIONIBUS AD MONITORIA, atque edicta; necnon Instructione Sacræ Pœnitentiariæ, Propositionibus damnatis, Examine Ordinandorum, & Arte Prædicandi.

OPUS NON TANTUM CONFESSARIIS, AC POENITENTIBUS, verum etiam Prædicatoribus, Ordinandis, Missionariis, cunctisque Ecclesiasticis, summoperè utile, ac necessarium.

EDITIO NOVISSIMA, CUI INTER ALIAS ADDITIONES accessit Appendix Thesium Quæstionariarum.

13932

VENETIIS, MDCCXXXV.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Capil... Biblioteca U...
62053

BX1757
.P86
1735

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS
FONDO BIBLIOTECA U. DEL ESTADO DE NUEVO LEON

AD LECTOREM.

INgemisce pie Lector: non enim siccis oculis hujus voluminis paginas, in quibus ejus Auctoris memoria tibi obvia occurret, transilire valebis: lachrymare quam in tanti viri funere passa est Felix Civitas infelicitatem, ac Trinacria tota jacturam. Felix nomine, Felix moribus, Felix ingenio, in aliorum utilitatem semper scribendo feliciter laboravit; nec unquam labori defuit animus, sed defuit anima, laborum præmium in cœlis (ut pie creditur) acceptura. Quamquam enim Examini Ecclesiastico jamptidem in lucem edito diutiùs elaborasset; cùm tamen adhuc in dies, ille, qui nullum diem sine linea prætermisit, alia, quæ ibi non tetigerat, multa perlegeret, multaque ipsi, successu interjecti temporis, quæ resolutione indigebant, ad aures pervenissent; ne quid amplissimo operis titulo intus deesset, quod dubiam mentem in resolvendo possibiles casus relinquere posset; de explenda omni sua pia curiositate sollicitus, eidem amplificando studiosiùs insudavit, & veluti apis ingeniosa, ex omnibus floribus, quos, nedum in Moralium, verum & Canonistarum spatiosissimis campis, reperire potuit, ut pro viribus, brevitati simul, ac utilitati studiosorum consuleret; succum collegit, favumque uberiorem emisit. Hinc idem Examen, jam in duo parva volumina partitum, in unum, sed novis casibus, aliisque diversis materiebus maximè adauctum, necnon sacris Canonibus, principiisque Theologicis pingius refertum, tandem redegit, quo modo nunc tibi denuò prodit in lucem. Opus, si ea omnia, de quibus in ipso agitur, aspicias, breve est, sed minimè abbreviatum; imo copiosiùs, quæ in multiplicatis magnisque tum veterum, tum recentiorum voluminibus conscribuntur, omnia continens; in ipso enim omnes penè excogitabiles casus practicos morales ad quamcunque materiam spectantes, nec nimis arctando, nec nimis relaxando, fideliter ac solidè resolutos invenies: nam haud novitatis, vel vanitatis amator, sed veritatis, paleas excussit, frumentum purum elegit. Igitur grauanter accipe, quod anhelanti animo cupiebas: nec dubites ob funeris eventum, totum esse Auctoris quidquid in opere reperitur; hujus enim operis complementum fuit suæ consummationis initium; & cum finem huic Examini fecisset, laudemque Deo scripsisset, postridie in febrim incidens, ad alterius sæculi Examen se disposuit, ad quod vocabat Divina Majestas. Hinc securiter opus tene, ipsi sedulò incumbe, attentèque perlege, & proculdubio universam Moralem scientiam possidebis. Vale.

INDEX

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX CAPITUM

Primi Tomi de Examine Confessariorum.

Litt. P, paginam, N, numerum marginalem designat.

PARS I.

De regula actuum humanorum.

CAP. I.
De conscientia regula interna actuum humanorum. pag. 9. num. 5.

CAP. II.
De Legibus, & Præceptis in genere. pag. 12. num. 141.

PARS II.

De Decem Præceptis Decalogi.

DE PRIMO PRÆCEPTO.

CAP. I.
De Religione. pag. 17. num. 268.
CAP. II.
De tribus Virtutibus Theologicis, pag. 37. num. 274.
CAP. III.
De Horis Canonicis. pag. 51. num. 422.
CAP. IV.
De Sacrilegio. pag. 61. num. 550.
CAP. V.
De Monialibus. p. 134. num. 1388.
CAP. VI.
De Reliquiis, pag. 165. num. 1719.
CAP. VII.
De Tentatione Dei. pag. 166. num. 1536.

DE II. PRÆCEPTO DECALOGI.

CAP. I.
De Blasphemia. pag. 167. num. 1538.
CAP. II.
De Juramento. pag. 167. num. 1541.
CAP. III.
De Voto. pag. 183. num. 1785.

DE III. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 213.
DE IV. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 214.
DE V. PRÆCEPTO DECALOGI. a 1.
DE VI. IX. ET X. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 223.
DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 239.

CAP. I.
De Justitia & Jure, pag. 239. num. 2188.
CAP. II.
De Contractibus. pag. 245. num. 2316.
CAP. III.
De Furto, pag. 276. num. 2615.
CAP. IV.
De Restitutione. pag. 281.
DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 296.

PARS III.

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO. pag. 297.
DE II. PRÆCEPTO. pag. 299.
DE III. PRÆCEPTO. pag. 310.
DE IV. ET V. PRÆCEPTO. pag. 313.

PARS IV.

DE SACRAMENTIS.

CAP. I.
De Sacramentis in genere. p. 314. n. 2940.
CAP. II.
De Baptismo. pag. 317. num. 2969.
CAP. III.
De confirmatione. pag. 321. num. 3014.
CAP. IV.
De Pœnitentia. pag. 322. num. 3033.
CAP. V.
De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ. p. 344. num. 3239.

CAP. VI.
De Peccatis. pag. 400. num. 3674.
CAP. VII.
De septem vitiis capitalibus. p. 420. n. 3767
CAP. VIII.
De Indulgentiis. pag. 421. n. 3784.
CAP. IX.
De Jubilæo. pag. 439. n. 3824.
CAP. X.
De Bulla Cruciatæ. pag. 430. n. 3836.
CAP. XI.
De Extrema Unctione. p. 430. n. 3907.

DE MATRIMONIO.

CAP. I.
De Sponsalibus. pag. 421. n. 3925.
CAP. II.
De Matrimonio secundùm se. p. 434. n. 3949.
CAP. III.
De consensu conditionato. p. 436. n. 3962.
CAP. IV.
De solemnitatibus Matrimonii. pag. 436. n. 3968.
CAP. V.
De impedimentis Matrimonii, p. 437. n. 3980.
CAP. VI.
De Dispensationibus. p. 457. n. 4178.
CAP. VII.
De Matrimonio invalido revalidando. pag. 464. n. 4245.
CAP. VIII.
De indissolubilitate Matrimonii. pag. 465. n. 4250.
CAP. IX.
De impedimento actus conjugalis ex voto. p. 466. n. 4264.
CAP. X.
De Divortio. p. 467. n. 4273.
CAP. XI.
De debito conjugali. pag. 469. n. 4284.
CAP. XII.
De usu Matrimonii, & aliis obligationibus conjugalibus. p. 470. n. 4306.

PARS V.

DE CENSURIS, & POENIS.

CAP. I.
De censuris. p. 472. n. 4314.
CAP. II.
De pœnis irregularitatis. p. 483. n. 4417.

INDEX CAPITUM

Secundi Tomi de Denunciationibus.

Litt. P, paginam, N, numerum marginalem designat.

PARS I.

De Denunciationibus faciendis ad monitoria Papæ, & Episcoporum.

CAP. I.
De Superioribus, qui possunt monitoria edere. p. 499. n. 1.
CAP. II.
De illis, qui ex vi monitorii denunciare tenentur. p. 502. n. 17.

PARS II.

De Denunciationibus faciendis ad edicta Inquisitorum.

CAP. I.
Affertur edictum universalis Inquisitionis Romanæ. p. 529. n. 226.
CAP. II.
Affertur edictum DD. Inquisitorum Regni Siciliæ. p. 530. n. 227.
CAP. III.
De virtute edicti Inquisitorum. p. 535. n. 239.
CAP. IV.
De Personis, quæ ex vi edicti denunciare tenentur. p. 537. n. 248.
CAP. V.
De Personis, quæ denunciari debent. p. 540. n. 260.
CAP. VI.
De delictis ad sanctum Officium spectantibus. p. 544 n. 287.
CAP. VII.
De libris prohibitis. p. 558. n. 297.
CAP. VIII.
De Excommunicatione Bullæ Cœnæ contra legentes, retinentes, &c. libros hæreticorum. p. 565. n. 353.
CAP. IX.
De legentibus libros hæreticorum. p. 571. n. 402.
CAP. X.
De Retinentibus libros hæreticorum. pag. 573. n. 428.

CAP.

CAP. ...
De Imprimentibus libros hæreticorum . p. 575. n. 448
CAP. XII.
De Defendentibus libros hæreticorum . p. 575. n. 453
CAP. XIII.
De Libris prohibitis comburendis , aut expurgandi . p. 576. n. 463.

PARS III.
De Denunciationibus faciendis pro Confessariis sollicitantibus.
CAP. I.
De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios sollicitantes. p. 578. n. 481.
CAP. II.
De prima clausula.
Omnes & singuli Sacerdotes. p. 579. n. 485.
CAP. III.
De secunda clausula.
Personæ, quacumque ille sint. p. 581. n. 495.
CAP. IV.
De tertia clausula.
Ad inhonesta. p. 581. n. 496.
CAP. V.
De quarta clausula.
Quæ inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda. p. 582. n. 501.
CAP. VI.
De quinta clausula.
In actu Sacramentalis Confessionis, sive vel post immediate. p. 582. n. 502.
CAP. VII.
De sexta clausula.
Seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa confessione non secuta. p. 584. n. 509.
CAP. VIII.
De septima clausula.
Sive extra occasionem confessionis in confessionario. p. 587. n. 522.
CAP. IX.
De octava clausula.
Aut in loco quocumque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, &c. p. 588. n. 526.
CAP. X.
De nona clausula.
Sollicitare, vel provocare tentaverint. p. 591. n. 546.
CAP. XI.
De decima clausula.
Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint. p. 592. n. 550.
CAP. XII.
De undecima clausula.
Mandantes omnibus Confessariis, ut suas pœnitentes moneant de obligatione denunciandi; &c. p. 597. n. 589.
CAP. XIII.
De duodecima clausula.
Quod si hoc officium prætermiserint, &c. p. 605. n. 645.
CAP. XIV.
De qualitate delicti sollicitationis . p. 605. n. 649.

INDEX CAPITUM

Tertii Tomi de Examine Ordinandorum, Prædicatorum, & Missionariorum.

Lit. P, paginam, N, numerum marginalem designat.

PARS I.
EXAMEN ORDINANDORUM.
CAP. I.
De Sacramento Ordinis. p. 607. n. 1.
CAP. II.
De Sactosancto Sacrificio Missæ. p. 624. n. 187.

PARS II.
EXAMEN PRÆDICATORUM.
CAP. I.
De causa efficiente sacræ concionis . pag. 652. n. 384.
CAP. II.
De causa finali. p. 652. n. 386.
CAP. III.
De causa materiali. p. 652. n. 387.
CAP. IV.
De causa formali. p. 658. n. 414.

PARS III.
Examen Missionariorum . p. 664. n. 436.
Appendix Thesium Quæstionariarum . p. 667.

EXA-

EXAMEN CONFESSARIORUM.

Tomus Primus,

Complectens Conscientiam, Leges, Institutionem S. Pœnitentiariæ, Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, Sacramenta, Censuras, Pœnas, in quibus plura de Monialibus; & Propositiones ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatas.

Quæ omnia hic, tanquam totius Operis Speculum ad labes delendas, asservantur: Deinde in propriis locis eruta Tomorum vejeliæ citantur.

Quorum locorum Indicem habes in fine Tomi Tertii.

1. PROPOSITIONES 45. AB ALEX. VII. DAMNATÆ,

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congr. Gen. S. Rom. & Univ. Inq. habita in ædibus Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro divina Prov. Papa VII. &c.

CAnctissimus D.N. audiens, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxatrices, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim novitus prodire: & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus, ac opinandi irrepsit alienus omnino ab [illegible] Patrum doctrina, & quem si pro tutta regula fideles in practicam sequerentur, ingens eruditura esset Christianæ vitæ corruptela: Genus, ne unquam tempore etiam salutari, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, sustam esse definitur, in animarum pernicium distrahi, sed veritas perversis contingeret, idem SS. D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, latamque, per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali solicitudine in rectam semitam revocaret, earundem opinionum examen diuturnum in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Gener. Inquisitoribus commisit. Qui tantum negotium strenue aggressi, eique sedulo incumbentes, & mature discussis atque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum suo suffragio Sanc-

1. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia asserens, Bullam Cœnæ solum prohibere ablutionem hæretis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Trid. in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 19. Junii in Consistorio S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & tolerata est.

C A P. ...
De Imprimentibus libros hæreticorum . p. 575. n. 449
C A P. XII.
De Defendentibus libros hæreticorum . p. 575. n. 453
C A P. XIII.
De Libris prohibitis comburendis , aut expurgandis . p. 576. n. 455.

P A R S III.
De Denunciationibus faciendis pro Confessariis sollicitantibus.
C A P. I.
De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios sollicitantes. p. 578. n. 481.
C A P. II.
De prima clausula.
Omnes & singuli Sacerdotes. p. 579. n. 485.
C A P. III.
De secunda clausula.
Personæ , quacumque illæ sint . p. 581. n. 495.
C A P. IV.
De tertia clausula.
Ad inhonesta. p. 581. n. 496.
C A P. V.
De quarta clausula.
Sive inter se , sive cum aliis quomodolibet perpetranda. p. 582. n. 501.
C A P. VI.
De quinta clausula.
In actu Sacramentalis Confessionis , sive vel post immediate . p. 582. n. 502.
C A P. VII.
De sexta clausula:
Seu occasione , vel prætextu confessionis hujusmodi , etiam ipsa confessione non secuta . p. 584. n. 509.
C A P. VIII.
De septima clausula.
Sive extra occasionem confessionis in confessionario . p. 587. n. 522.
C A P. IX.
De octava clausula.
Aut in loco quocumque , ubi confessiones Sacramentales audiuntur , &c. p. 588. n. 526.
C A P. X.
De nona clausula.
Sollicitare , vel provocare tentaverint. p. 591. n. 546.
C A P. XI.
De decima clausula.
Aut cum eis illicitos , & inhonestos sermones , sive tractatus habuerint . p. 591. n. 550.
C A P. XII.
De undecima clausula.
Mandantes omnibus Confessariis , ut suos pœnitentes moneant de obligatione denunciandi ; &c. p. 597. n. 589.
C A P. XIII.
De duodecima clausula.
Quod si hoc officium prætermiserint , &c. p. 605. n. 645.
C A P. XIV.
De qualitate delicti sollicitationis . p. 605. n. ...

INDEX CAPITUM

Tertii Tomi de Examine Ordinandorum, Prædicatorum, & Missionariorum.

Lit. P , paginam , N , numerum marginalem designat.

P A R S I.
EXAMEN ORDINANDORUM.
C A P. I.
De Sacramento Ordinis. p. 607. n. 1.
C A P. II.
De Sacrosancto Sacrificio Missæ . p. 624. n. 187.
P A R S II.
EXAMEN PRÆDICATORUM.
C A P. I.
De causa efficiente sacræ concionis . pag. 652. n. 384.
C A P. II.
De causa finali . p. 652. n. 386.
C A P. III.
De causa materiali . p. 832. n. 387.
C A P. IV.
De causa formali . p. 658. n. 414.
P A R S ...
Examen Missionariorum . p. 664. n. 436.
Appendix Thesium Quæstionariarum . p. 667.

EXA-

EXAMEN CONFESSARIORUM.

Tomus Primus,

Complectens Conscientiam, Leges, Institutionem S. Pœnitentiariæ, Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, Sacramenta, Censuras, Pœnas, in quibus plura de Monialibus ; & Propositiones ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatas.

Quæ simul hic, tanquam totius Operis Speculum ad labes delendas, asservantur : Deinde an propriis locis eruim Tomorum recte citentur.

Quorum locorum Indicem habes in fine Tomi Tertii.

1. PROPOSITIONES 45. AB ALEX. VII. DAMNATÆ,

... V. die 24. Sept ... 1665.

In Congr. Gen. S. Rom. & Univ. Inq. hab ... Palatio Apost. Monte Quirinali coram SS. D. N. Al...

CAnctissimus D.N. audivit, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxatrices, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas rursum suscitari, partim novitèr prodire : & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus ... opinandi irrepsit aliensi omnino ab ... Patrum doctrina, & quam si pro tuta regula haberi in præsequerentur, ingens eruptura esset Christianæ ... corruptela : omnia, ne nisi unquam tempore etiam salutari, quam suprema veritas Deus, cujus ... permanent . utiliam esse definitum animarum pernicium dilatari, sed veritus pervertis ... agerent, eadem SS. D. N. ... evidentius ab ejusmodi spatiosa, latamque, per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali solicitudine in ... rectam semitam evocaret, eorundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris & deinde Eminentiss. & ... libus contra hæreticam pravitatem Gener. Inquis. ferio commissis : Qui tantum negotium strenue ... sen ... sit usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum suo suffragio Sanctitatis Suæ significatum exposuerunt .

1. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium .

2 Vir equestris ad duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat .

3 Sententia asserens, Bullam Cœnæ solum prohibere ablolutionem hæretis , & aliorum criminum, quando publica sunt , & id non derogare facultati Trid. in qua de occultis criminibus sermo est , anno 1629. 12. Junii in Consistorio S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & tolerata est .

4 Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscunque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

5 Quamvis evidenter tibi constet Pœnitentem esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6 Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam potius legendam, in qua ad Venerem incitat, non ceuletur solicitasse in Confessione; ac proinde non est denunciandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ talis actionis est: Si solicitatus confiteatur eum solicitasse, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

8 Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem etiam perexiguam fructus ipsius celebrandi: cæteroquin tenetur ipsi Decretum Urbani VIII.

9 Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10 Non est contra justitiam, pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre: neque etiam est contra fidelitatem; etsi promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

11 Peccata in Confessione commissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

12 Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.

14 Qui facit Confessionem voluntarie nullam, fat sfacit præcepto Ecclesiæ.

15 Pœnitens propria auctoritate subsiguere his aliam potest, qui locum plus pœnitentiam adimpleat.

16 Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem, gravia crimina de se vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publice, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18 Et interficere falsum accusatorem, falsos Testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19 Non peccat maritus occidere propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.

20 Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pœna.

21 Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, & Officium per alium regnet.

22 Non est contra justitiam, Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica, percipit, irrenienter, non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta; quia non vult se subjicere præcepto.

24 Molities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ; ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27 Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio certer probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura & studium intenditur, interea idem Sanctiss. ta mature considerata statuit, & decrevit, prædictas Propositiones, ex unanimanque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, ita eas damnat, ac prohibet: hac ea quicunque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipse facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Rom. Pontif. absolvi.

Insuper districte vivitur sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Jo. Lupus S. Rom. & Universæ Inq. Notar. &c.

Loco ✠ Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 1. Octobris 1665.

Feria V. die 18. Martii 1666.

In Congr. Gener. S. Rom. & Univ. Inq. habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Prov. Papa VII. &c.

Sanctissimus D. N. post latum Decretum die 24. Septemb. præsentis elapsi, quo quinque ex his Propositionibus damnatæ fuerant; examinatis fusius & accurate, ipsius ad hunc diem instaurationis actis, quadruplicique summorum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales, adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audiens.

Propositio 29. In die jejunii, qui sapius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in sue comederit, non frangit jejunium.

30 Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii: nec debent se certificare, an labor sit comparibilis cum jejunio.

31 Excusantur absolute à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utrumque stes agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

32 Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova & lacticinia in Quadragesima obliget.

33 Restitutio frustuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque elecmosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34 In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

35 Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36 Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum.

37 Quæ quinque concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie fuerit revalidata.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti Incontinenti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

39 Probabile opinio, quæ docet, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & similem, cæ occasionem oritur, & inde periculo consensus in pollutionem, & polutionis.

40 Non est obligandus concubinarius ad efficiendam concubinam, si hæc omnis utilis esset ad abstinendum concubinarii, nu go regalo, dum debet certe illam, nimis aggravet vitam, & alias spes certa in gna concubinarium abstineret, & alia fœmina nimis difficile inveniretur.

41 Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendum tortem citra ad certum tempus.

42 Annuum legatum pro bono relictum, non debet plus, quam per decem annos.

43 Quoad finem excludentiæ, seu correctionis, ejusque continuacia cessante, cessant censuræ.

44 Libri prohibiti, donec expurgentur, penitus retineri, usque dum adhibita diligentia certe ganeur.

Quibus mature pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicunque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipse facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districte vivitur sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissimæ notæ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Jo. Lupus S. Rom. & Universæ Inq. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 23. Martii 1666.

PRO-

alia ab Alex. 7 damn: Regulares ord. Mend. semel approbat. una Episcopo ad audiend. confessiones sua Diœcesis haberi non approbat. in Diœcesibus, nec nova indigent approbatione.

PROPOSITIONES 65. AB INNOC XI. DAMNATÆ.

Feria V. die 2. Martii 1679.

In Gener. Congr. S. Rom. & Universæ Inq. habita in Palatio Apost. Vaticano coram SS. D. N. Innoc. Divina Prov. Papa XI. &c.

SAnctissimus D.N. Innocentius Papa XI. prædictus ovium sibi à Deo creditarum salutis sedulæ incumbens, & summopere optans in segregandis noxiis doctrinam pariter ab innoxiis à sel. rec. Alex. VII. prædecessore suo inchoatam prosequi volens, plurimas propositiones, passim ex diversis, vel libris, vel thesibus, seu scriptis excerptas, partim notare admiserat, Theologorum plurium examini, & deinde Eminentiss. & Reverendiss. Dominis Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, subjecit. Quibus propositionibus sedulo, & accurate super ipsis discussis, secundum Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem Suam auditis. Idem Sanctissimus D.N. se postea mature examinaturum, statuit, & decrevit pro nunc sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacunque parte exhibitas, vel exhibendas nullatenus approbare.

1 Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.

3 Generatim, dum probabilitas, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitas finibus non exeatur, consuli aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4 Ab infidelitate excusabitur Infidelis, non credens ductus opinione minus probabili.

5 Ar peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinquennii per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7 Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

8 Contendere, & habere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licite potest appetitus naturalis his actibus frui.

9 Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12 Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum fastu. Peccat vir aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo status.

13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus cruciari, & de illius morte naturali gaudere, illam efficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

15 Licitum est filio gaudere de parricidio patentis, a se in obsequia perpetuata, propter ingentes divitias inde en hæreditate consecutas.

16 Fides non censetur habere sub se præceptum speciale, & secundum se.

17 Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confitetur, ut Deo, & fidei gloriosum, confulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, cum habebat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & uti is ad salutem, stat cum notitia solum probabili revelationis; imo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22 Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris.

23 Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo, ad justificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

26 Si quis, vel solus, vel coram aliis, sine interitu famæ, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocunque alio fine jocari, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam vitam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum; revera non mentitur, nec est perjurus.

27 Causa justa utendi his omnibus philologi est, quæcunque sæcularium, aut unius est ad salutem conducis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & prudens.

28 Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, potest, ac tenetur cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem ex gentis, quæ non tenetur fateri cr men occultum.

29 Urgens metus gravis est causa justa Sacramentum administrationem simulandi.

30 Fas est vitæ honorato occidere invasorem, qui vitam calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit, idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fustem percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32 Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus; sed etiam ad quæ jus nobis natum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est tam hæredi, quam legatario contra jejunio impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habenti in Cathedram, vel Prædendum, contra eorum possessionem injuste impedientem.

[illegible] nem lectus, ne puella deprehensa gravida ecridatur, aut infametur.

35 Videtur probabile, omnem fœtum, quandiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur, ac consequenter tunc tantum erit in nulla abortu homicidium commissum.

[illegible] extreme necessitate, sed etiam in gravi.

37 Famuli, & familiæ domesticæ possunt occulta domini sui furta, damna, & injurias occulte ejusdem domini, quam maxime juxta sui [illegible] recipere.

38 Nec restitui quis sub pœna peccati mortalis tenetur, quod ablatum est per

pauca furta, quantumcunque sit magna summa totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem ullius damni illati.

40 Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovendizionis gravi inito, cum intentione lucri.

41 Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & ex titulo ab ipsa excusari.

42 Usura non est, dum intra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum.

43 Quod omnino veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam, sibi necnam, falso crimine elidere.

44 Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alteri, ut suam justitiam, & hæreditem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro spirituali, non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut secreta.

46 Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, imo etiam si sit finis primus rei spiritualis, sic ut illud plures æstimetur, quam res spiritualis.

47 Cum dixit Concilium Tridentinum: *Eos alienos peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos dignioresc, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesiæ præmium;* Concilium, vel primo videtur per hoc dignitatis exigendorum, tum per comparativo pro positivo, vel secundo locutione minus propria pauci dignitores, ut excludat indignos, non vero dignos, sed tandem loquitur tertio, quando sit concursus.

48 Tam etiam videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium ejus rationi dictamini videatur.

49 Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, lapse esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cum conjugata, consentiente

marito, non est adulterium; ideoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus, qui submissis humeris scientèr adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit, deserendo fenestram, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, vel coram oculis aspiciatur, & domo expellatur.

52 Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si abest contemptus.

53 Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor simul à diversis Celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.

55 Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57 Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam.

58 Non tenentur Confessarii interrogarti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59 Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis ver. gr. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, cui emendationis spes nulla apparet, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimo directè, & ex proposito quærit, aut etiam se ingerit.

62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit.

63 Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali, nostro, vel proximi.

64 Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & erroribus per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.

65 Sufficit illa Mysteria semel credidisse. Quicunque autem cujuslibet conditionis, status, dignitatis, ordinis, vel illorum aliquem comunicârit, vel divisim defenderit, vel audierit, vel de eis disputaverit, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipsa facto incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscunque conditionis, dignitatis, & status, etiam specialis, & specialissimæ notæ dignis, ne prædictas innovationes, aut aliquam ipsarum ad praxim deducat.

Tandem, ut ab injuriosis contentionibus Doctorum, seu Scholasticorum, aut aliis quicunque impositorum se abstineant. Et ne pari, & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut eam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in Thesibus. Disputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, negnan à quibuscunque contrariis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognitæ super iisdem propositionibus judicium proferatur.

Franciscus Ricardus S. Rom. & Universæ Inq. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 4. Martii 1679.

3. PROPOSITIONES DUÆ DE PECCATO PHILOSOPHICO AB ALEX. VIII. DAMNATÆ.

Feria V. die 24. Augusti 1690.

In Congreg. Gen. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palat. Apost. Monit. Quinialis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VIII. &c.

SAnctissimus D.N Alexander Papa VIII. non sine magno animi sui mœrore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam demum, & in majorem fidelium perniciem fusertam, alteram de novo erumpere: Ea cum sui Pastoralis Officii munus sit Oves sibi creditas à noxiis pascuis avertere, & ad frugifera semper dirigere, declarum Thesium, seu Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Cardin. contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, sedulo commisit, qui plures re mature discussa in scriptis Theses, seu Propositiones suas quasque ipsarum fuis suffragiis Sanctitati Suæ fecillatim exposuerunt.

1 Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ut actus moralis tendat in finem ultimum intergreativè. Hinc homo non tenetur amare, neque in principio neque in decursu vitæ suæ mortalis.

2 Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali & rectæ rationi: Theologicum vero & mortale sophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, ve. ignorat, vel de Deo non cogitat, est grave peccatum; sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plenè, & matura consultatis, primam Thesim, seu Propositionem declaravit hæreticam, & ab talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub censuris, & pœnis contra Hæreticos. Et eisdem tenoribus in ipsa expressis. Secundam Thesim, seu Propositionem declaravit scandalosam temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & ab talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, statuit quicunque illam docuerit, defenderit, edixerit, aut de ea etiam disputative publice, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipsa facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque conditionis, Dignitatis, ac Status, etiam specialis & specialissimæ notæ dignis ne prædictam Thesim, seu Propositionem ad praxim deducant.

Loco ✠ Sigilli.

Alexander Spetonus S. Rom. & Universæ Inquis. Notar.

Præmissum Decretum fuit publicatum 24. Augusti 1690.

4. PROPOSITIONES 31 AB ALEX. VIII. DAMNATÆ.

Feria V. Die 7. Decembris 1690.

In Congr. Gen. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apost. Mon. Quirinalis coram SS. D.N. Alexandro Divina Provid. Papa VIII. &c.

SAnctissimus D.N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. præsidibus, pro Pastorali cura Ovium à Christo Domino sibi commissa, de earum salute solicitus, ut insidiosis gressibus pravitatis semina possit incedere, & tam pestilentium pravitis doctrinis exhibita cavere, unus supra triginta Propositionum examen plurimis in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis Re-

verendis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus commisit, qui tantum negotium diligenter aggressi, atque sedulo, ac pluries incumbentes, suo cuique ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ [illegible] detulerunt.

1 In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale & demeritum sufficit illa libertas [illegible] voluntarium, ac liberatum in causa sua peccato originali, & liberiate Adami percantis.

2 Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.

3 Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabiliorem.

4 Dedit semetipsum pro vobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5 Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis, nullum omnino accipiunt à Jesu Christo influxum: adeoque hinc rectè inferes in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6 Gratia sufficiens illatui nostro, non tam utilis, quam perniciosa est, sic ut proinde merito possimus petere: *A gratia sufficienti libera nos Domine.*

7 Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, charitas Patris est: si Mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala est.

8 Necesse est infidelem in omni opere peccare.

9 Revera peccat qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine illius ad Deum offensæ respectu.

10 Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut celestium obtinendi gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11 Omne, quod non est ex Fide Christiana [illegible], quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12 Quando [illegible] deficit videntur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13 Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Dei famulatur, charitate ei careat, vitio non caret, quoties in tuto licet beatitudinis operatur.

14 Timor gehennæ non est supernaturalis.

15 Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, sine dilectione bene-

tæ Dei propter se non est bonus motus, ac supernaturalis.

26 Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscripta naturæ rei in ipsum quodammodo dictantis.

27 Per illam præsumi non absolvendi, ordo Pœnitentiæ est invertus.

28 Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

29 Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

30 Confessiones apud Reiig ofes factæ, plerasque vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

31 Parochianus potest suspicari de Meridionalibus, qui eleemosynas eorum unibus vicinis, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subditi temporalis.

32 Sacrilegi sunt judicandi, qui ius ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

33 Similiter arcendi sunt à Sacra Communione, quibus nondum cognitum est amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

34 Oblatio in Templo, quæ fiebat à Beata M. V. in die Purificationis suæ per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indigueris purificatione, & quod filius, qui offerebatur, etiam macula matris macularetur, secundum verba legis.

35 Dei Patris sedentis Simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

36 Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ, vana est.

37 Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: *In nomine Patris &c.* prætermissis illis: *Ego te baptizo.*

38 Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, sermonemque baptizandi observat, intus vero in corde seu apud se resolvit: *Non intendo facere, quod facit Ecclesia.*

39 Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in fidei quæstionibus decernendis infallibilitate.

40 Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare suncatam, illam absolute potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

41 Bulla Urbani VIII. *in eminenti*, est subreptitia.

Quibus mature consideratis, Idem Sanctissimus statuit, & decrevit, 41 suprascriptas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, impiasas, Hæresi proximas, Hæresim sapientes, erroneas, schismaticas, & hæreticas respective, esse damnandas, & prohibendas sicut eas damnat, & prohibet, ita ut quicunque illas aut earum aliquam, aut divisim docuerit, defenderit, aduerit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipsofacto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districte in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscunque conditionis, dignitatis, & status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Nun intendit tamen Sanctitas Sua per hoc decretum alias Propositiones in majori numero ultra supradictas 31. jam exhibitas, & in hac Decreta non expressas, approbare.

Alexander Sperenus S. Rom. & Universi. Inquis. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 20. Decembris 1650.

PARS

PARS PRIMA.

De Regula actuum humanorum.

CAPUT I.

Regula interna actuum humanorum.

1 CONscientia est *dictamen, seu judicium rationis, quo quis judicat aliquid hic & nunc esse faciendum, vel illicitum, ac proinde hic & nunc agendum, vel omittendum, ex præcepto, vel consilio.* A Synderesi differt: cum Synderesis judicat de principiis moralibus universalibus, conscientia vero de conclusionibus particularibus ex illis deductis.

Inter actus enim nostræ practicos actiones nostras in genere moris dirigit per hunc, & similem syllogismum, v.g. *Tempore Quadragesimæ, qui est sub talibus circumstantiis, ut habeas necessitatem carnis, non tenetur abstinere à carnibus; sed hodie, qui est tempus Quadragesimæ, ego sum sub talibus circumstantiis, puta indispositionibus, &c. ut habeam necessitatem carnis: ergo non teneor hodie abstinere à carnibus:* in quo, & simili syllogismo, majorem universalem format Synderesis, seu ethica; minorem vero particularem, & conclusionem efformat conscientia, seu prudentia: in qua minori efformanda, nempe quod hic & nunc habeam necessitatem carnis, diversa, imo major difficultas habetur, ita ut sæpe viri doctissimi, qui facilius judicant de majori, reflexant se determinate ad minorem, quia pendet ex variis circumstantiis, & circumstantiis particularibus, quæ haud ita facilitter discernuntur ab omnibus.

2 Exempli gr. quod quamvis in universali judices esse in Quadragesimo jejunandum, si tamen in particulari judices hic, & nunc, sub talibus circumstantiis, non esse à te jejunandum; non jejunando, non peccas, quæ licet agas contra prius judicium, non agis contra posterius, in quo proprie conscientia consistit.

3 Conscientia igitur est intrinseca, & proxima regula, juxta quam finis actiones homo dirigere tenetur, à qua proxime derivatur in actum moralitas, bonitas nempe, aut malitia; lex vero externa est regula remota, quarum est radix, unde oritur bonitas, aut malitia objectiva: quia tamen non transgreditur in actum bonitatem, aut malitiam, nisi ut est in conscientia, & ab ea proponitur voluntati, ideo conscientia est regula proxima, cui actus conformentur, sunt boni; si difformentur, mali.

Hinc non raro contingit, ut actus sit bonus & objectum in se malum, & è converso; unde hujus ex invincibili ignorantia judicaret, licitum esse furtum ad faciendam eleemosynam pauperi graviter indigenti, forsando non peccaret, quamvis ejus objectum in se sit malum: quia actus non specificatur ab objecto, ut est in se, sed ut à conscientia dictamine voluntati proponitur.

Conscientia dividitur in rectam, erroneam, dubiam, probabilem, & scrupulosam.

CONSCIENTIA RECTA.

SEu certa, *est quæ judicat objectum esse bonestum, vel saltem, præceptum, vel probabilitum, sicut revera est absque formidine de opposito:* ut cum judicas, ex nulla causa licitum esse mendacium.

CONSCIENTIA ERRONEA

9 EST, *quæ ex principiis certo falso falsum conscientiam conducit: seu, quæ dictat aliquid esse faciendum, vel non faciendum, quod revera non est tale, absque motivo probabilitatis:* ut cum quis judicat licitum esse mentiri ad reparandum damnum alterius, & inde concludit, hic & nunc sibi licere mentiri ad reparandum damnum sui filii.

10 Conscientia erronea ex ignorantia invincibili obligat ad actum dictatum, non obstante, quod objectum sit revera malum; unde excusat à peccato, immo peccat, si erret per conscientiam, quia ex n. 7. conscientia est regula proxima, secundum quam actus nostri regulari debent, ficque conformati, ut sint boni; unde quod est contra conscientiam, peccatum est, juxta illud Apostoli ad Rom. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Hinc conscientia erronea dicitur regula, non simpliciter, sed secundum quid, nempe in ordine ad nos.

11 Qui peccat ex conscientia erronea, peccat peccato ejusdem speciei, & qualitatis, quam intellectus judicat; quia objectum specificat actum, prout hic & nunc ab intellectu proponitur. Unde, qui habet erroneam conscientiam, putans, eam conjugatam, adulterum committit.

12 Et licet sufficiat in confessione dicere:

Addi-

Adulterium commisi, absque eo quod exprimat id fuisse ex errore, consultius est, si aperiat.

13 Conscientia erronea ex ignorantia vincibili non obligat voluntatem, nec ad operandum, nec ad non operandum, sed ad errorem deponendum, ita ut sive juxta eam, sive contra eam agas, peccas; gravius tamen, si contra; quia quando ante consensum tibi occurrit expressa dubietas, vel prudens suspicio erroris, cum possis libere vincere errorem, illumque deponere, vel attentius rem considerando, vel consilium quærendo a viro pruden docto (ut suponitur) si non deponas, te exponis periculo peccandi; & inde peccas; tam si juxta, quam si contra conscientiam agas. De ignorantia satis dictum est in *tom. 2. p. 568. n. 375.*

14 Diligentia ad ignorantiam vincendam, & ad notitias obligationes investigandas, non debet esse omnis possibilis, quia hic totam Civitatem quis circuire deberet; quod est valde durum humanæ conditioni; sed facienda est more humano, & remittenda judicio prudentis hic & nunc, & juxta qualitatem materiæ major enim diligentia est adhibenda in rebus, quæ sunt juris naturalis, quam positivi; major, ubi adest damnum tertii, quam ubi non adest; major, dum de vita, quam dum de bonis agitur. Et universaliter ad illam diligentiam tenemur, quæ sufficit ad formandum judicium probabile de re, quam inquirimus, juxta dicenda de conscientia probabili à *n. 60.*

15 Hinc, si dubitas, an hodie sit jejunandum, non teneris adire Episcopum, ut Parochum; sed sufficit, si interroges Concionatorem, aut virum probum, qui prudenter existimetur, quod sciat. Si dubitas, an hoc sit peccatum, requiritur, quod interroges virum doctum in morali versatum. Si dubium sit in fide, requiritur, quod consulas virum doctum, & in Theologia peritum, aut Parochum.

16 Quod si hic & nunc reperiat s sub talibus circumstantiis, ut immineat executio, aut omissio operis, quam confcientia dictat & tu non possis conscientiam deponere, in quantum non adest, quem consulas: tunc ignorantia redditur invincibilis, quoniam hic, & nunc eam superare non vales. Unde talem conscientiam sequi teneris; & non peccas, quia eli conscientia invincibiliter erronea. Et ex D. August. *lib. 3. de lib. arbit. cap. 19. Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras; sed quod negligis quærere, quod ignoras. n. n. 2*

CONSCIENTIA DUBIA.

17 Sed dubium *est suspensio intellectus circa utramque partem contradictionis*; & tunc habetur, quando intellectus pendet in æquilibrio, in neutram partem potius inclinans, saltem notabiliter, etiam si aliqualiter leviter conjecturet sine probabili ratione de altera earum.

18 Ab opinione differt, quia dubitans ad neutram partem se determinat, sed anceps manet, & suspensus; opinans vero determinate uni parti assentitur.

19 Dubium est duplex, negativum & positivum. Negativum, *est suspensio intellectus in defectu motivi, & rationis, circa utramque partem contradictionis*. Sic rudicus dubitat, an hodie debeat jejunare, ex sola ignorantia, qua nescit, an sit, vel non sit præceptum. Positivum, *est, cum intellectus considerans rationibus, & motivis, sive levibus, sive probabilibus, pro utraque parte contradictionis, manet in æquilibrio, & suspensus ad neutram partem se determinat.*

20 Ex quo tria colliges, 1. quod si rationes leves sint pro utraque parte contradictionis, dubium est positivum: quia ex motivis positivis. Imo rationes leves sortius causant dubium, quam probabiles. Si vero ratio levis sit pro una solum parte, dubium est negativum, & ratio est contemnenda pro ea parte pro qua est, quia dubium debet esse prudens.

21 Secundum, quod dubium ab opinione differt, non quia opinio habet rationes probabiles pro utraque parte, sed quia est judicium, & assensus determinatus ad alteram partem, licet cum formidine de opposita: dubium vero dicit suspensionem assensus, & judicii determinati ad alteram partem, nam sæpe, licet sint rationes probabiles pro utraque parte, intellectus inexpertus nescit prudenter se determinare ad alterum partem, sed manet dubius, & suspensus, hinc fiat dubium cum motivis probabilibus pro utraque parte, quæ in intellectu experti & prudentis sufficerent ad formandum judicium determinatum opinativum, seu probabile.

22 Tertium, quod ad dubium tria requiruntur, 1. suspensio judicii in utranque partem, 2. cogitatio de utraque parte contradictionis, 3. quod suspensio sit ex defectu motivi actu determinantis ad alteram partem. Hinc, si quis non cogit de utraque parte contradictionis, tunc non erit dubium, sed distractio, aut oblivio, de qua non curamus.

23 Item dubium est duplex, juris, & facti. Dubium Juris est dubium de lege, seu obligatione: ut cum dubitas, an hodie urgeat præceptum audiendi sacrum, vel non. Dubium facti, cum dubitas, an aliquod opus sit factum, vel omissum; ut cum dubitas, an confessus si peccatum, quod commisit, vel non: An horas recitaveris, vel non.

24 Denique dubium, aliud est speculativum, aliud practicum: speculativum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate objecti, seu actus in genere; ut cum dubitas, an hodie sit præceptum audiendi sacrum: An res, quam possides, sit tua, &c. Practicum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate actionis hic & nunc exercenda; ut cum dubitas, an hodie excuseris ab auditione sacri: An hic, & nunc teneatis rem restituere.

25 Qui operatur cum conscientia speculative dubia, non peccat, si practice judicet opus illud esse hic & nunc sibi licitum: quia conscientia practica est regula proxima: *v. num. 5.*

26 Qui vero operatur cum conscientia practice dubia, peccat peccato ejusdem qualitatis, & specie cum eo, de quo dubitat; quia se exponit periculo peccandi eo peccato, cum non habeat judicium determinatum de honestate sui actus: *v. n. 13.*

27 Hinc debet suam actionem suspendere, donec re matura, sed humano more examinata dubium prudenter deponat, formando judicium determinatum de honestate actionis: *v. n. 77. 14. & 15.*

28 Dubium autem deponi debet prudenter, & rationabiliter, & non sufficit, si leviter ex lolo voluntatis imperio: unde motivum esset debet rationabile, & prudens, sufficiens ad formandum judicium prudens.

29 Hic valde juvat attendere ad regulas juris communis, præsertim ad duas: *In dubiis tutior pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis.* Quæ regulæ non sunt oppositæ, nam in superventu dubium, an res, quam bona fide possides, sit alterius, tunc, si facta diligentia non certe tibi constet esse alterius, sed adhuc maneas dubius, tutius est, ut teneas partem, quæ possessioni favet: juxta aliam regulam: *Tene certum, & omitte incertum.* Et in dubiis ben gnorem partem sequi non est magnus justitiæ, quam tutius.

30 Si facta diligentia invenias motivum, quo dignoscas, alteram partem esse vere probabilem, tunc potes illam eligere, juxta dicenda de conscientia probabili: quia tunc conscientia dubia transit in probabilem.

31 Si facta diligentia adhuc maneas dubius, tunc debes operationem suspendere, usque quo ulteriori diligentia adhibita, rationabiliter dubium deponas.

32 Quod si necessitio operari debeas, nunc debes eligere partem tutiorem, nempe id in quo non est periculum peccandi, aut id, quod est minus malum; nam *ex cap. duo mala, & c. Nerve, dist. 4. de duobus malis minus est eligendum:* de quo tutius infra: tunc inquam non eligis illud ad malum, sed ut bonum, quia hic, & nunc in tali casu nihil facere potes, quod melius sit. Denique si utrumque appareat æquale, tunc potes eligere, quod vis, quia tunc ignorantia est invincibilis. Quod est verum, etiam si in tales angustias constitutus reperiaris ex tua præterita negligentia culpabilis; tunc namque sufficit, quod de præterita negligentia doleas.

33 Exemplum. Si die festo tu assistens infirmo perciclitanti, dubites, aut ex conscientia erronea putes esse æquale peccatum deserre infirmum, & omittere sacrum, & diligentiam adhibere non valeas, quatenus peritum promptum non habeas, quem consulas; tunc potes sine peccato, quam partem magis eligere; quia in tali casu ignorantia est invincibilis, operatio imminet, & non vales utrumque præceptum exequi; Charitatis, & Religionis.

34 Cæterum regulæ *num. 29.* relatæ, sunt fere insufficientes ad rationabiliter deponendum dubium, quando propria materiæ motiva non suppetunt, unde breviter expenduntur.

In dubiis tutior pars est eligenda.

35 Hæc regula non semper habet vim præcepti, sed sæpe vim consilii.

36 Tenemur ex præcepto partem tutiorem eligere in dubiis, sive facti, sive juris, quoad valorem Sacramentorum. Item quando aliter immineret proximo periculum gravis damni, seu quando non licet sequi opinionem probabilem, relicta tutiori, ut infra.

37 In aliis vero materiis non est cum tanto rigore discurrendum, non tenemur inquam eligere partem tutiorem, nisi lex aliqua præcipiat, ut pars tutior eligatur; quod maxime est verum, si ex parte tutioris grave al quod incommodum sequeretur. Ratio est, quia in aliis materiis non habetur periculum, quod in prioribus casibus, quale est periculum invaliditatis Sacramenti, aut damni gravis proximi.

38 Exempla. Si dubium sit, an infans fuerit baptizatus: An sub legitima forma, & intentione, debet iterum sub conditione baptizari. Sic medicus tenetur tutius medicamentum eligere, si possibilitas adest.

39 In dubio, an sis illegitimus, aut irregularis, non teneris sequi partem rigidiorem, & tutiorem, quod instatis; quia melior est conditio possidentis; & in dubiis favendum

est

est Reo, nam Reo sufficit obligationem negare, quam Actor teneatur probare. Quo non obstante, *ex cap. Ad audientiam, & cap. Significasti*, determinatur, quando dubium homicidii censeri debeat quis irregularis, & quod teneatur se abstinere à ministerio Altaris; ubi lex potius attendit ad reverentiam Altaris, quam ad commodum privatæ personæ. Eam tamen non velit beneficiis Ecclesiasticis spoliari, quia non valet ob solum dubium tam notabile detrimentum inferre.

In dubiis melior est conditio possidentis.

40 Quæ regula universaliter locum habet nedum in materia justitiæ, verum etiam in materiis aliarum virtutum, velut, legis, &c. quia universaliter jus actuale certum unius, quod in actuali possessore supponitur, non debet vinci per ejus dubium alterius. Hinc qui bona fide possidet quum, non tenetur eum restituere per dubium superveniens, quod sit Petri.

41 Item locum habet nedum de possessione rei, aut juris, seu legis, sed etiam libertatis; ita ut, si facta diligentia, adhuc dubium perseveret, licitum est dubitanti suæ libertati favere, & partem, quam vult, sequi, ut à *n.* 29. quia libertas est maximum bonum naturale à Deo collatum homini, qua voluntas dicitur potentiatum animæ Regina, & de qua Poeta cecinit: *Non bene pro toto libertas venditur auro*. Unde nemo est spoliandus libertate ob obligationem dubiam.

42 Libertas autem cedit legi, ita ut si possessio stet pro lege, spoletur homo possessione suæ libertatis; quia nostra libertas non est à lege oriunda, sed subdita Deo, & inde potestati, juxta illud Pauli *ad Rom.* 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo: &c. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.*

43 Exempla. In dubio, an lex adsit, aut præceptum, manet in spoliatione libertas: quia nemo spoliari potest jure, quod certo polidet, per obligationem dubiam, aut impedimentum dubium.

44 Hinc cum, qui dubius de media nocte comedit, & qui mane incipit dubitare, an comederit, aut biberit post mediam noctem, posse mane communicare, docent Diana, Bardi, Verricelli, & alii Doctores gravissimi. Et similiter cum, qui nocte Jovis dubitat, an sit media nox, posse carnibus vesci: *v. ver.* Jejunium.

45 In quo tamen ne ego puto, ut sic dubitans, ob Sacramenti reverentiam, mane à communione le abstineat, nisi adsit necessitas, aut urgens causa communicandi.

46 Certus de lege, dubius tamen, an casus particularis sit sub ea comprehensus, non ligatur lege, sed stat in possessione libertatis; quia pro tali casu in particulari non constat de lege. Unde licet certus de præcepto, quod hodie sit dies festus, & teneatis ab operibus servilibus abstinere; dubitans tamen, an pingere, aut typos componere, sit opus servile, non obligaris ab illo abstinere. Semper tamen recurrunt dicta de diligentia præmittenda, ex *n.* 12. *ad* 16.

47 E contra, si constat de lege, sed dubitas, an ei satisfeceris, satisfacere teneris: quia possessio stat pro lege, cui quidem cedit libertas. Hinc dubitans, an horas persolverit, tenetur illas persolvere.

48 Dubius de legis justitia, obedire tenetur, quia Superior est in possessione juris præcipiendi, quo spoliari non potest per purum dubium subditi.

49 Certus de lege, dubius, an sit acceptata, ut postea abrogata, lege ligatur; quia possessio stat pro lege, quæ est prior dubio. Quamplures autem tenent, dubium, an lex sit acceptata, non ligari lege; quia cum lex saltem civilis sine acceptatione sit invalida, dubium, an lex sit acceptata, par est, ac dubium, an lex adsit, de quo *n.* 199. unde possessionem stare dicunt pro libertate.

CONSCIENTIA PROBABILIS

50 *Est judicium gravi ratione, vel auctoritate fundatum.*

51 Dicitur probabilis extrinsece per auctoritatem; intrinsece per rationes ab auctoritate distinctas.

52 Differt à conscientia dubia; quia in dubio motiva relinquunt intellectum suspensum, in opinione per se sufficiunt ad determinandum intellectum prudenter ad alteram partem. Quæ differentia non semper provenit ex parte motivorum, sed etiam sæpe ex parte solius intellectus, virtutem motivorum penetrare nescientis.

53 Item opinio alia est vere probabilis, quæ scilicet gravi nititur fundamento: alia est tantum probabilis, quæ scilicet est leviter, aut dubie probabilis, in quantum levi nititur fundamento; unde improprie dicitur probabilis, non vere; quia cum sit levi munita fundamento, non est sufficiens ad formandum judicium prudens, quod secundum eam liceat hic & nunc operari. Talis 1. est opinio, quam unus, vel alter docet, & non habet rationem intrinsecam; vel li habet, non est firma, sed levis. 2. Si unus, vel alter eam docent, quamplures autem Doctores classici eam negant totam aut non audiendam asserant.

3. Si per transitum unus, vel alter eam allegat, sine sufficienti examine, præsertim si lius, qui ex professo de ea agit, firma ratione oppositum teneat. In his namque, & similibus casibus, cum talis opinio sit levis probabilis, & ad summum dubiæ probabilitatis, non licet ei prudenter adhærere: sed eligendi est pars tutior, juxta regulam dubii: *vid. prop* 3. ab Innoc. XI. *damn. p.* 4.

54 Unus autem auctor potest facere opinionem vere probabilem, si plures classicos Doctores pro ea citet, & sit fidus in citando: hac ratione, qui libros non habet, recte agit, dum acquiescit consilio alicujus viri docti, in morali perciti, asserentis talem opinionem esse probabilem.

55 Item potest contingere casus, ut opinio unius Doctoris sit vere probabilis, etiam si quamplures Doctores contrarium teneant; si Auctor ille non sit novitatis amicus, sed veritati studeat, & valde peritus; quod ex aliis ejusdem doctrinis colligi potest: & si rationes ita firmas afferat, quæ faciliter aliorum rationes infringant: ratio enim est anima legis.

56 Demum idem est, si Auctor ille suam assertionem fundet ex principiis communibus deducat.

57 Hinc nonnullas propositiones damnatas videmus, quæ antea ut firmæ à quamplurimis vulgatis Doctoribus docebantur.

58 Præfatis autem qualitatibus, & adminiculis secludis, non sufficit unus Auctor modicus ad constituendam opinionem probabilem: *n. propos.* 27. ab Alex. VII. *damn. p.* 2.

QUÆSTIO

59 Celebris est, *An liceat sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, in concursu opinionis probabilioris, seu tutioris?*

Assertio 1. Quando agitur de sola honestate actionis, an licita sit, vel non, licitum est sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, seu tutiori.

Hæc sententia non est moderna, ut dicunt contrarii, maxime Fagnanus *in* 1. *lib. Decr. C. Ne innovatis, &c.* & Gonzales: sed satis antiqua, quam innumeri Doctores, tam recentes quam antiqui, docent, quos referunt, & sequitur Verricelli *tr.* 2. *qu.* 10 Tamb. *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 22. Mattræus *disp.* 1. *q.* 4. Cardenas *disp.* 4. *c.* 1. Gobat *tom.* 1. *tr.* 3. *n.* 100. *& tom.* 2. *In quæstione tr.* 1. Mendo *in Epitb. in disputatione opin. prob.*

60 Ratio principalis est. Primo, quia qui operatur juxta opinionem minus probabilem & minus tutam, non temere, sed prudenter operatur, quoniam non ex levi, sed ex gravi fundamento movetur; opinio enim minus probabilis, & minus tuta, est gravi fundamento nixa: est namque firmo de opinione in mus probabili, quæ est vere probabilis, & tuta; & cum liceat prudenter operari, licitum est sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, quæ sit vere probabilis, probabiliori, & tutiori relicta, quando agitur de sola honestate actionis.

61 Secundo, quia sententia, quæ universaliter in omni materia negat, non parum angit conscientias scrupulis. 1. Quia multiplicat obligationes, & præcepta, dum universaliter obligat ad sequendas opiniones probabiliores & tutiores. 2. Quia frequenter difficile est, præsertim timoratis, opiniones statera ponderare: & inde probabiliores seligere: nam etiam quoad hoc non vulgare est dissidium inter Auctores peritissimos, qui sibi contradicunt; quilibet enim probabiliorem suam putat opinionem id negantibus aliis: quod maxime locum habet inter Doctores celebres duarum insignium scholarum Thomisticæ, & Scoticæ; jugum autem Christi est suave, & onus leve.

Confirmatur: leges divinæ positivæ sunt interpretandæ benigne, *Eccli.* 4. *In judicando esto pupillis misericors.* Et Matth. 11. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Ita & leges Ecclesiasticæ, & Canonicæ *c. obligant, 24. q.* 7. Eo maxime quia jus Canonicum imitari debet jus Divinum, quoad fieri potest: Innoc. III. *C. qualiter, & quando & de accusat. Qualiter, & quando à Magistratu Ecclesiastico procedendum sit ad puniendos subditorum excessus, ex authoritatibus novi, & veteris Testamenti colligitur, ex quibus postea processerunt Canonicæ Sanctiones.*

Et Gerson. *nu.* 133. apud Gobat *to.* 2. *tr.* 1. *sect.* 12. *nu.* 180. *Cum nulla juris ratio patiatur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, eos nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem, text. l.* 15. *ff. de leg.* Idem monitum in specie de lege positiva Christi quoad Confessionem Sacramentalem, Confessarius tradit Jacob Granadus 5 part. de Sacram Controv. 7. *tr.* 14. *ref.* 5. *Cum ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere sit unum ex difficilioribus, quæ humone imbecillitati in lege Christi præcepta sunt, reddantur, quoad fieri potest, minus difficilia, quæ ad illius usum, seu susceptionem spectant.*

Cum igitur Confessarius sequendo opinionem benigniorem, quæ sit vere, & certo probabilis, minus difficilia reddat ea, quæ ad Sacramentalis Confessionis usum spectant, licite potest eam sequi.

Qua-

Quatuor tamen cum limitationibus. 1. Ut solum agatur de honestate actionis, & non in casibus fecundæ Assertionis. 2. Nisi aliunde constet, aliam fuisse mentem legislatoris. 3. Nisi opinio benigna repugnet receptæ consuetudini loci. 4. Nisi opinio, quæ secundum se est probabilis, ob particulares circumstantias loci, temporis, personarum, &c. non sit in individuo; seu hic & nunc practice improbabilis, Gobat. *tom. 2. tr. 2. fect. 1.*

62 Tertio, æque injustum est obligare ad indebita, quam à debitis eximere. Hinc æque mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur Confessarius, qui ex culpabili negligentia in re examinanda obligat ad restituendum pœnitentem, qui non debet, quam qui debitum obligationem, qui debet. Et si laxitate erraverunt plures, rigore erraverunt alii. Sic S. Cyprianus, dum dixit, Baptizatos ab Hæreticis necessario rebaptizandos: Man chæi tenentes non esse in unum carnibus vesci, &c.

63 Sæpe audivi dictum: *Extrema sunt vitiosa; in medio consistit virtus.* Et Ecclesiastes cap. 7. ait: *Justus noli esse justus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.* Hæ additi, non ejus sententiam negativam improbare velim, sed solum ut rigoris inutilis illi favere non videatur.

64 Inde clara est solutio ad rationem in oppositum, videlicet, quod sequens opinionem minus probabilem, se exponet periculo peccandi. Qui enim eligit opinionem vere probabilem, licet minus probabilem, aut minus tutam, non se exponit periculo peccandi formaliter, quia prudenter operatur; & qui prudenter operatur, non peccat; nam qui peccat, imprudenter operatur.

65 Et licet contingere possit, quod actus ille revera sit contra præceptum, & quod opinio revera sit falsa, non officit. 1. Quia actus ille solum erit peccatum materiale, quatenus revera à parte rei actus est prohibitus; seu contra præceptum, & opinio est falsa; at non erit peccatum formale, quia talis malitia, & falsitas non est prudenter cognita, nec voluta; imo actus est prudenter cognitus conformis præcepto, & opinio ut vera. 2. Quia etiam ad contingere potest in propositione putata probabiliori, contingere inquam posse, ut propositio, quam tu putas probabiliorem, sit revera falsa, & tua operatio secundum eam sit contra præceptum, ac proinde peccatum materiale, quod evidenter constat Deo. nam ex duabus propositionibus contradictoriis una est necessario vera, altera falsa. Hinc plures propositiones modo sunt damnatæ, quæ antea probabiliores putabantur à pluribus.

66 Tertio, quia qui sic operatur, operatur juxta sententiam in actu signato probabiliorem; nam sententia, quæ concedit eligi posse opinionem minus probabilem, quando agitur de sola honestate actionis, est probabilior, & tutior; probabilior, quia magis accedit veritati, ut consideranti rationes patet, & ut tenent omnes ejus sectatores. Tutior, quia minuit innumera pericula peccati formalis: minuit enim tot obligationes, quot sunt opiniones probabiliores in intellectu operantis: nimis autem est vitare pericula peccati formalis, quo Deus certo offenditur, quam aliquius peccati materialis, quo certo Deus non offenditur, cum à culpa mortali excuset ignorantia invincibilis, aut vere probabilis.

Hinc ait Cardenas *disc. 4. cap. 1. n. 8.* opinionem minus probabilem, quæ est vere probabilis, *improprie vocari minus tutam, quia formaliter est tutissima. Et solum dici materialiter minus tutam, quatenus exponit peccata materialia.*

67 Quarto, quia qui operatur sequens opinionem vere probabilem, habet conscientiam practice certam, quod licite operatur: ultra enim actum opinativum directum, explicite, aut virtualiter habet actum reflexum, quo certo judicat se licite operari. Jam hic & nunc operatur secundum opinionem vere probabilem.

68 Dices 1. Qui sequitur opinionem minus probabilem, relicta opinione sibi probabiliori, agit contra conscientiam; agit enim contra judicium proprium, quod oppositum magis veritati accedat; igitur peccat. 2. Quia ad Rom. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est*, Et ex C. Ex literis de restit. spoliat. *Quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam.* 3. Quia agit cum formidine de opposito, & se exponit periculo peccandi.

Resp. negando antecedens: hic namque non agit contra conscientiam, sed juxta conscientiam certam; certum inquam est 1.

Quod opinio, de qua loquimur, licet sit minus probabilis, sit vere, & certe probabilis; quia gravi nititur fundamento. Et quia (ut advertit Mendo) opinio certo probabilis non amittit suam probabilitatem per aliam probabiliorem, sed per aliam certam; quoniam probabilitas soli certitudini sui fallitatis opponitur. Et major probabilitas non excludit falsitatem. Hinc ex Arist. *Multa falsa sunt probabiliora veris.*

Certum infertur est. 2. Quod quilibet possit prudenter & licite operari juxta opinionem vere, & certo probabilem: igitur certum est quod possit quis prudenter & licite operari juxta illam.

Quod judicium est certum, cum sequatur ex duabus præmissis certis, & hoc judicium est conscientia: Conscientia enim est judicium conclusionis particularis, seu dictamen de actione, hic & nunc licita, vel illicita, *ex sum.*

Unde, qui hic & nunc agit juxta opinionem minus probabilem, non agit probabiliter & cum formidine, sed certo certitudine, quod actio sit prudens, & licita: agit enim juxta judicium ultimum tam explicitum, quod est certum: adeoque actio agentis remote fundatur in probabilitate, & formidine, proxime vero in certitudine judicii ultimi, quod est conscientia. Quod sufficit, ut quis prudenter & licite agat, absque eo, quod periculo proximo peccandi se exponat: aliquin nulla actio, quæ per opiniones regulatur, esset licita: quia eo ipso, quod est opinio licet probabilior, formido remota non potest à judicio ultimo excludi. Sufficit igitur ad licite operandum, quod conscientia certitudinem talem habeat, quæ formidinem proximam excludat.

Tum quia (ut ait Mendo) regula operandi non est probabilitas, sed recta ratio, videlicet ultimum judicium practicum, seu conscientia: adeoque, sicut non teneretur quis ad melius in genere boni, ita neque ad certo probabilius in genere certo probabilis.

Item, quia hic operans potest habere judicium reflexum, quod opinio, quæ sibi apparet minus probabilis, sit probabilior, imo in se vera; & quidem prudenter: quia regulariter opinio, quæ uni, aut eidem modo apparet probabilior, alteri, aut eidem possea apparet minus probabilis.

Confirmatur; quia qui sic operatur, non judicat opinionem probabiliorem esse veram, aliquin judicaret, oppositam, juxta quam operatur, esse falsam, cum una sit veritas: sed solum judicat eam magis apparere veram; sæpe autem, quæ magis apparent vera, re ipsa sunt falsa. Hinc Cajet. 2 2. *quæst. 10. art. 7. in fine: Contingit aliquando magis apparere, peccati, fatisfacere, & movere argumenta falsa, quam solutiones eorum.*

69 Dices 2. Qui agit juxta opinionem minus probabilem in concursu opinionis probabilioris existentis in eodemmet sui intellectu, judicat actionem suam esse probabiliter, imo magis probabiliter illicitam: ergo peccat.

Resp. cum Verticelli *tract. 2. quæst. 11. n. 4.* prædictum illud de malitia actionis esse speculativum, non practicum; nam eo, ipso, quod voluntas se determinat ad agendum juxta judicium, quod habet, quod actio sit vere probabiliter licita, practice, & exercite judicat esse licitam, & hic non peccat, sed solum adest tunc formido peccati, minime judicium practicum, quod peccet.

Confirmatur, ut sequitur: *Alioquin sequeretur (quod earum fatetur Cajet. to. 1. opusc. ultim. resp. 13. in fine) sæpissime, qui cum justa ac practice scrupulosa operaretur, mortaliter peccare: quod est durissimum: nam devotissimæ mulieres, & viri scrupulosi infinita peccata mortalia quotidie committerent; cum tamen doctissimi Confessores nec eos audire curent, imo etiam sine præmissa Confessione plerumque jubeant sacram accipere Eucharistiam.*

70 Plures rationes in oppositum fileo, quia satis solventur ex dictis. Aliæ confundunt probabilitatem cum dubio, in quo jam dictum est, *n. 32.* partem tutiorem esse eligendam. Aliæ confundunt cum præcepto, quando non negamus, conditum esse sequi opinionem probabiliorem. Aliæ demum loquuntur non de vera probabilitate, sed de tenui, quam quidem jam respuendam esse diximus *n. 63.*

Fateor tamen, quod, si stante probabilitate opinionis, tu habeas promptum modum ad indagandam certam notitiam veritatis, ad eam teneris; & ea habita, juxta eam operari obligaris, relicta omni opinione, tam minus probabili, quam probabiliori; quia certitudo omnem vincit opinionem, cum ellentialiter excludat formidinem; tunc enim evadis certus de falsitate opinionis.

Hinc accedente aliqua experientia, quæ rem certam reddat, aut determinatione Ecclesiæ, haud amplius licet sequi opinionem prius putatas probabiles, et oppositas.

71 Ex his fenuntur. 1. aliud esse opinionem esse probabiliorem, & aliud esse tutiorem. Opinio dicitur probabilior, quatenus ex vi rationum apparet magis veritati accedere. Dicitur tutior, quæ magis excludit peccatum: unde in dubio, an emiserit votum, licet tutius sit, fic exequaris; fic namque nunquam committes peccatum, neque materiale: probabilius autem est, quod non obligeris, quia non est faciendo soluto certa pro debito incerto; in dubio autem sensu sæpe opinio probabiliter dici potest etiam tutior. vide *num. 29.*

72 Secundo, posse unum sequi opinionem probabilem alienam: quia tunc non dicitur agere contra conscientiam propriam, sed suam conscientiam conformatæ alienæ, & sa-

cere

cere hic & nunc propriam conscientiam, ac enim, prudentiam, forte veriorem: saepe enim amor proprius obnubilat intellectum. Eadem ratione potest quis tutare consilium juxta sententiam sibi contrariam vere probabilem.

73 Tertio, teneri Confessarium absolvere poenitentem alias dispositum juxta sententiam opinionem poenitentis, dummodo sit vere probabilis, quia poenitens habet jus ad exigendam opinionem vere probabilem, & ut alias dispositus absolvatur.

74 Assertio 2. Non licet sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori, si exinde sequatur certa injuria, aut periculum gravis mali sibi, aut tertio, vel si adst conventio, aut lex in contrarium; sed tunc censemur sequi opinionem probabiliorem, & tutiorem.

Ratio est, quia opinio tutior est, quae non exponit periculo certae injuriae, aut gravis damni proprii, vel alieni: minus tuta est, quae id exponit; ex praecepto autem tenemur in nullis actionibus vitare certam injuriam, aut grave damnum proprium, vel alienum, adeoque sequendo opinionem minus probabilem, & minus tutam, non possumus actionem nostram laborantem, quando ex illa sequitur periculum certae injuriae, & gravis damni. Unde, si quod prope arborem moveri videt, probabile putes esse feram, probabilius tamen, aut etiam probabile putes esse hominem, abstinere debes à jaculando ob periculum gravis damni, usquequo majori, & sufficienti adhibita diligentia, firmiter judices esse ferum.

IN SACRAMENTIS

75 TAm administrando, quam recipiendo, non licet sequi opinionem probabilem minus tutam tutiori, quoad valorem, extra casum necessitatis; quia exponeretur Sacramentum periculo frustrationis, quod nedum cedit in grave damnum recipientis, quin etiam periculo, ut privetur fructu Sacramenti; veritum etiam in certam injuriam, & irreverentiam Sacramenti, quod exponitur periculo, ut frustretur fine, ad quem fuit à Christo institutum.

Ubi Pontifex (ut videre) vult te debere sequi opinionem tutiorem, etiam si tutior sit minus probabilis, Cardenas *disp.* 2. nam absolute excludit opinionem probabilem in concursu tutioris.

76 Hinc non licet baptizare in lixivio, aqua rosacea, nivali, aut in digito: quia haec opiniones probabiles sunt minus tutae, quae exponunt Sacramentum periculo frustrationis, non sic opiniones oppositae negativae.

77 Licet autem in casu necessitatis, quia tunc dictae opiniones minus tutae evadunt per accidens tutiores in comparatione ad earum omissiones: unde, si in necessitate baptizandi infantem, non adsit probabilitas haberdi aquam naturalem, aut eam ab uxore in capite, licitum est eum baptizare sub conditione in lixivio, in digito, &c. quia in tali casu tutius agis salutem animae infantis, quam nullo modo eum baptizando.

78 Sacramenta enim, cum fuerint à Christo institura in salutem fidelium, in casu extremae necessitatis, de mente legislatoris, cedunt juri suo, *ne exponantur periculo nullitatis*, ut fideles non exponantur periculo damnationis. Et inde fit, ut per accidens Religioni praevaleat charitas succurrendi saluti animae extremae indigentis.

79 Eo maxime, quia in hujusmodi casu nulla injuria Sacramento irrogaretur: quia exercetur sub conditione prudenter concepta, ut rite advertit Sieri *n.* 80.

80 In his autem casibus, in quibus Sacramentum conferitur juxta opinionem minus tutam, aut eam requisitis dubiis. Sacramentum, necessitate cessante, est iterandum sub requisitis certis. Hinc infans ex necessitate baptizatus in digito, baptizari debet in capite, hoc apparente: idque ob charitatem proximo debitam, ne exponatur damnationis periculo, cum fuerit baptizatus juxta doctrinam dubiam, aut probabilem minus tutam.

81 Quando agitur de solo modo administrandi, aut recipiendi Sacramentum, qui non redundat in valorem, quatenus valor semper est certus, licet sequi opinionem minus tutam, sed vere probabilem, juxta dicta in 1. assertione: 2. *prop.* 1. *damn. ab Innoc. XI. p.* 4.

DE VALORE SACRAMENTI.

Quantum ad ea, quae pertinent ad jurisdictionem Ministri.

82 DIdacus de la Perre Hurtado in sua Theol. Reform. nuperrime anno 1701. edita, tenet citra jurisdictionem, & al. 2. quae ad valorem Sacramenti ex dispositione Ecclesiae requiruntur, licitum esse uti opinione probabili: quam sententiam dicit esse modernis certam, & firmat auctoritate quamplurium Doctorum.

83 Cardenas *disp.* 2. *n.* 139. refert, quod sequitur. *Dicunt aliqui se audivisse à Theologis Romanis, qui adfuerunt tractatui de condemnatione Earum propositionum, non fuisse intentionem Pontificis, nec S. Congr. quod damnatio primae propositionis intelligatur de iis, quae pertinent ad jurisdictionem, cujus concessio, expressa, vel limitata fit ab Ecclesiam sed dumtaxat de iis, quae sunt juris divini, scilicet de partibus Sacramenti Poenitentiae.*

84 Quidquid autem de hoc sit. Praevisto cum *Cardenas*, quod licet sit juris Ecclesiastici jurisdictionem Sacerdoti conferre, ampliare, aut restringere; de jure divino est, quod nullus Sacerdos possit valide sine jurisdictione absolvere. Colligitur ex Trid. *sess.* 14. *c.* 7. quo praemisso,

85 Dico: In Sacramentis, tam administrandis, quam recipiendis, extra casum necessitatis, non licet sequi opinionem probabilem minus tutam, relicta tutiori, quoad jurisdictionem ministri, nisi opinioni probabili adsit circumstantia, quae reddat jurisdictionem moraliter certam. Cardenas *ibi.*

86 Ratio primae partis est eadem de *n.* 75. quia jurisdictio spectat ad valorem Sacramenti, ita ut sine ea non minus frustraretur Sacramentum, quam sine materia, forma, aut intentione.

87 Ratio secundae: quia tunc non sumus in linea puta opinionis probabilis, sed in linea doctrinae certae.

DECLARATUR.

88 ALis circumstantia adest, si sententiae minus tutae accedat determinatio Ecclesiae, decisio Sacrorum Canonum, consuetudo, communis sensus Theologorum, & Patrum; aut si opinio tutior sit improbabilis, non vere probabilis, seu tenuis probabilitatis, vel scrupulosa.

Hinc patet 1. Tutius est ad Sacramenti poenitentiae valorem, si adhibeamus contritionem, seu amorem benevolentiae. Et tamen sententia docens sufficere attritionem, est licita in praxi; quia quamvis non sit ab Ecclesia definita, est moraliter certa; nam Alex. VII. per Decr. die 5. Maji 1667. in virtute S. Obedientiae, & sub excommunicatione S. Sedi reservata, prohibuit ulli parti censuram inferre.

90 Et hinc, quia timor gehennae sine amore benevolentiae, potest per se excludere omnem voluntatem, & amorem peccandi. Hinc Matth. 10. Christus tirmate ad poenitentiam invitat: *Date vobis timorem, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.* Insuper attritio ex pure timore gehennae est actus honestus, utilis, & supernaturalis; cui enim donum Dei, & impulsus Spiritus Sancti, ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 4. *Item vero asserimus: timorem ex gehenna motum, animumque concipiendi, si adhuc peccandi voluntatem excludat, &c. dolorem hominem ad Deum per spem veniae erigere, & Spiritus Sancti impulsum, qui*

poenitentem adjutum viam, seu ad justitiam paret. Et quamvis sine Sacramento poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento baptismi impetrandam disponit. Vide propositiones 14. & 15. ab Alex. VIII. damnatas.

91 Secundò, Tutius est in articulo mortis cum Sacramento in se elicere actum contritionis: & loquendo de mediis necessariis ad salutem tenemur sequi sententiâ tutiorem: Et tamen licite docemus, in articulo mortis nos non teneri confiteri cum contritione perfecta, Diana, *part. 10. tract. 6. resolut. 110.* quia, quod Sacram. poenitentiae sufficiat cum attritione, est moraliter certum.

92 Id dico de contritione quantum ad Confessionem secundùm se consideratam. Caeterum indeperdenter ab illa, & aliis temporibus magis in articulo mortis quilibet fidelis ex praecepto tenetur ad eliciendos actus fidei, spei, & charitatis. Item etiam tunc tenetur ex praecepto charitatis elicere actum contritionis, non pro valore Sacramenti secundùm se consideràti, sed quia cùm non sit physicè certus de Ordinatione, & de Baptismo Ministri, in eo articulo, ex quo pendet aeternitas, debet suae animae saluti consulere omni meliori modo, quo potest.

93 Tertiò, Tutius est cum D. Th. *2. 2. q. 88. art. 2.* Quòd summus Pontifex non possit in voto solemni castitatis dispensare, & tamen ut refert ex publicis historiis Del bene *p. 2. de Iustitia. d. 236. fol. 602. n. 12.* Alex. III. dispensavit cum Nicolao Justiniano Venero Monacho professo, ut, ne ejus illustris familia exstinguereter, uxorem duceret: quod fecit: & notem filiis successit, ad Monasterium rediit, miraculis postea claruit. Innoc. II. dispensavit cum Ramiro Monacho professo ob mortem Regis Aragoniae sui Patris, & ille uxorem duxit, & Regnum Cordelinus III. dispensavit cum Constantia filia Regis Siciliae Monali professa in Monasterio S. Salvatoris Panormi, ut nuberet Henr. 6 Sexto Imperatori. Greg. XIII. dispensavit cum Germano Cardinali Loyolae sacerdote professo, & Provinciali Capuccinorum. Clemens III. dispensavit cum plurimis Religiosis professis Equitibus Alcantarae, & Calatravae ut uxores ducerent, eo tempore, quo castitatem absolutam vovebant. Ita Del Bene.

94 Cujus ratio est, quia nulla est firmatio in contrahendo. Non ratio voti inducit obligationem humanam, cùm sit promissio facta ab homine. Et alias neque in votis simplicibus potest dispensare. Nec solemnitas; quia est inducta ex solo jure Ecclesiastico, ext. *tunc de voto.*

95 Cui non obstat ratio opinionis oppositae, quòd votum castitatis sit essentialiter annexum

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CENTRO ASOCIADO UNED

xum statui religioso; quia hoc solum probat, quòd status religiosus non possit consistere sine tribus votis solemnibus, quæ proinde dicuntur vota substantialia Religionis: at non probat, quòd status religiosus sit homini essentialis, ut non possit ab illo divelli.

96 Eò maxime quia status religiosus non consistit in aliqua consecratione distincta ab ipsa obligatione votorum, ut status Ordinis sacri. Solum igitur sequitur, quòd non possit fieri Monachus sine votis; minime quòd non possit fieri de Monacho non Monachus.

97 Insuper non est minus solemne, & annexum statui religioso vorum paupertatis, & obedientiæ, quam castitatis; & tamen potest Summus Pontifex ex causa in illis dispensare. Del Rene *tit. fol.* 67.

98 Quarto. Tutius est, quod Summus Pontifex non possit dispensare in matrimonio rato: Et tamen plures Pontifices dispensavere. Et ex justa causa licitè posse, docet Communis, sicut potest matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvi, ut ostendemus infrà, tùm de indissolubilitate matrimonii.

99 Quintò. Tutior est opinio, quòd, qui urgente necessitate Communionis, aut ex bona fide, & cum Confessario nesciente peccatum esse reservatum, una cum non reservatis confitetur reservatum, non sit absolutus à reservato. Et tamen licite docemus, & tenemus esse indistincte à reservatis absolutum; quia hæc sententia est moraliter certa, tam ob rationem intrinsecam, quæ infra in suo loco, quàm ob praxim communem, & consuetudinem, quæ dat jurisdictionem.

100 Sextò. Tutius est, in Confessione diminaxat venialium, aut mortalium alias rite absolutorum, explicare numerum: Et tamen ad eum nos non teneri licite docemus: quia sententia negativa est moraliter certa; nam sicut venialia, & mortalia alias rite absoluta, sunt materia libera, & voluntaria quoad substantiam, ita quoad numerum; & contraria opinio, vel est tenuis probabilitatis, vel scrupulosa.

MEDICUS

101 TEnetur tutiorem adhibere medicinam, si possibilitas adsit, tam ex charitate, quàm ex justitia, si mercedem accipiat, ratione pacti impliciti cum infirmo de tutiori medicina adhibenda: unde medicus considerare debet tam suas rationes, & experientias, quàm experientias, & auctoritatem peritiorum. In casu autem, quo desperatur vita infirmi, adhiberi potest medicamentum incertum, quia tunc per accidens evadit tutius, ut in simili n. 77.

PERSONA PRIVATA

102 NOn potest propria auctoritate occupare rem ab alio bona fide possessam licèt probabile, imo probabilius putet, rem esse suam; quia ex reg. 36. de reg. juris, *Bona fides tamdiu in possidente præsumitur, quamdiu contrarius non ostenderit.* Et ritè; alias pax publica mutuis rapinis, & violentiis perturbaretur.

REX

103 NOn potest bellum alteri indicere ad invadendum Regnum ob jus tantùm probabile, & non certum: ob gravissima damnia, quæ ex bello sequuntur: tum quia alteri favet possessio. Subdit tamen communis doctorum, quòd tunc *res deciditur per judicium, vel arbitros: quod si altera pars judicia fugiat, propter hanc injuriam potest invadi.* Mendo *de Epis.* ver. Bellum, n. 2.

104 Cum injustè invaditur, & alia media non sufficiunt, potest indicere bellum.

105 Offerenti ante primum conflictum veræ, & sine prudenti dubio simulationis, plenam satisfactionem, non licet bellum inferre. Quòd si conflictus præcesserunt, & hinc inde mortes, non tenetur à bello desistere; quia se habet ut judex procedens secundùm justitiam vindicativam contra perturbatores sui Regni. *Mendo in Epith. n. 6.*

106 Bellum potest esse non materialiter, & à parte rei, sed formaliter utrinque justum, quatenus unus certò judicat habere jus certum ad rem, & reverà habet; alter certo judicat idem, sed cum invincibili ignorantia juris certi alterius.

107 Milites (nisi eis de injustitia conster) præsumere possunt bellum esse justum, & a Principe diligenter per Theologos, & viros doctissimos (uti debet) examinatum: *vide de Bello.*

JUDEX

108 SI causa mature examinata invenerit unam partem esse probabiliorem, non potest decidere juxta minus probabilem, sed tenetur opinionem probabiliorem eligere; ad quod obligatur ex contractu, quem cum Republica tenet, de ministranda justitia meliori modo, quo potest, per quem cessit juri suo de utendo opinione minus probabili.

109 Tum quia Judex est institutus a Republica, seu Principe, ut unicuique juxta meritа causæ jus suum tribuat, ne sit acceptator personarum; pars autem illa, pro qua stat opi-

nio probabilior Judicis, majora habet merita, & majus jus in causa; adeòque juxta eam decidere debet. *v. Propos. ab Innoc. XI damn. pag.* 4.

110 Hinc, quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, peccat mortaliter Judex, & ad restitutionem tenetur, si munera accipiat, ut ad unius potiùs favorem sententiam proferat; *v. prop.* 26. ab Alex. VII. *damn. pag.* 1.

111 Unde dicunt plures: *Quando autem una pars non apparet altera justa probabilior, debet Judex, vel rem inter litigantes ex æquo dividere, vel si dividi nequit, alteri utrique parti satisfacere. Nisi forsè alter litigantium, vel sit possessor, vel sit reus, cui etiam remota alterum favet possessio. Excipi etiam solent causæ, quæ vocantur piæ, & privilegiatæ, quales sunt causæ pro matrimonio, dote, libertate, stipendio, pro quibus judex dicendum est, causis paribus, etiam contra reos, quia jus favorium sua dispositio.* Jus quod ita dilponi, est *cap. fin. de sent. de re jud.* Et quidem ita Judex se gerere debet, quando putat rationes partium esse æquè probabiles; alio quin esset acceptator personarum.

112 Judex, si sit moraliter certus de probabilioritate suæ opinionis, non potest suum judicium alieno judicio subjicere, quia est moraliter certus de obligatione judicandi. Si verò non sit moraliter certus de probabilioritate, sed solùm probabiliter putet, eam esse probabiliorem (ut sæpè contingere solet) tunc potest alieno judicio se conformare; cùm enim non habeat certitudinem de sua probabilioritate, potest aliorum peritorum judicium melius existimare.

113 Quòd Judex sequi debeat opinionem probabiliorem, & universaliter veram tam in causis civilibus, quàm in causis criminalibus: per hoc autem non sequitur, quòd in causis criminalibus non possit Judex sequi opinionem directam minus probabilem, si opinio reflexa, sed ultimum judicium, *Quod secundùm eam sit decidendum*, sit probabilior. ita Cardenas, qui adducit exemplum: dato inquam, quòd hæc propositio directa: *Judex tenetur admittere appellationem in causa capitali*, sit minùs probabilis, Judex sic discurrit per aliam reflexam: *Hæc opinio, quod Judex teneatur admittere appellationem in causa capitali, est reo favorabilis; igitur est ad praxim deducenda*: ibi licèt prima propositio directa sit minus probabilis; secunda reflexa, seu ultimum judicium, quòd juxta eam sit decidendum, est probabilius, imò certum; nam Judex judicare debet juxta opinionem reo favorabiliorem; *ex reg.* 11. *juris in* 6. *Cùm sunt partium jura obscura, ea faciendum est portiùs quàm actoris*: & rectè, quia reus est in possessione suæ innocentiæ, qua spoliari non debet, nisi certò constet de delicto; non constat autem certò, si pro reo stat opinio directa minus, sed vere probabilis; adeòque judicium ultimum reflexum, quo Judex judicat, esse decidendum juxta opinionem directam minùs, sed vere probabilem, utpotè favorabiliorem reo, est probabilius, & consequenter etiam in causis criminalibus verum est, quòd Judex debet sequi opinionem probabiliorem.

QUÆRES I.

114 *An Judex teneatur condemnare eum, legitimè per testes convictum, quem tamen privata scientia (quatenus) v. gr. accusatorem videat) noscit esse innocentem?*

115 CErtum est, quòd teneatur adhibere omnia media ad eum liberandum, purà impediendo accusationem, utendo aliis examinibus & diligentiis ad comperiendum testium fallitatem, dissimulando custodiam carceris, ut fugere possit, remittendo ad judicem superiorem; qui eum possit de potestate absoluta liberare, manifestando publicè, & cum juramento innocentiam ejus.

116 Quòd si nullum ex his præstare possit ad eum liberandum (quod non est verisimile in praxi) tunc

117 Prima opinio tenet, Judicem eum condemnare debere, D. Thomas, *q. 67. art.* 1. quia Judex agit personam publicam, & sic judicare debet secundum notitiam publicam, quæ habetur per allegata, & probata. Alias quilibet Judex fingere posset, se habere privatam scientiam de innocentia, & sic reos sibi benè affectos liberare: quod redit in grave Reipublicæ detrimentum.

118 Secunda sententia est, quòd non possit eum condemnare, & si urgeatur, debet à se judicium illud abdicare. Mastrius *disc.* 5. *nu.* 25. Billiuc. Toletus, & alii.

119 Et licèt prima sententia sit communior, hæc secunda, quam sequor, est mihi probabilior, quia occisio directa innocentis est ab intrinseco mala, ac proinde juri naturæ, & divino repugnans. Unde *Exodi* 22. præcipitur *Insontem, & justum non occides.* Lex verò obligans ad judicandum secundùm allegata, & probata, est positiva humana.

QUÆRES II.

120 *An possis condemnare eum, quem scis esse reum, licèt non probetur per testes?*

DEo cum Communiori, quòd Judex inferior non possit, quia non potest dero-

gare legibus Superioris, sed tenetur juris ordinem servare de judicando secundùm allegata, & probata.

121 Judex vero supremus, ut Princeps absolutus, potest soldum ad impediendum malum graviùs, quod ex vita illius Reipublicæ immineret; quia bonum publicum est præferendum vitæ privati. Ordinarie autem non potest, quando crimen est occultum, quia jus probationis per testes, & defensionis Rei, competit Reo ex jure naturæ, Maldrus *tit. n.* 27.

ADVOCATUS

122 Licèt moraliter peccet, & teneatur ad damna utriusque partis, si defendat causam manifestè injustam; non sic, si defendat causam minùs: sed vere probabilem, & sit spes, ut apud judicem talis probetur; 2. Quia sæpe contingit, quæ uni minus probabilia, alteri probabiliora appareat; 3. Quia Advocatus gerit munus clientis, qui licitè habet jus: sunto probabile jus Judici aperiendi, ut & Advocatus; 3. Quia nulla exinde injuria infertur parti, cui Advocatus causam non dedunit: sed decidendam relinquat Judici juxta merita, omnibus auditis; *vide propos.* ab Alex. VIII. *damn. pag.* 7.

123 Dixi: *Ad damna utriusque partis*; nam tenetur restituere parti contrariæ, quia fuit illi causa positiva damni: clienti vero per omissionem, quatenus ignorantem non monuit, ad quod ex officio tenebatur. Si verò cliens erat confessus de injustitia causæ, tunc non tenetur illi restituere.

124 Item peccat, & pariter ad restitutionem damnorum tenetur, si defendat artificium jusiùs causæ injustæ, ut sic partem contrariam impediat, & vexet, pervertat, &c. Vel si in progressu causæ injustitiam noscat, & clientem non moneat, sed causam prosequatur. Busemb. *Tract. officia advocati*.

125 Peccat contra justitiam, & ad restitutionem damnorum tenetur, si rationes, aut secreta causæ justæ clientis parti contrariæ aperiat: Si imperitus munus Advocati exerceat: Si cum pecuniis judicio clientum causarum expeditiones notabiliter differat: Si supra vires plures acceptet, quam expedire possit. Nisi cliens super hoc renuntiet, attenta eximia Advocati peritia, sit contentus.

Demum peccat, Si utraque parti in eadem causa patrocinetur: Vel in eadem causa, in qua est Judex aut Assessor, agat Advocatum, Busemb. cit.

DE PROCURATORE, SECRETARIO, NOTARIO, &c.

126 Eadem respectivè dicenda veniunt

Procurator peccat, si nomine Clientis juret, ab eo non informatus, cum periculo perjurandi. Si fuadeat Reo, aut Clienti legitimè interrogato, ut veritatem neget. Si adducat partes ad contendendum iniquum. Si petat terminos impertinentes, aut dilationes superfluas.

Secretarius peccat. Si juramentum violet. Si arcanum prodat. Si dicta testium fideliter non transferibat, sed immutet, exaggeret, minuet.

Notarius publicus peccat. Si juramentum violet. Si testamentum hominis ultimi rationis destituti scribat. Si solemnitates necessarias ex culpa omittat. Si acta negligenter custodiat. Si dicta testium ante eorum publicationem parti contrariæ aperiat.

Si sententiam non jam publicatam manifestet. Si acta, seu instrumenta, maximè legata continentia, parti tenenti neculiet. Busemb.

DE REO ET TESTIBUS

Hæc dictum est *in Sacramento Judicialis, Reflexione quinta, in S. Prat. D. 6. & in tom. 2. De sacramentis.*

DE REO CIRCA FUGAM POENÆ

127 Resp. Quando sententia est materialiter injusta, lata tamen secundùm allegata, & probata; tùm in conscientia non obligat, non potest reus judici positivè resistere, cum ob scandalum. tum quia tali casu judex habet jus sententiam exequendi, & ad id tenetur. Ita communiter Less. Sac. contra Vict. Bon. Card de Lugo, *d. 4. n.* 18.

Dixi, *positivè*, quia reo, etiamsi vere reus sit, licet ante, & post sententiam (quoad mortem, vel pœnam morti æquivalentem, v. g. perpetuum carcerem) fugere. Ratio est, quia quilibet tam magnum jus habet ad vitæ suæ conservationem, ut nulla potestas humana obligare possit ad eam non conservandam, si spes commoda affendatur, nisi tamen bonum publicum aliud postulet. Less. *l. 2. c. 32. d. 5.* Unde resolves.

1 Regulariter reo licet fugere, etiamsi custos carceris grave damnum inde pallurus sit, (salvem nisi juraverit se mansurum) quia utitur suo jure, & nulli facit injuriam, Filliuc. *tr. 20. c. 4. n.* 124. Azor. Less. *d. 5. n. 31.* nisi tamen charitas aliud suadeat, ob damnum custodis præponderans. V. Bon. *d. 10. q. 3. p. 2. n. 13.* Less. *l. c.*

2 Multò magis licet fugere, ne capiatur; vel etiam à ministro apprehendente, se excutere; non tamen illi vim inferre, vulnerando, percutiendo, &c. *ibid.* & Reg. *l. 24. num. 2.*

3 Licet etiam, saltem in foro conscientiæ

custodes (præcisa vi, & injuria) decipere, fradendo v. gr. cibum & potum, ut sopiantur, vel procurando, ut absint; item vincula, & carceres effringere, quia cum finis est licitus, etiam media sunt licita. Et licet alii captivi per effractum parietem simul elabantur, non tenebitur de damno, quia tantum est ejus causa per accidens, cum sure suo utatur. Nec refert, quod leges, & magistratus quidam tales effractiones graviter puniant: id enim fit, quoc ve contrariam sententiam sequantur, vel ex præsumptione quod vim intulerint custodibus, vel quod propter bonum Reipub. ea pœna statura sit, Filliuc. *l. c.* Tan. *d. 4. q. 4. dub. 5.* ex aliis multis. V. C. de Lugo *d. 20. sect. 4.*

4 Illis, qui non sunt ministri justitiæ, licet non solum consilio juvare reum, ut fugiat, sed etiam suppeditatis instrumentis, v. gr. furibus, lima, &c. quia finem alteri licitum illis suadere, & ad eundem media proponere licet. Less. *l. c. d. 6. n.* 20. Tann. *l. c.* Sylv. Tusc. Valq.

5 Non tamen licet juvare in effractione carceris, ut habet communis; tum quia executio ipsa effractionis sola reo licita est, propter jus vitæ conservandæ; tum ne alioqui omnis securitas carceris pereat. Less. *l. cap.* Bon. *d. 10. q. 3. p. 2.*

CONSCIENTIA SCRUPULOSA,

128 Est scrupulus, est inanis apprehensio, & hinc ortus timor, anxietas, alicubi esse peccatum, ubi non est. Dicitur anxia apprehensio, quia oritur ex injustis, aut levibus motivis, & est cum incertitudine, & magna formidine alterius partis, adeoque torquet animam. Nec differt à suspicione, quæ est irrebeatus, & imperfectus assensus, ad unam partem inclinans.

129 Causa scrupuli sæpe est ignorantia, sæpe humor melancholicus, & tunc dicitur gubidantinuas conscientiæ, quæ contingere solet etiam in viris doctis, præsertim quoad proprias actiones.

130 Signa conscientiæ scrupulosæ, sunt. 1. si post peccatum, aut prudentis Confessarii judicium, non acquiescat, sed adhuc maneat anxius, & inquietus. 2. Inconstantia in mutando frequenter de eadem re judicium. 3. Frequens formarum varietas in eadem re apprehendenda. 4. Multiplicitas reflexionum impertinentium circa inotmeras rei circumstantias. 5. Experientia: quod sæpius tulia sine gravi fundamento apprehenderit, licet quoad alteras conscientias resolutos & intrepidos se habuerit.

131 Remedia conscientiæ scrupulosæ sunt plura. 1. & principaliter eligere Confessarium peritum, aut virum eccltum, & ejus consilio, & judicio, proprio judicio postposito, & mittet acquiescere; nec illud in examen adducere, etiam si scrupulosus sit vir doctus. 2. Fugere otium, & vagas cogitationes, quia sunt scrupulorum fomentum. 3. Nil judicare mortale, nisi id certo sciat. 4. Scire, quod ex præteritis confessionibus nil teneatur repetere, nisi certo sciat esse mortale, aut non esse confessum, non est autem certus, quando dubitat: v. justa requisita ad peccatum mortale.

132 Et quamplures Doctores addunt, privilegium scrupulosi esse. 1. ut non teneatur in agendo examen ad diligentiam tantam, quantam alii: sed ad valde mediocrem. 2. quod non teneantur confiteri dubia, sed quæ certo jurare possunt, quod commiserint, ac confessi non sint confessi.

133 Ratio est, quia in scrupulosis, ex nimio timore peccandi, turbatur ratio, ut non possit recte rem examinare; & magis turbatur, quanto magis in illa anxietate perdurat; non tenetur autem quis integritatem materialem confessionis procurare cum tanto damno anxietatis perpetuæ, imo cum periculo majoris mali: nam si contemnendo scrupulos, per præfata remedia se exponat scrupulosus ad aliquod periculum peccati materialis, illum non contemnendo se exponit majori periculo, nempe periculo quamplurium peccatorum formalium; nam scrupulosus suis scrupulis innumeras obligationes indebitas sibi effornat, quas non habet vir sani intellectus; & ita dum est anxius de vitandis peccatis, eadem via ad illa se exponit, quorum fœx humanæ fragilitati ad labendum obnoxiæ innumera præcepta non vera multiplicat.

134 Quæ ratio est maximè à scrupuloso attendenda, quia est efficacissimum remedium, ut ex se scrupulos omnino deponat.

135 Non deponitur, sed manet conscientia scrupulosa, si non judicet quis esse scrupulum, peccare, sive contra, sive justa eam operetur, quia tunc transit in conscientiam erroneam vincibilem, ac proinde eodem modo est de ea exequtendum *n. 2 n. 9* At si patet, in voluntarias actiones, aut omissiones contra præcepta, esse peccata, non peccat, quia non sunt libeæ, & repugnat peccatum, quin sit voluntarium, & liberum.

136 Licet autem operari cum conscientia scrupulosa, seu manente scrupulo, si judicetur esse scrupulus, & contemnatur; nec tunc quis dicitur operari contra conscientiam, quæ conscientia scrupulosa non est vere & proprie conscientia, nisi transeat in erroream; sed est umbra conscientiæ, utpote falsis, aut insufficientibus motivis fonsa; hinc qui ex præ-

missis, fignis, vel ex Confessarii judicio sufficienter fcit se esse scrupulosum, prudenter contra scrupulum agit; imo illum debet firmiter contemnere, & resolute ac intrepide contra eum operari. ut satis constat ex ratione præmissa: eo maxime quia major est scrupuli materia scrupulos non resistere. Nec scrupulus excludit judicium practicum probabile, aut certum, quod contra eum sit operandum. Et tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam reclam, non ratione in directe considerata, sed ratione ultimi judicii practici seposita illam reflexa; quo scrupulosus patiens judicat, iste & prudenter suam conscientiam scrupulosam cogi ram, esse firmiter contemnendam, & contra eam operandum; quoe judicium practicum est rectum, & moraliter certum; adeoque dicitur conscientia recta, & dictamen prudens contra imprudens.

137 Si probabiliter judicetur esse scrupulus, necne, tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam probabilem, adeoque est unde ea discurrendum.

138 Demum, qui est ita perplexus, ut utrumque oppositorum judicet esse peccatum, & reo cognoscat esse scrupulum, vel quia non habet, cuem consulat, vel quia negat præfata remedia, vel quia est ita scrupulis datus, ut his non obstantibus, adhuc maneat dubius, an id scrupulus sit, nec ne, ac proinde se resolvere neficiat: tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam dubiam, adeoque est unde ea discurrendum, ut n. 17. Debes igitur agere id, quod minus sibi obligare videtur. Quod si neque valeas discernere, quod ex duobus appareat minus, tunc potes agere, quod vis, quia cum necesse sit rem facere, vel omittere, ex necessitate peccares, quod implicat: *v. nn.* 51. & 70.

135 Cæterum præmissæ declarat actationes sunt tantæ virtutis, & claritatis, ut minime verisimile sit, quod intellectus eis attente non valeat facilitèr perse resolvere, nisi dicas eum rationis expertem.

140 De conscientia tractant Scotus *in d.* n. 39 *q.* 2. Mastrius *in Theol. mor. disp.* 7. Busemb. *l.* 1 *tr.* 1. D ana *p.* 2. *tr.* 13. *p.* 4. *tr.* 5. & alibi, Bonac *tr.* 2. *q. p.* 148 Tamb. *tr.* 1. *l.* 1. *c.* Cardenas *de duhita*, & *opinione probabili*. Castrop. *tr.* 1. *tr.* 1.

CAPUT II.

DE LEGIBUS, ET PRÆCEPTIS IN GENERE

Regula externa actuum humanorum.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT LEX.

141 *Lex est voluntas ejus, qui præest populo, debite promulgata, cum intentione obligandi subditos.*

142 Dividitur in naturalem, & positivam. Naturalis est voluntas Superioris præcipientis, vel prohibentis id, quod judicat habere convenientiam, aut disconvenientiam ex propria natura terminorum; quæ prout est in mente divina, dicitur lex æterna; prout autem infertur nobis per lumen naturale, dicitur lex naturalis. Positiva est voluntas Superioris præcipientis vel prohibentis id, quod non judicat habere convenientiam aut disconvenientiam ex natura propria terminorum. Quæ si est voluntas Divina, dicitur lex positiva divina; si humana, dicitur lex positiva humana.

143 Unde lex positiva à naturali differt, quia in naturali objectum ex se, & absolute non habet, quod sit conveniens, aut disconveniens, bonum, aut malum. In lege vero positiva objectum solum à voluntate Superioris habet, quod sit conveniens, aut disconveniens, & quod sit obligans. Hinc lex naturalis est indispensabilis; talis est præcipiens amorem Dei, & veracitatem, prohibens vero odium Dei, & mendacium, quia amor, & veracitas in se, & absolute bona, odium Dei, & mendacium absolute intrinseco mala, ita ut Deus non possit mendacium præcipere. Lex vero positiva est dispensabilis, sive Divina sit ut lex quadragesimalis jejunii, sive humana de jejunio vigiliarum, & quatuor temporum. Inde necessario debuit Deus prohibere mendacium, ob id tamen potuit non prohibere esum carnium, & non præcipere quadragesimale jejunium, & de esu carnium est malus, qui a prohibitus: mendacium vero est prohibitum, quia malum.

144 Lex igitur positiva humana est voluntas Superioris humani debite promulgata, cum intentione obligandi, non præsupponens judicium de convenientia, aut disconvenientia rei ex natura terminorum.

145 Hæc alia est Ecclesiastica, quæ est à Superiore Ecclesiastico; alia Secularis, quæ à Superiore Seculari.

Quan-

146 Quando lex civilis opponitur canonicæ, observanda est canonica; quia Ecclesia abrogare potest leges civiles, non è contra.

147 Subjectum legis est homo subditus, rationis capax. Hinc infideles non tenentur legibus Ecclesiasticis, quia non sunt subditi Ecclesiæ, bene vero legibus naturalibus, & Divinis.

DE OBLIGATIONE LEGIS.

148 Ut lex obliget, 1. requiritur ut conditiones, 2. ut sit Superioris, 3. justa, 4. ab bonum publicum, 5. ab ea promulgata, 6. & acceptata. *v. n.* 597. 599.

149 Ut obliget sub mortali, requiritur duo simul, legislatoris materia, & materiæ capacitas. Hinc potest non gravem sub levi culpa præcipere, manere tamen levem sub gravi: *v. nn.* 2. *p.* 3. *n.* 12.

150 Lex politiva humana, tam Ecclesiastica, quam secularis, potest se excludere obligare, ex illo Pauli *ad* 2. 4.

151 Debent tamen Superiores esse moderati, & non facile in materia levi legibus præcipientes sub mortali obligantibus, ac proinde in mente habeant illud Matth. 23. *Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt ea hominibus humeris, digito autem suo nolunt ea movere.* Et D. Tho. *p.* 2. *q.* 96. *art.* 4. apud Tamb. *in Meth. Mor. l.* 1. *c.* 3. *n.* 15. *Ita debet quidem regulare humanum actum, dum legem ferre, quod ejus observantia sit facilis, & possibilis secundum communem hominum modum. Unde Isidorus dicit, quod lex erit honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, & tempori accommodata, & necessaria, quæ scilicet sunt, ne homines propter aliquam occultam iniquitatem, quæ latet hominum aspectum, vel propter consuetudinem malorum operum, quæ non vitant, videantur à communitate justorum separari: v. Bonacina referentem.*

152 Qui sic legem probabiliter, sed non possunt, in suo conscientiæ foro se non ad illam, nisi tacite condita ea conditione.

153 Regulæ, & Constitutiones Religiosorum non obligantes ad peccatum, non sunt legis propriæ dictæ.

154 Lex non prohibens actum, sed solum irritans, non ligat ad culpam: unde non peccat, qui prohibitorum, aut præceptorum gravi cum materia, licet sine justa, Item non peccat, Ille testimonium ferendum potestas, nec haec alienum fundum dando de libertate, mancipii, de cessio si contractus irritantur. Leges enim hos contractus irritantes sunt quoniam in favorem. Mendo, var. loc. n. 24.

DECRETUM IRRITANS

155 Est illud ignorantes quoad nullitatem actus, quia is tenet ea gaste formæ actus, juxta dicta de impedimento matrim. in reme quoad pœnas. Fagnanus *in c. lib. Decr. in cap. Non sine, de Arbitr. n.* 32. Decatus *tom. 1. p. c. tr 9. Conclusio* 12. *n.* 12.

156 Particulæ irritantes sunt: *Irrito, Nullum, Invalidum, Cassum, Inane.* & *sic aliter cum significat alterutrum, fieri, &c.*

QUÆRES,

157 *An hæc clausula*: aliter fieri non possit: *sit irritativa?*

Non esse irritativam tenent plures apud Pellizz. quia potest habere bonum sensum, videlicet: *aliter fieri non possit licite*; & odia sunt restringenda.

Dico rectius cum Fagnano *in l.* 1. *Decr. de causa* 8. *de electione n.* 20 *ad* 34 regulariter esse irritativam; esse autem solum licitativam, quando aliter reflueret sensus abhonus legis.

Prima pars probatur; quia per talem clausulam non solum prohibetur actus, sed adimitur potestas, & facultas ad actum; nam particula *non*, cum sit mainpontis naturæ, quidquid post se invenit, destruit; unde appellata *supra ly potest*, destruit potentiam, accoque reddit rem de jure impossibilem, & consequenter nullum.

Secunda pars probatur: quia leges non præsumitur claudum ipsis adimere. Et tunc esset, quando ex verba legis manifestum, eam velle actum nullum; & non ly non posse aquisitivo ly non debere.

158 Declarat Fagnanus exemplo: In Bulla suum Greg. XV. *Etsi Romani Pontificis*, &c. pro electione Summi Pontificis, inter alia in §. *Mutatis itaque*, decretum. *Electionem aliter fieri non posse, quam in Conclavi, & ut dicitur, ac post celebratam primam missam de spiritu Sancto missa Sancti Spiritus*. Et tamen Missa celebratio non requiritur ad valorem; ob id inquit Pontifex: non obstante *Decreto Concilii*, per quæ forma electionis esset claudus, irrita, irritanda, & nullius roboris, ac momenti, reputetur; ex quo clare colligitur, Pontificem non appellasse illam clausulam *fieri non posse*, pro formali certi. Ita Fagnanus.

STYLUS CURIÆ

159 Magnum licet authoritatem, sed non adeo ut obligat obsque, nisi præter Constitutione Papæ roboretur. Mendo *loc. cit. n.* 57. Et specialiter si docet Donatus, *tom. 1. p. 2. tr. 13. q. 17. n. 26. de Stylo Cu-*

riæ, seu Pœnitentiariæ absolvendi, & dispensandi cum Religiosis, in casibus, super quibus ex privilegiis possunt Superiores Regulares, dicens, id fieri ad majorem cautelam, vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat.

PUERI

160 ANte usum rationis, qui communiter est post septennium; nullis ligantur legibus. Post usum vero rationis obligantur præceptis naturalibus, Divinis, & Ecclesiasticis confitendi semel in anno, abstinendi à carnibus, ovis, & lacticiniis diebus vetitis, &c. Vide *de casibus reservatis, & de excom.*

LEGISLATOR.

161 LEges, quæ æque congruunt legislatori, & subditis, etiam legislatorem, seu Principem obligant, non vi coercitiva, & quoad pœnam, sed vi directiva, & ad culpam, ex vi juris naturalis, quod caput debeat se conformare cum membris, & suo exemplo subditos ad observantiam promovere; nisi secum dispenset, aut facultatem secum dispensandi alteri deleget, sicut potest cum subditis. Mendo *cit. n.* 24.

VAGI

162 QUi sufficienter nullibi domicilium habent, tenentur legibus specialibus loci, ubi sunt; aliàs nullis legibus localibus ligarentur. Mendo. Unde cum illis potest Superior loci dispensare, cum alium Superiorem non habeant. Busemb. *lib. 1. tr. 2. cap. 2. dub.* 3. cum plurib. negat, vagos ad illas teneri, quia non sunt subditi; nec (ait) est absurdum, quod nullis specialibus locorum præceptis, sed solius juris communis teneantur.

ADVENÆ, PEREGRINI, ET VIATORES.

163 SI non venerint animo habitandi maiori parte anni, sed recedendi, non obligantur legibus, & consuetudinibus specialibus loci, nisi non observando generent scandalum: & sic, si adsit ibi præceptum jejunii, abstinendi à carnibus, &c. non peccant non jejunando, & comedendo carnes, nisi scandalum causent. Fagnanus *in lib. 3. decr. c. Consilium 2. de observ. jejuniorum*, cum pluribus, *v. de casibus reservatis*.

Nec tenentur ad leges locales sui domicilii, dum transeunt per loca, ubi illæ non observantur: quia sunt leges affixæ loco. Alloza *ver. lex*, cum Suarez 3. *p. q.* 24. *ar.* 8.

164 Loquendo autem de legibus, & præceptis communibus, alio modo est discurrendum: unde sit Busemb.

Si dum tua consuetudine derogatum sit alicui præcepto juris communis, & alio veniens, ubi illud viget, eadem obligaberis. Ratio est, quia lex juris communis est universalis, & obligat omnes sine ordine ad locum.

Adducit exemplum. Si Hispanus transeat per Galliam, aut Mediolanensis transeat Romam, non potest ille ibi Sabbatis vesci intestinis animalium, ut in Hispania: nec ille primis quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes, uti Mediolanis: quia privilegium illud non est personale, sed locale, & jus commune de abstinentia à carnibus illis diebus, obligat omnes sine ordine ad locum.

165 E contra civis Galliarum, si transeat per Hispaniam, & civis Romanus Mediolanum, potest ille Sabbatis intestina animalium vesci, & ille potest primis quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes, quia tunc valet privilegium locale, quo frui possunt omnes, qui in loco morantur; unde Peregrini non tenentur præceptis juris communis, si non fiat in usum loci, ubi morantur. Ita Busemb. & Mendo.

CLERICI

165 TEnentur servare leges civiles, quæ non sunt contrariæ juri Canonico; nam jus Canonicum est correctivum juris civilis, in quo adversatur.

REGULARES

166 TEnentur servare sella statuta ab Episcopo, *ex Trid. sess. 25. c. 12.* At non tenentur ad recitandum Officium Clericorum: item tenentur ad vota, & jejunia statuta ab Episcopo; nam cum sint pactes populi, tenentur toti corpori se conformare.

167 Non tenentur Mendicantes Synodo Diœcesanæ interesse, nec ejus statutis ligantur; quia celebratio Synodi Diœcesanæ est unus ex actibus jurisdictionis, & auctoritatis ordinariæ Episcopi; Regulares autem Mendicantes sunt exempti à jurisdictione ordinaria Episcopi, & subduntur Capitulis Generalibus.

Nisi sint Curati, seu Parochi; quia tunc tenentur ratione curæ Parochialis, & ejus jurisdictioni subduntur quoad ea, quæ Parochialem curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, ex Trid. *sess. 25. cap. 11.* Fagnanus *in 1. lib. Decr. cap. quoniam 7. de officio Ordinarii*, n. 51. Et tamen subduntur quoad vim directivam, Mendo *in Epit. ver. lex num.* 28. & Alloza *ver. lex, sect.* 3. *n.* 3.

168 Superiores vero, & Religiosi parvorum Conventuum, vocati tenentur Synodo Diœcesanæ interesse, ejusque statutis ligantur; nam ab Innoc. X. 20. Febr. 1654. & Alex. VII. 30. Mar-

tii 1611. jurisdictioni Ordinarij subduntur, ita ut ligentur legibus suorum Prælatorum, & Episcoporum, & ab utrisque visitari, corrigi, & puniri possint, adeoque ergà illos jurisdictio Episcoporum, & Prælatorum Regularium sit cumulativa, ut detur locus præventioni.

169 Conventus parvus est ille, in quo actu non degunt de familia sex saltem Religiosi, quorum quatuor sint Sacerdotes. Innoc. X. *ea. & Declar. Sac. Cong. die* 29. *Nov.* 1657. *apud Lanzsecam ver. Conventus n.* 13. & 14.

SYNODUS PROVINCIALIS

170 NOn potest statuere contra Concilium Generale, & Regularium privilegia. Fagnanus *in 1. lib. in Decr. in c. quod super n.* 14. & 28. *de major. & obed.*

171 Hic liceat afferre quæ religiosè refert P. Augustin. Matthæucci in Officiali Curiæ de Exceptione, &c. *n.* 46. *ad* 49.

Tandem in favorem Religiosæ humilitatis, dicendum, quod quamquam Regulares sint exempti à jure jurisdictionis Episcopalis, à jure tamen reverentiali non eximuntur, sed sub mortali ad reverentiam Episcopis exhibendam tenen, tradit Peyr. §. 24. ad Const. 26. Leonis X. incipit, *Dum intra, in qua* §. 24. *Pontifex ipse sic Regulares alloquitur. Eadem insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus (hæc est præcipimus) ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congrua honore, & convenienti observantia venerentur.*

Ex Episcopis monet, — Ipsos quoque Episcopos hortamur ac per viscera misericordiæ Dei Nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolo prosequentes, charitative tractent, ac benigne foveant, seque ei. in maxime difficultes, aut duros, aut molestos, sed potius facules, miles, propitios, pracque munificentia liberales, exhibeant, ac in omnibus præcibus, tanquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque iura omni cum charitate custodiant, atque defendant.

Et *Clement.* Frequens de excessibus Prælatorum, *enunciatis tristitia gravaminibus illatis per Prælatos Religiosi, §. verum, Episcopos non hortamur, — sed eis præcipit, ut Religiosos charitative tractent, & foveant, & sua jura, & privilegia inviolabiliter servent.*

Quibus, seu Episcopis, seu exempris, in mutuæ dilectionis subsidium, sensum Concilii Generalis Viennen. per infrascripta exhibeo.

Unum, quia una est (sunt verba textus) *Regularium, & secularium, Prælatorum, & subditorum, exemptorum, & non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una Fides, & unum Baptisma, decet ut omnes, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, & sicut Fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti. Decet igitur, ut & Prælati, & alias tam exempti, quam non exempti, suis juribus sint contenti, & alter in alterius injuriam non prosiliat, seu jacturam. Clement. allegata.*

172 Insi per fas sit mihi, ut Illustrissimis Præsulibus, post ecundem humillimam fratrum vestrum deosculationem; proponam verba Fagnani in relato 1. *lib. Decret. cap. quod super 6. de major. & obed. n.* 29. ut sequitur:

In primis autem dedecet, ea privilegia violari ab Episcopis, quibus Regulares subservunt, & coadjutores existunt in prædicatione verbi Dei, in Sacramentorum administratione, & in cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum, ut habetur in cap. Ex auctoritate 16. q. 1. & docet S. Thom. in 2. 2. quæst. 187. art. 1. vers. Sed contra, & quæst. 188. art. 4. Quapropter Host. *c. inter cætera num. 16. vers. Hodie tamen supra de off. ord. exaggerat valde dolendum, quod Episcopi non agnoscant, Regulares esse Coadjutores suos, adjutoni Parochiorum providere per Ordines Prædicatorum, & Minorum, licet non omnes capiant unum illud, cujus dictum refertur ibidem* Joan. Andr. *num. 10. vers. dicit demum, & idem refert num. 11. in verb. conservatores, ecquæritur, quod Episcopi nostri temporis adhærent parvuli, & subtrahant columnas, &c.* Gard. *n.* 3. & Silvest. *in ver. Episcopus, num. 12. vers. Decimo quæritur.*

QUÆRES I.

173 *Quando lex obligat sub mortali.*

Certum est 1. nec legem pure directivam, nec omnem præceptivam obligare sub mortali: quia plura videmus in legibus verba præceptiva, quæ solum obligant sub veniali; unde verba præceptiva debent esse talia, ut ex communi fidelium usu arguanti intentionem legislatoris de obligando sub mortali. Talia sunt hæc verba: *In virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini judicii, sub indignatione Apostolorum, &c. sub pœna maledictionis Dei, sub districto Dei judicio, in virtute juramenti &c.*

174 Certum est 2. legem latam sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ obligare sub mortali, minime latam sub excommunicationis minoris: quia illa non incurritur nisi ob mortale, ista ob veniale.

197 Difficultas est de duobus punctis.

Primus favorem affert, omnem legem pœnalem obligare sub mortali, tam civilem, quam ecclesiasticam, si materia sit gravis, quia Legislator intendit obligare omni efficaciori modo, quo potest, & hic non est pœnam, quam ad peccatum. Quod confirmatur ex dictis de lege civili, quia Superior Secularis non videtur obligare, nisi ad pœnam, quæ venit, alias ad arbitrium judicis, qui non semper tenetur ad pœnam, ut dictum est de transgressore legis civilis.

198 Secundus contrarius tenet, nullam legem pœnalem per se obligare sub mortali, nisi ex genere suo sit gravis, & ex parte materiæ, vel ex parte intentionis Legislatoris, ut ostendit ex communi sententia Theologorum, qui docent, legem humanam non obligare sub mortali, nisi ex genere suo sit gravis, & ex parte materiæ, vel ex parte intentionis Legislatoris. Ratio est, quia Legislator humanus non videtur obligare, nisi ad id, quod venit per se primo, & principaliter intentum, & non ad id, quod venit per accidens, & secundario intentum: Sed pœna venit per se primo, & principaliter intenta, ut patet, quia Legislator statuit pœnam, ut subditi ab illicitis deterreantur, & ad licita inducantur, ergo videtur, quod pœna non teneat, nisi materia sit gravis, & Legislator intendat obligare ad pœnam sub mortali. Quod confirmatur, quia pœna est gravis molestia, & afflictio, quæ non videtur imponi, nisi ob culpam gravem, cum pœna sit levior in culpa levi.

199 Hæc autem sententia habet in scriptis plures Doctores, maxime in Synodalibus constitutionibus, & Decretalibus, quales sunt Innocentii Papæ XI. Decretum, de quibus inquiunt D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 9. ad 2. ubi addit, sufficiens, quia in lege humana comminatur malum pro malitia peccantis: sed malitia non semper requirit culpam gravem ex ordinatione obligantis ad id ex genere suo.

Quod etiam (ait Medina) in plurimis legibus civilibus patet Judicem locum, quando ex Legislatoris declaratione, aut ex aliqua circumstantia, aut ex rationis ordine, aut ex usu patet, aliquid non esse dignum pœna, an leve aliqua peccata sint, vel culpa tanta eadem esset in his, quæ pœnis non tenentur, quam in aliis, quæ tenentur, ut patet in legibus, quæ pœnam imponunt furi, qui furatur minimum, & in aliis similibus, quæ omnia videntur ostendere, quod Legislator non intendat obligare ad pœnam, nisi ubi culpa est gravis, & ex genere suo mortalis, & ita ex communi sententia Theologorum, & Canonistarum, & Legistarum docetur Navarrus, Cap. 23. Num. 82. & Lessius, l. 2. c. 40. d. 13. n. 102. Quare ex his, ad quem modum se regulare debeat Confessarius in materia Legum pœnalium, quæ sæpe occurrunt, ex dictis facile colligi potest.

200 Secundum punctum est, an pœna Legislatoris declaratoria, quæ ex se non est gravis, & ex materia gravi imponitur, obligare possit sub mortali, & pro certo habeo, & in relatis, ac in dubiis, ut dubia sunt, communiter Theologos docere, quod pœna declaratoria, quæ ex se non est gravis, & ex materia gravi imponitur, non obligat sub mortali, quod declarat D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 9. ad 2. ubi docet, quod Legislator intendit obligare omni efficaciori modo, quo potest, & hic non est pœnam, quam ad peccatum. Quod confirmatur ex dictis de lege civili, quia Superior Secularis non videtur obligare, nisi ad pœnam, quæ venit, alias ad arbitrium judicis, qui non semper tenetur ad pœnam, ut dictum est de transgressore legis civilis.

201 Secundus contrarius tenet, nullam legem pœnalem per se obligare sub mortali, nisi ex genere suo sit gravis, & ex parte materiæ, vel ex parte intentionis Legislatoris, ut ostendit ex communi sententia Theologorum, qui docent, legem humanam non obligare sub mortali, nisi ex genere suo sit gravis, & ex parte materiæ, vel ex parte intentionis Legislatoris. Ratio est, quia Legislator humanus non videtur obligare, nisi ad id, quod venit per se primo, & principaliter intentum, & non ad id, quod venit per accidens, & secundario intentum: Sed pœna venit per se primo, & principaliter intenta, ut patet, quia Legislator statuit pœnam, ut subditi ab illicitis deterreantur, & ad licita inducantur, ergo videtur, quod pœna non teneat, nisi materia sit gravis, & Legislator intendat obligare ad pœnam sub mortali. Quod confirmatur, quia pœna est gravis molestia, & afflictio, quæ non videtur imponi, nisi ob culpam gravem, cum pœna sit levior in culpa levi.

202 Hæc autem sententia habet in scriptis plures Doctores, maxime in Synodalibus constitutionibus, & Decretalibus, quales sunt Innocentii Papæ XI. Decretum, de quibus inquiunt D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 9. ad 2. ubi addit, sufficiens, quia in lege humana comminatur malum pro malitia peccantis: sed malitia non semper requirit culpam gravem ex ordinatione obligantis ad id ex genere suo.

Quod etiam (ait Medina) in plurimis legibus civilibus patet Judicem locum, quando ex Legislatoris declaratione, aut ex aliqua circumstantia, aut ex rationis ordine, aut ex usu patet, aliquid non esse dignum pœna, an leve aliqua peccata sint, vel culpa tanta eadem esset in his, quæ pœnis non tenentur, quam in aliis, quæ tenentur, ut patet in legibus, quæ pœnam imponunt furi, qui furatur minimum, & in aliis similibus, quæ omnia videntur ostendere, quod Legislator non intendat obligare ad pœnam, nisi ubi culpa est gravis, & ex genere suo mortalis, & ita ex communi sententia Theologorum, & Canonistarum, & Legistarum docetur Navarrus, Cap. 23. Num. 82. & Lessius, l. 2. c. 40. d. 13. n. 102. Quare ex his, ad quem modum se regulare debeat Confessarius in materia Legum pœnalium, quæ sæpe occurrunt, ex dictis facile colligi potest.

QUÆRES II.

An lex humana obliget sub gravi pœnam subeundam?

Resp. Affirmative, si pœna non requirat actionem, sed constituat in passione, ut pœna irregularitatis ex delicto, non percepti ordinis ob supervenientem amentiam.

Negative, si pœna actionem requirat, v. gr. solutionem pecuniæ, exilium, &c. tunc enim non tenetur subire pœnam ante Judicis sententiam, nisi exprese id per jure statuatur, uti tenentur contra eum, qui obtinuit Beneficium parochiale, minus idoneus, quod si intra annum sua culpa non obtineatur, teneatur illud dimittere. Mendo *tract. lex. n. 9.* Qui rite addit:

180 *Aliquando tamen benigne exponimus leges pœnales, ut intelligatur, ipso facto incurri pœnam, idest, statim ac à judice declaratum fuerit delictum, quod delinquens temerarius sumit delictum, declarave, ut pœnam subiret, nempe simoniacus suam simoniam, & ipso eam commissam renunciaret Beneficio: & hæresiarcha suæ dictæ, si bona ipse traderet Fisco, & hic similia. Nec frustra asponitur in lege pœnali clausula: Ipso facto incurrenda: Etenim sonat, post Judicis declaratoriam de commisso delicto, non requiem aliam sententiam circa pœnam subeundam, sed tunc ipso facto eam, quæ in lege asponitur, incurrit subire.*

QUÆ-

QUÆRES III.

An peccatum omissæ confessionis sit humanæ Legislatoris?

Est quæstio satis practica, quia multi non confitentur, & in scrupulis dant se facile eadem peccata confitendi, & confessionem, quam annuatim Ecclesia præcipit, & ideo non videtur, quod sit humana Legislatoris, sed divina, quia Christus Dominus dixit Apostolis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et ita pœnitentiæ sacramentum, cum omnes Ecclesiæ Patres, & Concilia Tridentina confiteantur, illud esse divinum, & ab ipso Christo institutum, quis non videt, quod confessio sacramentalis sit divina, & non humana Legislatoris?

181 Hanc sententiam docent Vasquez, Suarez, Sanchez, Lessius, Navarrus, Azorius, Bonacina, Filliucius, Tamburinus, Diana, Mendo, Salas, Reginaldus, Pontius, Laymann, Busembaum, Sporer, Elbel, Gobat, Holzmann, Schram, Wagnereck, Pirhing, Schmalzgrueber, Wigandt, Gibalzer, Roncaglia, Ferraris, Pellizarius, Gonet, Concina, Antoine, Collet, Juenin, Habert, Tournely, Billuart, Gousset, Dens, Bailly, Debreyne, Dupasquier, Wouters, Ballerini, Gury, Lacroix, Marc, Aertnys, Noldin, Génicot, Lehmkuhl, Slater, Prümmer, Vermeersch, Creusen, Ojetti, Merkelbach, Iorio, Cappello, Ter Haar, Van Hove, Aertnys-Damen, Sabetti-Barrett

dro VIII. damn. & prop. 55. ab Innoc. XI. damn.] *p. 2. & 6.*

188 E contra hæresis pure externa non subjacet excommunicationi Bullæ Cœnæ; quia lex sub excommunicatione prohibet veram hæresim, ad quam constituendam necessario requiritur error in intellectu cum pertinacia: *v. to. 2. pag. 539. nu. 358. & pag. 555. num. 281.* Quarto, est actus internus, qui licet afferat aliquam honestatem moralem actui externo, supponit tamen illum jam primario constitutum in esse morali alicujus virtutis; unde actus internus non dicitur necessarius ad honestatem actus externi, sed illi conferre honestatem, & bonitatem accidentalem; & ipsi etiam difficile cadunt sub potestate legislativa Ecclesiæ, licet nonnulli negent. Aperte sequitur ex rationibus primæ, & tertiæ assertionis, *n.* 181. *&* 184.

189 Verum tamen est, in exercitio & praxi non semper cadere sub præcepto, & lege, sed solum quando constat, præceptum expresse eos intendere, ut in simili dixi *n.* 283. de actibus pure internis.

190 Hac ratione satisfacit præcepto jejunii quatuor temporum, & aliis Ecclesiasticis, qui jejunat, et amsi non jejunet *ob* motivum christiandi fructus à Deo; quia adeprehendere à tali motivo, jejunium habet honestatem primatiam ex præcepto objecto, nempe temperantiæ, & macerationis, quæ primario ab Ecclesia intenditur. Tum quia Ecclesia non præcipit expresse aliam honestatem accidentalem, sed præcise substantiam jejunii. Idem dic pariter de aliis præceptis Ecclesiasticis: unde illis satisfacit, qui ponit substantiam actus cum sua honestate substantiali, seu primaria ex objecto.

191 Pari ratione satisfacit præcepto jejunii, si jejunes intendens macerationem, sed concomitanter, aut consequenter habeas affectum vanæ gloriæ; quia malitia illa est accidentalis, atque concomitans, & actus jam retinet honestatem primatiam temperantiæ ex suo objecto, quam Ecclesia intendit.

192 Si vero urgente aliqua necessitate patriæ: v. gr. fame, bello, &c. Superior præcipiat, ut subditi jejunent, & ut jejunium applicent Deo in patriæ levamen; ad illud tenentur subditi, sedum jure naturali charitatis, sed vi præcepti, si Superior obligare intendat sub culpa. Hinc subditus sub mortali tenetur Missam juxta Superioris intentionem applicare ex vi præcepti obedientiæ.

QUÆRES IV.

193 *An lex non acceptata obliget in conscientia?*

CErtum est 1. præceptum affectale, ut obliget, non expectare subditi acceptationem; quia Superior Ecclesiasticus habet jus præcipiendi in materia sibi subordinata, independenter à consensu subditi. Unde difficultas est de lege propriè dicta, permanente.

194 Certum est 2. populum peccare mortaliter, si sine rationabili causa non acceptet legem sub mortali obligantem. Habetur ex illo Pauli ad Rom. 13. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: & qui resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt.*

195 Dico, legem, non acceptatam obligare. Quia quando dicitur, quod lex non acceptata non sit valida, non est sensus, quod acceptatio subditorum det Superiori potestatem ad legem edendam; nam Summus Pontifex, & cæteri Prælati inferiores habent potestatem condendi leges independenter à populo, ut liquet ex relato loco Pauli: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Unde possunt legem condere, populo invito, nisi Prælati inferiores quoad hoc limitentur à Papa. Sed solum id dicitur ex rationabili interpretatione voluntatis legislatoris; rationab. liter enim interpretamur voluntatem Superioris non esse, ut velit astringere subditos, si ipsi rationabilem & justam habeant causam non acceptandi. At non rationabiliter interpretamur, cum non velle ligare subditos, & subditi sine rationabili causa, sed ex propr. a libito, acceptare non velint; imo tunc rationabiliter præsumitur Superior in subditos rite indignatus.

196 Hinc concluditur, quod lex sine rationabili causa non acceptata, non ceslet obligare; præsertim si Superior illlet pro legis acceptatione, & observantia: *v. prop. 28. Alex. VII. damn. p. 2.*

197 Si lege non acceptata, Superior non inflet pro acceptatione, & observantia, tunc contra eam habet locum præscriptio, & consuetudo, ut in *n.* 143. sive Superior sciat, sive nesciat. Nunquam inducori potest consuetudo contra legem, Superiore irritante, & urgente pro observantia legis: *v. n.* 248.

198 Si per as, aut in toto tempore medio intra decem, aut quadraginta annos, peccent subditi, qui contra legem consuetudinem introduxerunt? Affirmat Barac. quia cum adhuc consuetudo non sit firmata, viget lex. Negant Bonacina, Massius, & alii: asserentes: *Subditos esse tutos in conscientia, quando consuetudo ita invaluit, ut plerique et ab bonis eam sequantur.* Quia tunc rationabiliter præsumitur de superioris benignitate, quòd non velit, nec patiatur subditos per multo tempus in mala conscientia permanere: & tempus pro consuetudine fundanda requiritur, præsertim pro foro externo, ut in eo vim habeat.

199 Et Busem. addit: Si post longum tempus videant non observatam, credere possunt eam subtractam per præscriptionem.

Soli igitur lex ex rationabili & justa causa à majori parte Communitatis non acceptata, non obligat, *n.* 195.

200 Dicta etiam locum habent pro legibus à Principibus absolutis latis cum intentione obligandi ad mortale, quorum aliqui, licet elegantur in Principes, & Reges ex consensu populi, electi tamen sunt ab eis independentes quoad leges ferendas; non enim supponuntur electi, cum conditione, & conventione, ut leges non condant sine consensu, & acceptatione populi.

QUÆRES V.

201 *An Abbatissa, vel Priorissa possit imponere suis Monialibus præcepta obligantia ad mortale?*

CErtum est cum Com. posse imponere præcepta obligantia ad mortale, si materia sit gravis, aut ad veniale, si materia sit levis, inquantulo de præceptis temporalibus, quæ scilicet concernunt finem temporalem, & politicum, nempè rectam Monasterii gubernationem quoad bonum pacis, disciplinæ, observantiæ, & conservationis familiæ.

Ratio est, quia Abbatissæ competit potestas civilis, & politica, œconomica, & domestica tanti matrisfamilias, & majori, quam matres habent respectu filiorum, quia ei competit virtute Regulæ, & subjectionis ad Sedem Apostolicam approbatæ; ut de potest imponere præcepta spectantia ad domesticam gubernationem, obligantia ad culpam gravem, aut levem, ne pax, disciplina, observantia, & conservatio familiæ corrupt.

202 Et ne potest præcepta imponere, ne Moniales litteras, aut donaria recipiant, ne ad cœtus ad colloquendum cum extraneis accedant, ne e specubus, seu fenestris cum exteris per viam transeuntibus colloquantur, (quod quidem scandalo esse solet) aut ibi actus irreligiosos & immodestos habeant.

203 Difficultas est de præceptis spiritualibus, ordinatis ficilicet ad finem spiritualem, seu supernaturalem.

Et quidem de illis negat Pellizz. *de Man. sup. 4. sect. 3.* Diana *p. 5. tract. 3. res. 16.* ubique Ledesma, & quamplures apud eos, quia Abbatissa, utpote fœmina, est incapax notestatis, & jurisdictionis spiritualis in suas subditas; sed habet solum civilem, & politicam, uti materfamilias in ordine ad gubernationem domesticam; adeòque non posse præcipere Monali, ut Divinum Officium recitet, Missam audiat, & similia, in quantum profectum spiritualem subditarum concernunt.

204 Similiter, nec posse præcipere, *in virtute Sanctæ Obedientiæ, Nomine Christi, in nomine Spiritus Sancti*; quia est usus jurisdictionis spiritualis, quam non habet.

205 Unde si Abbatissa præcipiat sub peccato Monali, ut recitet Divinum Officium, si Monialis omittat semel, aut bis, non peccabit graviter ex vi præcepti Abbatissæ, sed ex vi præcepti, quod aliunde omnes Moniales ligat; quia Abbatissa solum præcipere potest talem recitationem ob finem temporalem, nempè ob bonum Monasterii gubernationem, in ordine ad quam omittere Officium semel, aut bis, est in materia levi. Si vero id præcipiat Prælatus regularis suo subdito, si subditus omittat semel, percabit mortaliter: quia sicut Prælati regularis potest esse spiritualis, nempè pertectus spiritualis sui subditi, in ordine ad quem omissio unius Officii est materia

206 Abbatissa igitur est solum executrix Regularium, & tantum imponere potest præcepta illi, quæ conducunt ad rectam Monasterii gubernationem in pace, & sine scandalis. Prælatus vero regularis potest in suis præceptis etiam profectum spiritualem suorum subditorum intendere; adeòque potest eis omnia præcipere, quæ ad majorem eorum profectum conducunt, dummodo non sint supra, nec præter Regulam, sed directè, aut indirectè ad illam pertinent. Ita Pellizz.

207 Dico, Abbatissam, seu Priorissam posse suis Monialibus præcipere, *in virtute Sanctæ Obedientiæ*: & præcepta formaliter, ac sub tali illa imponere, quæ in conscientia graviter, aut leviter obligent, juxta gravitatem, aut levitatem materiæ: Melphi *in Com. c. 11. Bar. 7. assert. 12.* Castropal. *tom. 3. art. 18. disp. 2. p. 2. n. 3.* Rodr. Lezana, & alii apud Diana *p. 5. to. 9. res. p. 16.*

208 Ratio est primò; quia officium Abbatissæ est officium Ecclesiasticum, quod ly pretio comparetur, erit simonia; qualis non esset, si nulla potestas spiritualis ei esset annexa.

209 Secundò; quia Abbatissa, utpote fœmina, solum est incapax jurisdictionis, & potestatis

potestatis spiritu[illegible]ux spectat ad claves, & dependet ab Ordine, qualis est potestas censuras ferendi, absolvendi, benedicendi, &c.

Potestas autem, & jurisdictio præceptiva, & correctiva, non spectat ad claves, nec dependet ab Ordine, sed est superioritati annexa; unde in Ordine Minorum cuam competere potest laicis, quia possunt ibi esse Guardiani.

2 to Nec ei repugnat, quia spiritualis; nam (ait Melphi) de facto, gratiam, characterem baptismi, & habitus infusos, qui spirituales sunt, recipit; sicque (ex disparitate non attenda) erit capax potestatis jurisdictionis spiritualis correctivæ, quoniam ejus usus, non est usus clavium, nec dependet ab Ordine. Tum quia Moniales auctoritate Apostolica professionem emittunt, & obedientiam vovent, ac Regulæ observantiam in manu Abbatissæ.

211 Non dicas cum Pelizz. *tr.* Moniales ei promittere obedientiam, cujus est capax, nempe ut matrifamilias, & quoad ea, quæ ad rectam gubernationem Monasterii spectant; atque etiam, si spiritualia Abbatissa præcipiat, v. g. recreationem Officii, Missæ auditionem, &c. illa præcipere, non ob finem spiritualem, sed ob temporalem solum, prout ad rectam domesticam gubernationem Monasterii spectant.

Non erimi juvat; quia gratis dicitur. Nam in manu Abbatissæ professionem emittunt, & obedientiam vovent absolute, absque ulla restrictione. Et talis emisso professionis, & voti, magis principaliter, non finem temporalem, sed spiritualem, nempe Religiosarum spiritualem professum intendit: hic est finis institutionis Religionum utriusque sexus.

212 Illud tamen est notandum, utramque potestatem præcipiendi, tam temporalem, ut materfamilias, quàm spiritualem correctivam, ut Superioritis, esse subordinatam Superiori majori, nempe Ordinario. Unde, si hic ei imposuerit, ut ipso inconsulto præcepta non imponat, non potest eo inconsulto imponere. Quod valet Ordinarius facere; quia in præceptis imponendis requiritur eximia prudentia, quæ non solet in mulieribus reperiri: *v. n.* 151.

QUÆRES VI.

1) *An Declarationes Sac. Congr. Conc. Trid. in authentica forma exhibita habeant vim legis?*

Prima opinio tenet non habere vim legis, ac proinde non tollere probabilitatem opinionis oppositæ, sed solùm esse magnæ auctoritatis. Vernicch. *tr. v. q.* 6. Diana *p. 1. tr. 10. resol.* 29. Bonac. *de legib. d. p.* 1 [illegible] 8. *num.* 4. Port. *ver. Cardinalium* [illegible]: & alii multi apud ipsos. Quorum ratio [illegible] est, quia [illegible] Constitutiones [illegible] non [illegible] in [illegible] publicentur [illegible] in [illegible] solemniter publicari [illegible] (ut advertit Fagnanus) ipsa Congregatio Concilii, quando vult novam legem condere, eam prius a Summo Pontifice approbaram, & roboratam, solemniter publicari facit, ut patet in Decreto *de Apostatis, & ejectis. De rebus Regularium non alienandis. De celebratione Missarum, &c.* Non sic in legis declaratione; quia hæc non [illegible] bus) est promulgatio, tract ante illam lex obligare [illegible] possit.

214 Secunda sententia, quam sequor, docet habere vim legis, ac proinde obligare in utroque foro. Rodr. *q. Reg. tom.* 1. [illegible] *ser.* 2. Miranda *in man.* [illegible] *num.* 6. Farn. *lib.* 1. *Decr. c. quoniam* 13. *de consti.* [illegible] *& alii pas[illegible] ante trapud* [illegible].

215 Ratio est; quia hæ Declarationes fiunt auctoritate Papæ, & illo consulto, videlicet auctoritate à Papa ipsis Cardinalibus tradita interpretandi Decreta Concilii, ipso consulto, ut constat ex Bullis Pii IV. *Benedictus Deus* 26. *Jan.* 1562. *Sixti V. immensa*, §. *Deo autem Pat* 22. *Jan.* 1587. Declaratio autem legis facta ab eo, qui a Principe, seu [illegible] tore habet jus interpretandi, non differt a lege declarata, *l. hominis, &* [illegible] *l. mulier. qui. argumento, ff. de testamentis.*

216 Declarationes igitur Sac. Congr. Conc. nil aliud substantialiter sunt, quam ipsa Decreta Concilii ex se obscura, dubia, aut male intellecta; ac proindè eandem [illegible] quam ipsa decreta. Cùm igitur Decreta habeant vim legis in utroque foro obligantis, ita & ipsæ declarationes; nam qualitates omnes legis declaratæ censetur inesse illius declaration[illegible] *l. citat.*

217 Hinc non obstat fundamentum opinionis oppositæ; quia hæ declarationes non sunt novæ leges, sed ipsæ leges Concilii. Nec obligatio ad culpam, & pœnam, [illegible]tur ex ipsa lege declarante, sed ex lege declarata; & ideò non exposcunt solemnitatem publicationis; sed sufficit illa, quæ facta fuit in ipsius legis editione.

218 Cæterùm (ut advertit Fagnanus) ipsa Congregatio Concilii, quando vult novam legem condere, eam prius a Summo Pontifice approbaram, & roboratam, solemniter publicari facit, ut patet in Decreto *de Apostatis, & ejectis. De rebus Regularium non alienandis. De celebratione Missarum, &c.* Non sic in legis declaratione; quia hæc non [illegible]

tit novum jus, sed quod prius erat, manifestat.

219 Illud certum est, Declarationes, seu Decreta S. Congr. Concilii non obligare, nisi constent authentice, ex Decreto ejusdem Sac. Congr. Concilii apud Lantuscam *in Theatro Regul. ver. Congregationis Concilii Decreta*, ut sequitur:

Sacra Congr. Conc. ex speciali jussu Urbani VIII. mandat, & præcipit, hujusmodi declarationibus non imposterum, & imprimendis, quàm manu scriptis, nullam fidem esse in judicio, vel extrà, aliquam adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, & sub sigillo, & subscriptione Eminentiss. D. Card. Præfecti, & Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium, munita fuerint. Die 29. Augusti 1621. prout in Regestis hujus Congregationis, fol. 124.

220 Idem disponit S. Congr. Rituum pro Decretis ejusdem S. C. Rituum.

METUS

221 GRavis cadens in virum constantem, metus, inquam, aut periculum non levis, sed gravis damni, nempe vitæ, mutilationis, infamiæ, aut jacturæ bonorum, qui non leviter, sed probabiliter, & prudenter timetur, excusat a præcepto positivo, sive humano, sive divino; similiter & gravis difficultas, aut urgens necessitas, de qua in præceptis particularibus; quia leges positivæ, etiam divinæ, sunt accommodatæ humanæ conditioni, juxta illud Matt. *c.* 12. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.*

222 Hinc in tali periculo, aut metu, vel urgente necessitate, non tenemur ad jejunium; aut auditionem Missæ die festo, ad integritatem materialem confessionis, ad solutionem decimarum, ad non communicandum cum excommunicato vitando, &c.

223 Non excusat autem, si id cedat in majus Reipublicæ damnum, aut si ad transgressionem legis cogamur in contemptum legislatoris, Religionis, vel fidei; tunc enim ad observantiam legis tenemur, etiam cum periculo vitæ: quia bonum publicum est præferendum privato, & contemptus legis, aut fidei, est ab intrinseco malus. Constat exemplo Eleazari Machab. *lib.* 2. *c.* 6. Vide dicenda *de charitate, & tom.* 2. *n.* 420.

224 Eadem ratione metus gravis non excusat à præcepto positivo divino respiciente bonum commune Status Ecclesiæ, qualia sunt omnia præcepta positiva Christi, ad administrationem Sacramentorum pertinentia, uti est sigillum confessionis, confectario in duplici specie, confectio Sacramentorum secundùm debitam materiam, & formam.

225 Item non excusat à præcepto naturali negativo prohibente rem ab intrinseco malam, & quæ nulla valent ratione colonestari, quia hæc non potest per metum malitia spoliari: hujusmodi sunt odium Dei, negatio etiam puræ externa fidei, mendacium, pollutio voluntaria, accessus ad non suam, occisio directa innocentis, &c. unde ob metum mortis non licet mentiri, &c.

305 Dixi, regulariter, quia aliquando ratione alicujus circumstantiæ adjunctæ eos omittere est mortale: 1. si cedat in scandalum, & signum odii interni: uti esset, si pluribus simul tibi occurrentibus cæteros salutes, & inimicum excludas: 2. si allocutio non

non est debita, sed tu prævides, quod ex tua allocutione, aut salutatione, inimicus odium deponet, tunc mortaliter peccas, si sine magna animi difficultate potes: hoc addidi, quia charitas non obligat cum magno incommodo.

306 Possunt tamen isti aliquando excusari à mortali, si alii, qui videbant eos priùs adinvicem salutari, & modò vident non salutari, sciant causam rixæ fuisse levem, & rixam levem.

307 Quando colloquio est offensus, debet priùs incipere lædens, inferior, qui priùs offendit, qui excitavit, qui gravius offendit, licèt fuerit posterior. Si injuriæ sint æquales, aut non sit major ratio, cur incipiat priùs unus, quàm alter, utrique incumbit cura occasionem capiendi; & ille, cui priùs occasio occurrit, incipere debet; sicut inter æquales unus priùs tabulam ludi incumbit illi, qui eorum alio pertransiit.

308 Non teneris salutare inimicum, si sis moraliter certus eum non resalutaturum; quia tunc esset periculum, ut tu graviter contra illum inveneres. Similiter, si prævideres inimicum exinde evasurum audaciorem, & magis tibi infestum; aut si inde notabile damnum esset tibi secuturum.

309 Si inimicum graviter tibi infensum te salutantem non resalutes, peccas mortaliter, quia est signum odii; à mortali excusaris, si circumstantiæ sint tales, ut omissio resalutationis judicio prudentis non sit signum odii, v. g. si salutans sit valdè inferior. Si salutans simulet le dissitatum, ut vere appareat non advertisse. Si injuria sit gravis, & recens, & salutans sit tibi oratæ conscientiæ, ut omissio resalutationis attribuatur fragilitati conditionis humanæ, quæ non patitur tam subitò resalutare offensorem. Sic Matrona nobilis, si non resalutet more patriæ occiforem sui filii; in hoc enim, cum vindictam de injuria non sumat, omissio resalutationis non est signum odii, sed sensus justi dolotis, vel muliebris fallus. Ita Tamb. Adde, solere mulieres vitare occisoris aspectum, non ratione odii, sed ne dolorem renoveat eum memoria occisi filii.

310 Concluditur tunc te teneri ad præfata specialia signa, quando circumstantiæ sunt tales, ut eorum omissio sit signum odii interni: secùs, quando non.

311 Aliquando poteris scandalum vitare, si inter familiares societates eorum, qui possent scandalum pati, protestares te ex toto corde personam talem diligere: a signis verò specialibus te abstinere, minime ex odio, sed ex justa consideratione, quia tibi grata non est facietas ejus.

312 Dixi in principio: *Quilibet homo privatus*. Quia persona publica, nempè Prælatus, Superior, Princeps, regulariter potest, imo debet subdito deficienti signa nedum specialia, verum etiam communia denegare, atque etiam asperum, & austerum vultum ostendere, quia hoc non est signum odii, sed medicina, ut subditus se emendet, qui sæpe in pejora prolaberetur, si posit delectum, Superiorem sciemem, adhuc tularem, atque benefician experiretur.

313 Offensus offensorem accusare, nec tenetur postea ei facere juridicè remissionem; id enim est consilium, non præceptum. Ratio est, quia non peccat, si id faciat, non volens pœnam, ut multum, & malestum ipsi offensori: quia hoc est odium mortale: sed volens satisfactionem offensæ, quæ per offensoris punitionem habetur, & exemplum aliorum, ne alii, vel iidem iterum in similes offensas prorumpant, sed coerceantur à malis. Primus quidem est actus odii, quia fixus in malo proximi; secundus vero est actus justitiæ vindicativæ, qui fixus in reparatione injuriæ, adeoque est actus bonus; alioquin istique instituerentur Judices pro reparatione injuriarum, & satisfactione patientium offentas. Debent tamen fideles in procuranda satisfactione, præsertim in causis criminalibus, esse moderati, atque cauti, ne cum actu justitiæ odium amittescent. Debilis autem moderationibus adhibitis, si alius exinde sumat occasionem odii, ejus scandalum passivum; quia tu jus tuum agis.

314 Demum, quando in præsentia inimici experitis varios motus sensus, nempè te trepidare, faciem immutare, repugnantiam de ejus aspectu habere; non inde peccas, si ad deliberatum, & gravem aversionem, aut ad grave malum deliberandum non transeas, quia illi motus sunt naturales, & involuntarii, orti ex apprehensione objecti, ut tibi molesti. Scotus *in* 3. *dist.* 30. *q. un.* Mastrius *in Theol. mor. disp.* 10. *n.* 48. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 1. §. 3. Busemb. *lib.* 3. *tr.* 3. *c.* 2. Bonac. *tom.* Bert. Castr. *t.* 1. *tr.* 6.

INVIDIA

315 *Inordinatus tristitia de bono alte*

L*ui est diminutivum propriæ excellentiæ*; unde per invidiam non tristatur quis de bono alterius, quia velit malum ipsi, nam hoc est actus odii: sed falsò apprehendit illud esse diminutivum propriæ excellentiæ, & honoris. Ex genere suo est mortale, si bonum sit grave. Regulariter tamen solet à mortali excusari ratione levitatis materiæ, aut ex defectu plenæ advertentiæ, & deliberationis.

In-

Invidiam satis clare distinguit Busemb.

non mal-

tum inæqualis, in excellentia crescat, ita ut sit te superior, & ipsum incrementum excellentiæ apprehendat, ut sibi malum, est propriè invidia.

falso & immeritò id apprehendis; hunc teneris eam apprehensionem repellere, & non voluntate consentire, & tristari.

317 *Si tristitia sit ex eo, quòd ita Deus ordinarit quod aliter habeas, ita tamen,*

si hoc, quòd sit *bonestum, est laudabile*, dicente Apost. ad Cor. 12. Æmulamini charismata meliora.

interdum est venialis, ut si bonum alterius sit proportionatum, quale esset, si rusticus doleret se non esse Papam.

318 *Si tristitia est de bono alterius,*

ille est indignus, non est invidia, sed indignatio, quæ non est peccatum.

319 *Si tristitia est de bono alterius, in quantum eo*

, vel alii timetur nocumentum:

tunc est evellius ad effectum, ut exhibeat actiones pejus nocere; non est invidia, sed timor, quæ per se *ne per se* *sit*

320 In his autem potest esse peccatum mortale per accidens, puta, si divinam providentiam argueres, si ad malum ei desiderandum

c. 1. §. 3. Busemb. lib. 1. *3. dub. 4. Bonac. tom.* *pag. 209. Castrop. t. 1. tr. 6.*

SCANDALUM

321 EX D. Thoma, *est dictum, vel factum, quod est occasio ruinæ spiritualis proximi* nempe peccati: Est duplex, activum, & passivum.

Activum, *est dictum, vel factum malum, seu spretum mali habens, probens alteri occasionem ruinæ spiritualis.* Est peccatum mortale, si est occasio peccati mortalis: veniale verò, si venialis. Et tale est, etiam si peccatum alterius, seu scandalum passivum non sequatur; quia per accidens est, quòd non sequatur.

322 Scandalum activum dicitur directum, si malum, aut speciem mali habens, dicis aut facis intendens ruinam spiritualem proximi, sive formaliter ob damnum spirituale proximi quod est proprium dæmonis, sive materialiter ob proprium commodum, & utilitatem, quod est proprium hominis; ut si quis verba obscœna dicat coram muliere, ut eam inducat ad peccatum.

323 Indirectum dicitur, si malum, aut speciem mali habens, dicis, aut facis, prævidens esse aptum natum, ut sit alteri occasio peccandi, licèt id non intendas. Malum dicitur, quod in se est malum. Speciem mali habens dicitur, quod in se non est malum, pusillis tamen apparet malum; ut si seria 6. coram pusillis carnes comedas, non dicens, quòd licentiam habeas, seu necessitatem. Nomine dicti, vel facti venit etiam omissio mala, aut speciem mali habens.

324 Scandalum passivum *est ipsa ruina spiritualis proximi ex occasione dicti, vel facti alterius sequens*: quod si illud dictum, vel factum sit bonum, aut indifferens, & nullam speciem mali habens, scandalum, quod sequitur, dicitur pure passivum; aut si sequatur ex debilitate, aut ignorantia, dicitur scandalum pusillorum; si verò sequatur ex malitia, dicitur scandalum pharisaicum. Unde scandalum passivum dividitur in datum, quod oritur ex activo, & in acceptum, quod non oritur ex activo, sed ex ignorantia, aut malitia ipsius accipientis scandalum.

325 Ob scandalum purè passivum pharisaicum non teneris tuas actiones omittere, aut differre: sed illud est contemnendum, quia malitiosè concitatur ad tuas actiones impediendas. Hinc Matth. 15. ait Christus: *Sinite illos*. Ob scandalum verò pure passivum pusillorum teneris tuas actiones omittere, aut differre, si faciliter, & sine tuo incommodo potes; minimè, si sine tuo incommodo non valeas, quatenus adsit necessitas, vel utilitas: ratio est, quia non es ejus causa, unde peccatum alterius malitiæ imputatur.

326 Quando coram aliis peccas, tunc est scandalum, quando attentis circumstantiis personæ agentis, & personarum assistentium probabiliter timetur, quod per illum actum ad peccatum trahantur, qui alias peccaturi non essent. Busemb. Unde non est scandalum, 1. si persona, coram quâ peccas, sit parata ad idem peccatum; ut si quis fornicetur coram parato ad fornicandum, nec ejus exemplo moveatur, sed ex propria deliberatione. 2. si persona agens sit ita vilis, ut potiùs moveat ad indignationem, quàm ad peccatum. 3. si persona præsens, coram qua alius verba inhonesta profert, est ita proba, & timorata, ut potiùs ea sint illi causa horroris, quam amoris, Castr. *t. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 4. n. 4.* nam in tantum peccas peccato scandali, in quantum es causa moralis peccati alterius.

328 Scandalum activum nedum directum, sed etiam indirectum, contrahit malitiam scandali specie distinctam contra charitatem in confessione explicandam: Quia ex præcepto charitatis quis tenetur, tam ad non peccandum

dum ex propria industria ruinam proximi, quam ad se abstinendum à causa injusta, ut proximi valeat.

Item in scandalo activo, etiam indirecto explicanda est species peccati, ad quam proximus inducitur. Quantum ad numerum verò inductorum una actione, sufficit dicere: *Tot pluribus meis exemplo occasionem peccandi in tali specie, v. g. adulterii*, &c. Probabilius tamen mihi est cum Bonac. quòd teneatur exprimere statum personæ, cui scandalum dedit, si ille asserat peccato malitiam specificam, v. g. in materia fornicationis, si persona scandalizata sit conjugata, aut voto castitatis ligata.

329 Qui habens votum castitatis inducit fœminam ad peccatum contra castitatem, peccat contra castitatem, & tenetur circumstantiam sui status aperire, quia castitas indirectè obligat, ne alios ad luxuriam provocemus. Contra Dianam, & Tambur. qui negant. Dicentes, eum propriam, non alienam castitatem promittere, *v. n. 283.*

330 Qui autem directè, & explicitè induxit alterum non paratum ad idem numero peccatum, quod est commune dictorum, & ab ipso pœnitente in confessione explicatur, v. g. induxit mulierem non paratam ad fornicandum secum; si ipsa consentiat, & peccatum sequatur, non tenetur circumstantiam inductionis exprimere: sed sufficit, si fornicationem aperiat; quia inductio ad peccatum, & ipsius peccati commissio, tunc moraliter pro una transgressione reputantur.

331 Non peccat mulier se ornans juxta qualitatem personæ, & ejus communem, & ita virorum aspectibus se offerens. Quòd si ornatus sit superfluus, esse solùm veniale, nisi adsit prava intentio, docent Cajet. *t. 1. q. 169. art. 2.* Bonac. *de matr. q. 4. §. 9. num. 17.* Castrop. *t. 1. tr. 6 disp. 6. p. 7. n. 1.* quia hæc superfluitas est ita vulgaris, ut regulariter grave in occasionem non præbeat.

Mortale erit, si excessus sit notabilis, & rarus, uti esset in puella pedes nudum ferre, ubi non est consuetudo; quia insolita magis movent. Ubi tamen est consuetudo, à mortali eam liberant Cajet. Navar. & alii apud Tambur. *tom. 1. lib. 7. c. 8. §. 8. n. 7.* Sanchez ait, quòd difficulter absolvetur. Et quidem sunt deterrendæ.

Quòd si sciat ab aliquo concupisci, nunc peccat mortaliter, si ejus aspectui se offerat, ubique ulla sui necessitate, vel mihi levi, quia obligatio charitatis est, ut pauci se teneatur ruinam proximi evitare, quando commode potest. Hæc autem non tenetur se tua libertate privare, sed potest licitè ea uti, ex

honesta, & justa causa, quæ non sit solum libertatis exercitium, sed bonum aliquod sibi necessarium, aut utile: charitas enim non obligat eam, ut se abscondat, aut non exeat, cum jactura rei sibi necessariæ, aut utilis, ob alterius malitiam, juxta dicta *n. 326.*

333 Non peccat, si potens impedire, permittas peccatum alterius. Primò: *ut ille deprehensus corrigatur*, Castrop. *tr. 1. punct. 5.* quia justa causa est correctio. Hoc autem est verum in absente peccare; quia hic emendari non solet, nisi pœna aut timore correptus.

334 Secundò: *Ut ea servus indemnum*. Et sic maritus suspicans, aut secretò sciens adulterium uxoris, potest eam testes aptare, ut adulterium probet, & divortium faciat. Quia habet jus ad repellendam injuriam habitandi cum adultera, ad quod alia via ei non suppetit, nisi permissio peccati.

335 At non licet ob tenuiores fines occasionem peccandi offerre, seu invitare; quia id non esset permittere, sed cooperari ad malum. Unde ait Bonac. *de pœn.* non licere marito cum uxore pacifici, ut juveni ejus castitatem tentanti se uxorem, & assignet tempus, quo veniat, non sine adulterandi, sed ut deprehensus puniatur, & corrigatur; quia talis obligatio, & invitatio facta tentanti, est adulterii acceptatio.

336 Non obstat, quod ait Castr. *cit. n. 6.* licitum esse Patri volenti deprehendere filium in furto, ut corrigatur, linquere clavem in arca quasi oblitam, aut apponere nummos in locis patentibus. 1. Quia hæc est potiùs occasionis permissio, quam oblatio. 2. Quia est res valde indifferens; & ea posita adhuc filius est indifferens, & liber ad non furandum. 3. Quia talis permissio compensatur correctione, ad quam maximè pater habet onus.

QUÆRES

337 *An spe transitus, vel præcepto amittendi debeas se vitandum tentationis proximæ?*

DE præcepto negativo nulla est difficultas; non enim sunt faciendæ mala, ut inde veniant bona: unde non licet occidere ad vitandum fœdum stuprum.

DE PRÆCEPTO AFFIRMATIVO

338 DICO non esse omittendos actus præcepto ad vitandum scandalum alterius. Castrop. *tr. 1. punct. 16. num. 3.* contra Valent. Sotum, & alios apud ipsum. Ratio est, quia obligatio servandi præcepta est primaria, obligatio vitandi scandalum secundaria; ordo namque charitatis expetit, ne prius quis suæ salutis consulat, & ut præcepta ipse impleat, quàm ut cures, quòd impleat alter.

Cor-

339 Confirmatur. *Si Petrus, [illegible] omittere missam, omittere missam, ex quod ex [illegible] aliis, non poteris illis modis missam [illegible], ne illa missam audiat: ergo ob scandalum [illegible] parato.*

340 Hinc mulier non tenetur omittere sacrum die festo, ne sit occasio peccandi viro eam adamanti, quem ieit in via expectare inspectorum; quia hæc non est occasio data, sed accepta ex malitia alterius, & ex parte mulieris adest justa causa.

341 Dices: Vita spiritualis animæ est nobilior vita corporali proximi, & tamen ad servandam vitam corporalem proximi debet quis omittere auditionem facti die festo. Ut contingeret, si ex tuo accessu ad sacrum ægrotus domi periclitaretur, vel quis esset alium occisurus.

342 Tum quia obligatio vitandi scandalum est obligatio præcepti naturalis charitatis; obligatio audiendi sacrum est obligatio præcepti positivi, adeoque minor: igitur. Hæc sunt fundamenta sententiæ oppositæ.

Resp. disparitatem esse; quia malo spirituali potest proximus reparare, & illud impedire; nam vita spiritualis non nisi libere, & voluntarie potest amitti; vita vero corporis per se, & regulariter non auferitur: proximo libere, sed necessario; ut in præliis aliis casibus, puta ex defectu [illegible] orbi, aut ex violentia alterius.

Tum quia obligatio vitandi scandalum est naturalis, & portat obligationem præcepti positivi; sed (loquendo de scandalo passivo) includit conditionem: *Si sine tuo, aut alio damno fiat.*

343 Dico 2. Nos non teremur omittere opera cœtûs ob scandalum pharisaicum; nam ut tibi ait Castrop. *Non est justum malum a se ejus cum damno nostro spirituali, imo nec temporali, conflare. Alias quilibet posset sua materia bona spirituali, & temporalia nobis impedire.* S. vero adsit scandalum pusillorum, tenemur quousque pusilli admoneantur, ut *n.* 36.

ADMIRATIO

344 Distinguitur à scandalo; nam est quidam liquor de persona, aut de facto. Scandalum vero est omnis actio aut omissio, quæ est causa ruinæ spiritualis proximi. Hinc omne id, quod est causa ruinæ, est scandalum; quod est causa stuporis, dicitur admiratio. Adeoque potest dari admiratio sine scandalo. Dictum autem, vel factum, quod est causa admirationis, potest esse mortale, si exinde scandalum; aut grave damnum sequatur. Sic in communitatibus, quæ de eleemosynis vivunt, admiratio ab aliquo ex illis data in materia gravi, est mortalis, quamvis non cedat in ruinam spiritualem, seu in scandalum; quia cedit in detrimentum notabile fuæ communitatis, quoniam malo exemplo frigescit charitas.

COOPERATIO MATERIALIS

345 Fit, quando quis ministrat, aut præbet alteri materiam, qua ille utitur ad peccandum.

QUÆRES 1.

Administrare indifferentia an sit peccatum.

346 Indifferentia alia sunt remota actioni [illegible] malæ, alia proxima. *Remota* dicuntur [illegible]æ non tunc occasio, vel materia actus peccati, seu nullum influxum, aut causalitatem habent physicam, aut moralem in actum peccati; sed mere per accidens se habent ad illum. Et hæc ministrare ex honesta, & justa causa, nullum est peccatum. *Proxima* dicuntur illa, quæ talia sunt.

Proximum erit famulo discere concubinam ad amasium, remotum vero eidem concubinæ potum ad bibendum præbere; quia prior famulatus causalitatem habet, & influxum in actum peccati; posterior vero nullum, sed mere per accidens se habet ad illum.

347 Castropal. *tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 11. n. 4.* ait indifferentia nimis remota esse, cibos condire, mensæ ministrare, lectum concubinæ sternere, equum, quo usura est, præparare, illam ornare, deferre munuscula, intermuncia, urbanitates, & similia. *v. num. 361.*

348 At de ornatu omninò non probo; quia hic & nunc alium usum non habet nisi malum, eum supponatur directus à concubina ad provocandum: sic de delatione munusculorum, & internunciorum: *v. n. 361.*

349 Insuper indifferentia, quæ ministrantur, sunt duplicis generis, alia scilicet, quæ communiter in malum usum ordinantur, alia vero, quæ communiter in bonum usum: ita Castrop. *cit. punct. 8.* cum quo

350 Dico 1. Non licet ministrare indifferentia, quæ communiter in malum usum ordinantur, nisi constet, quòd ille sit bonus usurus. Quia talis ministratio est subministratio materiæ peccati, quod proinde ministranti imputatur.

351 Hinc constructio, & venditio Idoli, de se est indifferens, cùm deservire possit ad conservandum antiquitatis memoriam; sed tacta Idololatris, qui communiter, & regulariter idolo ordinant ad cultum, est peccatum.

352 Venditio veneni est indifferens, cum possit

possit venenum deservire ad colores, imo ad [illegible] vendere, nisi illis, quos moraliter conilat bene usuros. Quod dignosci potest ex qualitate personæ petentis, & modo petendi publice, quod sufficit ad moralem certitudinem de bono usu, tunc namque est præsumendum de bono usu; *nam enim* [ait Castrop.] *qui ita audax est, ut si delictum velit efficere, non curet secretum.*

353 Hinc ratione ex usantur macellarii vendentes carnes tempore jejunii, & caupones ministrantes cœnam petentibus; quia non præsumuntur soluturi jejunium, sed justam causam excusantem habere, quam examinare non tenentur: *Quia fieri comode nunquam potest.* Ita ille ex Cajet. & Suarez.

354 Dico 2. Licet ministrare indifferentia, quæ communiter in bonum usum ordinantur, nisi constet de abusu petentis. Quia tunc est fatis ratio scandali, cum non adsit intentio mala petentis, quæ quidem de nullo debet præsumi, quia ex jure *delictum non est præsumendum.* Et Innoc. XI. condemnat prop. 52. de cooperatione famuli ad malum, sub particula, *forsitan, pag. 6.*

355 Qui (si credas Castropal.) proximum male usurum iis indifferentibus, teneris, si commode potes, ea illi non vendere, vel subministrare; quia cum ex charitate obligetis proximi peccatum impedire, si possis, à fortiori obligaris materiam peccati non subministrare.

At si fine tuo detrimento non possis, non peccas, quia ex una parte talis subministratio ex se non est mala; sed indifferens, & ex alia est tibi utilis, aut necessaria; unde tunc non censeris peccatum alterius causare, sed illud permittere, & tuo jure uti. Ita ille cum Bonac. & Suarez.

356 Præterea in actione cooperativa ex se indifferente, & ex malitia alterius proxime ordinata ad actum malum est maxime attendenda conditio materiæ actus, ad quem ordinatur: si enim est ad actum ab intrinseco malum, qui nulla ratione potest honestari, & hic & nunc alium usum non habet, nisi malum, est mala, ut *dictum* 225.

357 Non est tamen eum tanta rigore discernendum in ordine ad actum non ab intrinseco malum, aut qui valeat aliqua ratione honestari; in his namque casibus in ministratione rei indifferentis potest dari causa peccare excusans, puta necessitas, notabilis utilitas, gravis mercis, &c.

358 Hæc autem non deber esse levis, sed gravis; nec æqualis in omnibus materiis, sed proportionata materiæ, in ordine ad quam [illegible] ita ut in materia justitiæ debeat esse gravior, quam in materia charitatis &c. Res clara ex exemplis.

PLURA RESOLVUNTUR.

359 Non peccat, qui damum locat meretrici: quia domus est remota ad peccandum. Imo Castropal. *cit punct. 12. n. 2.* addit, te posse plures meretrici locare, quam mulieri honestæ, non quidem ie quantum illa plures lucratur (sic namque peccares) sed ratione damni, in quantum ex ejus habitatione tua domus vilescit.

Si tamen tua domus sit aptior ad meretricium, seu ufuram exercendam, recte Castropalao docet te teneri eis non locare, si alios reperias, quibus loces: *Quia lege charitatis teneris vitare peccata, quæ possis absque tuo gravi detrimento. Præcipue, cum Respublica fatum intendat iis habitationem concedere ad vitandum, non aptitudinem ad peccandum: v. n. 402.*

360 Patroni meretrices in aris quibus locis deputantur, ut illæ fervent incolumes, & morbo contagioso laborantes expellant. At si ad meretricium cooperentur, pulchriores videlicet in loco aptiori videndas exponendo, &c. sunt in peccato habituali, & absolvi non possunt, ni cessent.

361 Peccat 1. Confitens præsbyter concubinæ, eamque tradens amasio, quia est provocativa ad turpem amorem. 2. Famulus festivus, aut delatans alii litteras amatorias. 3. Præbens munera concubinæ Judicis, ut apud illum intercedat, Sanchez *lib. 1 cap. 9. n.* 9. ab ea petitur, quod ipsa præstare non potest; nam ejus intercessio, vitiatio, & simonia favent turpi amori. Contra Bonac. *disp. de peccatis q. 4. punct 2. n. unico num. 24.* apud Castropal. *tom. 1. tr. 6 disp. 6. punct 15. n. 2.* qui negat peccare, cum ratio sit, quia ex vera parte intercessio fit ex bono fine, ut index justitiam ferat; ex alia intercessio non est de se mala, nam ita stante Judex, & concubina adhuc poterunt à prava voluntate se continere, *v. n. 347.*

362 Peccat famulus dominum comitans ad fornicandum, si ex tali causalitatem aliquam habeat in actum, puta, si inserviat procuratio, si namque dominus major timeretur & animositatem sumat ad peccandum: *v. n. 346.*

Quod si comitatus sit ut plurimum obsequium dominæ, unque non præstet, quia nullum influxum habet in actum peccati, & excusatur ratione mercedis, & motivi, etiam si postea causaliter contingat invalio

do-

domini, & famulus illum ab invadente defendat cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut eundem moneat, ut fugiat: *v. nu. 222. & pag. 6. prop. 51. damn.*

364 Hac ratione non peccat Christianus, qui dominum infidelem ad idolorum templa comitatur. Imo Castrop. *tr. punct. 11. n. 8.* id etiam dicit, si genuflectat genuflectente domino, dummodo tales sint circumstantiæ, ut adstantes percipiant, genuflexionem illam fieri minime in cultum, sed in signum reverentiæ & obsequii domino, quod dignoscent, si publice habeatur ut verus & bonus Christianus. Italice: *vi n. 282.*

365 Peccat famulus, si domino accedenti ad fornicandum, januam meretricis aperiat, aut quid simile præstet, quia est actio proxime ordinata ad peccatum, hic & nunc aliud usum non habens, nisi malum; debet tamen famulo id certe constare, non sub dubio: *ut in n. 354. & 227.*

366 Eadem ratione peccat Vector, si mulierem intra rhedam ad amasium ducat ad fornicandum.

367 Histriones, seu Comœdiantes mortaliter peccant, si utantur mulieribus, & repræsentent turpia ad libidinem provocantia. Secus, si puras facetias.

368 Peccas, si ensem vendas ei, quem certo scis hic & nunc esse determinatum ad occidendum eo instrumento inimicum; quia occidio est ab intrinseco mala, & venditio illa hic & nunc est ordinata ad malum.

369 Pariter peccas, si invites ad cœnam, quem scis esse paratum acceptare, & jejunium solvere; quia invitas ad actum (nempe ad cœnam tempore vetito, & sine justa causa) à quo hic & nunc malitia separari non potest, adeoque invitas ad peccatum.

Nec obstat, quod ille sit ex se paratus; quia adhuc verum est, quod per tuam invitationem influis in individuum peccatum, quod alias ille hic, & nunc in te non efficeret, quamvis ad id esset paratus.

370 Non peccat venditor, si esculenta vendat non servaturis jejunium; si exinde timeat gravem injuriam, aut diminutionem emptorum, & remanentiam mercium invenditarum; quia actus non est ab intrinseco malus, & si ille non venderet, ab alio sumerent: tum quia adhuc illi possunt esculenta illa non emere. Non excusatur autem, si paucæ res, & parvi pretii invenditæ remanerent. Peccat vero ille, qui non est venditor, si apporat in magna quantitate esculenta fracturis jejunium, Castropal. *tr. punct. 8. n. 7. & punct. 14.*

371 Non peccas, quando Sacramentum pœnitentiæ petis à Confessario, quem certo scis esse in mortali, si alium promptum Sacerdotem non habeas; quia necessitas, seu utilitas spiritualis te excusat, & Sacerdos potest peccatum per contritionem vitare. Idem est, si accedas ad Confessarium jam expositum ad confessiones excipiendas.

372 Peccat, qui mutuum petit ab usurario sub usuris, etiam si paratus sit dare sub usuris. Eum tamen à peccato excusant quamplures Doctores, si adsit necessitas, & utilitas propria aut aliena, & non habeat promptum alium, qui ei mutuet sine usuris, quia tunc utitur jure suo, nec tenetur usurario injustitiam, sed propriam utilitatem: nec dando usuram, dat usurario occasionem peccandi cum ille recipere non possit: unde nisi imputetur peccatum, si recipiat, & mutuatarius excusatur, quia solvit, quod promisit, ne videatur infidelis, & ne se impediat ad habendum iterum mutuum. At non possum à peccato excusare famulum, qui usuras pro usurario exigit, nec detentorem libri computorum de usuris, ob dicta *n. 227.*

373 Idem Doctores addunt, non peccare Christianos captivos ex gravi metu in triremibus infidelium remigantes contra Catholicos, farcinas, machinas, arma ad bellum necessaria convehentes, præpugnacula ædificantes &c. Eos autem peccare docet Toletus, quia talesactiones non habent hic & nunc aliud usum, nisi malum, & intrinsece malum. Omnes tamen conveniunt eos peccare, si immediate contra Catholicos pugnent, si signa ad eorum naves comburendas applicent, &c.

QUÆRES II.

374 *Petrus volens accedere ad fornicandum tali apta hora, quia ad id erat tunc quadam cura domus impeditus, eam curam commisit cuidam suo familiari, ad quem non spectabat. qui sciens finem Petri, amicitiæ gratia eam curam acceptavit, & prava hora supplevit. An peccaverit?*

Resp. peccasse eadem specie peccati, tanquam cooperatorem, ut pote participans, juxta dicta de rest. pro furto. Nec illa dicit potest actio indifferens; quia licet absolute, & in se sit indifferens, hic & nunc est proxime ordinata ad peccatum.

QUÆRES III.

375 *Duo sunt officiales, unus major, alter minor, cui ex officio incumbit onus supplendi defectum majoris. Hoc præmisso, majus accedit ad peccandum, hinc eum majoris supplet minus sciens, An peccet ut cooperator?*

Resp.

Resp. non peccare; quia majoris curam pro eo tempore supplendo, præstat id quod ex officio tenetur: per accidens autem est, si major pro eo tempore ad peccandum accesserit; nam etiam eodem modo supplereret, si major ex alia causa honesta deficeret. Nec supplet eo animo, ut præbeat commoditatem majori ad peccandum; sed ut satisfaciat proprio muneri, quod est supplere defectum majoris, seu socii.

QUÆRES IV.

376 *An liceat determinate ad majus malum minus conferre? &c.*

An valeat ad actum nefandum inducta liceat vas naturale offerre, aut confovere, ut immunde fervet?

Hic præmittendum est 1. difficultatem procedere in casu, quo non habeat alius modus directendi à majori malo. Et loquendo de patiente, in casu, quo non possit alio modo illud effugere.

377 Secundo, quod aliud sit determinate ad majus malum offerre, seu proponere minus, & aliud consulere, ac invitare; nam offerre, seu proponere, est offendere minus malum, ut ille à majori se avertat; consulere vero, & invitare, est efficaciter movere, & influere. *Vide dicta de consulente homicidium.* Sit exemplum de Lot, qui *Gen. 19.* offerendo virus natandis filias, foras tribuit, & proposuit illis materiam explendæ libidinis minore illa, ad quam erant determinati; at nullo pacto consuluit, & perfuasit, ut facerent.

378 Castropal. *to. 4. tr. 6. disc. 6. punct. 6. nu 5.* aut certum esse, quod determinate ad grave malum, licitum sit materiam minoris proponere, ut a majori retrahatur, v. *g. Sodomiam intendunt libebi sibi fornicationis materiam proponere.* Unde difficultatem ad expressum consilium reflingunt.

In qua tres sunt sententiæ.

Prima negat, determinate ad majus malum licere consulere minus, Cajet. Valentia, & alii apud Castr. *cit.* quia esset consulere peccatum; nam objectum consilii, licet minus, esset peccatum.

380 Secunda affirmat licere, Lessius, Bonac. Vesquez, & alii apud Castropal. *cit. n. 6.* quia illud minus, quamvis in se peccatum, relatum tamen ad majus avertendum, involvit carentiam majoris mali, quæ est bona, unde minus illud malum in ordine ad committentem est peccatum, cum in ejus potestate sit illud non patrare, nec majus; minime in ordine ad consultentem, qui minus malum respicit non ut malum, sed ut aversivum à majori, quod non potest alio modo vitare; adeoque gerit utiliter rem peccatoris, & Dei.

381 Tertia media tenet licere, si ille sit determinatus ad utrumque peccatum, ver. gr. ad actum nefandum, & fornicationem; quia tunc non tu consulis, & invitas ad minus, cum ipse sit determinatus ad illud; sed diverte à majori. Non licere, si solum erat determinatus ad majus, ob rationem primæ sententiæ, Castropal. *cit. nu. 8.*

Prælatæ tres sententiæ sunt probabiles, sed valde secunda. Vide de Restit. ver. *Qui restituere.*

382 Eadem modo præfati Doctores discurrunt de eo, qui aliter determinato ad prodendam patriam, vinum in qualitate valde generosum, aut in quantitate offert, & ad illud bibendum invitat, sciens se fopiturum, & inebriaturum; idque facit ad prodicionem patriæ vitandam. Gobat *tom. 2. tr. 5. c. 13. d num. 24.* Ant. à Spir. S. *to. 1. tr. 2. disc. 2. sec. 8. num. 183.* v. ver. *Homicidium sui ipsius.*

QUÆRES V.

383 *An liceat eligere, seu patrare minus malum ad vitandum majus?*

Resp. non licere, loquendo de malis ab intrinseco: Unde nisi in extrema necessitate conjugii, non licet mendacium eligere, & proferre, ne in blasphemiam prorumpas. Disparenim est ratio de confilio, quia mendacium proferens, patrat malum ab intrinseco, quod nulla ratione cohonestari potest, & hinc peccas. Consulens vero alteri mendacium, uti supra, non tu patras, nec vis mendacium, sed vis vitationem, & carentiam majoris mali, puta blasphemiæ. Et insuper id consulis alteri, qui habere potest se ab utroque malo abstinere; undeisti peccatum electionis minoris mali imputatur, non tibi. Et illud, *De duobus malis minus est eligendum*, non est intelligendum de malis ab intrinseco, quæ nulla ratione cohonestari valent.

384 Licere autem, loquendo de malis ab extrinseco, videlicet, quia præceptis. Unde tibi in necessitate constituto exigendi omnino cum auditionis Sacri die festo, aut confessionem necessariæ assistentiæ infirmo periclitanti, licet eligere omissionem Sacri: quia in tali casu omisso Sacri, cum non sit ab intrinseco mala, sed quia præcepta, amittit malitiam. lex namque positiva, etiam divina est rationabilis, non crudelis, sed virtibus & conditionibus hominis accommodata, non obligat juxta *d. n. 221.* Sic David ad vitam conservandam comedit panes propositionis. Omnino vide dicta Restit. *ver. Qui restituere teneantur.*

QUÆ-

QUÆRES VI.

385 *An liceat petere à maleficio solutionem maleficii?*

REsp. licere, si scias, aut prudenter credas, maleficum scire meum licitum maleficium solvendi. In dubio, non licere, quia te exponis periculo petendi malum. Ita Com.

386 Modo licito solvet maleficus, si finem destruat, vel dæmonem cogat, ut ipse maleficium tollat, aut signum destruat, quo durante, durat pactum vexandi; quia hoc non est uti ope dæmonis in ejus obsequium, sed illum cogere, ut destruat opera sua, & à nobis per modum detentionis naturalis malum avertere. Del Bene p. 2. *sub.* 228. *sect.* 28. *n.* 18.

387 Item si quis nuovo pacto cum dæmone ab eo addifcat maleficia tollere, peccat; sed eo pacto translato, potest in sui commodum ea scientia uti, dummodo per eam nec implicite, nec explicite dæmon invocetur, & non sit modus illicitus. Fagundez *in Dec. 1. præc. l. 1. cap. 42. n. 14.* Leander *tract. 9. Dec. disp. 3.* &c.

388 Quod si scias, aut prudenter credas maleficium scire modum solvendi tam licitum, quam illicitum, sed tibi certo conflet, illum esse usurum modo illicito; non licere absolutionem malefici petere, docent Cajet. & Dianus, quia petis actionem, quam scis hic & nunc futuram malam.

389 Licere autem, tenet Leander *tract. 9. de Dec. disput. 3. q. 26. Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 4.* & apud ipsos Fagundez, Suarez, Ledelma, Less. & alii; quia petens utitur jure suo, quod est de reparando proprio damno, quod alio modo reparare non potest; & hoc facit petendo à maleficio rem, quam modo licito, & sine pecato nocere potest; unde, quod cum peccato præcessit, malitiæ maleficii imputatur. Eradducunt patientem de petente mutuum ab usurario parato, *ut in n.* 372.

CHOREÆ

390 SUnt triplicis generis: *Puræ, impuræ per se, & impuræ per accidens.*

Puræ sunt, quæ fiunt inter personas ejusdem sexus, absque ullo pravo gestu, aut fine, nec vel circumstantia mala, ad animi levamen, & recreationem. Has non esse illicitas, constat, quas, 2. *Regum* 6. habuit David ante Arcam.

391 *Impuræ per se* sunt, quæ fiunt inter personas diversi sexus, vel ejusdem cum pravis gestibus, malo fine, aut ante amasiorum vel amasiarum conspectum. Has esse mortales, constat, cum hæc lascivia provocativæ ad libidinem; hinc damnant facti Canones & Patres, & prohibendæ sunt à Principibus.

392 *Impuræ per accidens sunt*, quæ fiunt inter personas ejusdem, aut diversi sexus, honestas tamen, sine pravo fine, gestibus, aut circumstantiis malis, in conviviis, nuptiis, in publicis Principum solemnibus, &c.

Hæ non sunt per se peccaminosæ, sed petitus ludi, ratione publicæ, aut privatæ, seu domesticæ artitiæ exercitii. Sæpe tam. fiunt peccaminosæ per accidens, *ratione minarum nascitur*, ait Tamb.) *ut in tanto lasciviæ in tanta adolescentiorum, juventusque specie, omnia, concussa, in artificiosa illa corporis gratia oculis agitatione, in contactu manuum, qui sæpe adhibetur, non in solum, qui chorear agunt, verum etiam spectatores in impudica labantur.*

Hæ igitur sunt periculosæ, maxime si frequenter fiant. Idque ionuit Ecclesiasticus *cap. 9. 4. Cum saltatrice ne assideas sis, nec audias illam, ne forte feriat in efficacia ejus. Ai si expertus es, tibi tale periculum non fuisse, se hoc modo chorizantem aut chorizantes afficientem, nequaquam esse mortalis peccati reum*, tenet Tamb. *lib. 7. dec. c. 8. §. 7.*

DOMUM AD LUDENDUM

393 TEnere, chartas, mensas, candelas, & similia ad id ministrare, quantum est ex se, est quid indifferens; unde est cum necessaria distinctione procedendum.

394 Vel enim domus est talis, ut in ea recipiantur indifferenter omnes, tam viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa sine periculo recensendorum malorum, quam viri perditi, vagabundi, pauperes, infimæ plebis, qui solent in blasphemias, juramenta, & rixas prorumpere, fraudes in ludo committere, furia inde patrare, propriascusas, ad quas tenentur, omittere; aut qui, quæ in die suo labore lucrantur, ludo exponunt cum detrimento familiæ, cum uxorum, & filiarum periculo.

395 Vel est talis, ut in ea recipiantur solum viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa, sine periculo recensitorum malorum.

396 Si domus erit secundi generis, eam tenere non erit mortale. Tales domus possunt concedere Principes. Imo privati nobiles eas tenere solent, ubi alii nobiles congregantur ad ludendum recreationis causa absque malis prædictis.

397 Et quia ministrantes chartas solent etiam ibi dulcia & potus ludentibus ministrare, licite possunt pretium excedens pro chartis accipere, quantum sufficit ad hujusmodi dulcia, potus, & sui laboris compensandum, ludentes tamque id sciunt, & libere donant excessum. Tamb. *tom. 1. tract. 2. cap. 9. §. 1. 2 num. 31.*

398 Si domus erit primi generis, omnino mortale erit hujusmodi domus, *seu* tabulas tenere, chartas, & similia ad ludendum ministrare, ob præsaria pericula proxima, & occasiones malorum; unde qui eas tenet, & ministrat, competatur ad recensira mala, adeoque peccat mortaliter, & in casibus restitutionis, tenetur secundo loco ad restitutionem. Tamb. *cit. cum Com.*

399 Hinc domus, & tabulas primi generis, non possunt Prælati sine mortali permittere, & multo minus concedere.

400 Sondetur firma ratione ex praxi. Hujusmodi namque perditi, vagabundi, &c. prohibentur ludere chartis, aut tavillis, alibi extra designatas domos, ita ut punitantur amissione charatarum, & pecuniæ, non alia ratione, nisi ad præmissa mala, quæ sequuntur, vitanda (ni velis ad avaritiam recurrere, nimirum ut finis sit, eos ad domos designatas seducere, & inde majus lucrum ex iniquitate reportare, quod non est dicendum, nec præsumendum) igitur furt etiam prohibendi ludere in designatis domibus, cum eadem sit ratio malorum, imo potior, cum in illis tuti, & sine timore pœnæ ludant.

401 Dices: Meretrices sine peccato permittuntur; igitur & recensitæ domus lusoriæ.

Resp. disparitatem esse primo, quia meretrices permittuntur ad majora mala vitanda, puta ad pejores actus libidinis impedientes: in permissione autem recensitarum domorum ad ludendum, non sunt majora mala, quæ vitentur, sed potius ex eorum permissione majora & pejora mala, quæque reipublicæ nocent, sequuntur.

402 Secundo, quia Principes meretrices permittunt solum dando locum ad habitandum, minime dando apertudinem ad peccandum, *ad n. 45 9.* Permittendo autem lusoribus indifferenter hujusmodi domus ad ludendum, danapertudinem ad peccandum; unde, sicut si darent meretricibus apertudinem ad peccandum, peccarent; ita in casu nostro. Vide infra *de ludo.*

403 De alluvio ad ludum ait Terrullianus *lib. de spect. 5. Et utique ex omnibus usus vere non erat, sed cum ad ludos conductus est, transiit à Dei munere ad diaboli consortium affecta.*

404 Concedit autem Diana *p. 2. tr. 15. res. 65.* cum Tamb. *cit.* posse Principem permittere ludum *Bonavoglia*, & ludum *Capo di Guardia*, dummodo in hoc posteriori soli milites admittantur: adest namque rationabilis causa: prior enim mundat Rempublicam viris perditis, posterior aliis militum rollit. De scandalo & cooperatione agunt Scotus *in 3. d. 38. q. un. Inn. E. in 4. d. 3. q. 4. Inn. L. d. 31. q. 2. Inn. E. d. 15. q. 4. Inn. D.* Martinus *disp. 12. q. 4. num. 102.* Jo. de la Crux, Bonac. *tom. 2.* Tamb. *tom. 1. lib. c. c. 1. §. 4.* Bufemb. *lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5.* Bectaldus Castropal. *tom. 1. tr. 6.*

ELEEMOSYNA

405 ELeonum ex præcipuis misericordiæ, & charitatis operibus, & acceptissimum, exercendum erga proximum; adeoque tam erga fidelem, quam infidelem, amicum, aut inimicum.

406 Pro ea triplex est distinguenda necessitas, extrema, gravis, & communis. Extrema est ea, in qua quis positus est in probabili periculo gravis infirmitatis, aut mortis, nisi subveniatur. Ad hanc reducitur necessitas quasi extrema, & est illa, quæ est proxima prælato periculo, in quantum est ita urgentissima, ut si quis non subveniatur, constituitur in recensito periculo.

407 Gravis est illa, in qua quis positus talia patitur incommoda, quæ ei vitam reddunt omnis molestiæ, & miseram.

408 Communis est illa, in qua quis positus incommoda patitur, sed non talia, quæ reddant ei vitam nimis molestam, & miseram, juxta patientis statum, & conditionem. Talis regularitet est necessitas mendicorum, qui hinc inde subveniuntur.

Hinc habes duo. 1. Quod necessitas, quæ est communis in mendico, potest esse gravis alteri, attenta conditione, & statu. 2. Quod etiam in mendico necessitas possit esse gravis, ut si sit in tali statu constitutus, ut solo pane vescatur, & jusculo.

409 Item bona hominis, & divitiæ, alia sunt necessaria ad naturam, quæ ad vitam conservandam requiruntur. Alia necessaria ad statum, quæ ad statum, atque decorem moderatum, & decentem requiruntur. Alia superflua naturæ, aut statui, quæ superabundant post sumptus impensos in necessaria ad vitam, aut statum. His præmissis:

410 Tenetur quis extrema Indigenti, si non sit alius, qui ei effective subveniat, sub mortali succurrere ex superfluis statui, imo ex necessariis statui, quæ naturæ superfluunt, ita tamen ut non patiatur maximum detrimentum excessivæ jacturæ sui status.

Unde si extreme indigens indigeret centum, & si dives daret centum, pateretur excessivam jacturam sui status: viginti vero essent superflua status, aut non sufficerent excessivam jacturam; teneretur dives dare viginti.

411 Tenetur etiam sub mortali ei succurere ex necessaris naturæ, id facere possit cum modico sui detrimento. Unde si habens communem quantitatem panis, & cibi, pro die sufficientem, videat extreme indigentem, qui si non remediat, est in mortis periculo, eo quia per plures dies non comedit: sub mortali tenetur medietatem sui cibi illi impertiri, quia ejus privatio pro uno die modicum incommodum affert; & ad id natura ipsa, & viscera charitatis impellunt.

412 Gravitet indigenti teneatur quis sub mortali succurrere ex superfluis status, si non sit alius, qui ei effective subveniat, nec in simili necessitate reperiatur: constat ex Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare.* Ubi per ly *esurivi*, patet, Christum loqui non de extrema, sed de gravi necessitate. Tum quia præceptum charitatis obligat, *non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* Joan. *epist.* 1. *cap.* 3.

413 Et, qui sunt in necessitate communi, non tenentur sub præcepto mortali elargiri eleemosynam ex superfluis, sed ex consilio, quia cum isti quærant ab omnibus, præsumuntur juvandi à pluribus.

414 Probabilius tamen puto, mortaliter peccare divitem, si in necessitatibus communibus nullam pauperibus eleemosynam largiretur: cum nunquam increpare videtur Div. Joan. *in epist.* 1. *c.* 3. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* D. Greg. Nyllenus *in orat. de quæst. amandis. Duplex in turpi loco exercetur peccatum, alterum propter ebriatem societatem; alterum propter expulsorum pauperum famem. O pauperum inimici! an nefastis horum cænis commensales in Evangelio exempla horrenda, & terribilia? vid. tu p. 4. prop. 12. ab Innoc. XI dam.*

415 Eleemosyna igitur est maxime consulenda, pro quo sufficiat illud Tobiæ *cap.* 4. *Audi fili mi verba oris mei, &c. Ex substantia tua fac tibi eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; sic enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini, &c. si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude; præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.*

416 Non tenentur homines privati inquirere pauperes; sed tuti it, quod dent eis, qui occurrerint, aut quos scierint. Tenentur vero ex officio Prælati, & Principes vasallorum, quia sunt Patres paupetum. Sect. *in d. 7. q. un. litt. E in 4. d. 15. qu 2. art. 3.* Mastrii. *in Theol. mor. disp. 10. q. 3. art. 2. n. 58.* Tamb. *tom. 1 lib. 5. c. 1.* Jo. de la Cruz, Bonac. *tom 2.* Busemb. *lib. 2 tr. 3. c. 2.* Leander *tom. 6. dec. tr. 5.* Bertaldus 1. *Præc. Eccl.* Castr. *tom. 1. tr. 6. disp. 2.*

CORRECTIO FRATERNA

417 *Si admonitio fraterna, quæ quis proximum tenetur exercere à peccato.*

418 Ut obligeat sub mortali, quinque conditiones requirit. 1. Peccatum mortale, quod certo constet. 2. Quod proximus non sit emendatus, & adsit probabile periculum relinquendi. 3. Quod sit spes fructus. 4. Si non sit alius, qui correxerit, aut effective corrigat. 5 Quod adsit occasio, locus, & tempus opportunum, quo correctionem sine tuo gravi incommodo facere valeas. Gravis repugnantia animi est judicata ab aliquibus notabile incommodum.

419 Quia autem omnes relatæ conditiones raro simul habentur, ideo raro ad eam petitionem privatæ sub mortali obligantur. Frequenter obliganturPrælati, de quibus ad Hebr. 13. dicitur: *Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.*

420 Busemb. addit: *Si quis ob timorem, pusillanimitatem, verecundiam, putet se non posse, nec obligari, vel animus esse idoneum ad corripiendum videtur tantum peccare venialiter.*

Vide *tom. 2 à nn.* 88. ordine verum correctionis vide *in tom. 2. num. 95.* De correctione, Matritus *d. 10. q. 3. n. 66* Jo. de la Cruz, Busemb. *lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 4.* Leand. *tom. 6 dec. tract. 6* Bertald. 2. *præc. decal. de Vitæ Theolog.* aguni Scotus *in 3. d. 25. . . . litt. B. d. 22. qu 1. F. d. 25. q. 1. F. in d. 8. q. un.* Mastrius *d. 10.* Busemb. *lib 2. tr. 1. c. 3.* Fenech. & Bertald. *in direct. cit.* Castropal. *tom. 1. tr. 6. disp. 3.*

421 Ad charitatem spectat eos denunciationis ad Monitoria Papæ, & Episcoporum, ad edicta Inquisitorum, & pro Confessariis sufficientibus; de qua fuse actum est in secundo tomo.

CAPUT III.

DE HORIS CANONICIS.

422 HOræ Canonicæ, hoc est per Sacros Canones distinctæ, & tanto nomine insignitæ, sunt septem: Laudes cum Matutino — Imperantur pro una tota: Clerus communiter non suppletionis declaratur per sequentes versus.

423 *Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis.*
Sanctorum regem Christum, qui carmina pangit.
Primo respice Pater, Christum das Tertia mentis.
Sexta Deus adfer, Lætum cum Nona Superne.
Vespera dependit, Completa recepta reponis.

AD HORAS

424 SUb mortali tenentur omnes constituti in Sacris, parochi, Subdiaconatus, Beneficiati, & Religiosi Chorales Ordinis, Monasterii, quos Regula obligat à cœr professionis, ut dem. 3. n. 140. & 141.

425 Omnes Ordinarii præcipi est precantur contra Religiosos. Omnes non hora, aut parte notabili, non mortaliter. Omnes unum Psalmi, aut Lectionem, est parva materia. Licet non sit mortale, consuetudinem exprimere non servandi horarum, cedere die consilium ob peculiarem rationem imponendi.

RELIGIOSA CHRISTI S., ET MONIALES CHORO ADDICTÆ.

426 NOn [illegible] Religiosi ad [illegible] sub mortali ad horas persolvas, & Christo animas ex confessariis obligantur ad mortale. Con.

427 Ad illud non tenentur Religiosi ad missas celebrandi, quia sacerdotes, & plures illas excusat. Mérolo c. 8.

428 Magis arguitur cum, quod ad opposituum petit addatur ex Conc. Bapt. IV. anno 1. F. 1456. sacris Oraculis, cui habetur: *Insuper cum Prælatus filius Fratres Juos, de Capitulum, quos in Monasteriis ejusdem, præsentibus, absentibus, quos in Negotiis eorum, & Clausa monasteriorum, Ordine præscripto negotiorum, & quæ ad ipsum pertinent, diligenter discutiant, & tractent, & quæ ad ipsum pertinent, diligenter discutiant, & tractent, & quæ ad ipsum pertinent, diligenter discutiant, & tractent

ii. Undè non sufficit, si mentaliter solum percurrat. Sufficit, si le ipsum percipiat; nec hoc requiritur, si sit sufficiens.

434 Requiritur intentio orandi, *sed sufficit*, quod sit intentio Deum colendi, vel Deo vacandi, & quod sit habita in principio recitationis. In oratione tres oriuntur fructus, *meritum, impetratio, & refectio*: ad meritum, & impetrationem sufficit illa prima intentio; unde distractiones involuntariæ, quæ inter orandum solent contingere, primos duos fructus minime impediunt; tunc enim sufficit intentio implicita, & virtualis, prima videlicet consecrata, sed perdurans in ipsa recitatione, quæ in virtute illius primæ intentionis habetur. Ad refectionem verò spiritualem non sufficit illa prima intentio, nec attentio, sed requiritur continua, licet sufficiat directa: & non requiritur reflexa, quam feliciter quis revera habet, quamvis non advertat habere, *ut in tom. 3. pag. 626. num. 213.*

Refectio autem non attenditur in oratione vocali, *sed* solum in mentali, de qua Apost. 1. *ad Cor. 14. Si orem lingua, mens mea sine fructu est.*

435 Officium recitari debet *attente, clare, & devotè.*

436 *Devotè.* Devotio consistit in externa corporis compositione, ut non recitetur ridendo, ludendo, gestus, & actus immodestos habendo, sine necessitate cubando, &c. Ut non peccet mortaliter, nisi defectus sit voluntarius, & notabiliter attentionem internam impediat.

437 *Clavo*, hoc est distinguendo verba, *ut num 2. 433.* Pell. 2. *de manual. c. 6. num. 17. monet recitantem horas divinas syncopando non teneri reperire illas, nisi notabilem sensum verborum corrumpat, quod raro accidere*, refert Diana *par. 2. tr. 12. resp. 92. citans pro hac doctrina* Filiuc. A. 20. ac Villal. *cum quibus sentit* Sanchez *lib. 7 consil. cap. 2. dissen. 17. retens. 3. non oportere Clericos nimis esse scrupulosos casu, quo parum se non integrè pronunciasse, vel aliqualiter syncopasse, vel verba aliqua sola gutture dixisse, nisi defectus sit valde notabilis.*

438 *Attente.* Attentio est duplex, *interna* scilicet, quæ consistit in advertentia ad id quod agitur, puta ad officium, quod recitatur: *externa*, quæ consistit in exclusione actionis externæ incompossibilis cum attentione interna, seu advertentia animi addit, quod recitatur, ut esset depingere, scribere, & omnis alia actio externa, quæ specialem attentionem, & applicationem mentis expetit.

439 Pelliz. *tr. num. 17.* putat cum pluribus, sufficere solam attentionem externam, ita ut non peccet mortaliter, qui voluntarie distrahitur, *sed* solum qui notabiliter occupatur in actione externa cum interna incompossibili.

440 Omnino tamen dico non sufficere, sed requiri attentionem internam, juxta dicta *in num. 186.* ita ut peccet mortaliter, qui per notabile tempus per internas divagationes voluntarie distrahitur. Cajetan cum Communiori, quia præceptum est de Officio divino studioso, & devote, seu fructuosè, ad quod requiritur attentio interna, *ex capit. Dolentes, de celebrat. Missarum. Districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum Officium rectissimum persolvant, & diurnum quantum ex Deo decenti, studiosè celebrent pariter, & devotè.*

441 Sufficit autem attentio illa prima in principio recitationis habita, *ut in num. 434.* nam continuata attentio est nostræ fragilitati impossibilis.

442 Attentio interna est triplex: *Ad verba, ad sensum, & ad Deum.* Dicitur *Ad verba*, hoc est ad verba materialiter: *Ad sensum*, hoc est ad significationem grammaticalem verborum, aut ad significationem spiritualem, & mysticam, seu ad spiritum verborum: *Ad Deum*, quatenus per recitationem officii intendimus Deum colere, eique vacare.

443 Non est necessaria attentio *ad sensum* grammaticalem; alias rudes, & moniales non satisfacerent. Nec ad sensum spiritualem, quia non est oratio mentalis, *ut in n. 434.* Est autem necessaria attentio *ad Deum*, *ut in cit. nu.* quia est oratio (ad differentiam auditionis sacri divini, quia in ea non præscribitur oratio, sed assistentia modo humano) *& ad verba materialia*, quia est oratio vocalis.

444 Satisfacis, si attendas, quantum moraliter potes, quamvis ob socii aut chori cultum nil ex illis percipias, quia per societatem, & istam attentionem, moraliter facis orationem socii tibi commendam. Tamb.

Quod est verum, etiam si sis surdus, & inde alterius chori patrem audire non valeas, docet Leander *p. 6. tr. 8. disp. 6. qu. 40.* cum Bascha. & aliis, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur; ex alia, quod recitatur in choro, est oratio totius chori; adeoque eam ejus qui non audit, non vacans, dummodo chorum assistat, & attendat. Mendo vult quod surdus teneatur repetere: *v. Horæ n. 33.*

445 Qui in Choro occupantur in libris hinc inde mutandis, aut in præparando thure satisfaciunt, licet aliquot versiculos omittant, dum ad illos attendant, *Com.*

446 In Ecclesia, ubi est Reliquia notabilis San-

Sancti, puta caput, brachium, crus, aut ex corporis parte, in qua præcipuè gaudia sunt, potest de ea festa vice duplex recitari.

447 Advenæ, & hospitantes possunt, sed non tenentur se conformare officio loci, Tamb. *num. 1. de Horis c. 3. §. 2. num. 28.* Mendo, & alii, *secus dicta n. 143.* quia substantia officii est de lege communi, quid autem recitari debeat de tali, vel tali Sancto, solet esse de lege locali. Unde in loco, ubi es advena, potes recitare officium loci; aut tuæ Ecclesiæ. Consultius tamen puto, ut ita legas, quòd idem officium bis non recites. Hoc dico in recitatione privata: Missa enim, & haustæ in Choro sunt dicendæ de Sancto loci, quia sunt publicæ, & tunc consultius est, imo oportet, ut reliquas horas, quia privatim tibi recitandæ manent, recites de Sancto loci, ut sic te conformem reliquo toti officio diei.

448 Si recitasti de uno Sancto pro alio involuntarie, cum adverris, non teneris repetere. Quòd si quæras, an teneatis de eo recitare prima die non impedita: utrumque pars est probabilis; affirmativa, quia Sanctus habet jus eo anno, ut de ipso recitetur; negativa, quia onus officii est alligatum diei, & alias ordo Kalendarii perturbatur.

449 Si recitasti ex errore Matutinum, & Laudes de uno Sancto, deserto errore, religiosus est, si repetas; at non obligaris; quia quando eam partem tributum solvisti Deo per æquivalentiam; nec potest præsumi, Ecclesiam velle duo officia ab eo, qui sine culpa recitavit. Debes tamen prosequi reliquum de Sancto diei, quia error est corrigendus, non continuandus.

450 Qui dubitat, ob evagationem mentis, an aliquem Psalmum, vel Antiphonam omiserit, potest præsumere se dixisse, cum non soleat tam facilitèr præterniitti. Tum quia si esset frequentium tormentum. Hinc si incepit Nonam, v. g. cum attentione, modò reperias in ultimo Psalmo, & dubites, an recitaveris inediùm, intelligentiam habes conjecturam, quòd recitaveris. Gobat.

451 Inverso tempora, aut interruptio, sine rationabili causa non potest excusari a venialis: at non peccas, si Matutinum à Laudibus per noctem dividas.

452 Mutatio officii sine causa, ut si debens recitare de feria, recites de Sancto, si hac rasa, bis, aut ter, erit venialis; quia levissimo præceptum quoad substantiam officii, & delectes, qui habetur in modo, est levis. Gravis tamen est, si fiat sæpe. Aut si debens recitare de feria, aut de Sancto novem lectionum, recites de Resurrectione, etiam festali, quia est omissio, & mutatio notabilis, *v. Prop. 34 ab Alex. VII. damn.*

453 Occupatus per duodecim horas diei non præsumitur ille labor à recitatione officii, si debet attendi qualitas occupationis: unde si hæris occupatus assistendo tuo Prælato, ad illum negotiationes differendo, &c. quia sine notabili labore, aut sine damno, non excusaris. E contra, si hæris occupatus studio, computatione, lectura, &c. quæ caput doloris plenum, aut calliginosum reliquunt, excusaberis, etiam si per diem, aut octo horas occupationi vacaveris.

454 Si ex causa recitare non valeas majorem partem officii, puta Matutinum, & Laudes, potes autem reliquam, teneris ad illam: licut qui non potest restituere centum, potest tamen decem, teneturne ad decem. Et qui non potest jejunare totam quadragesimam, potest tamen duos dies, tenetur ad illos. Ratio est, quia præceptum de recitando divino officio est de materia dividua. Et dictum illud, *quod major pars trahit ad se minorem*, quo nonnulli impotentium docebant, non est ad rem: quia est desumptum *ex c. 1. de reg. quæ fiunt à maj. parte*; qui Textus loquitur de Canonicis duobus suffragium, & hanc standum esse pro majori parte suffragiorum.

455 Materia præcepti alia est dividua, alia individua. Dividua est illa, quæ habet plures partes, ad quarum singulas præceptum obligat, ut præceptum jejunandi in Quadragesima, quæ continet plures dies, in quorum si quilis tenuum præceptum obligat; similiter & præceptum recitandi officium quotidie, Individua est illa, quæ vel non habet plures partes, vel si habet, præceptum non obligat ad singulas seorsum, sed ad omnes conjunctim, ut præceptum confessionis, quæ continet tres partes, nempè rei, circumstantiarum, oris confessionem, & operis satisfactionem, quas præcipit non seorsum, sed conjunctim ad unum Sacramentum confitendum. Præceptum recitandi divinum officium est de materia dividua, ut declaravit Innoc. XI. damnando *prop. 54. pag. 6.* Vide etiam *prop. 35. ab Alex. VII. damn. pag. 3. n. 8.*

456 Agrotus non valens recitare Matutinum, & Laudes, dubitans, an possit reliquas horas, non tenetur ad illas; quia præceptum de recitando officium non obligat cum periculo gravis detrimenti, aut salutis.

457 Infirmitas excusans non sufficit, si sit levis: nec requiritur, quòd ut gravissima, sed sufficit, si sit gravis. & quidem in dubio dictum medici, aut experti infirmum

legitimare, sicut & superiorem dispensare possse, non est dubium.

458 Lusus, & qui oculis laborat, si timet legendo visum paulatim deperdere, non obligatur ad Officium legendum. Ipse tamen sicut & cæcus, tenetur recitare Partem illam, quam memoriter scit; sequitur ex n. 452.

459 In privata recitatione Matutinum & Laudes ex jam præscripta consuetudine licite recitari possunt duabus horis post meridiem diei præcedentis, usque ad unam circiter horam post ortum Solis diei sequentis. Prima, Tertia, Sexta, & Nona ab aurora usque ad meridiem. Vesperæ & Completorium à meridie usque ad sensibilem circiter post Solis occasum, Com.

460 Si autem intra eumdem diem recitentur eo intervallo, quod intercedit inter medium noctis præcedentis, & medium noctis sequentis, quo præceptum durat, non in suis horis, ut supra, est peccatum veniale, & nullum aliqua existente causa, causa ex Diana in Summa, esse potest major devotio, aut periculum superveniensis occupationis, vel in Studioso, quia tempus illud vespertinum est ineptum studi.

461 Qui incipit recitare Officium diei præsentis media hora ante mediam noctem diei sequentis, tenetur recitare quantum potest per eam mediam horam, juxta *dict. n.* 454. (nisi somno, aut vaporibus mens sit ita occupata, ut sit rediturus impotens) quia adhuc præceptum durat. Data autem media nocte, consultius est, & melius, si profequatur; sed ad id non tenetur, nec satisfacit, quia tunc cessat præceptum, quod quidem est ita affixum diei, ut eo elapso adimpleri non possit. Unde solum peccavit in causa, si voluntarie, & sine legitima causa se reduxit ad eam horam, juxta dicenda de auditione Missæ, & jejunio.

OFFICIUM DEFUNCTORUM, ET VIRGINIS.

462 Psalmi Pœnitentiales, & Graduales non obligant etiam in Choro; quia S. Pius V. per Bullam *Quod à nobis* 1568. pro utentibus Breviario Romano ab ipso tradito abstulit obligationem; concessit Indulgentiam centum dierum recitantibus Officium Defunctorum, & Virginis; quinquaginta autem recitantibus Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, diebus a Rubricis præscriptis. Reliquos verò, qui non utuntur Breviario Romano, uti sunt Patres Ordinis Prædicatorum, Carmelitæ, &c. Pius V. reliquit propriis consuetudinibus.

462 In Ordine Prædicatorum consuetudo non obligat sub culpa, ut recte docet, & probat Doliatus *tom. 3. tr. 2. d. 3. q. 8.*

464 Moniales S. Claræ tenentur quoad divinum Officium ritui Fratrum Minorum se conformare, ac proinde non tenentur ad Officium Defunctorum, &c. nisi temporibus ex Ordinario Romano statutis, quia tunc solum Fratres Minores tenentur: adque neque sub culpa, ut dictum est, excepto die Defunctorum, Urb. IV. *in 2. Regula*, & clarius Leo X. 29. Martii 1515. apud Bullar. Rodr. Bulla 46. *Cùm sicut vobis.*

465 Officium autem Defunctorum die animarum, Litaniæ Rogationum, & D. Marci obligant sub mortali eos, qui utuntur Breviario Romano, itaut teneantur recitare privatim, qui in Choro desunt, & processionem & li Beneficiati; teneantur ad restitutionem fructuum pro rata: quia sum pars Officii diei. Donatus *cit. qu. 49. & 47.* cum communtori. Quamvis plures cum Pelizz. *de Monial. c. 6. n. 10.* teneant, Litanias non obligare.

466 Qui verò non utuntur Breviario Romano, illare debent confuetudini suarum Ecclesiarum.

467 In Ordine Prædicatorum à viris doctis ejusdem audio confuetudinem pariter ad Litanias non obligare.

QUÆRES I.

468 *An Moniales S. P. Dominici teneantur sub mortali ad Officium Defunctorum semel in hebdomada recitandum?*

Videtur, quòd teneantur; quia Fratres Prædicatores tenentur; & ipsæ ad eorum ritum se obligaverunt.

469 Respondeo non teneri ad illud sub culpa. Ratio est: quia præceptum non est præsumendum, sed debet certò constare, *ut in n. 43. & 176.* In casu nedum non constat, sed evidenter constat non adesse pro Monialibus.

Quia Moniales se obligaverunt ad Officium divinum, & Suffragia, quæ exprimuntur in Regula: in Regula autem nulla fit mentio de recensito Officio defunctorum semel in hebdomada recitando, ut constat ex primo, & tertio Capitulo, in quibus agitur de Officio Divino, & Suffragiis. Unde ad Ritum tenentur, qui est accessorius Officio ordinario in Regula præscripto.

470 Corroboratur: quia Moniales se obligaverunt, & obligant ad Regulam, seu constitutiones Regulæ, minimè ad statuta Capitulorum generalium; Regulam namque profitentur, non statuta: Officium autem Defunctorum non est de Regula, sed de statuto Capituli Generalis de anno 1511.

Quod

471 Quod statutum nullo pacto possit Monialis ligare; 1. ob silentium, illitum, 2. Quia etiam loquendo de privilegiis, Moniales communiter non se Religiosis viris æquiparant. Solum in executoribus, ordine in adiutis, Doctores *cum. 2. p. q. 187. a. 8.* Et in re nostra agitur non de privilegio, sed de onere, cujus est communiter omne onus personale. Quia stat quòd est præcisè editum pro Fratribus. Omittam ex verbis, quam ex fine, & causa mota.

472 *Et quidem quæ in d. 8. 1. de Officio Ecclesiæ cc. 13. 14. col. 3.* in fine apud Donatum *cum. 3. tr. 18. q. 47. num. 2.* sunt: *Item determinavit, quod Fratres teneantur ex quarto, semel in hebdomada suum Officium defunctorum dicere, cum dicti debeant recitare, nunc autem consuetudo communiter habet oppositum.* Ubi per le *Fratres* intelligitur esse refractum ad Fratres: quod si ita sine refragantia, quinondè poterit dilatari ad Sorores?

473 *In fine, & causa motus.* Finis enim fuit, ut sic Fratres fanctiorem pallitur, & eleemosynæ pro omnibus benefactoribus obtinerentur, & bona Fratribus relicta, ac quibus vivunt: quod fuit causa motiva, qui tenet, & causa non habet locum in Monialibus, quæ vivunt maximè ex eleemosynis à benefactoribus relictis, sed ex propriis fortibus.

Secundum ipsum per ea Fratres ligant, ut teneantur fub mortali Officium defunctorum semel in hebdomada recitare privatim, si Choro desint; minùs ut Moniales.

474 Permittur utilitas doctrina, & libertas.

Doctrinam præter doctissimum Donatum, super constitutionis Regularium pontificiis locis cit. Officium mortuorum audiunt in ecclesia *ordinariamente pro omnibus, benefactoribus, qui non determinata sibi nomine persona, unde ab aliquot annis ad illud tenuit, quibusdam diebus exigis parrochiæ, cui illud debet S. Thomas in quodl. 8. art. 10. Dic. Sanct in Indulgentia, num. 3. quæ Monialibus dicitur per se ex, quòd Fratres teneantur ad illud, quia fuerunt defuncti, ergo Moniales ligatæ tenentur ad illud, quia fuerunt defuncti, &c. si personali tenentur per se Officium defunctorum dicere, suos mortuos dicendum, &c. si tenentur ad illud ex pia devotione, & non per aliquod præceptum quodcumque, &c. Ergo de mente D. Thomæ non obligantur recitandi Officium defunctorum omnes ex obligatione præcepti Ecclesiæ, qui debent præcepta ad istos præceptum, &c.*

475 *Item in Ordine Prædicatorum dd. 1. &c. addi præceptum recitandi Officium Defunctorum, &c. qua fit, ut omnes Religiosi Clerici omnes*

per annum sub mortali semel in septimana possint in Choro recitare, aut privatim, si propter aliquod Chorum interrupit, & Laici tres decades Rosarii, ut in num. 472.

476 In Ordine Sancti, & confirmatum unde in Ordine Prædicatorum omnes ex præscripto suum Officium defunctorum. Et quia Capitulum Generale pertulit, ex hoc habere locum in Monialibus, pertulit Fratres, & in specie Regia, ut Clemens Hulsonè expositis, non Moniales, quas illa Author tacite pertinet haud studet.

477 Historiam tradunt Confirmationes ipsis Regulæ Ordinis Prædicatorum ex Editione Bullarii Romani anni 1729. *dist. 3. d. 1. de Officio Ecclesiæ fol. mihi 13.* Et clarius habetur in traductione Latinarum de latina lingua in vulgarem, edita Parisiis anno 1580. in 8. capitulo.

478 Ob motivum, & finem n. 474. relatum, ex prævetutis temporis in Ordine Prædicatorum recitari solebat in Choro ordinarius unus Officii defunctorum, quem sub mortali Abatis diebant, & Sacerdos ille, qui erat de hebdomada ad Missam pro defunctis celebrare, omnes alii Fratres. Quapropter Capitulum generale Salamanticæ de anno 1551. permittere voluit Conventorum scrupulis, cum confirmatione, & Authoritate Apostolica firmare, ut liquitur.

479 *Ab illo tempore non Chorum, quidem Missa pro defunctis ab eo tempore celebrandi cujusque ordinis Sacerdos, qui tunc in hebdomada erat, pro defunctis, & charitatis, ordinemus, & ita perpetuo valeant, ut sequitur, &c. nec aliter ullatenus celebrari possint absque Patris Abbatis, & Provisoris, cum Officium pro tali defunctis non autem hebdomadæ qualibet hebdomada semel ad minimum, & singulis singulas cum in Choro, quam extra ecclesiam perficiatur. Et ea omnia, quæ pro una Missa de singulis servantur, & pro illa Missa celebranda, &c. ita non omnia Chorum, sed in omnibus Ecclesiis, & Conventibus Fratrum, ubi sunt duo Fratres, quam Canonicis conformia, quæ ibi, &c. ita ut omnes, & singuli teneantur, etiam Regulares, & alterius ordinis, sacris Missis, & officiis interesse.*

480 Hæc est historia, & forma Ritus, ac præsupti, des causæ pravitas, & semper observantiæ, nunquam lapsus.

Insuper Officium defunctorum semel in hebdomada recitandum, & ita absolutum finis vesperis, & Missa, nisi legitimè impedimento, & Missa non obligat. Sacer-

res, cum non sint Ministræ Altaris, sed solos tractus Ministros Altaris, Dovantus *tr. 2. 3.* ita nec Officium teneri in hebdomada recitandum obligare eas potest, nam in favorabilibus *(odiosorum sanctus naturam ejus, cui favorabile.)* Exclusio ab onere est favorabilis, adeoque si soror, si erat ex lusæ a priori onere, sunt etiam exclusæ a passionali subrogato loco prioris.

421 Item in præcepto Officii includitur onus se ebrandi, & cantandi Missam die sequenti, quod non afficit Sorores; ita nec onus Officii.

422 Denique commutatio Nocturni in totum Officium tuit facta *in recompensationem, pro onere perpetuo*, *tr. 2. 3.* quod debitum justitiæ in fratribus locum habet, qui ex eleemosynis, & dotis à benefactoribus legatis vivunt, juxta dicta *n. 374.* minime in sororibus, quæ vivunt ex propriis dotibus.

423 Non addicas pro obligatione consuetudinem. Quia non est constare; nam si nec experientiæ isdem adhibere velis, pro certo habeo plurium animum expavescere, nullam recensiti Ordinis Monialem obligationem tamquam certam tenere. sed alios eam non adesse certo putantes, alias verò scrupulizantes, dubitantes, & inde consulentes, an pro ipsis extet præceptum sub mortali ad id obligans, vel non?

424 Cæterùm consuetudine (si quæ sit) gratis data, nulla obligatio sequitur. Consuetudo enim ex *n. 239.* potest esse duplex, una præter legem, quæ ipsa obligationem inducit, & ad hanc requiritur, quòd sit introducta animo se obligandi, ut in *n. 240.* Alia secundum legem, quæ non ipsa obligationem inducit, sed supponit præceptum, quod obligationem inducit, & ipsa est solum observantia præcepti; adeoque si præceptum cadat, cadat etiam obligatio, consuetudine non obstante.

425 Consuetudo in re nostra (si quæ extat) non est, quod Moniales credant se esse obligatas ex consuetudine, sed ex præcepto obligante fratres ad mortale, unde est consuetudo secundi, non primi generis; cùm igitur sit luce clarius probatum, præmissum præceptum non habere locum, sed cadere pro Monialibus, dicendum est, obligationem recitandi semel in hebdomada Officium defunctorum (consuetudine non obstante) non habere locum, sed cadere pro Monialibus.

426 Confirmatur; quia consuetudo (si quæ adest) non fuit à Monialibus introducta animo se obligandi, sed supposito ex simplicitate, & errore præcepto: unde non erit consuetudo imponens, sed supponens obligationem ex præcepto, quod cùm revera non extet, obligatio non extat. Et hæc est una ex rationibus, quæ non obstante consuetudine, excusantur ab obligatione abstinendi à lacticiniis diebus Sabbati, mulieres, & simplices falsò putantes ad id habere præceptum. Imo Doctores communiter docent eas esse monendas, ne percent ex conscientia errorem.

427 Demùm meam resolutionem claram reddit Ordo ipse, qui jussu Reverendissimorum PP. Setaphini Sicci, & Vincentii Bandelli, Generalium Magistrorum, Constitutiones Regulæ, quæ observari debent, emendatas, & in unum collectas, Barcinone anno 1622. impressas publicavit. Ubi primo loco apponuntur *Constantiones Fratrum Ordinis Prædicatorum cum declarationibus*, In quibus declarationibus *dist. 1. super c. 1. de Officio Ecclesiæ lib.* 6. apponitur præceptum sub mortali obligans expresse Fratres ad recitandum Officium Defunctorum, uti suprà, nullam mentionem faciendo de Sororibus. Postea secundo loco apponuntur Constitutiones Sororum Ordinis Prædicatorum, in quibus nullum prorsus fit verbum de relato defunctorum Officio; *ut in n. 401.*

428 Quia autem mea mens est, Sacras Menniales solum à peccato, & scrupulis liberare, eas enixè hortor, ut nedum semel, sed pluries in hebdomada *pro sanctis animabus purgatorii* Officium recitent Defunctorum.

QUÆRES. II.

429 *An Moniales teneantur extra Chorum recitare Officium Defunctorum, quod simile justitiæ pro legati; teneatur pro benefactoribus recitare in Choro.*

RESp. non teneri, nisi pro ipsis extet speciale præceptum id exprimens, uti in Ordine Prædicatorum adest pro fratribus, de quo suprà *n. 425.* Pelliz. *de Monial. c. 6. nu. 19.* Quia obligatio illa non afficit singulas Moniales ut singulas: afficit enim Monasterium, adeoque afficit illas, ut faciunt unum corpus morale, quod est Monasterium, quapropter, quia cùm recitatur Officium in Choro, quamvis plures desint, vere dicitur Officium a Monasterio recitatum; jam est oneri satisfactum. Accedit praxis communis; ita namque sine scrupulo observatum videmus.

BENEFICIATI

430 ETiam in minoribus tenentur sub mortali ad horas, nec satisfaciunt suæ obligationi, si studio litterarum vacantes per alium recitent, quia est obligatio personalis; nam S. Pius V. ait, eum, qui non recitat suo tempore, non facere fructus suos: *tr. in pag. 2. prop. ab Alex. VII. damn.*

Non tenentur ante datæ possessionis, etiam litis provisis, nec si possessio sit litigiosa, sed donec sit pacifica, nisi sit constitutus in sacris.

431 Si sint in sacris, peccant omittendo horas duplici peccato, contra justitiam, & Religionem, in confessione exprimendo, quia ex vi beneficii tenentur vatione contractuum Ecclesiæ, à qua beneficium datur ob officium, *cap. fin. dist. 92. cap. fin. de præscript. in 6.* & Pius V. motu proprio: *Const incip. Ex proximo Lateranen. 1571.*

432 Hinc Beneficiari omittendo tenentur ad restitutionem in conscientia, etiam ante sententiam Judicis: *tr. in pag. 2. propos. 20. ab Alex. VII. damn.* onus autem restituendi non oritur, nisi ex justitia commutativa læsa: *tr. n.*

433 Qui plura Beneficia pinguia possidet, non tenetur ad plura Officia, sed satisfacit uno: sicut concurrentibus eodem die pluribus festis, satisfaciunt fideles uni Missæ assistendo, quia pia Mater Ecclesia vult multiplicare titulos, non satisfactiones.

434 Obligatus ad horas ex Beneficio, si eas culpabiliter omittat primis sex mensibus post acquisitam possessionem, peccat solùm mortaliter; iis elapsis, ultra mortale tenetur ad restitutionem fructuum pro rata omissionis; ita ut pro toto Officio teneatur restituere fructus omnes illius diei, pro Matutino, aut reliquis horis medium partem, pro una ex horis sexiam partem. Ex Concil. Tarracon. ex Pio V. *cit n 2.*

435 Cæterùm, qui ex Beneficio habet alia onera præter recitationem Officii, vel est Episcopus, &c. omittendo, solum tenetur restituere partem fructuum correspondentem oneri horarum, nempè tertiam, vel quartam partem. In Hispania praxis est de quinta parte. Gobat. [illegible] 5. 7.

436 Restitutio facienda est fabricæ Beneficii, vel pauperibus, etiam ipsi Beneficiato, si est pauper, per Busemb. Item applicari possit ad meliorandam domum, & prædia Beneficii, quæ etiam veniunt nomine fabricæ Beneficii.

437 Restitutio non potest suppleri per eleemosynas à Beneficiario de fructibus Beneficio antea factas ratione conjugendi antiquiores solutionis, quia nec solutio antecedit debitum ex culpa, nec pœna delictum; potest autem suppleri per eleemosynas factas post omissionem horarum, quamvis non ipso intuitu, ob virtualem intentionem, qua dans eleemosynam, satisfacere intendit obligationibus, quas suis peccatis contrahit: *tr. in pag. 3. prop. 3. ab Alex. VII. damn.* Item potest obtineri condonatio restitutionis per recursum ad Sacram Pœnitentiariam.

438 Si Beneficium sit tenue, puta, si ex eo non percipias tertiam partem ad mediocrem & honestum tui sustentationem requisitam, qua alii Clerici tuæ conditionis, & loci, communiter uti solent, tenesi te sub mortali ad horas, docet communior opinio. Non teneri, sed sufficere, si ex gratitudine ores pro benefactore, probabile putat Tamb. cum Diana.

439 Si verò plura Beneficia tenia habeas ad tertiam partem tuæ subintentionis sufficientia, tenesis ad horas: quia notabiliter sustentationem ab Ecclesia recipis.

440 Illud est Beneficium, vel patrimonium ad honestam sustentationem sufficiens, ex Trid *sess. 21 cap. 2.* quod ab Episcopis in suis respective locis præscribitur. In Synodo Parmensi, de anno 1625. & 1629. *n. 87.* declaratur, debere esse Panormi scutorum 80. in Diœcesi verò ad minus scutorum 40. *v. tom. 3. tr. 27 68.*

441 Præliminia, videlicet portiones deductæ ex Beneficiorum redditibus, quæ adscelsentibus assignari solent, ut sustententur in studiis, & inde postea Ecclesiæ deservire, inter Beneficia, saltem quoad effectum recitandi horas, a S. Pio V. comprehenduntur, si detur in titulum perpetuum, & annexum habeant aliquod spirituale obsequium, quod per laicum exerceri non possit. Sunt autem Beneficia simplicia, alia Beneficia non impedientia; at non sunt Beneficia, nec ad horas obligant, si in temporali obsequio consistant.

442 *Beneficium namque est illud, quod confertur a Prælato personæ Ecclesiasticæ ad Officium Ecclesiasticum exercendum.* Et propriè definiunt: *Jus perpetuum percipiendi reditus ex bonis Ecclesiasticis, propter aliquod Officium spirituale, auctoritate Ecclesiæ institutum.* Unde differit a patrimonio, quod est *jus percipiendi reditus ex bonis laicalibus*; puta paternis, maternis, &c. Hinc non tenentur ad horas illi, qui habent Capellaniam non laicam, quæ videlicet fine authoritate Episcopi a laicis solet conferri, quia licet hæc fructus

ctus afferat, non est vere Beneficium.

503 Non tenetur Vicarius Beneficii, aut Coadjutor cum futura successione, etiam si gaudeat stipendio sui laboris, vel aliqua beneficii portione: quia ille non est beneficiarius, sed ejus substitutus; & iste non est beneficiatus, sed erit.

504 Qui vero habet Capellaniam sacram, quæ collativa vocatur, quatenus Episcopi authoritate confertur, tenetur ad Officium; quia sine eo est vere Beneficium. Idem dic de habentibus Beneficia manualia, ad nutum videlicet Superioris, & amovibilia. Ita & de habentibus Beneficium in commendam, videlicet in administrationem, sive in perpetuum, sive ad tempus: quia est vere Beneficium.

505 Intrusus, qui nullum beneficium obtinuit, quia simoniace, cum excommunicatione, &c. eximunt Sanchez, & Castrop. Comprehendunt in obligatione Officii Bonac. & alii. Ratio 1. opinionis, quia hic nec habet titulum beneficii, nec fructus facit suos; sed tenetur illud relinquere, hos restituere.

506 Qui solo titulo Ordinis, aut alio, qui non sit beneficii, seu capellaniæ collativæ, tenetur ad horas, non tenetur restituere; quia non percipit fructus ob onus Officii. Nec qui est obligatus ad horas titulo beneficii, tenetur restituere, si horas omisit ex invincibili ignorantia, bona fide, oblivione, justo impedimento, aut ex alia causa sine culpa; quia non debetur in conscientia pœnæ, ubi non est culpa.

507 Qui casu aliquo accidentali fructus non percipit, puta ob anni sterilitatem, vel quia fures depopulati sunt; item qui fructus pro pensione solvit, tenetur ad horas; quia voluntarie onus suscepit, Mendo n. 39.

508 Pensionarius non tenetur ad horas: quia pensio non est beneficium, sed jus percipiendi fructus ab eo, qui habet beneficium. Si vero pensionem percipiat ut Clericus, videlicet, non ob sæculare obsequium, sed titulo clericali, & spirituali, tenetur non ad Officium magnum, sed ad parvum B. Mariæ, sub onere restitutionis fructuum illius diei, ex const. S. Pii V. Si autem ex titulo, v. g. Ordinis, sit obligatus ad Officium magnum, non tenetur ad parvum B. Virginis, sed satisfacit per solum magnum, quia non præsumitur, quòd Pontifex voluerit illum alio gravare onere, sed solùm quòd Clericus pensionarius non sit liber ab orando.

509 Tunc dicitur habere pensionem ut Clericus, quando, ut illam habeat, necessariò requiritur, ut sit initiatus prima tonsura. Potest autem pensio dari Clerico, aut Religioso, non titulo Clericali, sed alio titulo, sicut & laico, v. g. ob merita, senectutem, inopiam, &c. & tunc non obligat ad Officium Virginis; quia non datur illi, ut Clerico.

510 Cardinalis tenetur ad horas Itarum, ac scit se esse nominatum à Papa, Mendo *cit. n.* 41. quia est Caput illius Ecclesiæ, cujus habet titulum; unde sicut Abbates, Priores, Decani, & similes, qui sunt Capita Ecclesiarum, eo solo titulo tenentur ad horas; ita ille. Tum quia Cardinalatus est beneficium majus, habens titulum Ecclesiæ, insuper fructus, & redditus.

DE DISTRIBUTIONIBUS

FUse agit Leander *par. 6. tract. 8. disp. 6.* ex quo

511 Non potest quis ad Canonicatum promoveri, nisi intra annum valeat Ordine sacro insigniri: *v. sum. 1. pag. 618. n. 106.*

512 Canonici, & Prædendati distributiones lucrantur correspondentes horis, quibus assistunt. Quando sine legitima causa Choro desunt, illas amittunt; & si accipiunt, restituere tenentur. Quæ sunt aliis, qui inter fuerunt, dividendæ, *v. n. 465.*

513 Conceditur à Trid. *sess. 24. de reform. c. 12.* ut absque alia causa, quàm levamini possint à Choro per tres menses abesse, qui tres menses possunt esse continui, vel interrupti ad libitum, dummodò computentur cum respectu ad totum annum. Quo tempore possunt lucrari fructus Canonicatui annexos, minime distributiones, quia istæ Chori assistentiam exposcunt. Sacr. Congr. Concil. apud Leand. *par. 6. tract. 8. disp. 6. quæst. 156. Qui absentes sunt recreationis causa, non lucrantur, nisi fructus Prædendarum, non autem distributiones quotidianæ, sive sint antiquæ, sive novæ, ex cap. 1. sess. 22. & 23. quæ sunt distincta à prædictis.*

514 Si ultra dictum tempus sine legitima causa à Choro desint, eos peccare mortaliter, nisi parvitas materiæ excuset, puta per integram horam, aut, nisi raro, puta ter, aut quater in anno, contingat, docet Leand. *cit. q. 33. & seqq.* quia ex Jure Canonico, *d. anno 440* adstringuntur ad assistentiam Chori sub pœna excommunicationis ferendæ, & depositionis.

A mortali autem eos excusant Tambur. [illegible] & alii apud Leand. *cit. q. 33.* dummodò animum habeant cedendi distributionibus tempore absentiæ; & nisi deficerent in contemptum, aut contra præceptum Superioris, vel si ex eorum defectu omitteretur Officium in Ecclesia, aut non diceretur cum solemnitate debita. Quia nullus adest terrus, ex quo mortalis obligatio colligatur, *v. n. 176.* Cui accedit praxis multorum prudentum, qui nullum hîc scrupulum faciunt: ita illi.

515 Si in Choro reperiantur duo, aut tres Canonici, excusantur à canendo, minimè à recitando alta voce horas.

516 Si suam partem recitent, aut cantent submissa voce, ut ab altero Choro non possint audiri, satisfaciunt præcepto Officii, minime servitio Chori, & consequenter non possunt distributiones lucrari. Quia S. Pius V. *Constit. 135.* prohibet, dari distributiones interessenti, sed non recitanti Officium publicè, ut fideles ad devotionem excitare possit; talis est, qui submissè recitat.

517 Excipiuntur Ecclesiæ, ubi viget consuetudo, quòd Canonici solùm sint præsentes, & non cantent, nisi per Capellanos, & substitutos, ut sunt omnes fere Cathedrales Hispaniæ; quia consuetudo potest derogare jus positivum; *ut in n. 141.*

518 Si cantent Musici, sufficit servitio Chori, & pro distributionibus assistentia personalis, etiam sine attentione; at non ad satisfaciendum Officio.

519 Non possunt Canonici distributiones lucrari; si per alium Choro assistant, nisi ubi legitima consuetudo adsit: Si notabiliter confabulent, aut alias actiones attentioni externæ repugnantes exerceant.

520 Lucrari possunt, qui sunt impediti legitima causa, quæ est triplex Morbus, corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ propriæ utilitas: ex *cap. unico de Clericis non residentibus in 6.*

OB INFIRMITATEM

521 LUcratur infirmus, si infirmitas sit gravis, judicio prudentis, Quando est levis, sed prudenter timetur, quòd ex accessu augeatur. Etiam si infirmitas sit contracta ex propria culpa. Qui podagra laborat. Et Seneca septuagenarius.

Canonicus, si post beneficium obtentum fiat cæcus, potest abesse à Choro, & distributiones lucrari. Sacr. Congr. Conc. *die 11. Augusti 1608. & 20. Julii 1629.* Idem docet de surdo, Diana *p. 5. tr. 8. res. 34.* contra Leandrum *p. 6. tr. 8. disp. 6. q. 49.* qui negat de surdo, quia potest adesse Choro, & Declarationes Congr. loquuntur de cæco.

522 Infirmus non lucratur, si ante infirmitatem non erat solitus assistere Choro: quia tunc infirmitas non est causa non interessendi Chori; nam si illi non esset, adhoc non interesset. Hic autem, si in ipsa infirmitate voluntate mutata, efficaciter proponerit assistere Choro infirmitate cessante, tunc possit distributiones lucrari, qui jam infirmitas esset vere causa non interessendi.

OB CORPORALEM NECESSITATEM

523 LUcratur Canonicus, si justa corporali necessitate deest. Puta, si grave damnum prudenter timeat in vita, honore, aut fortuna. Si debeat medicinam sumere, aut emittere sanguinem. Si valetudinarius judicio medici demi se continet, aut causa mutationis aeris ad salutem recuperandam alibi se transfert. Si somno oppressus, attendere, aut recitare non valeat, quia non est in culpa, & acquivalet infirmo. Secùs, si somno nullo pacto restat, sed acuì velit. Qui tempore pestis grassantis alibi se confert. Qui nimis defatigatus à cantu, aliquantulùm se eximit, ut spiritus assumat. Qui injustè detinetur in carcere. Secùs, si justè, & delictum sit probatum.

524 Injustè excommunicatus, & inde non assistens: secùs, si justè, etiam si absolutionem petat, & justè denegetur, quia *ex c. ea noscitur, §. Verum de appell.* justè excommunicatus est ex vi juris ipso facto, & ante judicis sententiam, privatus tam fructibus beneficii, quàm distributionibus quotidianis. Nisi alicubi adsit consuetudo lucrandi, uti dicitur esse in Hispania: *v. n. 492.* Lucratur autem, si ei absolutionem petenti injustè denegetur: quia tunc non est in culpa quoad absentiam à Choro.

525 Eadem pariter dicenda veniunt de Canonico, seu Prædendato suspenso à beneficio, vel interdicto à divino Officio, si sit specialiter ipse interdictus. Lucratur vero, si interdictum sit speciale solius Ecclesiæ, & ipse causam non dederit interdicto; quia tunc absentia non est ei culpabilis. Si autem interdictum sit generale, privatur distributionibus, si desit, tam si causam dederit interdicto, quàm si non; quia si causam dedit, est in culpa, si causam non dedit, privatur, si delit: quia tunc potest, & tenetur assistere Choro; tunc namque celebrari possunt divina, servatis conditionibus infra de interdicto generali adnotandis.

526 Tempore autem cessationis à divinis non lucratur, etiam si ipse causam non dederit, quia in hac datur specialis prohibitio juris, quæ non datur in interdicto; nam Greg. X. *in cap. si Canonici, §. ceterum, de offic. ordinand. in 6. decernit, quod qui causam dedit cessationi à divinis, debeat restituere Canonicis omne*

interesse, quod amittant ex omissa assistentia divinis Officiis.

527 Non lucratur Beneficiarius, si evadat irregularis, & desit; qui irregularitas non impedit celebrationem Officii divini, nec inde assistentiam: unde non privatur distributionibus. Quod est verum, etiam si fuerit irregularis ante Beneficii collationem, quia irregularitas illiciter, non invalidat Beneficii collationem. Diana. Castropal. & alii contra Reiffenst. & alios, qui volunt, quod invalidet, & consequenter privet.

528 Lucratur, si desit tempore, quo pulsata manet Ecclesia: quia non stat per ipsum.

OB EVIDENTEM ECCLESIÆ PROPRIÆ UTILITATEM.

529 UTilitas esse debet gravis, certa, & propriæ Ecclesiæ: non sufficit levis, dubia, aut alterius Ecclesiæ. Sufficit, si sit Ecclesiæ universalis, quia utilitas communis est propria cujusque. Unde Bonac. in nova editione *disp. 2. de locis*, allegat Declarationem Cardinalium *Quòd si quis Beneficiarius absit à propria Ecclesia ad impediendum, ne Beneficiatus alibus divinis opere ordinarium graventur, tunc posse distributiones Ecclesiæ suæ recipere.* Huc applicanda sunt dicta n. 522.

530 Canonicus, qui suum comitatur Episcopum, aut ab eo mittitur ad visitanda suo nomine limina, lucratur, quia sibi propriæ Ecclesiæ negotium, Pontificem instituendo de ejus statu: ex Const. 17. Sixti V. non sic Patrochus, nisi visitatio intra bimestre getficiatur, quia *ex decr. S. Congr.* non potest Episcopus occupare Parochum ultra bimestre.

531 Lucratur, qui ad Concilium mittitur tamquam Theologus, Procurator, &c. Qui à suo Capitulo ad Principem, &c. legatus mittitur. Qui tempore Officii de mandato Capituli in computis, & rationibus Ecclesiæ faciendis, & fumendis occupatur, Canonicus; qui sede vacante est electus Vicarius Capituli, & inde desit, quia utilitas est Ecclesiæ, quòd occupetur unus Capituli, quàm totum Capitulum. Secùs, si fit electus Vicarius Episcopi: quia hic Episcopo, non Ecclesiæ servit, & ideò fructus percipere potest, non distributiones.

532 Lucratur Archidiaconus visitans Ecclesiam, jura, aut redditus suæ præbendæ, quia tunc servit inter utili Ecclesiæ.

533 Non lucratur, qui absit causa veri adimplendi, qui tempore divinorum Officiorum detinetur sua peccata confitendo, ex sua devotione Missam celebrando, nisi ei faveat consuetudo, quia absit in sui utilitatem. Lucratur vero, qui tunc celebret de mandato Superioris in Ecclesiæ servitium.

534 Pœnitentiarius ad Confessionis deputatus, lucratur tam d'stributiones Chori, quàm alias, quæ extra Chorum lucrari solent, putà ob Litanias, Processiones, &c. dummodò in Ecclesia assistat, audiens, aut paratus Confessiones audire, Trid. *sess. 24. de reform. cap. 8.* quia tunc censetur præsens in Choro.

535 Canonicus Magistralis, aut Lectoralis, non lucratur distributiones correspondentes diebus, quibus concionem, aut lectionem componit, qu'a *ex decl. S. Congr.* tunc non dicitur abesse in servitium propriæ Ecclesiæ, nisi remote. Lucratur verò ex gratia distributiones correspondentes non solùm horis, quibus legit, aut concionatur, sed omnibus reliis illius diei, quia exercet áctionem magis laboriosam, quam alii præbendati, & quæ majorem præparationem exposcit. *Decl. S. Congr. Conc.* apud Garciam. Non extenditur tamen hæc gratia ad horam Matutini diei sequentis, quæ præcedenti die post Vesperas recitari solet: *Ex Decl. S. Congr.* apud Garciam, & Leand. *cit. q. 130.*

536 Canonicus, qui simul curam animarum habet in alia Ecclesia extra, vel extra Civitatem, sed intra Diœcesim, tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia residerit, actus Sacramenta ministrans, aut alia, quæ ad ejus curam spectant, exercens, distributiones Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatæ lucratur, quia habetur tamquam ibi præsens, & absens: Ex Trid. *sess. 22 de reform. cap. 3.* Idem dicendum venit de Parocho.

537 Canonici Examinatores, aut ab Episcopo instituti Administratores pinrum locorum, Visitatores Ecclesiarum diœcesis, Vicarii foranei, Deputati Monalleriorum, &c. fructus lucrantur, non distributiones: quia non sunt occupati servitio propriæ Ecclesiæ, sed Episcopi, aut diœcesis. Nisi illis faveat consuetudo. Imo de Examinatoribus extat *Decl. S. Congr. Concil.* apud Leand. *cit. q. 127.*

538 Canonici assistentes Episcopo solemniter in Cathedrali, aut in alia Ecclesia celebranti, lucrantur distributiones: secus, si private celebret; nisi adsit consuetudo.

539 Præbendati intervientes Episcopo in Officiis Capellani, Secretarii, &c. percipiunt fructus præbendæ, quia habentur pro præsentibus: minime distributiones, quia non sunt occupati in utilitatem propriæ Ecclesiæ, sed Episcopi; Et *cap. accessit 5. & cap. ea audientiam, de Cler. non resid.* Intervientes pariter Pontifici acquirunt fructus. Ex *cap. cùm dilectus*

Bus de Cler. non resid. sed non distributiones nisi privilegium habeant.

540 Inservientes vero legato Pontificis, Regis, Cardinali, &c. non solùm non lucrantur distributiones, sed neque fructus, si absentia à propria Ecclesia excedat tres menses: *v. n. 513.*

541 Auditores Rotæ Romanæ acquirunt fructus & distributiones suarum præbendarum in absentia, ex concessione *Clem. VII. per Bullam Consueti* 1525. Item Iequisitores ex priv. Paul. III. & Pii V. quod ad alios Ministros, puta Fiscales, Qualificatores, Consultores, & ad favorem fidei, extendunt Cafrepal. & Trullench. apud Leandrum *cit. q. 126.* ram causa fidei est communis: *v. n. 539.* Gaudent hoc privilegio Inquisitores, loquendo de beneficiis simplicibus, dignitatibus, & præbendis, minime de beneficiis curatis. Ex Decl. S. Congr. apud Leand. *cit. q. 137.*

542 Collectores generales Cameræ Apostolicæ, ejusque officiales, in absent a lucrantur fructus, & distributiones, *ex priv. S. mi V. 8. Maii 1590.*

543 Docentes publice in aliqua universitate, aut studio generali Theologiam, lucrantur fructus ir absentia à propria Ecclesia, *ex cap. finali de Magistris*, minime distributiones, ad differentiam Magistri, aut Doctoris docentis in propria Ecclesia: *ut in n. 545.* Idem si legat publice Jus Canonicum, qui a licet textus loquatur de Theologia, extenditur ac Jus Canonicum, quoniam æque prodest Ecclesiæ. Non sic Jus civile; hinc Canones illudicm juris civil s Regulares prohibent. Item lucrantur fructus, licet non distribut.ones, si publice Grammaticam doceant, colligendo ex *d. Quia nonnulli. de Magistris*, quia ad Theologiam, & Jus Canon sum est necessaria.

544 Non sufficit, si legant in quolibet studio particulari; sed esse debet Universitas, seu studium generale, ad hunc finem à Pontifice, aut supremo Principe erectum. Ex Decl. Sac. Cong. apud Leand. *cit. q. 144.*

545 Parochi, si legant uti supra Theologiam, aut Jus Canonicum, lucrantur fructus suorum beneficiorum, minime si Grammaticam docent. Ex Decl. S. Cong. apud Leandr. *cit. q. 144.*

546 Præbendati studentes fructus præbendarum lucrantur, licet non distribut.ones, si studeant publice Theologiæ, aut Jure Canonico in Universitate, aut studio generali, uti supra, & ibi studentes majori parte anni commorentur de licentia Ordinarii, *ex* Declar. S. Cong. quam ad Ordinarium spectat examinare super ætate, sufficientia, an divinus cultus ob eorum absentiam detrimentum patiatur, & alia à jure requisita.

547 Aliter est dicendum de Parocho; nam ex Trid. *sess. 23. de reform. cap. 2.* non permittitur Episcopus concedere licentiam Parochis, ut a propria Ecclesia absint ultra bimestre, nisi ex gravi causa, qualis non est studium in Parocho. Cui accedit Decl. S. Congr. Conc. 22. Februarii 1590. quæ *Censet, Parochi causa studiorum non esse dandam licentiam, cum hoc per Concilium non admittatur, nisi qui per convictum magis idonei fuerint judicati.*

Præmissam licentiam concedere potest Episcopus Præbendatis, & beneficiatis non curatis, nonnisi ad quinquennium, *ex cap. finali, de Magistris.* At eam extendere posse ad sexennium, tenet Leander *cit. q. 153.* ex alio petitorio *cap. cùm ex eo, de elect. in 6*

548 Si beneficium constat ex solis distributionibus quotidianis, absentes ratione studii ess lucrantur omnes, demptà tertia parte. Quia tunc distributiones i.e. succedunt loco fructuum. Ex Decl. Sac. Congr. apud Leand. *cit. q. 134.*

549 Denique Episcopus dispensare non potest, ut Præbendatus, aut Beneficiatus, qui abest recreationis causa, distributiones percipiat; quia talis perceptio est prohibita à Trid. *sess. 24. de reform. c. 12.*

De Horis Canonicis, Beneficiatis, & distributionibus, agunt Mallrius *disp. 24. à nu. 47.* Diana *p. 2. tr. 10.* Jo: de la Crux *pag 52.* Ennac. *tom. 1. pag. 586* Cafrep. *tom. 2 tr. 7. disp. 2. & 3.* Busem. *1. 4. c. 2. d. 2* Gobat. *tom. 1. 105.* & reasume Leand. *tom. 6. tr. 8.* Dorantes *tom. 2. tr. 18.*

CAPUT IV.

DE SACRILEGIO.

550 SAcrilegium, *est laesa, seu violata res sacra.* Res sacra sunt ea omnia, quæ ad cultum divinum sunt destinata. Et manet personale, quia personæ sacræ, locale, quia locus sacer, & reale, quia res sacræ sunt.

PERSONA SACRA.

551 LEx, *quæ per aquam, aut ordinem sacrum est Deo specialiter dicata.* Tria sunt, quibus id potest: 1. per violentam manus injectionem. 2. per usurpatam juris Clericalis personas Ecclesiasticas ad judicium sæculare abducio, vel iisdem vestigalia imponendo. 3. per actionem venereum, sive externam, sive internam.

552 Probabile est, non esse opus in Confes-

NOMINE LOCI SACRI

564 [illegible]

LOCUS SACER

567 [illegible]

ECCLESIA POLLUITUR

568 Primo, per injuriosam exustionem [illegible] Ex Conc. Nicæno, Diana [illegible] 7 refert.

569 Secundo, per sepultu[illegible] ecommunicatum, vitandum, aut infidelem etiam infantis; [illegible] mus parentis fidelis, licet decesserit sine baptismo; [illegible] est pars hominis Christiani [illegible] inhumatio tamen est, ut non sepeliatur in Eccl[illegible].

570 Tertio, per homicidium injuriosum, aut mutilationem; unde injuriosa sufforc[illegible] aut occiso homine facta in Ecclesia absque sanguinis effusione, polluit Ecclesiam.

571 Quarto, per violentam, injuriosam [illegible] guinis humani notabilem effusionem, quæ non fit a naribus, aut dentibus, quia sunt organum [illegible] continendum sanguinem.

Effusio aliquarum guttarum, etiam injurio[illegible]

572 [illegible] hominis effusionem, quæ fit peccatum mortale [illegible]

573 Per hominem, [illegible] si sint occultæ: Ex [illegible] ubi præcipitur reconciliari Ecclesiam, in qua quidam adulterium secretum commisit [illegible] Ecclesia, nisi per injuriam; adeoque, quando fit injuria. Per hoc autem, quod copula v. gr. occulta inciperet poni dies ecle[illegible] dire à sacris, quando ejusmodi facta publica, & [illegible] digent tunc reconciliari, non prius, non sequitur, quod prius non fuerit violata: sicut ex hoc, quod percussor occultus Clericis [illegible] o vitari, quando [illegible] facta publica; non sequitur, quod non fuerit [illegible] in hoc casu non fiat excommunicatum, sed vi[illegible] ita in primo non fiat Ecclesiam pollutam, sed irregularem à sacris, & reconciliandam. Dian[illegible]

574 Copula conjugalis, si fiat ex necessitate, v. gr. ad vitandum periculum incontinentiæ conjugum, alium locum aptum non habentium, non polluit Ecclesiam; bene vero si fiat [illegible] ex [illegible], quia tunc est injuriosa, & sacrilega.

575 Si quis polluat violenter in Ecclesia adolescentem resistentem, & non consentientem, violatur Ecclesia, quia licet talis pollutio non sit voluntaria, & peccamine adolescenti, est voluntaria, & peccaminosa eum causans; & inde est injuriosa Ecclesiæ.

576 Ut præfatæ actiones polluant Ecclesiam, requiritur injuria; hinc Ecclesiam non polluit. 1. Effusio sanguinis facta ab propriam defendentem. 2. Facta casualiter, aut ab infante, vel [illegible]; secus, si eorum sanguis effundererur; quia licet non possint facere, polluunt pati injuriam. 3. Si vulnus fiat ejectum extra Ecclesiam, & percussus ingrediatur intus, & ibi effundatur sanguis, aut moriatur; secus si vulnus fiat ejectum intus, & percussus sit egressus extra; & ib. sanguis effusus, vel ductus ad domum post paucas horas moriatur, quia homicidium censetur factum in Ecclesia; nam injuria fit Ecclesiæ, quando datur causa physica effusionis sanguinis in Ecclesia. 4. Sectio violenta venæ in Ecclesia, ex qua copiosus sanguis effluxit, si ex [illegible] non sequatur mors: bene vero, si sequatur mors. Ratio primi, quia vena est naturaliter copiosi sanguinis emittativa. Ratio secundi, quia tunc est homicidium.

577 Polluit Ecclesiam. 1. Recisio digiti, non quia sit mutilatio, nam digitus non est membrum, sed pars; ratione tamen notabilis effusionis sanguinis. 2. Occisio fidelis facta in Ecclesia ab hæretico ob hoc, quia licet occisio sit martyrium, occisus est peccatum, & ab eo est injuria facta: *Actio dis[illegible] grata fuit.* 3. Occisio unius ex errore facta pro uno in Ecclesia, quia ratio formalis injuriæ desumitur ex loco sacro; & jam occisio, aut vulneratio fuit intentata in loco sacro; materialiter autem se habent individua Petrus & Paulus. Vide *tract. Homicidium casuale.* 4. Si Petrus existens extra Ecclesiam, rotam tormentariam immittat intra Ecclesiam, & ibi occidat hominem, quia mortus est extra, occisio vero, & actio vulnerativa intra Ecclesiam.

578 Quinto. Si quis fuerit in Ecclesia verberatus, itaut, quamvis non fit effusus sanguis fuerint tamen eius tacta alia, & consuæ carnes; eli violata Ecclesia, si intra breve tempus sequatur mors, quia talis verberatio est homicidium. Secus, si non sequatur inde mors.

Sea-

479 Sexto. Si quis alium in subita & inopinata ira in Ecclesia occidit, violatur Ecclesia, quæ, ex hoc, quod occisio fuerit subita, & casualis, non sequitur, quin fuerit voluntaria, & inde injuriosa, ut potuerit ab occisore impediri: *v. n. 641.*

QUÆRES.

480 *Quidam Reus sententiatus ad mortem fuit à ministris justitiæ intra Ecclesiam, ad quam aufugit, lethali vulnere accisus, aut suffocatus, An Ecclesia sit violata.*

REspondeo cum distinctione: Vel enim talis necisio, aut suffocatio fuit facta ex abrupto, & absolute à Ministris volentibus, aut jubente Judice. Et sic Ecclesia violatur, quia licet reatus delinquentis per sententiam Judicis factus sit justus, est tamen irreverens, & injuriosa loco sacro, cum ejus sanctitati repugnet.

481 Vel exemit casualiter, aut ob defensionem vitæ ipsorum ministrorum, quatenus ministris conantibus eum capere (cum non gaudeant immunitate, quod est omnino supponendum, *ex cum. 661.*) inter tumultum, & motum, & latere unius ministri tormenti bellici casu lata rota fuit occisus; vel quatenus defendere se volens, ne capiatur, dum arma verterat ad occidendum ministros, fuit ab altero eorum in defensionem prævenitus, & occisus. Et tunc Ecclesia non violatur; quia homicidium casu, aut in defensionem factum non est culpabile, nec injuriosum.

482 Nec pollutur Ecclesia, si tale homicidium fuit voluntarie factum, quatenus Reipublicæ perturbator aliter capi non poterat, Bussemb. *l. 3. tr. 3. dub. 4. n. 1.*

483 Secundum autem dicta de *numer.* 481. dimicuter potest habere locum in casu suffocationis; quia dum Ministri ita eum capiunt, ut valeant suffocare, pariter vadent inermem recedere, ac extra Ecclesiam ducere; adeoque cum intra Ecclesiam suffocent, excusari non possunt ex capite propriæ defensionis.

PLURA DE POLLUTIONE RESOLVUNTUR.

484 POlluta una Capella, aut Altari, polluitur Ecclesia, & è converso; quia injuria, & pollutio, in quovis loco intra Ecclesiam evenienti, totam Ecclesiam, eiusque cœmeterium contiguum afficit: *vid. n. 553.*

485 Exceratis vero Altaribus fixis, non exceratur Ecclesia, nec è converso, Bussemb. *l. 6. tr. 3. cap. 3. dub. 4. num. 1.* quia inter benedictionem, ac pollutionem ex una parte, & execrationem, ac consecrationem ex alia, hoc est discrimen, quod per benedictionem, & pollutionem benedicitur, & polluitur totum, quod est intra Ecclesiam; & den polluitur Altaribus polluitur Ecclesia, & è converso. Consecratio vero Altarium fixorum, & Ecclesiæ est distincta, itaut regulariter detur, quod Altaria fixa sint consecrata, non sic Ecclesia; & ideo justum est, ut exectatis Altaribus fixis, non execretur Ecclesia, nec è converso.

486 Polluta per homicidium una sepultura subterranea, polluitur Ecclesia; quia est pars Ecclesiæ, ac proinde facit unum cum Ecclesia; dum nomine *Ecclesiæ, venit Vas intra continens sacra ad sacros usus, & ad fidelium corpora humanda.*

487 Si vero subtus Ecclesiam cellula adsit sepulturæ similis, non tamen destinata ad fidelium sepulturam, sed ad ligna conservanda, & alia pro usu Ecclesiæ; talis cellula non erit capax pollutionis; quia non est locus sacer, quantum ad præsentem effectum, *ex num. 554.* cum non sit locus destinatus ad usus sacros sacrificii, aut sepulturæ fidelium.

488 Item, si in aqua Ecclesia adsint cellulæ intra contavum patietis, à parte interna Ecclesiæ, tunc pollutæ cellulæ, polluitur Ecclesia, quia est para Ecclesiæ. Si vero sint divisæ ab Ecclesiæ pariete lapideo, ligneo, &c. & solum habeant erates intra parietem Ecclesiæ, ubi Confessiones excipiantur, uti esse solent in Ecclesiis Monialium; tunc tales cellulæ non sunt capaces violationis, quia quoad effectum pollutionis, *ex nu. 554.* non sunt loca sacra.

489 Si autem Ecclesia ex pluribus inadequatis, & prope positis construeta, qualis esset Panorm: Ecclesia D. Petri, si ejus tres Ecclesiæ inadæquate essent separatæ, non columnis cæmentitiis, sed parietibus, una polluta, non essent aliæ pollutæ; *ex cap. un. de consecr. in 6.* ubi dicitur: *Non unum, sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ quamvis sibi cohærentia, pariete tamen medio seiunguntur:* adeoque cum dictæ Ecclesiæ sint separatæ parietibus mediis, non una, sed plures Ecclesiæ censentur; ac proinde polluta una, non sequitur, quod polluantur aliæ. Non impeditur talium Ecclesiarum pluralitas per hoc, quod ex una in aliam detur aditus, quia vere sunt distincta vasa.

490 Idem sequitur dicendum de Ecclesiis, quarum una est subtus aliam; sunt namque sejunctæ pariete medio, nempe fornice, qui quidem secundum faciem superiorem, est interior uni vasi, respectu cujus habet rationem soli, & secundum inferiorem est inter or alteri vasi, respectu cujus habet rationem tecti, taliter ut in dem materialiter, diversus formaliter secundum formalem prudentium aliquationem in ordine ad constituendum diversa

rena, & calix non consecrata, in quibus sacra unctio requiritur, quatenus sacrificium æquivalenter, imo eminenter unctionem continet: nam ex sacrificio non habetur sacer ille contenum Ecclesiæ, qualis in vestibus, patena,

DE RECONCILIATIONE ECCLESIÆ.

491 IN Ecclesia pollutа est reconcilianda. Si
L. bibi nediela, eam reconciliare potest simplex Sacerdos aqua à se benedicta, utendo formula Ritualis Romani.

492 Si sit consecrata (qualis censetur, si constet ex fama publica, aut ex scriptura authentica, vel si celebretur festum Dedicationis, aut si adsint ligna, seu Cruces consuetæ, sive in Dedicatione) tunc est reconciliandа ab Episcopo aqua per ipsum, cum sale, vino, & cinere, benedicta. Qui non potest eam facultatem simplici Sacerdoti, nec suo Vicario, qui non sit Prælatus, delegare, ex *cap. Aqua, de consecr. Eccles.*

493 Prælati tamen Regulares, etiam locales, pollunt proprias Ecclesias consecratas in casu pollutionis reconciliare, ex priv. Leonis X Bulla *d* apud Rodr. Debent tamen ab hac aquam ab Episcopo proprio benedictam, si ille non distet per duas dietas, vel distet per quadraginta milliaria. Si vero ille sic distet, uti possunt aqua ab ipso Prælato regulari benedicta. Si Episcopus existat intra otto leucas, distet tamen, ut supra, à loco, ubi violatio accidit, censetur distans, licet sit ibi ejus Vicarius. 1. quia Vicarius non potest: *ex n. 592. 2.* quia alias nunquam contingere posset de illo privilegio.

494 Ecclesia polluta non reconciliatur per sacrificium ibi peractum, de Lugo *de Euch. d. 20. sect. 2. n. 62.* contra Dian *m p. 2. tract. 14. resol. 69.* & Tamb. *in meth. cel. Miss. lib. 1. c. 1. §. 4. n. 5.* Primo, quia si sacrificium esset sufficiens ad Ecclesiam pollutam consecrandam, esset sufficiens ad eam non consecratam consecrandam. Secunda, quia est jure præscriptum, quod si pollutio contingat incepto Carmine, sed ante consecrationem, Sacerdos debeat Missam profevoti, & perficere: ut *in tom. 3. n. 320.* & tamen Ecclesia non reconciliatur, ut deridunt Sacri Canones, licet Sacrificium, & consecratio sint post violationem. Tertio, quia in Ecclesia violata potest de licentia Episcopi in casu necessitatis celebrari: & tamen praxis est, ut possit reconciliatur.

495 Non obstat fundamentum opinionis oppositæ, quod per sacrificium nedum benedicuntur vestes non benedictæ, sed consecrantur pa-

Examen Ecclesiast.

rena, & calix non consecrata, in quibus sacra unctio requiritur, quatenus sacrificium æquivalenter, imo eminenter unctionem continet: nam ex sacrificio non habetur sacer ille contenum Ecclesiæ, qualis in vestibus, patena,

496 Qui celebrat in Ecclesia pollutа, ante quam reconcilietur, nullam censuram, aut irregularitatem incurrit; quia nulla est expressa in jure.

497 Peccat tamen mortaliter, nisi excuset necessitas; in casu enim necessitatis, puta si die festo non supperet populo alia Ecclesia, in qua posset Missam audire, vel si mane, quo in aliqua Ecclesia celebratur festum solemne, homicidium contingeret; tunc posset de licentia Episcopi ibi celebrari. Imo licentia non esset necessaria, si opportune tempore ad Episcopum recursus fieri non posset. Tamb. *cit. l. 3. c. 6. §. 3. n. 1.*

QUÆRES I.

498 *Ecclesia fuit violata per sepulturam excommunicati vitandi. Quid agendum?*

INtus, ejus corpus esse exhumandum, & extra Ecclesiam projiciendum: si tamen possit discerni; aliter esse tolerandum, *ex cap. facies, de sepult.* & locus ipse est reconciliandus, uti supra.

499 Ipse vero, qui scienter, & temere hujusmodi excommunicatos in Ecclesia, aut Cœmeterio sepeliunt, funt ipso facto excommunicati, *in Clem. Ex sæpe, lib. 3. tit. 7. de sepult.* minime, si id faciunt ignorantes, etiam ignorantia culpabili crassa, quia jus scientiam, & præsumptionem expellit: *v. tom. 2. n. 370.*

QUÆRES II.

500 *An hujusmodi excommunicationem incurrant, nedum cum physice sepelientes, verum etiam mandantes, consulentes, aut favorem dantes ad sepeliendum?*

NEmo Cæl. apud Donatum *tom 4. tr. 9. q. 38. n. 6.* quia ipso solum coquitur de sepelientibus, & cum sit pœnalis, non debet extendi ad eos non expressos.

Resp. Affirmative, Donatus *cit. n. 7.* & Suar. cum Gaspa in Clem. 1. *de sepult.* 1. quia nomine sepelientium veniunt etiam mandantes, &c. nam cum sint causa instrumentales actum sepelitionis, dicuntur sepelire.

501 Secundo, quia alias lex pœnalis esset inutilis, & illusoria ex dicta. Esset inutilis; quia talis lex est edicta, in pœnam spiritualem terreat ab hujusmodi excessu; qui non impediretur, si pœna istum afficeret vilem ministrum, qui aliud non intendit, nisi mercedem sui ministerii, & non

principales ipsos, qui id mandant, consulunt, &c. qui quos de sum ne legis non curarent; imo illud desiderent, cum non eos ferret, & ita esset ludibrio. Unde ratio in oppositum est vera, quando finis non cuit, nec inutilis redditur.

602 Verum tamen est, non comprehendi eos, qui tantum communiuntur simus, cantant, luminaria deferunt, & similes, atque illi, qui cadaver suis humeris ad Ecclesiam deferunt, & non deferant sepulturæ, nec operiant terra, aut mandent operiri, quia non dicuntur sepelire.

De sacrilegio, pollutione, & reconciliatione, agunt Scotus *in 4. dist. 17. q. un. lit. N.* Martinus *dis. 11. nu. 25.* Bonac. *tom. 2. p. 225.* Jo. de la Crux *pag. 349. 369.* Tamb. *tom. 1. lib. 6. c. 6. § 3. lib. 7. c. 2. § 1. & in meth. celebr. Miss. t. 1. & 3.* Bulemb. *lib. 3. tr. 1. c. 2. d. 2.* Donatus *cit.* Port. Rodr. Miranda *sub tit. Beneficiis Ecclesiæ Sacrilegium*, Clericatus *à c. 26. ad 31.*

IMMUNITAS ECCLESIASTICA

603 Et exemptio ab oneribus secularibus.

604 Est triplex, *Localis*, quæ Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis competit, *Realis*, quæ rebus, seu bonis ad Ecclesiam, aut Clericos pertinentibus, & *Personalis*, quæ ipsis personis Ecclesiasticis competit.

IMMUNITAS LOCALIS

605 Duo continet jura. Primum est *Jus immunitatis ab actionibus prophanis, & secularibus, & locis sanctitati repugnantibus*; quod est de jure non solum Canonico, & civili, sed etiam divino, ex pluribus Sac. Script. locis; maxime Matt. 21. ubi Christus Capit *ejicere vendentes, & ementes in templo, &c. dicens eis: Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

606 Hæc immunitate gaudent Ecclesiæ consecratæ, benedictæ, cœmeteria, & oratoria in ædibus privatis, aut agris, ab Episcopo ad divinum cultum deputata.

607 Actiones, quæ ibi prohibentur, sunt lites, & causæ seculares, maxime sanguinis, & pœnæ corporalis, negotiationis, fœda colloquia, publica communitatum latrocinii concilia, & de rebus temporalibus, ludi theatrales prophani, comœdiæ, *c. Cum decimum 12. de vita, & honest. Cleric.* convivia, & similia, *c. Nos ejusdem. 5. c. Nulli 6. dist. 42.* Hinc, si aliquod judicium laicale, criminale, aut civile in Ecclesia agatur, nullum est, & invalidum, *ex c. Decret. 2. de Eccl. immunit. in 6.*

Insuper Ecclesia non debet incastellari ad offensam, potest vero ad defensam, ut bona defendantur à malis. Hinc non peccant, qui tempore hostilitatis, non valentes alia via se tutos reddere, ad Ecclesias confugiunt, & ibi fortificari it, Alarius *pag. 201. n. 15. v. n. 611.*

608 Secundum est, *Jus asyli, & refugii*, quo gaudent loca sacra, ut rei ad ea confugientes non possint per vim extrahi.

IMMUNITAS ASYLI, ET REFUGII

609 Est solum de jure humano, Canonico, & civili, maxime ex toto *tit. de his, qui fugiunt ad Ecclesiam*. Est enim hic sermo de Immunitate Ecclesiastica, & Canonica, minime de Politica, & Civili, qua gaudent Palatia Principum, & Oratorum, juxta consuetudinem Regionum.

LOCA, QUÆ GAUDENT

610 Ut Ecclesiæ omnes, auctoritate Episcopi constructæ, etiam si non sit ibi Eucharistia, & si non sint perfectæ, seu incœptæ, & violatæ, interdictæ, dirutæ, sed cum spe ædificationis; Cœmeteria, Materia Religiosorum, & dictorum locorum decoratæ, Sacristiæ, tecta, campanilia, horti, viridaria, infirmariæ, portæ, scalæ, & similia loca, Locis sacris contigua: ut ita *n. 554.*

611 Gaudent infirmariæ Religiosorum sejunctæ, & granciæ, seu hospitia, in quibus servatur Claustra: quia sunt loca religiosa, & veluti parvi Conventus, & Monasterii membra, Capellæ rurales Religiosorum, minimi Villæ, quo detinent recreationis causa, & domus, in quibus ad tempus morantur, & non servatur Claustra, etiam si Ecclesiam vicinam, ubi celebrent, habeant.

Ecclesia tempore belli incastellata ad offensam non gaudet, Alarius *pag. 200. n. 9.*

612 Gaudent Palatia Episcoporum, ex Concil. Aurel. *in c. 1. ad constitutum 17. q. 4.* quæ immunitas est concessa dignitati Episcopali; nam ibi nulla fit distinctio de Palatiis sitis intra, vel extra quadraginta passus ab Ecclesia, nec de habentibus Oratorium, nec de Episcopis Titularibus. Quod est verum, etiam si Episcopus sit mortuus, aut absens: at de Episcopis extra diœcesim, aut Titularibus, attendenda est consuetudo. Quæ extat pro Palatio Archiepiscopi Montis Regalis Panormitano, quod gaudet, & rite: quia licet Panormi sium, ex perventa consuetudine servat jura Montis Regalis annexum habet Oratorium pub cum, ubi sacra peragi, & sacri Ordines conferri solent.

Ma-

613 Maxime attendenda est consuetudo pro Palatio Prælatorum inferiorum, justificat unum quasi Episcopalem habentis; quia dictum caput loquitur de Palatio Episcopi. Fagnanus *in 3. c. Ecclesia, de immun. n. 1. n. 35.* qui refert *decis. Sac. Congr. immun. d. 8 Novembr. 1634.* qua ad favorem Archimandritæ Messanensis tria decisa fuerunt. 1. *Palatium Archimandritale, etiam condistinctum, non fixum, & habens Ecclesiam conjunctam in Civitate Messanensi, gaudere immunitate Ecclesiastica, statue septima confessatæ.* 2. *Familiares Archimandritæ gaudere privilegio fori, etiam etiam consuetudine.* 3. *Archimandritam in Civitate Messanæ negotium posse Magistratui committere censuris ab suum jurisdictionem authoritatem.* Et die 27. Martii 1645. *eadem die Sac. Congr. Immun. fuerit resolutum.*

614 Palatia Cardinalium extra Urbem gaudent ex simultudine cum Palatiis Episcoporum. At non gaudent in Urbe; quo hoc privilegium sublatum fuerit Greg. XIII. & Sixtus V. solum pro Urbe.

615 Gaudent loca habitata per Clericos seculares, ad instar Religiosorum viventes, uti sunt Patres Oratorii Sancti Philippi Nerii. Seminaria Clericorum, Eremitæ, Domus Orphanorum, quæ aliorum pauperum, Male nugatorum, &c. Et Hospitalia. Hæc sunt loca Religiosa, & ex gaudent, inquiunt, quod sint authoritate Episcopi fundata.

616 Collegium de Propaganda fide gaudet, quia est author tale Papa fecit erectum.

617 Non gaudent Campanilia ab Ecclesia separata, nisi sint intra triginta passus. Ex Declar. S. C. 7. Decemb 1.

Nec domus Canonicorum, nisi sint intra Ecclesiæ septa, videlicet in ejus atrio, & porta communi clausa, ut Panormi: sunt domus Parochi in atrio Ecclesiæ Sancti Antonii, quæ claudentur porta communi Ecclesiæ. De domibus vero Canonicorum, & Parochorum Ecclesiæ contiguis, & intra triginta passuum gaudere docet Diana *p. 6. tr. 1. r. 2.* At Tarqu. *tom. 1. tr. 1. lib. 4. q. 3 num 19.* ait, standum esse consuetudini, quam (subdit) nullibi forte invenire.

618 Non gaudent Oratoria privata, quæ in domibus nobilium solent extare, quamvis in eis celebretur.

619 Gaudent vero Oratoria publica, ubi habitat Episcopi cum sua familia. *Oratorium publicum est, quod jure vel consuetudine pro omnibus habet, & Campanam supra tectum, quæ publice pulsatur, ad convocandum fideles ad divina peragenda*, aut ad Sacramenta ministranda: hujusmodi sunt Oratoria Confraternitatum, & jura Oratoria in agris, quorum pluta solent esse communia parochianis vicinis, sed aliquantisum distincta pariet his demonstrum sæculatium. Et Tamb. *in Met. Misf. l. 1. c. 6. 2. 2. n. 5.* tenet, Oratorium publicum esse illud, *in quo est janua extrinseca, appta ormni alcinos fideles, & adhibita una janua exteriori pro omnibus.*

620 Parietes quidem subterfluum ex rinfecam gaudere docet Diana *p. 6. tr. 1. r. 1. vers. 3.* ita ut ad Ecclesiam confugientes, gaudeant, si parietes Ecclesiæ extrinsecus tangant. At rite negat Tanczedi *cit. n. 8.* quia ampliatio privilegia non est extendenda ultra verborum propriatem; jura autem requirunt, quod sit in Ecclesia, seu in loco sacro, quo volunt non posse extrahi; in Ecclesia vero dicitur esse, qui est supra tectum; at non qui de foris, & extrinsecus parietis Ecclesiæ tangit.

621 Item in Ecclesia dicendum esse, ac proinde immunitate gaudere, qui in tali loco & situ est, ut existimaretur muros fundamentales habere. quamvis sub aliqua concavitate extra muros protenderies fuerent. In Ecclesia tamen censetur esse, & inde gaudere qui Ecclesiæ portam, aut vestes apprehenderet.

622 Gaudet Sacerdos deferens Crucem Sanctam, aut Eucharisticam ianuam, & qui cum Cotta & Stola post Crucem ad munitum sepeliendum intedit.

623 Gaudet, qui ad Sacerdotem eo fugit Eucharisticam deferentem. Qui eum alius se immisceat, & per viam Sacramentum adoret. Qui cubitus mutuetur, ubi est Sanctissimum, intrat. Quod Tanczedi extendit ad tertiam domum, ubi est Sanctissimum. Licet non sit ingressus ecclesiasticus. Non Sanctissimum est principalis ratio, cur Ecclesia sit corrella immunitas.

624 Imo Tanr. *tom. 3. lib. 4. d. 8. q. 4.* addit: *Audet dicere, non absurdum videri, quod reorum in custodia excretus à Greg. ardeat gaudere immunitate rem, qui ad Sacram Eucha ristiam remissi ante confugerit, v. g. illam gestando, si effet Sacerdos; nec Sacerdotem gestantem tenetur; quia non debet Christiana pietas gentilium superstitioni cedere; cum hi paterint gravissimum Lucii Opilii scelus extraheratis Arsinoem rem laesæ Majestatis à Minervæ statua, quo confugerat, cæsi de sententia inferiorum vi sum semper duxisse, ut refert Pausanias in Atticis. Ratio est, quia eamum jura, & Greg. locuntur de immunitate Ecclesiarum, non autem huius custos opinamus; sed reverentia tanta debita Sacramento dictat, cum rarissime contingat casus.* Et quidem lex

dispònere solent super iis, quæ regulariter contingunt: *v. n. 643.*

625 Denique Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, immunitate gaudet, non minus, imo potiori ratione, quam Palatia Episcoporum, & reliqua loca *n. 611. ad 615. relata.*

626 Non obstat, quod non sit expressum in Bulla Greg. XIV. Quia Bulla Greg. XIV. *Cum alias 23. Maii 1591.* revera hæc exprimit loca: *Ecclesias, Monasteria, Sacella, domos seculares, & faculares, locave sacra, aut religiosa.*

Loca sacra dicuntur ea, quæ sunt destinata ad Sacrificium, & usus sacros, aut ad sepulturam fidelium: hujusmodi sunt Ecclesiæ, & Cœmeteria, quæque ad usus prophanos redire non possunt. Loca Religiosa dicuntur ea, quæ sunt destinata ad actus pietatis, & Religionis, *ut ita n. 611.*

527 Greg. autem dicta exprimens, nil disponit de locis, sed ea supponit juxta jus commune, & solum disponit de caibus, assignando numerum exceptorum, & de modo extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis; loca vero, personas, & alias circumstantias reliquit conformiter ad jus commune. Tanc. *tom 3. tr. 1. lib. 4. disp. 8. q. 4.*

628 Causa enim motiva, & finis emanationis Bullæ (ut eam perlegenti constabit) fuit extirpare absurda, & scandala, quæ in præjudicium locorum factorum, ac Religiosorum, & personarum Ecclesiasticarum, sequebantur, ex pluribus indultis à Sixto V. & Pio V. concessis quibusdam Principibus, extrahendi reos ab Ecclesiis, super aliquibus casibus, etiam à jure non permissis: ex quibus indultis sæpe ortum fuit [fiunt verba Bullæ:]

629 *Ut insuper interdum contingat Laici, non modo jurei, sed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi potestates, aut Ministri Curiæ secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jus dictionem exercebant, facultatem, & in dubiorum huiusmodi limites longe excesserint, eaque jus arbitrium in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum pretextu, quidquid sibi in mentem venit, attentare presumpserint, in grave jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium. locorum, & personarum divino cultui dedicatarum contemptum, ipsius divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorum.*

630 Quare numerum casuum exceptorum præscribit, insuper modum tradit extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis.

631 Quantum vero ad loca, & personas ecclesiasticas, nil novi disponit, & nil loquitur limitando, sed savendo, ac eorum immunitatem imprajudicatam volens perseverare, suo robore jus commune relinquendo. Quod ulterius confitur. Primo, quia non exprimit in specie loca sacra, & Religiosa, sed utitur particula generali: *Loca sacra, aut Religiosa, personæ divino cultui dedicata*: Secundo, liquet ex verbis Bullæ, ut sequitur: *Et etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas seculares, aut cujascus Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Regulares, quoquo modo, etiam vigore præfatorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad tenorem juris communis per præsentes revocamus, procedant, aut se intromittant.*

632 Quibus præmissis, licebit [meo videri] reformo discursum: Palatium Episcopi, Collegium de propaganda fide [dicam pius] Seminarium Clericorum, domus orphanorum, Puellarum reparatarum, item & male nupturum, non sunt expressa in Bulla Greg. & tamen ex *n. 511. ad 615.* gaudent immunitate, ut docet communis cum citandis Doctoribus, non alia ratione, nisi quia sunt authoritate Pontificis, aut Episcopi erecta, & loca sacra, aut Religiosa, ad opera pietatis, & Religionis destinata. Ita Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, quamvis non sit expressum in Bulla Gregor. immunitate gaudet, quia eli erectum authoritate Pontificis.

633 Et potiori jure; quia loca recensita sunt loca Religiosa, in quantum sunt destinata, ut in eis conserventur à lapsu puellæ, ut in eis sacris, & humanis litteris, ac bonis moribus, ad alios instituendes exerceantur ludentes: Ita à fortiori locus Religiosus quoad effectus refugii erit Dominorum Inquisitorum Palatium, in quo majora Pietatis, & Religionis opera exercentur: in quo causæ fidei, causæ Dei adjudicantur, in bonum commune totius christianæ Reipublicæ: in quo errores contra fidem, & bonos mores extirpantur, & Christiana Religio immunis ab omni hæreos labe servatur. Adeoque potiori jure, quam recensita loca, immunitate gaudet.

634 Insuper Greg. loca sacra aut religiosa non expressit in specie, sed per particulam generalem *loca sacra, aut religiosa*; adeone voluit omnes comprehendere species, & quillam excludere, & consequenter comprehendere voluit non solum recensita loca, verum etiam Dominorum inquisitorum Palatium, ubi causæ fidei peraguntur, ut locum sacrum, & religiosum, quoniam *sub genere continentur species.*

Ad

635 Adde, quod sicut hoc privilegium Palatii, Episcoporum competit, ratione dignitatis, etiam si Oratoria non habeant: ut *n. 612.* ita competere debet Dominorum Inquisitorum Palatio, ratione dignitatis quali Episcopalis, imo quantum ad causas fidei, majoris, cum sint delegati Sedis Apostolicæ, ordinariam potestatem habentes, cum nanque habent ad universitatem causarum. Eo max me quia eorum Palatium Oratorium publicum habet, in quantum in eo præcepto additionis sacris satisfaciunt, nedum Sancti Officii Militi, verum etiam cæteri fideles.

636 His accedit Panormi pervetusta consuetudo, qua Reiannisitæ fundationis Palatii, ad illud confugientes, refugio lædati sunt: quia tamen eorum mora non solet esse opportuna in Palatio, Dominorum Inquisitorum mos fuit, eos in Palatio refugiatos, in aliquam Ecclesiam, & in manibus Ordinarii remittere, in quantum ad illum spectat immunitatis custodia, & judicium, juxta dispositionem Gregor. XIV. *ex n. 690.*

637 Et quamvis hæc consuetudo septuagenta ab hinc annis videri possit aliquando interrupta, interruptio favet; nam licet Rei, qui ad Palatium confugerunt, fuerint aliquando vi extracti, Domini tamen Inquisitores reclamaverunt, etiam per monitoria, ac censuras, atque etiam Rei fuerunt ad eundem locum, ut ad locum refugii, restituti, & sic restitutos eidem Domini Inquisitores (*ut supra nu. 636.*) in aliquam Ecclesiam in manibus Ordinarii remisere.

CASUS EXCEPTI,

638 IN quibus non suffragatur immunitas Ecclesiastica Reis, à Greg. XIV. præscripti, sunt septem.

639 Primo, *Publici latrones, viatumque grassatores, qui stipem frequentant, vel publice stratas insidient, ac viatores infestis aggrediuntur.*

Publici latrones sunt, *qui palam, & pervii juratur, ut sunt piratæ, qui publice stant in stratis, vel qui eorum habent, aut exercitum, & distributant homines transeuntes*, Abbas. Tales publicos latrones, & viarum grassatores occidere licet sine peccato, & pœna; tamen sine irregularitate; nisi pro necessaria vitæ defensione. Ex *cap. Cum homo 23. quæst. 5* Paganutius *in lib. 2. cap. Inter, de immunitate*: *vide tomo 2. pag. 506. num. 63.*

Il continentur, qui sæpe, aut pluries furari sunt, minime, qui semel, aut bis, *Examen Ecclesiast.*

vel pluries effectu non secute. Comprehenduntur captivantes homines ad eos componendos, & id publice faciant, non secreto. Tanereduc *cinat. quæst. 5. num. 11.* vult eos non gaudere, si in aliquo loco, etiam in Ecclesia, secrete, sed studiose morantes, insidiantes, vel dolo adductos componerent: quia æquivalent publicis latronibus

rantoribus, qui publicas stratas obsident

640 Secundo, *Depopulatores agrorum*, vi-

demorum; portarum Ecclesiæ, & ex *nume-*

Tertio, *Homicidiarii, & Mutilatores in Ecclesia, aut ejus Cœmeterio.* Requiritur ei-

ori. Vide *dicta de irregular. ex mutilatione.* Non suffragatur, si fit ex subita Bulla non fit hæc exceptio, Tanc. *cit.*

642 Non comprehenduntur in casu excepto 1. Qui in Ecclesia vulnerant; sed non occidunt, nec mutilant. 2. Qui occidit eum, qui extra Ecclesiam peccata sua confitetur. 3. Qui

4. Qui loca non veniunt nomine Ecclesiæ, *ex numer.*

ctum emittit. sed hominem extra existentem occidit. Comprehendit autem, qui è contra extra existens ictum intra Ecclesiam mittit, & ibi occidit. 5. Non comprehenditur, qui inimicum ab Ecclesia, ut, aut solo extrahit, & foris occidit. 6. Mandans aut consulens homicidium in Ecclesia, Tanered. *cit. nu. 19.* Castropal. Bonac. & Diana apud ipsum, contra alios; quia cum fi- videlicet contra privilegium immunitatis Ecclesiæ, verba Bullæ excipientis accipienda sunt in propria significatione; mandans autem, aut consulens homicidium non dicitur occidere, nisi ex juris interpretatione: *2. n. 650.*

in casu excepto non comprehendit eum, qui se ipsum mutilat, tenet Tanered. *cit.* quia hic casus non videtur in Bulla comprehendi: nam ter non attendit ad ea, quæ raro contingunt, ut *in numer. 624.* Et qui se ipsum mutilat,

non manifeste pœnis collatis [illegible] *num.* 661.

644 Quarto. *Qui prudenter præsumit non offendere.* Putitur frequens est, qui absque scandalo Ecclesiæ amicitiæ, per familiares, nullo peccandi exercere, aut in publicis, quæ occasionem præbere poterit.

Idcirco mulier, veniri et iam infidelis, ex ea, quod ex ea prudenter timeat fore aliquem [illegible] *n.* 661. *Cr.* 665.

645 Qui habentes immunitatem, cui [illegible] vel domicilium confert, [illegible] [illegible] [illegible]

cialia, quæ ad regimen Reipublicæ, & justitiam inter proximos servandam, edita fuerant.

670 De fide autem est, legem veterem per mortem Christi mortuam esse, & cessasse non solum quoad cæremonialia (secundum quæ ulterius est mortifera, cum mortale sit illis uti) verum etiam quoad judicialia, ex illo Pauli ad Hebr. 7. *Translato Sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat.*

671 Relatum vero præceptum Exodi non est morale; quia non est per se malum, & jure naturæ prohibitum, in tali casu extra lege Rem ab Adam; alioquin esset immutabile, & Jus Canonicum non posset non habere pro excepto: Nec posset Pontifex ad petitionem Regum concedere gratiam immunitatis appositæ occidenti.

Constat ex ipso textu; nam Exodi 20. dedit primo loco Deus Moysi præcepta moralia; ibidem, sed secundo loco, cæremonialia; denique tertio loco, *cap.* 21. *est* præcepta judicialia; unde initium c. 21. est: *Hæc sunt judicia, quæ propones eis*; quorum unum est relatum de insidioso, seu appositæ occidente.

Concluditur, dictum præceptum nunc non obligare, ut divinum, & legis veteris, quod est de fide. Nec ex Evangelio, quia in Evangelio Christus solum dedit præcepta positiva fidei, & Sacramentorum, non alia. Nec ex Jure Canonico, quia Jus Canonicum potius illud excludit, ex *n.* 661. Adeoque nullo modo obligare.

672 Vulnerantes, & offendentes Ministros S. Officii, gaudent immunitate, si id faciant non in odium fidei, sed ut faveant hæreti, cujus sunt Rei; sed ob aliam causam, puta ad evadendam pœnam, ratione inimicitiæ cum ministro, ratione consanguinitatis, aut amicitiæ cum persona hæretica, vel alterius privati finis; quia talis casus non est hæresis, ac proinde non est à Greg. exceptus, juxta dicta *n.* 661.

Quod si comprehendatur id fecisse in odium fidei, hoc est ob hæresim, cujus sui Rei; tunc non gaudent, non quidem ob delictum vulnerationis; quia vulneratio non est hæresis, ac proinde non est de exceptis; sed ad ipsam hæresim, cujus comprehenditur Rei, quæ est de exceptis.

673 Gaudent negotiationes fallisi; quia tales decoctores, licet à S. Pio V. publicis latronibus æquiparentur, quatenus ex pecuniis, & rebus alienis negotiantes, & opipare viventes, tandem decocti ad Ecclesiam confugientes, creditores omnes fallunt cum maximo Reipublicæ damno: non sunt tamen propriè publici latrones: ac proinde non sunt immunitate privandi, quia pœna non sunt extendendæ ad delicta similia, max. in casu, ob dicta *n.* 661.

674 Et universaliter gaudent, qui ad Ecclesiam confugiunt pro debito civili: quia hi non sunt excepti. Diana *p. 6. tr. 1. resp.* 17. Tamburi. *cit. qu.* 1. qui tamen adeunt, quod debitores fraudulenti non delent diu intra Ecclesiam tolerari, sed ab ea sunt ejiciendi. Ita S. Congr. in una Bitonti, 12. Martii 1600. Insuper S. Congr. Epis. decrevit, quod bona ab eis ad Ecclesias in præjudicium creditorum transportata, sint consignanda Judici sæculari, ut ea creditoribus tradant.

675 Eadem latiùs gaudent personæ, quæ tributa, aut gabellas Principis defraudaverunt, quantum ad delictum defraudationis: sed non gaudent ipsa bona defraudata, seu Principi, fisco, aut gabellariis debita.

676 Denique non erit abs re referre, quod advertit Tanc. *cit n.* 81.

Adverte, non esse negandum, posse casum evenire, in quo videatur jure defensionis naturalis esse licitum, Reum, alias per Greg. gaudentem immunitate, capere in Ecclesia, & punire, si ita bono communi expediret, nec esset alia via evadendi, & non esset recursus ad Pontificem; sed talis casus magna indiget discussione, an talis revera sit: subditis tamen, quando vident Principes temerate consentire & pios se procedere, debent existimare magna discussione adhibita, nec temere eos judicare: v. num. 789.

677 Insuper, Reos, in dum in Ecclesia morantur, ibi fantes aliquod delictum, etiam non excepium, v. gr. furtum, aut illuprum committerent, ab Episcopo carcerari posse, & puniri, docet Clericatus *c.* 32. *n.* 41.

PERSONÆ, QUÆ GAUDENT IMMUNITATE REFUGII.

678 SUnt omnes Fideles, etiam excommunicati, suspensi, aut ab ingressu Ecclesiæ interdicti, Diana *p. 6. tr. 1. resp.* 26. contra Felinum; quia (ut tute ait Diana) *Cessura interdicti non inducit privationem hujus privilegii, nec privat ab ingressu materialis Ecclesiæ, sed formalis: videlicet ab ingressu in ordine ad audiendo divina Officia.*

679 Item gaudent Infideles omnes, hæretici (licet non ob hæresim: ut *in n.* 657.) Judæi, Pagani, &c. quia privilegium immunitatis non est concessum intuitu personarum: sed locorum sacrorum, ob reverentiam, & honorem, qui divino cultui debetur: ex quo ut non possit reus privilegio immunitatis renunciare.

680 Servus, si fugiat à domino ad Ecclesiam, non defenditur ab Ecclesia, cum ejus possessio, & dominium sit penes dominum; sed est reddendus domino, prælitio ab eo juramento, seu cautione de impunitate, *cap. Id constitutum* 17. *q.* 4 & *cap. Inter alia de immunit.* Si verò fugiat à Judice ob aliquod patratum delictum non exceptum, gaudet, ut cæteri liberi.

681 Clerici gaudent, ita ut non possint per Judicem proprium vi ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus exceptis, *ex Benet. Satr. Congr. Episc. in una Tropiensi 29. Jan.* 1617. qua declaratum fuit, gaudere immunitate Clericos, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt.

Item S. Congr. 17. Augusti 1618. decrevit non posse Clericos ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis, si secus fiat, restituantur. Unde non est amplius tenenda opinio contraria Abbatis. Ita Diana *p. 6. tr. 1. resp.* 25. *q.* 10.

Denique Pignatell. *tom. 1. consul.* 176. *n.* 6. testatur hic fuisse à S. Congr. decisum in una Maceratens. Immunitatis, die 25. Maji 1665.

Ratio est, quia privilegium immunitatis quoad refugium, ex *n.* 678 est concessum directe locis sacris, aut religiosis, adeoque suffragatus cuilibet in loco sacro, aut religioso existenti, sive Clericus sit, sive laicus. Et alias Clerici pejoris essent conditionis, quam Pagani, & Judæi. Insuper locus sacer injuria afficitur, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis ab illo extrahatur.

682 Religiosi pariter, si delinquant extra aut in proprio Monasterio, gaudent, si confugiant ad Ecclesias, tam aliorum, quam proprias, & ad Monasteria aliorum Regularium; non gaudent autem intra propria Monasteria, Diana *part.* 10. *tract.* 14. *resp.* 30. Bordon. *resolut.* 1. *num.* 18. Pellizz. *de Monial. cap. 6. nu.* 12. qui idem docent de Monialibus, & puellis educandis, nimirum, quod gaudeant immunitate in propria Ecclesia, non sic intra suum Monasterium. Hinc gaudet Religiosus, si è carcere fugiens, ad propriam Ecclesiam, aut ad exterorum Monasteria confugiat. Idem docet Bordon. *de Religiosis Apostatis.* Idem Dian. *p. 1. tract* 1. *resol.* 24.

683 Ratio primi est eadem, quæ de Clericis. Ratio secundi est, ne Religiosorum delicta impunita remaneant: si enim suorum Monasteriorum immunitate gauderent, nusquam possent capi, carceribus mancipari, & puniri, cum Monasterium sit eorum perpetuum domicilium; quod est fundamentum opinionis Abbatis pro aliis Clericis, & Religiosis immunitatem; quod absurdum vitatur immunitatem concedendo intra proprias, & aliorum Ecclesias, atque etiam intra exteriorum Monasteria.

Sic nanque ex una parte servatur immunitas loci sacri quoad Clericos, & Religiosos, & ex alia datur locus Prælatis Regularibus ad violationes immunitatis puniendi subditos delinquentes in propriis Monasteriis, insuper de uno ad aliud arcendi ad pœnam luendam transferendi. Eo max. me, quia hoc permittit Canon, *cap. qui peccat* 23. *q.* 4.

684 Pariter absque violatione immunitatis potest Ep iscopus Clericus tibi subditus, in eodem suo Palatio, ad quod adducti, aut spente accesserunt, atque etiam in eodem loco, qui est eorum domicilium, carcerare, punire, &c.

Quantum autem ad Religiosos Apostatas attendenda est praxis, & consuetudo communis, qua videmus, Superiores eos capere in aliorum Ecclesiis, non minus ac domini servos fugitivos; nec inde ipsi capti reclamant super immunitate, nec Curia Romana Superiores punit, Tanc. *tom. 2. tr. 1. lib. qu. 2. nu.* 6. Diana *in Summa ver. Immun. n.* 16.

Hoc autem pro certo tenendum dico de Religioso fugiente à Superiore, non ut à Judice ob delictum, sed ut à Patre ob salutarem mortificationem; hic nanque, si ad Ecclesiam exterorum confugerit, est suo Superiori pariter tanquam Patri reddendus, non minus quam miles, qui à suo Duce ad Ecclesiam, non ob delictum, confugit, est reddendus suo Duci, & servus suo domino, juxta dicta *n.* 680.

EFFECTUS IMMUNITATIS REFUGII

685 SUnt quinque. Primus. Ut qui ad Ecclesiam confugit, non possit ea vi, dolo, aut malo arte extrahi; & sic extractus tesserinti debeat Ecclesiæ eidem, vel alteri. Insuper sic extrahentes teneantur ad omne interesse, & damnum inde allatum.

686 Secundus. Ut reus, dum est in Ecclesia, non possit vinculis constringi, aut alia violentia affligi, *ex cap. Definivit* 33. *q.* 4.

687 Tertius. Ut dum est in Ecclesia, non possit contra eum ferri sententia mortis, aut alterius pœnæ corporalis, tritemium, exilii, &c. *cap. Inter alia de Immun.*

688 Quartus. Ut reo exilenti in Ecclesia negari non possit necessarius victus, & vestitus, aut impediri, ne ad illum deferatur, *tex. præsent. & C. de his, qui ad Eccles. confug.* quia sic

sic viderentur cogi ad exeundum. Potest tamen, dum in Ecclesia moratur, à laica potestate custodiri, ne fugiat, aut tradatur Ecclesiasticæ personæ, donec declaretur, an gaudere debeat.

689 Quintus. Ut dum est in Ecclesia, non possit spoliari rebus, & bonis suis, quæ secum ad Ecclesiam attulit. *Ex tit. C. definivit.* Nihil tota bona, & res sint alteri obligata, *ex numer. 674. & 675.* Potest Minister secularis ab eo arma, & alia à lege prohibita, in Ecclesia auferre. Alar us *n. 14. Pirhing. in comp. lib. 5. tit. 31. sect. 2. §. 3.*

MODUS EXTRAHENDI IN CASIBUS EXCEPTIS

690 ITer, ut sequitur. Non potest extrahi Reus ab Ecclesia in casibus exceptis à Cura laicali auctoritate propria; sed omnino requiritur licentia expressa Episcopi loci (aut vicinioris, si locus ex nullius Diœcesis) quam solus Episcopus, aut ejus Vicarius Generalis, dare potest. Insuper pro executione requiritur interventus personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputatæ. Et ad solum Episcopum, aut ejus Vicarium Generalem, spectat cognoscere, an Reus, sive laicus sit, sive Regularis, gaudeat immunitate Ecclesiæ, ad quam confugit. Liquet ex verbis Bullæ: *In nullo ex casibus prædictis* (suppletur, exceptis) *sine expressa licentia Episcopi, vel ejus officialis, ab eo auctoritatem habentis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos spectat, & non aliis Episcopis inferiorum, &c. prædictam licentiam dandi facultas patet meat.*

691 Quam licentiam Episcopus dare non potest, nisi prius probatio, & constitio, quod delictum sit de exceptis, & inde Reus non gaudeat, qua Episcopus nedum est Judex, verum etiam cultes Immunitatis, adeoque tenetur illam defendere.

692 Quo constito, Reus est consignandus ut *supra n. 600.* Curiæ sæculari, ita ut non detur appellatio, nec ex parte Rei, nec ex parte fisci, ut liquet ex verbis Bullæ Greg. XIV. *Tamque demum de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari, quacunque appellatione postposita, consignentur.*

693 Quod si Episcopus requisitus nunc consignare, aut assistere, culpabiliter, seu injuste recusaverit, in hoc solum casu patetit Curia sæcularis curare per suos ministros *extrahere minori, quod fieri poterit, cum summitte, & scandalo*

694 Dum causa, an gaudeat, agitatur, potest Reus in Ecclesia existens à Cura sæculari per suos ministros extra Ecclesiam vigiles custoditi, aut ad cæteres Curiæ Ecclesiasticæ loco custodiæ reponi. Hæc omnia per suam Bullam Greg. XIV. disponit.

POENA MALE EXTRAHENTIUM,

695 NTempe vi, aut dolo in casibus non exceptis, vel sine licentia Episcopi, & contra formam Gregor. in casibus exceptis, ultra culpam facilegii, est pœna restitutionis, *ut n. 685.*

696 Insuper est pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, quæ ipso facto incurritur, etiam effectu non secuto, sed solenter attentato: liquet ex verbis Bullæ Greg. *attentate præsumpserit:* quam incurrunt tam Judex mandans, quam satellites, aut alii extrahentes. Quæ censura licet non fuerit reservata à Greg. sunt reservata à Clem. VIII. extra Urbem, & intra Italiam, ut infra de Reservatis.

697 Denique actus omnes judiciales, & sententia post talem violentam extractionem contra Reum lata, sunt irrita, & nulla, ut expresse declarat Greger.

698 Hinc homicida vi extractus ab Ecclesia à parentibus occisi, si in superveniente Curia sæculari capiatur, gaudet, & est restituendus Ecclesiæ, Diana *tr. 7. p. 9. ref. 6.* contra Sanfelicium; quia talis extractio est violenta, adeoque nulla, *ex nu. 685.* & inde præjudicare non potest.

699 Pariter, si subdolis verbis, & arte ministrorum extrahatur, & ex hac injusta extractione committat delictum, adhuc tenetur debet Ecclesiæ. Prisitera *n 5. cum* Bonac.

700 Immunitas non solum violatur per violentam extractionem personarum: verum etiam rerum, & bonorum. Et enim extrahentes non incurrunt censuras à Greg. latas, quia Bulla loquitur de extrahentibus personas, sunt tamen excommunicandi, nisi restituant, *cap. sicut asseritur, 17. q. 4.*

701 Recte autem Fagnanus, *in lib. 3. Cod. Ecclesiæ de Immunit. n. 103.* advertit, quod, si bonorum abstractio fieret authoritative per Ministros Curiæ, vel de mandato Judicis, seu Magistratus sæcularis, tunc tam extrahentes, quam mandantes, licet non inciderent in censuras Gregor. incidirent in rigidiorem censuram, nempe in excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 17. latam contra *Usurpantes jurisdictiones ad Sedem Apostolicam, vel quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentes.*

702 Hinc fit, ut extractio bonorum in Ecclesia refugiatorum, in casibus, in quibus alteri debentur, non possit fieri de mandato, & au-

& auctoritate Judicis sæcularis, sed Judicis Ecclesiastici, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ad id deputatæ, juxta dicta *num 690.*

703 Eadem ratione, si extractio personarum fieret auctoritative per Ministros sæculares. *in num. 701.* tunc tam extrahentes, quam mandantes, ultra Censuras Gregor. & excommunicationem Clem. VIII. incurrerent excommunicationem Cœnæ relatam; quod aperte innuit Greg. XIV. in sua Bulla per illa verba: *Declaramus, eum ipso facto incursuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, juris, & immunitatis Ecclesiarum Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, Nostraque tradecessorum Constitutiones sunt promulgatæ:* Requirit autem præsumptionem juxta *num. 696.*

IMMUNITAS REALIS

704 COmpetit ipsis bonis, *ut in numer. 604.*

Onera sunt tripliciis generis. 1. *Mere Realia*, quæ ipsis rebus, seu bonis imponuntur sine respectu ad qualitatem personæ: & hæc durare, quandiu bona durant. 2. *Mere personalia*, quæ personis subditis immediate sine respectu ad bona patrimonialia; quæ forte nulla habent, ut est actio capitationis. 3. *Mixta*, quæ personis subditis imponuntur cum respectu ad eorum bona, ita ut immediate sint tributa impopsita personis, mediate bonis. Ita Pirhing. *in Com. lib. 3. tit 31. §.*

705 Bona Ecclesiastica sunt etiam tripliciis generis. Primi generis sunt bona confecrata, benedicta, aut ad divinum cultum tanquam ejus instrumenta legitime deputata. Hujusmodi sunt Ecclesiæ, Cœmeteria, vasa sacra, vestes, &c. Hæc esse immunia ab omnibus fatularibus oneribus, & tributis, est certum, *ex c. Non minus 4. de Immun. Eccles.*

706 Secundi generis sunt bona, quæ licet confecrata, aut benedicta non sint, &c. ad Ecclesiam tamen spectant. Talia sunt prædia, & alia similia bona Ecclesiæ mobilia, aut immobilia. Et hæc pariter sunt ab omni reali onere laicali immunia, *ex cap. Sanctimus 2. de Censibus.*

707 Hoc tamen pacto: Si bona sint data Ecclesiæ in fundationem, aut dotem de consensu dominorum, cui erant tributalia, sunt prorsus immunia ab omnibus oneribus, & tributis laicalibus, tam publicis, & regiis, quam provatis, & antea impositis, ex pluribus juribus p. d Fagnanum *l. 3. cap. Non minus de Immun. n. 8.* ob specialem Ecclesiæ favorem; & sanctitatem edicti, ita ut in hoc casu ob speciales ra

Et solum prælata bona sunt subjecta oneribus, quæ ratione naturali ipsis rebus incumbunt. Et hic ad Ecclesiam spectat suam r rare domum, & nro tata partetem imedia & laici. Item pro rata sol. vere expensas pro purgatione putei Ecclesiæ, & tori cisternæ necessaria. Non tenentur autem ipsæ personæ Ecclesiasticæ ad sordida munera, nempe ad terram sodiendam, ad fossata conservanda, ad calces coquendas, &c. ex pluribus juribus apud Fagnanum *lib. 3. cap. Non minus, de Immunit. num. 13. v. num.*

708 Si bona Ecclesiæ provenerint, non titulo fundationis, aut dotis, sed aliis causis, vel titulis; tunc ad eam tantum sunt onera realibus, veristamen, & certis, qui & ex vi dominii propriæ dicti bonis imposita propter bona. Unde si Ecclesiæ proveniat titulo hæreditatis, legati, donationis, &c. prædium subjectum subjugationibus, censibus, legatis solvendis, & aliis perpetuis realibus oneribus, ea solvere tenetur Ecclesia; quia res cum suo onere transit. Et in favorem causæ piæ non ordo juditiæ inverti, nec alter suo jure privari, *ex cap. Verbum* 22. 23. *quæst. 8.* & Sacra Rota in Bruadulina Gabellæ 13. Februarii 1601.

709 Postquam autem recensita bona sunt subdomnio Ecclesiæ, aut Ecclesiasticorum, non possunt a Magistratu laicali aliis novis oneribus realibus gravari.

Imo addit Pirhing. *in Com. lib. 3. tit. 31. §. 1.* esse etiam exempta ab oneribus prius à Principe impositis, non vi dominii propriæ dicti, sed ex potestate jurisdictionis supremæ; quia talia onera non sunt mere realia, sed mixta, nempe imposita cum respectu ad personas subjectas; & quia persona Ecclesiastica non est Magistratui sæculari subjecta, nec ejus bona, quoniam per mutationem personæ mutatur etiam qualitas, & conditio rei adhærentis personæ: *v. n. 755.*

710 Nec Princeps statuere potest, ut bona laicalia suorum vasallorum sint ita ipsi tributaria, ut postquam ad Ecclesiam provenerint, sint subjecta oneribus realibus, seu collectis novis postea imponendis. Fagnanus *ex. n. 10.*

711 Tertii generis sunt bona, quæ spectant ad ipsas particulares personas Ecclesiasticas, sive sint bona ex titulo spirituali acquisita, ut reditus beneficiorum, di-

UNIVERSIDAD DE NAVARRA FONDO DOCUMENTAL

stributione pro hostis, &c. sive sint res tam temporali acquisita, puta ex successione, testamento, donatione, &c. quæ bona patrimonialia dicuntur.

712 Præmissa omnia bona sunt immunia ab omnibus secularibus exactionibus, & onerious, modo dicto, *ex cit. cap. Non minus, ex cap. Quanquam 4. de censibus in 6.* Trid. *sess. 25. de ref. cap. 20.* & novissime ex Bulla Urb. VIII Romanus Pontifex, 5. Junii 1642. ubi motellas nimos damnat, & reprobat Pontifex, inter quas damnat *Collectas, militum hospitationes, & alia onera super Ecclesias, & loca pia, ac personis Ecclesiasticis, earumque bonis, seu fructibus, per laicos, vel alios quosvis sine Apostolica auctoritate impositæ, & exacta etiam à tempore contrahentibus: v. n.* 805.

713 Immunitas namque Ecclesiastica, tam personarum, quam eorum bonorum, etiam tertii generis, nedum est de jure civili, Canonico, ex citatis, & aliis juribus; verum etiam de jure divino. Conlat *Genesis 47. Accipite semina, & fetis agrum, ut fruges habere possitis: quintam partem Regi dabetis, &c. ex eo tempore usque in præsentem diem in universa terra Ægypti Regibus quinta pars solvitur, & factum est quasi in legem, absque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.*

Primo Esdræ 7. Artaxerxes Rex gentilis ad favorem Sacerdotum, & Ministrorum Templi Dei Israel, Decretum immunitatis edidit: *Vobis quoque* (scripsit ex. Cuilodibus, & gubernatoribus) *eorum factimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathinæis, & Ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis facultatem imponendi super eos.*

Denique ex verbis Christi, Matth. 17. *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Jesus: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus invenies Statherem; illum sumens, da eis pro me, & te.*

714 Dicunt: Violantes immunitatem Ecclesiasticam realem contra bona secundi, aut primi generis, incidunt in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 17 latam: contra vero bona secundi, aut tertii generis, in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 19. latam: *v. nu.* 705. & 711.

IMMUNITATE REALI

715 Cadent Clerici in Sacris, licet excommunicati, suspensi, interdicti irregulares, aut verbaliter degradati; quia sicut per has censuras Clericatum non amittunt, ita nec privilegium immunitatis annexum.

716 Clerici in Minoribus, aut in prima tonsura constituti, certum est, quod gaudeant, si habeant conditiones Trid. *de n.* 712. De aliis vero, qui eas non habent, quamvis plures negent, probabius est, quod gaudeant; quia (ut rite advertit Pirh ng *lib. 3. tit. 49. §. 7.*) Trident. eas conditiones requirit pro privilegio fori.

717 Conjugati vero in nostra Ecclesia Latina non gaudent, *C. unico de Cler. Conjug. in 6. ut in n.* 734.

718 De colonis, & emphyteutis, sic recte discurrit Pirhing. *cit.*

„ Ad colonos quod attinet, & emphyteutas Laicos, qui Ecclesiarum agros elocatos colunt, utrum immunes sint à tributis, & gabellis per Principes sæculares impositis; de emphyteutis quidem dicendum est, qui Ecclesiæ fundos, & prædia in emphyteusim ab „ Ecclesia obtinent, quod ad solvenda onera, „ quæ ratione talium fructuum imponunt, obligentur: cum enim dominium utile talium „ fundorum, ratione cujus onera talia imponuntur, totum ad illos pertineat, ac persona emphyteutæ subjecta sit jurisdictioni imponentis tributa, consequenter ad hæc obligabuntur. Inter colonos vero distinguendum est, utrum sint hi fcilicet coloni adscripticii, qui terræ tali colendæ in perpetuum sunt adscripti, ita ut recedere non possint; vel utrum sint coloni partiarii, ita ut certa pars fructuum ad illos, & certa alia ad Ecclesiam pertineat: priores casus coloni immunes sunt à solvendis talibus oneribus ex fundis Ecclesiæ, quos colunt, cum omne dominium utile ad Ecclesiam, vel Clericos pertineat, certa tantum pensione colonis talibus in labaris mercedem soluta: posteriores casus coloni, quoad partem quidem, quæ tota Ecclesiæ est, immunes sunt ab oneribus talibus, ne Ecclesia onerari videatur: non tamen immunes sunt quoad eam partem, quæ ipsorum propria est; cum enim personæ tales sint laicæ, laicæ jurisdictioni subjectæ, & totum dominium partis talis ad illas pertineat, ne Ecclesia hujusmodi tributis gravetur, non videtur, ex quo capite, aut jure ab oneribus laicalibus videantur immunes.

IMMUNITAS PERSONALIS

719 Est, qua Clerici sunt exempti à potestate laicali, ex pluribus juribus, maxime *ex cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. de Consti.* & Trident. *sess. 25. de reform. cap. 10. v. n.* 604. & 714.

720 Hæc immunitas tres parit effectus.

721 Primus est, quod Clerici sint exempti à tributo Capitationis, videlicet tributo fcali, quod imponitur super capite, & sic obligati non possunt ad solvendas exactiones, quæ à Principe sæculari imponuntur suis subditis. Habetur ex juribus *n.* 716. *relatis*.

722 Secundus, quod Clerici sint exempti ab onere munerum personalium, *ex cap. Ecclesiarum 68. 12. qu. 2.* Munera personalia alia sunt sordida, ut mundare cloacas, &c. Ad hæc non possunt obligari, nec acceptare debent, cum sint indecentia statui. Alia sunt honorifica, ut regere Urbem; aut indifferentia, ut munus rutoris, &c. & hæc acceptare possunt, si velint; at non possunt cogi, ut acceptent.

723 Et sic obligari non possunt ad fodiendam terram, &c. Ad pugnandum personaliter contra hostes. Ad murorum circumfodiam (nisi magna necessitas defendendi Urbem contra hostes infideles urgeret, *ex cap. Perveniat 2. de Immunit.*) Nec obligari possunt ad hospitandos milites in suis domibus, etiam patrimonialibus. Pirhing. *in Com. lib. 3. tract. 49. §. 5. n.* 712.

724 Possunt tamen in se suscipere munera civilia, honesta, & pia, puta tutelas, aut curatelas confanguineorum, vel miserabilium personarum. Et tunc sicut laicus ratione administrationis Ecclesiasticæ debet rationes sui officii reddere coram Judice Ecclesiastico; ita Clericus ratione sui officii temporalis, quod nomine laicæ gerit, potest nomine illius conveniri, puta curator nomine minoris, &c. & coram Judice laicali respondere. Pirhing *in comp. lib. 2. tit. 2. de foro comp.*

725 Violantes immunitatem personalem quoad duos priores effectus, incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 19. *latam*.

726 Tertius effectus est, quod Clerici sint exempti à jurisdictione Judicis sæcularis in causis tam civilibus, quam criminalibus. Et immunitas sub hoc respectu appellatur privilegium fori, quod est concessum in favorem totius Ordinis Ecclesiastici, *ex cap. Si diligenti 12. de foro compet.* adeoque à persona privata renunciari non potest, ex eodem *cap. n.* 757.

727 Violantes immunitatem personalem quoad hunc tertium effectum, incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 15. *latam*.

728 Hoc tamen est intelligendum, quando Clericus est reus; tunc, inquam, non nisi coram Judice Ecclesiastico potest fieri causæ discussio.

729 Si autem sit Actor contra laicum in causa pure temporali, tunc adire debet læcalare tribunal; ex regula illa: *Actor sequi debet forum Rei, C. Si Clericus 5. & cap. cum sit generale, 8. de foro compet.*

730 Quod si tam Clericus, quam laicus sint simul rei, tunc, si causa est separabilis, quilibet est in suo foro conveniendus, Clericus in Ecclesiastico, laicus in sæculari, quia in causa separabili locus delicti non gaudet privilegio fori loci, *l. Si quis, 53. §. 1. ff. de furtis.* Si vero causa sit inseparabilis, tunc uterque est coram Judice Ecclesiastico conveniendus; quia minus dignus potius trahi debet à magis digno, quam è converso. Ita Phœbæus *lib. 2. tit. 12. de Immunit. n.* 18.

PRIVILEGIO FORI GAUDENT

731 Clerici Sacris Ordinibus insigniti.

732 Non gaudet Clericus prima tonsura initiatus, aut etiam in Minoribus constitutus: *Nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos se fetur.* Ita Conc. Trid. *sess. 23. de ref. c. 6*

733 Super quo Concilii Decreto duo sunt advertenda. Primum, quod Clericus in minoribus externum habitum Clericali, & tonsura temporis delicti, aut capturæ, gaudet privilegio fori & aliis solitus erat deferre. Diana *p. 4. tract. 2. resol. 18. & part. 1. tract. 2 resol. 11.* Ex *Decl. S Congr.* apud Bonac. *de legibus disp. 10. qu. 2. punct. 1. §. 4. nu. 14.* Quo non præsumitur dimisisse habitum animo deferendi, sed commodius delictum patrandi.

Secundum. Privilegio fori gaudere Clericum in minoribus, incedentem in habitu, & tonsura, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per pœnas vices in Choro interfuit, & Processionibus, attentis circumstantiis, quamvis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inserviat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. Ita Diana *part. 4. tract. 1. resolut. 18. ex Decl. Sac. Congregat. Conc. 28. Martii 1628.*

724 Clericis in minoribus coniugatis est plus vel minus immunitas. Solum namque sunt exempti à Judice sæculari quoad causas criminales, sive criminaliter, sive civiliter agitatas; adeo si non nisi cum omicis, & virginibus contraxerint, *cap. Clene. 1. de Cler. Coniugatis*, & insuper, *Modo hi Clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, idem Ecclesiæ servitant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura utantur*, Trid. *ss.* Quantum autem ad reliqua, etiam præmissis servatis conditionibus, immunitate perfruuntur, & reali non gaudent; imò non sunt exempti à potestate sæculari quoad causas civiles, nec ab onere solvendi tributa, sed quoad hos effectus tanquam laici reputantur.

725 Sunt etiam plures casus, in quibus Clericus constitutus in Sacris ex jure Canonico non gaudet immunitate exemptionis, à potestate fori sæcularis, & ab onere solvendi tributa.

Et primo. Clericus negotiator, si tertio monitus non resipiscat, sed prætermissis divinis officiis, ad negotiationes incumbat, privatus manet exemptione à tributis, & tanquam laicus in hac parte relatæ ad respersegotiationes acquisitas est respondendus, *cap. finde vita, & honest. Cler.* Vide *de Contract. ver. Negotiatio.*

726 Secundo. Clericus Feudatarius in causa feudali, sive de proprietate agatur, sive de ejus possessione, convenire debet coram domino feudi, etiam si ipse sit laicus, *c Verum 7. & cap. Ex transmissa 6. de foro Compet.*

727 Tertio. Si Clericus aliquod ex iis delictis committat, quibus à jure Canonico est statuta privatio immunitatis à foro sæculari. Talis est (sit Phœbus) *si Clericus, nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clericatu quidquam ostendat, & tertio monitus ab Episcopo emendationem contemnat*, ex can. *Coniugii* 45. *de sententi. excom. Item. Si Clericus jocui ioculum aream per annum exerceatur, ipso jure: Si autem tempore literarum, & tertio mensibus non resipiscat, privatur omni privilegio Clericali, ex cap. unic. de vita & honest. Cler. in 6. & Clement. 1. de vita, & honest. Cler. e. tam non ab homine* 10. *de judiciis.*

728 Clericus quamvis nunquam propria authoritate capi, aut incarcerari possit à Ministro laico, potest tamen authoritate, & nomine Ecclesiæ, semper ex commissione expressa, & aliquando ex præsumpta, & tacita sui Superioris Ecclesiastici; tales namque possunt comingere casus, ut prudenter Minister laicus, & rationabiliter præsumat de concessione. Superioris Ecclesiastici; & tunc talis captio, & carceratio, seu custodita, non est illicita, quia non est sæcularis. sed Ecclesiastica, cum sit facta authoritate, & nomine Ecclesiæ.

729 Hoc pacto Minister laicus Clericum capere potest. Primo, post delictum commissum, ad effectum eum præsentandi suo Superiori. Quatuor autem requiruntur conditiones. 1 Quod delictum sit notorium. 2. Quod Clericus sit suspectus de fuga. 3. Quod Superior Ecclesiasticus consuli non possit, ut ab eo accipiatur capiendi mandatum, quibus secludi conditionibus., captura erit illicita, utpote nomine laici facta, quia tunc Superior non tenetur confortare. 4. Ut statim ad suum Superiorem ducatur, si fieri potest; aut quantiprimum fieri potest. Non potest laicus in suis carceribus ultra viginti quatuor horas, imòne nec breviori tempore Clericum detinere, si possit statim aut primum illum ad suum Superiorem remittere.

730 Secundo. Si Clericus sit à Judice laico, immo à privato repertus in fragranti crimine. Quia tunc censetur quilibet data potestas, *ex l. Raptores. C. de Episcop. & Cleric.* Debent tamen adesse conditiones concurrere.

731 Tertio. Si Clericus sit debitor, & solvere potens, non velit. Semper tamen debent præmissæ conditiones concurrere: quia tunc talis captura, aut detentio, non est actus jurisdictionis, sed justæ defensionis, quæ etiam à qualibet privato potest præstari.

732 Quarto. Si delictum sit in fieri contra tertiam personam, & prædictæ conditiones concurrant; quia cuilibet, nedum Judici, sed etiam privato, competit jus, & consuetudo justitiæ, aut Charitatis innocentem defendendi, & injuriam propulsandi.

733 Quinto. Quoties Clericus potest impune occidi, aut verberari; quia tunc captura est ei minus malum. Castrop. *part. 2. tr. 11. disp un. punct. 6. ex n. 3. de sent. excom.*

734 Sexto. Clericus, si die, aut nocte temperatur à ministris sæcularibus sine confessario, & habitu, cum armis prohibitis, aut delictum perpetrantibus; quamvis cognoscatur à Ministris quod sit Clericus, potest capi, aut detineri, præmissis concurrentibus conditionibus. Semper tamen attendendo *dicta n. 732.*

735

Quod si Ministri laici non dignoscent personam sic deprehensam esse Clericum, & ejusdem ejus de statu Clericali, sit ipsis suspectum de fallitate. & sine declinand forum, ad fugiendum; tunc quamvis ab eisdem detineatur captus, & custoditus, debent tamen statim

statim ad Superiorem, seu Judicem Ecclesiasticum. pro recognitione recurrere, quia ad ipsum spectat cognitio, *ut n 766.* an captus sit Clericus, necne? Et etiam. an sit fraudulentus in allumendo, aut resumendo statu Clericali. Et veritate de hato Clericali comperta, est statim suo Superiori Ecclesiastico remittendus.

745 Insuper privilegio fori gaudent Monachi, & regulares utriusque sexus, laici, Conversi, & Oblati, seu Tertiarii sub Religiosorum recto viventes.

746 Religiosi Equestrum Militarium S. Joannis gaudent, quia sunt veri Religiosi, ut dicemus de voto.

Pro Religiosis Ordinum Militarium S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesæ, S. Stephani, & Santi Lazari, attendenda est consuetudo, quia dubium est, an sint veræ Religiones, ut infrà de Voto, ver. *De præsi commissariorum*. De equitibus auræ velleris, Sancti Michaelis, Annunciationis, De la banda, & aliorum Ordinum Militarium, certum est, quod non gaudeant; quia nec sunt Ordines approbati à Pontifice, nec vere Religiosi.

747 Item gaudent Eremitæ, qui tria substantialia vota emiserunt, vel si hæc non emiserunt, vivunt in communitate in Conventione aliqua, auctoritate Episcopi approbata. Vel si solitarii vivant, defertur habitum, & tonsuram, & ab Episcopo ad servitium alicujus Ecclesiæ sunt deputati.

748 Item Tertiarii S. Francisci in suis domibus viventes, etiam si sint viduæ, quæ tamen Tertiariorum Regulam servant, & vitam cœlibem ducunt, ex voto Castitatis de Ordinarii licentia emisso. *Ex Const. 22. Bon intra, edita in Conc. Later. sess.* 21. à Leone X. 1. Martii 518. n. 21.

749 Item vitæ Clerici, Diana *p. 7. tract. 1. ref. 45. & p. 4. tract. 1. ref. 41.* contra Bonac. quia uxor sequitur forum mariti, *l. fin. C. de Incol.* etiam post mortem mariti, viduitate durante. Filii legitimi Clericorum, etiam ante Clericatum suscepti. Sacr. Congr. 18 Martii 1631. Servi, & mancipia Clericorum: *v. n. 733*

750 Item laici familiares Episcoporum, qui habere possunt familiam armatam ad eundum, carcerandum, ad terminandum judicium sine recursu ab brachium sæculare, & ad eorum corporis insultus extra famulatum repingendum. Insuper Officiales, & Ministri Curiæ Episcopi.

751 Laici familiares, & pariter Officiales & Ministri Curiæ Inquisitorum, qui pariter habere possunt *familiam armatam*, imo punire impedientes delationem armorum, tanquam perturbatores Officii S. Inquisitionis, *v. num.* 752 Diana *p. 4. tr. 8. ref. 55.* & in Summa ver. Inquisitorum jurisdictio, *n. 26.* habet, ut sequitur.

„ In causis criminalibus suorum familiarium Inquisitores Hispaniæ habent jurisdictionem, exceptis certis criminibus, de „ quibus Joannes de Hevia, Curia Philippi, *p. 3. §. 1. num. 19. & alii.* In causis civilibus Ferdinandus de Castro *tom. 1. c. 4. dist. 8 num. 12. §. 2. num. 9.* tenet, habere jurisdictionem solum respectu Officialium, qui sunt „ a secretis, non autem respectu aliorum exteriorum. Sed hæc opinio non placet quoad Regnum Valentiæ, & Siciliæ, ubi (ait „ Rojas *p. 2. num. 422.* lex concordia inter Regiam Majestatem, & Inquisitionem, Inquisitores cognoscunt „ causis civilibus omnium familiarium. Quod etiam. ait Paramus *de orig. Inquis. l. 3 q. 6. n. 27.* ex jure municipali Regni Siciliæ; ex juris Pontificii decisionibus, privilegiis, & consuetudine in memorabili. Narbona *recompil. l. 2. tit. 1. lex 20 glos. 1. n. 14 & glos. 9. n. 2.* tenatur, id servari etiam in Catalonia, & in Regno Aragoniæ, & Majoricatu. Et ex Paramo observat, quod in hoc Regno Siciliæ non soum familiares, sed etiam eorum uxores adhuc viduæ, quandiu viduæ fuerint, gaudent privilegio fori, *p. 4. tr. 8. ref.*

753 Insuper gaudent Hospitalarii, dummodo inserviant hospitali auctoritate Episcopi [illegible] *tr. 11. ref. 56. contra* Abbatem.

Verum tamen est, circa plura hactenus à *n.* 746. dicta, attendendam esse consuetudinem, ut advertit Pirhing. *in Com. t. 1. §. de for. com. §. 10 fine.*

Denique dicta omnia de Immunitate Ecclesiastica, tam realli, quam personali, sunt servata proportione intelligenda etiam de Religiosis utriusque sexus, de Novitiis, & laicis Religionum, quia omnes ea gaudent.

QUÆRES I.

754 *An laicus factus Clericus judicari, & punire possit pro obligationibus contractis, aut delictis commissis ante Clericatum.*

Pluta affirmat Fagnan *1. lib. Decr. C. Magnus de Obligat. ad rem.* cum S. Thoma recentiorum communi, & fere omnes ex mente S. Congr. Concilii apud ipsum *à n. 64.*

Di-

Dictus ergo laicus, si Clericatum, videlicet primam tonsuram, assumpsit absque ulla fraude, in quantum non fuit apud Judicem laicum accusatus, nec ab eo citatus, & præventus, pro certo gaudet privilegio fori, utut non possit factus Clericus à Judice sæculari judicari, aut puniri: quia privilegium superveniens eximit à jurisdict. one primi Judicis. Et privilegium est à jure Canonico concessum statu Clericali absolute, absque ulla tenuitè one ad delicta postea, aut ante illum commissa: *v. n.* 709.

Si Clericatum assumpsit cum fraude, fraude constitente in hoc, quod à sumpserit non animo retinendi, sed forum sæculare declinandi, & postea statum deferendi; non gaudet foro, & sic potest à Judice sæculari judicari, & puniri, juxta dicta à *nu.* 758. *& nu.* 722. *Quia fraudem committentes Beneficium legis sunt indigni, Cap. penult. de Collat. vegen. Et in omni dispositione fraus semper intelligitur excepta, l. Imperialem, §. 1. de Probibit. feud. alienan. v. n.* 758.

755 Si Clericatum assumpsit cum fraude fraude constitente in hoc, quod supposita præventione apud Judicem sæcularem, in quantum fuit accusatus, citatus, & statum Clericalem assumpsit, animo forum sæculare declinandi, sed in statu perseverandi; tunc gaudet privilegio fori quoad personam, ita ut non possit à Judice sæculari corporaliter puniri, personaliter adstringi, aut carcerari; quia hæc non est fraus propriè dicta, ut constat ex *nu.* 760. Et hoc maxime, si post dictam præventionem, antequam finiatur causa, fuerit ordinatus Sacerdos, aut in sacris, *ex cit. n.* 760. Non gaudet autem privilegio fori quoad bona, sed quoad bona subest jurisdictioni Judicis sæcularis, à quo potest puniri pœna pecuniaria, & confiscatione bonorum, supposita causæ præventione, uti supra; secus ea non supposita. Ex mente S. Cong. Cit. *ex n.* 754.

Non potest autem Judex sæcularis, qui prævenit, contra recensiti Clerici bona procedere, nisi prius per Judicem Ecclesiasticum fuerit cognita prævention, & declaratum, ac pronunciatum fuerit, cum Clericatum assumptum in fraudem Curiæ sæcularis: *ut in hoc n.* 755. *juxta dicta nnm.* 766.

Fagnanus *cit. nu.* 77. docet, eodem modo esse discurrendum de laico post delicta, aut debita facto protelso, cum hoc solo discrimine, quod defensio causæ spectet ad Monasterium.

QUÆRES II.

766 *Clericus in Minoribus constitutus habitum dimisit, amplius non resumpturus; inde delicta commissi; An possit habitum resumere, ut privilegio fori gaudeat?*

Resp. posse, & gaudere, Castropal. *p.* 2. *disp. un. v.* 12. *punct.* 3. Quia privilegium fori absolute, & absque exceptione à Trid. conceditur constitutis in minoribus Beneficium habentibus, vel tonsuram & habitum gestantibus, si alicui Ecclesiæ inserviant de mandato Episcopi, *ut in n.* 732. Et quamvis delicta tempore dimissionis habitus uti supra commissa, fuerint tunc jurisdictionis laicalis, nunc sunt Ecclesiasticæ; sicut est persona. Tum quia in tantum tunc delicta commissa, etiam jurisdictioni laicali; quia deficiebat conditio à Trid. requisita pro gaudio fori; unde per locum ab opposito, ea apposita privilegium revivisc.it.

757 Dices, dimissionem illam habitus esse quandam privilegii renunciationem.

Resp. Castrop. *cit.* quod privilegium fori Clericali competens, nemini licet renunciare, *ex cap. si diligenti, de for. comp.* Et refert ex Barbosa Canonista Clerico, qui volens nubere, Beneficium, & Clericatum renunciavit; ar quia postea eo nupto mutata habitum realsumpsit, & aliud Beneficium obtinuit, dub tatum fuit, an gauderet privilegio fori. Et Sac. Congr. 12. Junii 1587. *censuit, gaudere; quia privilegio Clericali renunciare non potest.* Hinc Clericus privilegio fori gaudet, si servet conditiones à jure Canonico pro gaudio requisitas: *v. n.* 722.

QUÆRES III.

758 *Quid dicendum, si recensitus Clericus Minoribus initiatus, sit captus, aut citatus à Judice secularis tempore dimissionis habitus, & habitum non ante, sed post captivam, aut citationem resumat?*

Respondet Castropal. *cit. num.* 3. ut sequitur.

Respondeo, privilegio cavere debere; quia illa habitus resumptio videtur facta in fraudem jurisdictionis secularis, ac proinde non debet prodesse: sic tenet Farinac. *d.* 9. 8 *num.* 66. & 110. Barbosa 2. *p. alleg.* 12. *nu* 29 & in terminis. Concilii decreto 6 *sess.* 23. *de reformat. circa finem*: *Quia generaliter quotiescumque assumpto clericatus, Beneficii, habitus, & tonsuræ fit in eandem jurisdictionis secularis, cessat exercitale privilegium, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari. Atque immunitas Ecclesiastica fomentum esset delictorum*; sic Gutier. *practi. tract.* 1. *lib.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib* 6 *qu* 76. *num.* 33. Julius Clarus *l.* 5. *§. fin. quæst.* 76. *nu.* 43. Farinac. *qu.* 8. *n.* 66. *& seq.* Barbosa in remissione Concilii citra finem, decreto 6. *sess.* 23. Zerolus ad *decr. verb.* 22. *n.* 1. & alii.

759 Qui ritu, fraudem ponendi, & emplastrum de se, quod Clericalem tonsuram, seu Ordinem assumat, in mentem revocat ad retinendum jurisdictionem secularem, minime animo perseverandi in illo. Quare potest contingere in quibusdam, ut habitum Ordinum post accusationem, vel in assumptione habitus Clericalis dimisit, præsumatur esse in mente illius Ordinandus, & habitum Clericalem pro tempore assumpsisse, ut eo uteretur, & gauderet privilegio fori, quo minus judex secularis procederet contra illum. Quare potest contingere in quibusdam, qui recenter ordinati, & tonsurati, & habitum Clericalem assumpserunt, ut gaudere possint privilegio fori, & non animo perseverandi in illo. Quæ

cerebus mancipatus rebellis, qui dixit Ministris se esse Clericum; ipse tamen sine tonsura, & sine habitu Clericali incedebat, & ibi fuit inventus, & captus. Non sunt ab eo allatæ, nec ullius domi reperiæ litteræ testimoniales Ordinationis, nec commendatitiæ testantes de Clericatu. Non sunt testes, qui eum cognoscant; nec fama publica, quæ talem dicat. Solum sunt reperta domi vestis parva, & collare, quod solent gestare Clerici, & insuper litteræ sub altero nomine ab eo, quo dicit se vocari: quæ tamen videntur ad ipsum directæ, quibus datur ei spes Beneficium obtinendi. Dubium est certum, & supponitur tale, ut sit morte dignum. Diligentia de Clericatu ab loci distantiam est difficilis, non tuta, expeditis fraudibus, & periculosa. Punitio quibuslibet circumstantiis existentibus imminet ad aliorum exemplum, ut qui male sentiunt, se coerceant, & zizania non crescat. His (ut figurantur) suppositis,

QUÆRES V.

780 An Curia sæcularis possit præmissum Reum in suis carceribus detinere. Juridice contra eum procedere. Et deinde punire?

770 CErtum est 1. quod si Reus diceret, aut constaret, non possidere Beneficium, vel alicui Ecclesiæ non deservire cum habitu de mandato Episcopi, immunitate non gauderet, ut constat ex Conc. Trid. *n.* 732. relato, *& n.* 733.

771 Certum est 2. posse licite Curiam sæcularem Reum in suis carceribus detinere, juxta *dicta n.* 764.

772 Certum est 3. quod (exclusis circumstantiis suppositis, & ignotis, maxime de diligentia, & probatione difficili, ac moraliter impossibili) teneretur Curia Sæcularis assignare Reo tempus competens ad probandum. Vel Curia ipsa (opportunis interrogationibus præmissis de Patria, & Ordinario proprio domicilii, & Ordinationis) diligentias adhibere in partibus ad litteras testimoniales authenticas à suo Ordinario obtinendas, super ordinatione, titulo Beneficii, &c. & super qualitatibus à Trid. requisitis pro gaudio fori, *ut in n.* 732. *& 733.*

773 Quod si prædictæ litteræ, & probationes accederent, eorum cognitio facienda esset ab Ordinario loci, ubi carceratus existit, juxta *dicta n.* 766. Quia Reus est ex factis solidius ratione delicti, *ut in tom. 2. n.* 207. *Vide n.* 788.

774 Suppositis circumstantiis expositis, & diligentia ad probandum difficili, ac moraliter impossibili,

Dico, Judicem sæcularem licite posse contra reum juridice procedere, informationes capienda, interrogando, & alia de jure præstanda peragendo; ac tandem pœna, qua dignus est, puniendo.

775 Ratio est; quia Judex sæcularis per captivum, ac detentionem dicti delinquentis, & per defectum probationum in contrarium, habet justum titulum in delinquentem, est enim in ejus potestate; & jus certum habet super delicto certo enormi, imo enormissimo, cujusmodi est, post hæresim, delictum rebellionis in Principem, aut perduellionis in Patriam; delictum quippe viscosum, & quod serpere solet ut cancer.

776 Dubium de Clericatu, & gaudio fori, est leve, imo levissimum aut nullum; quia solum pender ex dicto Rei, qui illud non probat. Collare, & vestis parva insufficienter aut non nisi levem conjecturam præbuit, quia sunt indifferentia, & æquivoca: solent enim etiam vestes longæ deferri à laicis, maxime à medicis, præsertim in pluribus Italiæ Provinciis, quique vulgo *Abbatei* vocari solent, non quia vere tales sint, sed ob veram vestem longam.

777 Adde, indicia efficacia, & præsumptiones vehementes stare contra Reum, ejusque dictum. Et primo. Ex reperta lectura compertus est fraudulentus, & mendax in fictione nominis; *qui autem in uno falsus deprehenditur, in omnibus ut falsus habendus est.* Miphi *in præst. crim. ver. Testes ex caus. 22. q. 5.* Can. Patvuli, 14. & pluribus juribus. Adeoque cum fuerit reperitus sine tonsura, & habitu, immixtus enormibus, præsumendum est, collare, & vestem parvam domi detinuisse ad qualitatem personæ per delictorum & circumstantiarum opportunitate fingendam, aut variandam: ejusque dictum esse dolosum, & fraudulentum, ad forum sæculare, in cujus reper tur manibus, delinquendum; nam ex Regula 8. Juris in 6. *Semel malus, semper præsumitur malus.*

778 Secundo. Cum in litteris, quæ præsumuntur ad ipsum directæ, detur ei spes Beneficium obtinendi, sive præsumitur eum Beneficium non possidere, adeoque habetur præsumptio contra titulum à Trid. *sess. 21. de reform. cap. 2.* pro Clericatu requisitum, *ut in tom. 3. num. 48.* Insuper, cum constet, eum minime per paucos dies, sed plus temporis, quo in loco delicti commoratus est, nulli Ecclesiæ de mandato Episcopi inservisse, ac sine tonsura, & habitu incessisse, delictum molientem rebellionis, atque seditionis, quod ex sui natura longum tempus expostulat, vehementer præsumitur non habere qualitates in Clerico à Concilio Tridentino requisitas pro gaudio fori, *ut in num. 732.*

779 Hinc breviter sic rationem restringo. Nemo spoliari potest jure, quod certo possidet, per superveniens dubium, maxime per dubium leve, quod moraliter vinci non potest ex dictis *a n.* 40. Judex sæcularis certo possidet jus contra expolium delinquentem, & super delicto enormissimo certo; jus vero delinquentis de gaudio fori est dubium, dubio levi, imo levissimo, quod (ut supponitur) moraliter vinci non potest. Igitur non potest Judex sæcularis jure, quod certo possidet in delinquentem, spoliari per superveniens dubium jam recensitum. Et consequenter potest contra eum juridice procedere, & de jure punire *ut in n.* 774. *Recte dicta in qu. seq.*

780 Denique pro hujusmodi casibus irreparabilibus & extraordinariis recurrit, proportione servata doctrina Patris Tanneti *relata n.* 663. *&* 676. & Castrop. *n.* 789.

QUÆRES VI.

781 Quando, & quomodo Clericus tradi possit puniendus Curiæ sæculari?

REspondeo, tunc tradi posse, quando se immiscet enormibus, *cap. Contingit, & cap. Perpendimus, de sent. Excom.* Castrop. *p. 2 dis. un. pr. 12. punct. 6.*

782 Enorme dicitur delictum illud, quod in malitia & fœditate supra modum exuberat, ac excedit. Quod prudentiæ probi viri dignoscendum remittitur. Enormia, seu immania, sunt primo loco Hæresis, quæ sit Rebellio contra Majestatem supremi regum Regis. Inde Rebellio, & crimen Læsæ Majestatis in Principem. Perduellio, falsificatio Monetæ, Latrocinium, Homicidium, Adulterium, Raptus, & similia, quæ numerantur, & explicantur *in tom. 2. n. 62 ad 65.*

783 Spectato autem jure communi, ob nullum crimen quantumvis enorme Clericus est Curiæ sæculari tradendus, nisi fuerit incorrigibilis. Castropal. *tit. numer. 4. ex cap. Cum non ab homine, cap. Clerici, de Excessibus Prælatorum in 6. cap. Felicis, de pœnis, in 6. cap unic. de pœnis*, ubi Pontifex injungit Prælatis Ecclesiasticis, Clericos in enormissimis sceleribus. 1. Sodomiæ. 2. Occisionis Cardinalis. 3. Latrocinii, & similibus deprehensos, punire. 1. depositione, & detrusione in Monasterium. 2. ita ut vita sit illis mors, pœnâ immurationis, perpetua reclusione in ergastulo. 3. degradatione à suis Ordinibus, & detrusione in arcta Monasteria. Non injungit autem, ut Curiæ sæculari tradantur, adeoque aperte colligitur ad tradendum Clericum Curiæ sæculari, ex jure communi requiri repetitionem delictorum, & incorrigibilitatem.

784 Incorrigibilis dicitur Clericus ex jure communi, si ter monitus. 1. sub depositione. 2. sub excommunicatione. 3. sub anathemate, Ex *cap. cum non ab homine de Judiciis*; ex consuetudine vero, si ter monitus sub excommunicatione, adhuc contumax perseverat.

785 Ab hoc autem requisito incorrigibilitatis, & trinæ monitionis, excipitur primo Assassinum, *ex c. 1. de homicidio in 6.* Debet vero prius constare de delicto, & tales a Judice Ecclesiastico declarari. Et tunc ex ipso, quo Clericus per declarationem authenticam luerit à Judice Ecclesiastico declaratus adassinus, statim jurisdictionis est sæcularis, & ea juridice puniendus.

786 Secundo. Excipitur Hæretis, & hoc pacto, quod ad hoc ut pro crimine hæresis Clericus Curiæ sæculari tradatur, non requiratur incorrigibilitas modo recensito, quæ triplicem monitionem supponat, *ut in n.* 784. & quatis pro alias de reliis exsequitur: le requisitum, & sufficiat Relapsus, nempe hæresis reperta post sententiam, *ex cap. Ad abolendam, de Hæreticis, cap. Sæpe ex, Ge. Accusatus, de Hæreticis in 6.* Tunc namque à jure incorrigibilis judicatur. Et hæc, ut quis pro hæresi Curiæ sæculari tradatur, adhuc requiritur incorrigibilitas, quæ unicam monitionem authenticam per sententiam supponat.

787 Tertio. Excipitur Reus, qui Clericus sine habitu & tonsura enormibus se immiscet; Canonicorum, qui incorrigibilitatem, & trinam monitionem expostum, seu nisi de Clerico, qui cum habitu & tonsura enormibus se immiscet, qui privilegium Canonicale non amittit, *ex cap. 1. de Apostatis C. ex parte 2. de Privilegiis, & C. Contingit de sent. excommun.* Unde qui sine habitu & tonsura enormibus se immiscet, potest Curiæ sæculari tradi, absque eo quod præcedat trina monitio, quia eo ipso privilegium Clericale amittit, maxime ex jure novo Conc. Trid. Castrop. *cit. n. 5.* Diana *par. 3. tr. 2. resp. 33. to. 1. n. 733.*

788 Qui sic subdit: *Requiritur tamen, ut per sententiam Judicis Ecclesiastici notum sit, Clericum enormibus se immiscere, & sine habitu, & tonsura incedere, aut cum habitu, & tonsura intendentem monitum ter esse, ne enormia committat; aliàs Judex sæcularis judicare, & punire illum non potest. Quia qualitas præmissa jurisdictionem; prius probanda est. l. Si quis absens, ff. de Judiciis. Quæ probatio non à Jove sæculari, sed ab Ecclesiastico, cui Clericus subjacet, faciendæ est.* Et maxime, quia Clericus regula-

riter Curiæ sæculari non traditur, nisi prævia degradatione ab Ord. nibus; degradatio autem fieri non potest nisi à Judice Ecclesiastico, & ex prævia probatione, & sententia declaratoria relicti: *n. verb Degradatio.*

789 Denique Castrop. *cit. nu. 6.* addit *Dixi*, (spectato jure communi, *ob nullum crimen Clericum tradendum esse sæculari Judici puniendum, nisi incorrigibilis fuerit: in facie indicarem, ex recepta consuetudine sæpe tradi nulla incorrigibilitate expectata, si delictum nimis atrox sit, & scandalosum, ac animos pios, & prudentibus justum videatur. Respublica conveniens tale committentem à gremio Ecclesiasticorum perfugarum pelli, & ultimo supplicio affici, ut de facto sæpe sic punitum est. Ergo alienum esset à natura hanc pœnam executioni non mandare. Neque enim privilegium Ecclesiasticæ immunitatis in favorem, & honorem status Clericalis introductum, in ejus indecorem convertendum est*: sic Covarr. *&c.* Farinac *&c.* Et quidem præ cæteris videmus, Clericos Rebelles Curiæ sæculari tradi, & ultimo supplicio affici, nulla monitione prævia, nullaque incorrigibilitate expectata: *vid. numer. 676.*

790 Denique Urb. VIII. per Bullam *in suprema* editam 1627. nullam mentionem facicus de incorrigibilitate, absolute statuit, petitas Ecclesiasticas, sive sæculares, sive Regulares in locis duntaxat Italiæ existentes, citæ aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel alias adulterare præsumpserint, prævia degradatione esse Curiæ sæculari tradendas, ultimo supplicio puniendas. Præfata autem Bulla non comprehendit Siciliam, quia non experimit insulas eodjacentes, quæ indebitos non veniunt nomine Italiæ, nisi exprimantur.

De Immunitate agunt Diana *p. 1. tr. 1. & 2. p. 3. 4. 5. & 6. tr. 1.* Castropal. *p. 2. disp. unica* Bordonus *ref. 1.* Tarcc. *tom. 3. tr. 1. lib. 4.* Alavius *lib. 2. var. Immunit.* Fagnan. *lib. 3. tit. de Immunit. lib. 1. C Consuetudines, de consuetudine. Ibid a. Magnus, de obligat. ad restitut.*

GABELLA

791 *Est exactio publica, à Principe imposita subditis ad sua domus sustentationem, & Regni conservationem*, puta ad prædicta retinenda, ad bella gerenda, ad Pontium, Monasterium, ac Navium conservationem, & ad alia pro Regni custodia necessaria pro videnda *n. num. Rec.*

Ut gabella sit justa, requiritur justitia ex parte quatuor causarum, efficientis, materialis, formalis, & finalis. Ita ut si gabella sit injusta, seu sint impositæ, aut auctæ, præterquam in casibus à jure, seu speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, tam imponentes, aut augentes, quam imponi, aut augeri exigentes, incidant in Excommunicationem, Bullæ Cœnæ, §. 5. *tatum.*

792 Ex parte *efficientis* pro justitia requiritur, ut, qui imponit, sit Princeps supremus alium Superiorem in temporalibus non agnoscens: vel inferior de mandato supremi. Unde gabellas imponere non potest Provincia, Civitas, &c. nisi ex consuetudine legitima, aut privilegio, quo gaudet Urbs Barcinonensis. Mendo *ver. Gabella.*

793 Potest Princeps aliquem sibi & communitati benemeritum, etiam cum suis descendentibus, à solutione alicujus Gabellæ eximere, ut infra dicemus de Monte Pietatis.

794 Ex parte *Causæ materialis*, *Jus civile in l. Universi, Cod. de vectigal. & in leg. omnium ibid.* decernit, ut gabellæ imponantur solum in rebus mercimonii, & negotiationis causa de una in aliam Provinciam aut Urbem aliorsum, tam ingrediendo, quam exeundo. Unde ex præfato jure non sunt licitæ gabellæ impositæ super victualibus, frumento, pane, vino, oleo, carnibus, &c. Toletus *lib. 5. cap. 74.* Cajet. *ver. vectig.* qui a proportionem non servant, cum æque gravent pauperes, ac divites.

795 Suarez tamen *de leg. l. 5. cap 16.* Diana *part. 2. tract. 17. resol. 28.* tenent, gabellas super victualibus impositas non esse injustas, si consuetudo adsit; quia lex civilis potest per consuetudinem abrogari. Et illa oppressio pauperum, in quantum æque gravatur, ac divites, compensatur per hoc, quod eum tales gabellæ minuunt, & quasi insensibiliter solvantur, minora patiuntur incommoda pauperes, quam si censu capitis, aut partis mensi gravarentur.

Certum tamen est, eas esse injustas, si consuetudo legitime præscripta vigeat, & publica necessitas acti, ac gabellæ super mercibus non sufficiant.

796 Sub nomine *gabellæ* comprehenditur, Primo *Tallia*, quæ imponitur subditis solvenda pro portione habita ad eorum bona, quæ etiam vocatur *Impositio*, & *Collecta*, quæ solet imponi ab aqua communi, & publica necessitate urgente, aut titulo matrimonii à Principe contracti, veluti ad ornatum uxoris, & ad sponsalitia splendorem, juxta Regionis consuetudinem.

797 Secundo venit tributum, & censio de solvenda annata, aut media annata super officiis, & muneribus concessis à Principe

ejus, & muneribus concessis à Principe

798 Angaria autem, & Perangaria non sunt reputandæ inter gabellas, quia sunt injustæ: sunt enim *Coactiones ustæ ad onus mere personale, aut mixtum ex tabore personali, & munere aliquæ persolvendo.* Angaria est onus mere personale, si perangaria mixtum.

799 Ex parte *causæ formalis* pro justitia requiritur, ut servetur proportio tam vassallorum inter se, *ut in num. 794.* quam ad vires Regni; nam si vires Regni non sufficiunt, injusta est gabella; & si vassalli sint inops sequo gravati, tenetur in conscientia Princeps gabellas minuere.

800 Ex parte *causæ finalis* requiritur justa causa, nimirum publica necessitas, & communis utilitas, *ut in n. 790.* Sine ju ta causa non potest Princeps gabellas imponere; alias peccat, & ad restitutionem tenetur.

801 Si gabella sit imposita ob determinatum finem, & cessante continuari non potest, nisi in loc alia æqualis necessitas, qua tunc commutatur materia. Mendo *cit. nu. 7. n. num* 822.

802 Pro quantitate gabellæ non potest certa regula tradi, sed ett remittenda arbitrio boni, & periti viri, qui attendere debet necessitatem, & proportionem juxta superius dicta: adeoque Principes non debent gabellas imponere sine matura consultatione, & peritorum Theologorum, ac Jurisperitorum consilio.

803 Diana *part. 1. tr. 2 resol.* 132. tenet non esse injustam gabellam, si excedat octavam partem valoris rei, dummodo cæteræ conditiones concurrant.

Rite autem de justitia gabellæ dubitat Corsetus cum aliis apud Dianam *cit.* hic excedat octavam partem valoris rei, ed nunquæ excedens. Cui favet *lex de Præstatione, C. de vectigalibus*, talem excessum prohibens.

Et quam in dicta lex va eat pro Regnis Imperio subjectis (ut ait Diana) potest à nis inferiore pro exemplo.

Et quilem in nostra Urbe Panormi praxis est, & præscription, ut pro gabella solvatur decima pars, & aliquanto minus valoris currentis rei, puta mercium; pro qualibet nunque uncia valoris currentis rei solvantur pro gabella tarenti duo, grani decem, & novem. & duæ partes grani, videlicet, tarenus unus. & quatuor partes grani pro tallione Regiæ Capsæ; grana decem. & octo, & quatuor partes grani pro ratione Regiæ Dohanæ: & tarenus unus pro gabella novi imperii.

Hic tacitum primum locorum cives sint immunes à portione gabellæ granorum decem, & *Examen Ecclesiast.*

cela, & quatuor partium grani spectantis ad Regiam Doganam; tales sunt Civis Urbis Panormi, & quinque unius tercenum, qui solum alias duas portiones tarenorum duorum, & quatuor partium grani solvere tenentur pro qualibet uncia valoris meteris. Aborum vero locorum cives solvere tenentur omnes tres portiones ad summam tarenorum duorum, granorum decem. & novem cum duabus partibus grani; unde illi vocari solent vulgo *Franchi*, illi *Rendabiles*.

804 Si pluries gabellæ non sit certa, sed sub opinione; Princeps non potest sequi opinionem probabilem, relictis probabilitet: sequitur ex dicti *n. 73. & à nu. 108.* quia agitur de justitia commutativa, & de spoliatione subditorum bonis, quæ possident. Mendo *ver. Gabella, n. 2.*

GABELLAS SOLVERE NON TENENTUR

805 Ecclesiæ loca, pia, & Ecclesiastici fi, ac Clerici, sive Religiosi utriusque sexus, *ut nu. 755. & à nu. 704. ad 715.* Qui non possunt directe, aut indirecte gravari gabellis, tributis, & aliis oneribus, neque super bonis patrimonialibus, sive illis, ad quorum reditum sunt ordinati, sive aliis quibuslibet eis provenientibus, *v. g.* vi alis hæreditatis, donationis, &c. quia jura *n. 712.* relata indistincte loquuntur.

Indirecte gravarentur Clerici, si gabella super re imponeretur, non principaliter in gravamen Clericorum, sed generaliter in gravamen omnium, tunc Clerici tiam emerent sub eo gravamine.

806 Non eximuntur à gabellis Clerici. 1. Si habitum Clericalem assumat in fraudem gabellarum, absque intentione in eo statu permanendi: sequitur *ex n 758. & 759. quia fraus nemini patrocinatur.* 2. In bonis eis donatis, *v. g.* à parentibus, quantione apparenti, in fraudem gabellarum, ut minuant Clericorum fcuto non sint subjecta gabellis, *n. n. 715. 734.* Denique ex rebus, & fructibus, quos Ecclesiastici vendunt, solvi debet gabella. Mendo *Gabella, n 13.*

QUÆRES,

Bov An possit Princeps ob publicam necessitatem [illegible] solvendam necum à laicis [illegible] Ecclesiasticis?

Resp pulle, quinque concurrentibus conditionibus.

Prima est. *Ut necessitas sit magna & evidens, ex c. Non minus 4. de immunit.*

808 Secunda. *Ut facultates laicorum non sufficiant. ex dict. cap.*

Tunc autem non sufficere dicuntur, quando ex una parte facultates communitatum deficiunt. & ex alia cives (si Ecclesiastici excluderentur) cogerentur se privare illis, quæ sunt necessaria ad vivendum secundum convenientiam sui status. Si vero facultates communitatis ad necessitatem sublevandam sufficerent, neque laici particulares possent gravari, *ut in nu.* 800. Diana *p. 1. tr. 2. resp.* 133.

809 Tertia. *Ut necessitas, vel utilitas sit æque communis laicis, & Clericis, ex cit. cap.*

810 Quarta. *Ut Episcopus, & Clerus debite rent, & consentiant, ex cit. cap.* Nomine Cleri non venit Filum Capitulum Cathedralis, ut tenent plures, sed omnia Capitula Urbis, & Vicarii foranei Diœcesis: quia omnes gravantur, & sic omnes cognoscere debent qualitatem necessitatis, ut deliberent, an, & quantum debeant concurrere. Item veniunt etiam Capitula Religionum, si Religiosi sunt comprehensi. Di *p. 1. resp.*

811 Quinta. *Ut prius de tali contributione conslutum Summus Pontifex, & ejus habeatur licentia, ex can. Adversus de Immunit.* ita ut solus consensus Episcopi, & Cleri non sufficiat, nisi periculum esset in mora: quo casu, si duratio gabellæ non esset modica, facta impositione de solo consensu Episcopi, & Cleri, consuendus tamen esset Summus Pontifex pro approbatione. Cum autem hujusmodi licentiæ impetrantur, sunt prius ab Episcopo audiendæ Capitula Clericorum, & eorum, de quorum interesse agitur.

812 Gabella denique his concurrentibus conditionibus jam imposita, exactio non potest fieri à laico laico, sed per personas Ecclesiasticas, ab Episcopo deputatas. Conllat ex Bulla Urb. VIII. pro Ducat. Mediolanen.

813 Publica necessitas, vel utilitas est: Reparatio pontium, fontium, murorum Civitatis, viarum publicarum, alluvionum ex fluminibus cum damno agrorum, aut Urbium; Annona, Fames, Bellum, Pestis, &c. At super nulla ex his, aut aliis necessitatibus possunt ab Ecclesiasticis contributiones exponi, nisi necessitis quinque concurrentibus conditionibus; sed omnino à communibus contributionibus sunt exempti.

814 Nec dicas, Ecclesiasticos obligari ex Beneficio à laicis accepto, quod est commune. Quia (ut optime discurrit Castropal. *p. 2. disp. unica, tr. 12. punct. 9. n. 4.*) *Esto Beneficium commune sit Clericis, & laicis, sumptus non debent esse communes: dignitas enim clericalis petit, ut aliqua privilegia specialis fruantur: sicut enim privilegium militiæ, & reputatus eximere solet militem, & magistratum ab iis contributionibus communibus, tametsi de beneficio communi æqualiter participent: sic dignitas clericatus eximere debuit Clericum, ab his oneribus. Adde Clericos hoc Beneficium à laicis acceptum aliis Beneficiis compensare: ipsi enim Clerici specialiter concurrunt ad subventiones pauperum, reparationem templorum, & aliorum ornatum, & cultum: quæ omnia in utilitatem cedunt laicorum. Ergo hoc sumptu sufficienter compensare sumptus laicorum.*

815 Insuper publica necessitate supposita, quinque conditionibus concurrentibus, & licentia Summi Pontificis obtenta, quæ Ecclesiasticos omnes, etiam Regulares, comprehendat; adhuc ab omni onere, & contributione exsimuntur, & eximuntur Fratres Ordinis Minorum, de Observantia S. P. Francisci, Reformati ejusdem, & Capucc ni, quia nil proprii possident, sed vivunt de pueris eleemosynis manualibus, aut a pietate fidelium legatis, quorum nullum dominium habent, aut proprietatem; ut mens est Cone. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3.* & liquet infra ver. *Legata Minorum*

Hinc, cum Alex. VII. pro urgentissima necessitate contra Turcas, Germaniam & Insulam Cretæ tuvalentes, per Bullam *Cum Divina* 1660. editam indixisset sex Decimas per decennium in subsidium solvendas super fructibus omnium Ecclesiarum, etiam Regularibus comprehensis, per totam Italiam, & insulas conjacentes, fuit declaratum per Epulonem Theodorum Gen. sub die 20. Maji 1662. Subcollectoribus missum, Fratres Minores Observantes S. Francisci non teneri ad dictam contributionem, & injunctum, ne ipsum super hoc molestium inferrent. Lantusca *ver. Gabella, num. 3. vid. nu.* 823.

Qui *nu. 6.* refert etiam aliam Decis. Thes. Gen. & Congr. Prælatorum Cameræ, quibus injungitur conducticoribus publicis laniariorum, ut non possint addirigere Fratres Minores Observantes ad carnem in suis laniariis sumendam, sed quod possint in aliis locis propinquis sumere, ubi valent minori pretio habere.

816 Ab excommunicatione non excusantur, qui exigunt, aut exigi mandant gabellas ab Ecclesiasticis, cum animo eas restituendi in fine anni, quamvis dicant, id facere ad vitandas fraudes officialium gabellas exigentium, Duardus, & alii apud Dianam *p. 1. tr. 2. resp.* 44. quia cogunt aute ad solvendum, quod est onus incommodum Clericis.

Subsit tamen Diana *cit.* in nostra Urbe Panormi sine scrupulo observari consuetudinem hanc solvendi Clericis in hoc anno (ut vulgo dicitur) lo scal. eto, pro gabellis per eos ante lotis, quia hoc bi, ipsis Clericis (non quidem privilegium renunciantibus) sed consentientibus, & de licentia Summi Pontificis.

MONITUM.

817 Si aliquando vides onera imponi, & aliter fieri. Et tuum vis levare conscientiam, Deum, ejusque Judicium reformida; non ad facta, sed ad ea, quæ de jure fieri debent, attendas. Et interim Sactum Canonem Concil. Lateranensis 4. præ oculis habeas, qui est, ut sequitur:

„ 818 Non minus, &c. In diversis mundi „ partibus Comites Civitatum, & Rectores, „ necnon & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesiis, ut deteriores conditionis factus subeat Sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis divinæ nostrum non habebat. Ille quidem omnibus aliis servitutibus subjectis, sacerdotes, & possessiones eorum, in „ prima libertate dimisit, & eis animadvertit de publico administravit: Isti vero omnia sua fere universa imponunt Ecclesiis, & tot angariis affligunt, ut eis, quod Jacobus deplorat, competere videatur: Principes provinciarum facta ei sub tributo. Sive quidem subita, sive expeditiones, seu alia quæ libet sub arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christianorum deputatis, volunt fere cuncta compleri. Jurisdictionem etiam, auctoritatem Patronatuum ita evacuant, ut nihil potestatis vis in eis videatur honoris habere manifeste. Quæcumque sub anathematis districtione fieri „ vetuit, talia prohibemus: nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel

819 ad relevandas communes utilitates, „ necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias exigi ut „ conferenda. Si autem Comites, aut alii „ mi

713 *& 701. Eradimus, quæ judicavis tertiam P. 2.*

Vide infra de Jurepatronatus, *ver. Quæres*, casum de onere supportando, & detractione Gabellæ, *ver. & nisi restituendam.*

De Gabellis agunt Diana *p. 1. tract. 2. resp.* 35. *ad 49. resp.* 122 & 123. Castropal. *p. 2. disp. un. punct. 9.* Fagnan. *in lib. 3. cap. Episcopus, de Prebendis à num.* 30. *& cap. Non minus, de Immun.* Pich *n. 1. lib. 3. tit. 31. sect. 3.* Monac. *in comp. ver. Gabella*, Ant. a Spir. Sanct. *de Censuris tr. 12. disp. 3. sect. 5.* Alarius *lib. 4. verb. Gabella*, Clericatus *c. 32.*

PARLAMENTUM REGNI SICILIÆ, ET NEAPOLIS

820 Est Conventus Procerum Regni pro causa publica congregatorum.

In hoc ad istud concurrunt tria Regni brachia, Ecclesiasticum, Demaniale, & Militare. *Ecclesiasticum* componitur ex Archiepiscopis, Episcopis, quibusdam Abbatibus, & Prioribus. *Demaniale* ex Procuratoribus Civitatum, & Castrorum immediate Regi subjectorum. *Militare* ex Baronibus obligat a ratione feudi ad servitium militare.

820 Et quia ut plurimum congregantur pro donativo Regi præbendo, pro justitia requiritur justa causa, pura necessitas ex parte Regis potentis, sufficientia virium ex parte Vassallorum. Super qua Regis necessitate credendum est à Parlamentariis ipsi Regi, qui est necessitas in facti proprio Regis, in quo semper præsumi debet justitia causæ, nisi constet de injustitia. Maxime attendendi est causa formalis, & finalis, ut in gabellis, *n. 799. & 800.*

821 Hoc monentur Proregis pissimi, & rimorati Parlamentar. ut solerter justitiam donativi, atque validiorum, & universitatum vires considerent, ne in extraordinarias donativas, quæ præstituuntur, Regno onus imponant, quod subinde non valeat. Adeoque consulere debent peritos simos, & timoratos Theologos illius, quos expedit in adunationis vitio, & rerum temporalium desideriis maxime alienos esse cognoverint, eosque etiam contradicentes, gratanter, ac benigne recipere.

822 Notat Diana *ver. q. 22. in fine, Ecclesiasticus, qui tenuit in Parlamento, non tenetur ad donativum, nisi sponte offerat, & in Brevi Apostolico ita in specie determinatum est.*

823 Et etiam tum Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, atque eriam Reformatorum, & Capuccinorum, ad donativum non tenentur, nec ob id gari possunt, conllat ex dictis *n. 815.* Et ita leg. atur in praxi.

QUANTUM AD NUMERUM SUFFRAGIORUM,

824 Cl Parlamentum sit pro donativo Regis, sufficit major pars. In Romano autem Senatu requiritur, ut concurrat bracchium Ecclesiasticum, ita ut non sufficiat, si major pars Brachi Demanialis, & Militaris concurrat, nisi etiam brachium Ecclesiasticum concurrat, in quantum supponitur

Ecclesiastica loquit. libertas, & hinc metus ... dando dona ... Pontif. ... Regis, & hinc ... pars, hic ... Quia hic ... & ... ut ... ut ... ut

Levit. 25. dicitur: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & coloni mei estis.* E *imo cum ex parte, de electi. in 6.* dicuntur patrimonia Christi: adeoque ad Christum, seu ejus Vicarium spectat de illis disponere.

847 Alienatio igitur, cum sit favorabilis Ecclesiæ, hic non acceptur propriè, & stricte, prout est translatio dominii ad Alios: sed impropriè, & ampliùs, prout *est translatio cujuslibet dominii tam directi, quam utilis, aut alterius*. De quibus infra *verb. Dominium*.

848 Hinc prohibentur venditio, locatio, permutatio, &c. in quibus demum directum transiretur. Item infeudatio, hypotheca, emphyteusis, locatio, & condictio contra tutorem. Et impugnatur, in quibus transferatur dominium utile, seu jus in re.

849 Nimirùm Ecclesiæ, veniunt ipsæ Ecclesiæ propriè dictæ, Monasteria Regularium utriusque sexus: insuper Confraternitates, Hospitium, Eleemosyna, & palatia, authoritate tamen Episcopi fundata, de quibus *num* 615. nam cententur non Religiosa, & Fidelitas ita: minimè Collegia, Contrafternitates, & hujusmodi communitates, authoritate Episcopi non fundatæ. Ibi agitur, non bis alienatio interdicitur.

850 Res, quæ alienari prohibentur, sunt bona immobilia, & mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt.

Mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, sunt vasa aurea, argentea, vestes, ornamenta, gemmæ, & generaliter omnia illa, quæ fructificant, & tempore durant.

Vota argentea, quæ sentiunt, aut simul dictum vasorum excedunt, non cadere sub prohibitione, probabilius putat Donat. *tom. 1. p. 2. quæst. 14.* unde Peregrino: quia hæc vota solum convenire tenebuntur, ut suo voto satisfaciat, non ordinantur in aliquem ultimum Ecclesiæ, sed ultimo manet in testimonium gratiæ acceptæ subditi tamen, quod insons illi assensum Apostolicum petere. Certum tamen est reliquas oblationes, & vota, puta cereæ, electuosyparum, &c posse alienari sine assensu Apostolici, uti cætera mobilia non pretiosa, quæ servando servari non poterit Donat. *cap. 2. num* 924.

851 Mobilia, ut pretiosa dicantur, debere esse valoris centum aureorum, tenet Castropal. *p. 2. disp. un. punct. 15. §. 1. n 2.* Sed nil est sine *com. cito*, sufficere, & requiri, quod excedant valorem viginti quinque aureorum: & ita declarasse S. Cong. dicunt Navarr. & alii apud Donatum *tom 1 p. 2 tr. 14. q 48.*

852 Secundum autem, licet crescere soleat, aut decrescere, regulariter constituitur ex juribus tredecim cum dimidio. Donatus *cit. q 37.* Unde secundum hanc computationem constituunt Scuta triginta quatuor argentea monetæ Romanæ, & fere tot in numismate Scutæ.

853 Mobilia igitur, quæ non excedunt valorem viginti quinque aureorum, aut quæ non durant tempus, in quo consumuntur, ut sunt vinum, triticum, oleum, lana, & similia, non cadunt sub prohibitione, de qua loquimur, adeoque alienari possunt.

ALIENATIO RERUM PRÆDICTARUM PROHIBITA EST

854 Ultra Canonica, ex pluribus juribus, maximè à Paulo II. *in Extrav. Ambitiosæ de jurisdict.*, non multis abhinc diebus Pius V. Const. Tol. *fel. rec. 22 de reform. c 11.* Urb VIII. *Per Const. de bonis Regularium non alienandis*, & a Decr. Sac. Congr. ejusdem Urb VIII. julio editio, apud Donatum *cit. q 2.* In quibus prohibetur alienatio supra explicata, sub pluribus pœnis, nimirùm certis casibus, & sub quibusdam formalitatibus.

855 Casus, in quibus alienatio permittitur sunt illi, in quibus adest Ecclesiæ necessitas, evidens utilitas, crimen odiosus, aut pietas, Mendo *verb. Alienatio n. 1.*

856 Insuper, ut in præcedentibus, & casibus *de num* 447 alienatio fiat, ex recensitis juribus requiruntur solemnitates jugiter, videlicet. 1. Licentia, & rectoritas Prælati. 2. Tractatus, & consensus Capituli, si communitatis, & in hoc erit magnum, talem per Notarium. 3. Approbatio, & licentia Summi Pontificis, seu Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium. Prædicti namque casus, pro eadem ut plurimas fere semper inest motiva ad licentiam impetrandam: & consensus Apostolicus se habet, ut forma actus.

857 Patres Theatini habent privilegium alienandi bona immobilia de licentia sui Generalis, sine Sac. Congr. consensu. Mendo *cit. n. 10.*

858 Pœnæ contra alienantes extra casus præfatos *n. 847.* aut sine recensitis solemnitatibus sunt quatuor. 1. Nullitas contractus. 2. Excommunicatio latæ sententiæ, in contra alienantes, quam contra recipientes, quæ non est reservata. 3. Interdictum ab ingressu Ecclesiæ quoad Episcopos, & Abbates, & post sex menses addita est suspensio à regimine, & administratione. 4. Privatio officio Prælaturæ illius Ecclesiæ, cujus bona alienavit; quæ pœna est pro Prælatis inferioribus, puta Commendatariis, Rectoribus, [illegible]

[illegible] non incurruntur à subditis; quia *Extravagans* loquitur de Prælatis. Beneficiarii, & administrationem habentibus. [illegible] verbis Decreti Urb VIII. jussu editi. *Ac bona ac pretia presum putantes illorum factitatem aliquam ratione comp scere Speciali S. [illegible] Congregationibus [illegible] Excommunicationi, Cap. tulti, vel Congregationibus, Abbatibus, & quibuscunque aliis superioribus Regularibus, & [illegible] ipsum Ordinis, &c.*

860 Nec incurritur ab ignorante, quia Bulla præsumptionem aposit: *v. numer. 650 & sum. 2. num 379.* ex. epta nullitate contractus: *ex num. 155.*

861 Calet. *in suum. verb Excommun. cap. 75.* in fine ait: *Quod hæc Decretalis non est ubique recepta, & aliquibi videtur recepta non totaliter, sed quoad aliquid:* ita ait apud Donat. *tom. 1. p. 2 tr. 14 qu. 3.* Item Barb. Bonac. & alii apud eundem dicunt. *Extravagantem hanc receptam esse quoad nullitatem contractus, non vero quoad excommunicationem, & alias pœnas.*

Et innuunt, *quod leges hæ in nullo receptæ, ad nihilum obligant.* Imò *lex tunc una sola parte recepta, quoad illum solum obligat.* Unde volunt praxim esse consuetudam.

862 Insuper Mendo *in epit. cit. n 1.* ait, pœnas in extravaganti contentas, in Hispania non esse receptas.

863 Quarantia, & alii apud Donatum *cit.* dicunt. Extravagantem ubique, & quoad omnes suo partes esse receptam; solum volunt privationem Beneficii non incurri ante sententiam declaratoriam delicti.

864 Id certum est, recensitam Paulinam fuisse pluries confirmatam, maximè per Sac. Con. Conc. Decreta: *ut in num. 854* Et præsertim in Italia observatam video.

865 Addit Donatus *cit. n. 12. Bene verum est, quod si Princeps sciat, legem à se latam, & sufficienter publicatam, ab initio non fuisse sibi receptam, nec observatam. & per decennium taceat, sibi præjudicat, & censetur, suam legem abrogare, quia sibi sat commodum est, & diffinitatio, est revocatio. salem virtualis.* Covarr. & Quarantia *ubi sup. n. 2 num 197. 244. 245. & 255.*

866 Consensus Apostolicus potest subsequi conclusionem, seu contractum alienationis, dummodo tamen non tradatur antea possessio. quæ si antea tradatur, nemo incurrunt. Ex Declar. Clem. VIII. de anno 1599. Donatus *cit. q. 26.* Quis rite advertit, non obstare conditionem in contractu appositam, *dummodo consensus Apostolicus impetretur, seu obtineatur*: quia præsertim efficit

illudoria, & contraria facto: *vide num. 842.*

867 Tres possunt contingere casus, in quibus potest fieri absque consensu Apostolico. Primo Si res sit exiguæ valoris. [illegible] *tuitas, 12 quæst. 2.* Idem dicitur, [illegible] tres tabulæ sint manu sutæ, vestes, ornatus, & [illegible] commoditatis afferant, non utilitatis, & si utilitatem afferant, illi modica, hoc est, non ex reditu summam viginti quinque aureorum, uti supra.

868 Secundo. Si bona sint incerta, incerta, aut dubiæ litis recuperationis, Clericatus *c. 22. n. 16.* ex Rota *par. 2 recent. dec. 621. n. 852*

Quod si talis res inculta, aut sterilis, post alienationem, v. g. per emphyteusim, in fœcundam fertilem, & redacta ad culturam, tunc, si redeat ad Ecclesiam, non potest de novo ultra triennium locari.

869 Tertio. Si urgeat summa necessitas, Papa consuli & adiri non potest, & periculum sit in mora: vel si tractetur negotio utilitatis, si expecta retur Papæ consensus. Del Bene *tom. 2. c. 17. num. 2. 162.* Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tr. 2. disp. 1. num 162.* Quia necessitas non habet legem, *in l. 1. ff. de off. Proconsul.* Hinc Donatus *cit q. 21 ma. 6.* ex Regulares indigentes victu, si non reperiant, qui credito illi tribuat, nec petant exp. fare Papæ consensum, p fas alienare, pignorare, aut pecunias ad cambium recipere *v. n. 894*

870 Eadem ratione, si grex peculium, boum, &c. hi in aliquo periculo vitæ, aut detrimento, potest sine consensu Pontificis, de consensu tamen Capituli, alienari; ita tamen, ut gregis pretium conferetur ad alium emendum, translatio periculo: alias alienatio erit nulla: *v. n 884.*

Pariter potest Prælatus ex justa causa, & utilius unam rem in aliam ejusdem Ecclesiæ tran mutare, puta ex calice vetusto, & Ecclesiæ non necessario, facere Crucem necessariam; [illegible] olivetis, aut sylva fere inutili facere vineam fructiferam: & è converso docet Ant. à Spir. S. *de privil. regul tr. 2. disput. 1. num. 16.* Del Bene *tom. 2. c. 17. dub 2° num. 11.* cum aliis: *v. n 932.*

871 Alienatio sine solemnitatibus *supra* rescindi potest tam ab Ecclesia, quam ab emptore.

872 Quæ resciffione facta, sunt ab emptore restituendi fructus, utpote nulliter percepti; & omnia reduci debent in pristinum.

873 Prælati, aut alii, qui absumptione officii juramentum emittunt de non alienandis rebus Ecclesiæ, seu Monasterii, illud non violant, si cum debita causa, & solemnita-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

tibus alienent; quæ ad alienationes indebitas & illicitas extendi intelligitur. Mendo *cit. num. 7.*

LOCATIO, ET CONDUCTIO ULTRA TRIENNIUM

874 FSt prohibita. Hoc autem intelligi debet de terris, seu prædiis, quæ quotannis fructificant, seu suum justum ferunt fructum. Ita Donatus *cit. n. 39.*

Qui proinde ait, in Lusitania, ubi oliveta non quolibet anno, sed uno biennio justum ferunt fructum, locari ad sex annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus. Et ita poterit ad novem annos locari prædium. Si singulis trieniis fructificet; quia tunc unum triennium unico æquivalet anno, & *Extravagans* respicit fructus triennales, minime temporis spatium sine fructu. Ita Donatus.

875 Locatio rei fructificantis singulis annis si fiat eidem per novem annos, est valida, & inde sustinetur per primum triennium: est autem invalida, & inde sustineri non potest per sequentes sex annos; quia lex irritativa solum quoad posteriores sex annos tali contractui resilit, minime quoad tres primos.

876 Quod si locatio fiat eodem tempore tribus personis, singulis per distinctum triennium, puta cum clausula, ut unius triennio finito, habeat locum locatio alterius, est illicita, & nulla, uti supra; quia est in fraudem legis, & revera est per novennium.

877 Locatio facta per triennium, non potest prorogari, durante primo triennio, nisi conductor augeat mercedem; quia tunc ratione mercedis auctæ de novo, est nova, & diversa locatio. Elapso vero triennio, renovari potest, quia tunc est relocatio, seu distincta & diversa locatio ad triennium.

878 Quod dicitur de re stabili, dicendum etiam venit de reditibus, & fructibus ad Beneficia, aut ad Ecclesias spectantibus, quia lex prohibet omnem actum, per quem transfertur jus in re. Hinc non potest Beneficiarius concedere in emphyteusim fructus Beneficii vita durante: Et si ultra triennium locet, non tenetur successor stare locationi.

879 *Hanc verum est* (subdit Donatus *cit. num. 2.*) *quod Clericus Beneficiarius possit alium fructum rei Ecclesiasticæ concedere, cum sola obligatione dandi facilitet commoditatem, & utilitatem capiendi fructus, vita sua durante; per hanc enim concessionem non transfertur aliquod jus in re, sed Beneficiatus tenetur solum exhibere usufructuario commoditatem percipendi fructus.* Quæ tanta *ver. Alienatio, &c.*

880 Illud certum est, concessionem rerum ultra triennium, & in emphyteusim, non prohiberi, sed fieri posse absque assensu Apostolico, tribus concurrentibus conditionibus, ut constat per exclusionem, quæ in ipsa prohibitione ab *Extravagante* Exhibitis verbis: *Præsertim in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum Ecclesiarum evidenti utilitate.*

881 Unde rite colligitur, licitam esse locationem ultra triennium, ubi adest consuetudo præscripta. Mendo *cit. n. 2.*

882 PLURA DE ALIENATIONE RESOLVUNTUR.

883 CErtum est, quod loquendo de bonis patrimonialibus, etiam de illis, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, possit Beneficiatus, aut Clericus, nedum ea ultra triennium locare, verum etiam alienare, vendendo, donando, &c. si aliunde habeat, unde vivat; quia prohibitio cadit supra bona communia Ecclesiæ. Et constat ex Trid. relato *in tom. 2. num. 48. & 62.* Diana *p. 9. tract. 8. ref. 22.* Mendo *n. 2.*

884 Gregoriovium, captarum, &c. alienari non possunt sine causa, & solemnitatibus præscriptis; quia computantur inter mobilia pretiosa, quæque immobilibus comparantur; quorum servando servari possent, & ex eorum fructibus, quos quidem licite vendit, Ecclesia, seu Monasterium conservavit? *n. 870.*

885 Libri, qui in Monasteriis conservantur, si excedant summam 25. aureorum, alienari non possunt sine licentia S. Congr.

886 *Quæ tamen conclusio* (ait Donatus *cit. n. 50.*) *limitanda. Primo, ut non procedat, quando libri pauli simi valoris sunt, & in meliores, & utiliores commutantur.* ex c. fine exceptione 12. q. 2. *Secundo, quando libri successive venundantur, & inter unam, & aliam venditionem intercedit magna temporis mora; secus enim furta minima in tali casu non consentur commissi, ita nec bona minuta vendi possunt.* Vide verb. *Plura minuta furta.* Item *n. 895. & 934.*

887 Annui census alienari non possunt absque assensu Pontificis, quia inter immobilia computantur; nam sunt constituti super rebus immobilibus, qui singulis annis fructificant.

888 Hinc annui census, & reditus diminuti non possunt, si contractus in suo robore maneat, & non fuit rescissus; quia diminutio est species alienationis.

889 Si vero contractus fuit rescissus, & capitale fuit depositatum, & restitutum, tunc, & Monasterium pro investitione non inveniat fundum, tot reddens reditus, quot primum; sed minores, puta septem, aut octo pro centum, quando primum reddebat decem; tunc licite potest investitio fieri pro minori, quia res tanti valet, quanti vendi potest, *leg. pretia rerum, ff. ad legem falcidiam.* Idem die, si tunc duo reperiantur fundi, unus reddens totidem, nempe decem, sed periculosa; alius reddens septem, aut quinque, sed secura, & ita investitio super minori; quia gens utilius rem Ecclesiæ, & legantis; nam plus valet quinque, aut septem certa, quam decem periculosa, uti experient a comprobat.

890 Prælatus, si repudiet legatum, aut hæreditatem Monasterio relictam, non jam tamen ademptam, & acquisitam, non dicitur alienare, nec inde incurrit pœnas *Extravagantis*; licet possit ex alio titulo petere, si sine justa causa Monasterium sis bonis acquirendis privet.

891 Ratio est, quia illa bona prohibentur alienari, quæ sunt Ecclesiæ, seu Monasterio incorporata, & actu ab eo possidentur; nam à recentioribus jure prohibentur alienari bona Ecclesiæ: at antequam fiat incorporata, non dicuntur bona Ecclesiæ, sed dicuntur bona acquirenda, seu proxime acquisibilia, non acquisita: *v. n. 1018.*

892 Quare recolenda sunt dicta infra, *de jure, & dominio.* Jus namque est duplex, *ad rem, & in re.* Jus ad rem est dispositio ad rem acquirendam, unde est jus imperfectum, quod non tribuit dominium rei. Jus autem in re est jus quæsitum, ratione cujus illud habens dicitur acquisitive dominium rei, & hoc ejusdem adeptum, & incorporatum. Tunc autem quis dicitur habere jus in re, quando quis per aliquem actum ad dominium requisitum rem facit suam, puta per instrumentum adeptionis, per rei traditionem, per hæreditatis adeptionem, aut per acceptationem de naturalis, & legati, ut dicitur *in ver. Dominii fructuarii acquisitio.*

Cum igitur ante acceptationem bona donata, aut legata non sint incorporata, sequitur, quod Prælatus illi repudians, non dicitur alienare bona Monasterii, aut Ecclesiæ.

893 Pariter, si quis calicem pretiosum legaret, non posset Prælatus, aut Rector Ecclesiæ pro ea pecuniam accipere post calicis acceptationem, bene vero antea. Idem dic de translationibus, cessione litis, contentatis, &c.

894 Regulares [casu consuetudinis legitime præscriptæ, aut extremæ necessitatis exceptis, de quo in *numer. 869.*] nec possunt super bonis ad eorum Monasteria spectantibus census imponere, nec pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, aut damni emergentis; ex Decr. S. Congregat. jussu Urban. VIII. die 21. Maji 1629. apud Donatum *cit. qu. 68.* quia sunt species alienationis, & modi eludendi mentem S. Congr. Unde vult, transgressores incurrere pœnas alienantium.

In qua re, Pellizz. *de Monialibus, cap. 6. nu. 29.* inquit:

„ Addo, quod si Monialis ex mutuo recipiat „ mille aureos cum pacto solvendi quinqua„ ginta mutuanti, quotannis ex annuis re„ditibus ipsi Monasterio ad vitam concessis, „ & hoc, usque dum restituantur dicti mil„ le, & ex titulo lucri cessantis, vere non di„ citur alienare, nec incurrit pœnas latas con„ tra alienantes bona Ecclesiastica: & ratio „ est, quod quando Sacra Congr. prohibuit, „ ne Regulares recipiant mutuo pecunias cum „ solutione lucri cessantis, vel damni emer„ gentis, loquitur solum in casu, quo fundus „ unde colligi debent annui reditus, obligetur, & ipse fundus sit Monasterii. Unde „ fit, ut quamvis in casu proposito de licentia „ domini ch. agraretur fundus à consanguinea „ Monialis ipsi allignatus ad solutionem præla„ torum redituum: non ideo intervenit præ„ptia alienatio, nec incurreretur pœnæ latæ „ contra alienantes bona Ecclesiastica. Ita Bal„ dellus, Naldus, Bordonus, & alii doctiviri „ à me consulti.

895 Religiosus autem, qui de licentia sui Superioris summam pecuniæ mutuam accepit ad imprimendum suum librum, tum ultro solvendi postea capitale, & lucrum cessans, ex pretio librorum post impressionem vendendorum (idem dic de Superiore, id faciente de licentia, & assensu Monasterii) non dicitur alienans, nec inde incurrit pœnas. Quia nec tales libri, nec eorum pretium sunt incorporata Monasterio; non jam enim sunt in re, sed in spe remota.

2. Quia hi libri, postquam erunt impressi, non sunt conservandi, sed vendendi; sunt enim ex natura sua merces venales, sicut alii similes libri, adeoque non sunt de genere rerum immobilium, aut mobilium pretiosorum, quæ conservando servati possunt, de quibus loquitur Extravagans. 3. Quia eorum pretium est pecunia, quæ non est prohibita distrahi, juxta dicta *in n. 906. v. n. 885.*

896 Si testator bona stabilia Monasterio reliquit cum onere ea in totum, aut partim

tem alienandi, vendendi, &c. ad satisfaciendum suis creditoribus, ad legata externis solvenda, &c. non incurrit pœnas Prælatus alienans, nec peccat; imo alienare tenetur maxime ad satisfaciendum debito justitiæ, quod testatorem ligabat. Quia ex una parte ultima voluntas testatoris est omnibus modis servanda, *cap. ult. q. 13. quæst. 2.* Nec intra præmissa sunt edita contra testatorem. Et quilibet in traditione rei, etiam Ecclesiæ factâ, potest adjicere pacta, quæ vult, *c. Verum, de condit. apposit.* Ex alia parte res ad legatarium, aut hæredem transit cum suo onere, quod super illum testator habebat. Unde recentiæ alienationes non sunt voluntariæ, sed necessariæ; præsata autem jura solum alienationes voluntarias comprehendunt, minime necessarias.

Hac ratione non prohibetur alienatio: imo est dicenda, si res injuste detineatur: item, si res sit simul, indivisim tamen, sub dominio Monasterii; & alicujus sæcularis, qui illam vendere vult; quia tunc alienatio est necessaria Monasterio, non voluntaria.

897 Res Monasterio relicta sub conditione, quod non possit alienari, & in casu alienationis pertineat ad aliud Monasterium, aut ad tertiam personam, non potest alienari, quin ad aliud Monasterium designatum pertineat: sequitur ex dictis. Ita Donatus *cit. qu. 82.*

898 Qui tamen addit, quod mobile pretiosum relictum Monasterio ad certum finem, cum sola obligatione non alienandi, alienari potest (causa existente, & solemnitate) ut ejus pretium applicetur in emptionem rei utiliores, aut si cessat finis, pro quo fuit relictum, quia cessante fine, cessat lex, *c. cum cessante, de appell.* Ita Donatus *q. 81.*

899 Moniales non possunt sine causa, & solemnitate alienare bona Monasterii, nec ipsarum dotes; quia dotes inter immobilia numerantur: & debent in emptionem stabilium applicari. Ex Dec. Sac. Congr. Donatus *tom. 1. p. 2. q. 52. n. 9. Verum video* (ait Mendo *nu. 8.*) *conservandum indultum in pluribus Monasteriis quod insuper autor in solvendis debitis, & infastationem litorum.*

900 Item nec possunt alienare etiam de licentia Superioris annuum usum privatæ Monialis concessum de bonis Monasterii, quia jus percipiendi fructus annis certam summam pecuniæ, est ius juris, qui inter immobilia computatur. Si autem Monialis non concedat alicui annuum usum talis boni, sed pro se retineat, singulis tamen annis præcise remittat illi fructus, non erit alienatio, sed potius elee-

mosyna, si ille erit consanguineus pauper; quia hoc pacto non transfert usum juris, sed ilum facit, qui ab usu juris distinguitur: Ex *Clement. Exivi, de verb. signif.* & inter mobilia computatur. In priori autem casu (ut docte ponderat Bord. *ref. 126. n. 40.*) fit unica remissio pro futuris annis, quæ est cessio sui juris, & idem alienatio.

901 Bona immobilia relicta Monasterio incapaci, cujusmodi sunt Monasteria Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci, Reformatorum, Capuccinorum, & Clericorum Regularium, qui quidem neque in communi possident, non comprehenduntur sub Extravagantî, & Decretis: Sed possunt, imo debent ea vendere, aut cum hæredibus se componere, eorum pretium semel solvendum accipiendo, & in necessitatem, ac utilitatem Monasterii expendendo.

902 Constat ex Bulla Clem. VII. *Nuper* 23. Novembris 1526. quæ id concedit nostro Ordini de Observantia.

903 Et Ex Decr. Sacr. Congr. Cane. pro Clericis Regularibus apud Donatum *cit. qu. 67.* Hi nanque expofuerunt, qualiter Panormi quodam predium stabile, vulgo dictum li *Fracazzeli*, ipsis relictum, non jam alienatum fuerit: ac inde petierunt declarari, illud non comprehendi sub prohibitione de non alienandis rebus Monasterii, protestantes se velle proprium observare institutum, quod prohibet bona immobilia possidere animo ea retinendi. Qua expofita supplicatione,

Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit, Religiosem Clericorum Regularium Theatinorum, quandiu institutum superius propositum retinent quoad bona immobilia, non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Ecclesiæ non alienandis. Cosmus Card. de Torres. Prosper Fagnanus Sacr. Congr. Secr.

904 Ratio est, ut dosse ait Donatus *cit.* quia hæc bona non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem ejusdem, ex *Clem. Exi, de verb. signif. n. 891.*

905 Eorum autem mobilia pretiosa, ut Calices, Vasa sacra, &c. sub dictis prohibitionibus cadunt; quia hæc censentur incorporata, & Divino Cultui applicata.

PECUNIA

906 Et mobilis, sed non mobile pretiosum: unde in quavis quantitate sit quantum est ex se, non est prohibita alienari.

Mobile namque, ut pretiosum dicatur, tria debet habere. 1. Ut valeat ultra viginti quinque aureos. 2. Ut servando servari possit. 3. Ut sit fructifera. Pretiosum nanque dicitur, quod servando servari potest cum fructu, & quidem pretiosum magis dicitur ex fructu, & utilitate, quam affert, quam ex sola pecuniæ

907 Pecunia vero, licet possit habere pretium, non habet reliqua duo; nam non potest commode conservari: imo ex sui natura non habet conservari, sed dilapidari, [recte ait Donat. *cit. q. 51.*] Non enim datur, & accipitur ut conservetur, sed ut in aliud commutetur; etenim fuit inventa ad commutationes rerum faciendas. Undeverso non distinguitur à pecunia, sed est constitutum formale pecuniæ argentum vero, aut aurum, est pars materiale. Hinc D. Thom. *2. 2. q. 78. art. 1. ad 1. Quod sicus usus rei est hinc, sic & usus pecuniæ est alienatio, secundum quam, & sicut venum consumitur per eiusdem usum, nempe per ipsius, ita & pecunia per ipsius alienat.*

908 Denique non est fructifera, ut constat ex dictis de usura; nam *nummus non parit nummum, cap. Ejicient, dist. 88. in fine.* Et hæc est ratio, cur, si ex pecunia in tuto data aliquid accipiatur, usura committitur.

909 Ex dictis concluditur cum Donato *cit.* Primo, quod si fructus Beneficii consistant in pecunia numerata, potest illa Beneficiarius expendere absque eo, quo incurrat pœnas Extravagantis.

910 Secundo, quod pecuniæ ex bonis Monasterii exactæ possunt expendi, aut investiri & alienari per emptionem alicujus stabilis fructiferi sine licentia Papæ. Imo possunt mutuo tradi, aut eleemosynaliter elargiri, expendi, & consumi, quia sunt fructus; & hic Ecclesia potest de illis disponere, sicut de aliis fructibus. Tertio, quod legatum omnium bonorum mobilium domus comprehendit pecunias existentes in capsa domus ipsius legantis. Ita Donat. *cit.*

QUÆRES I.

911 *An assensus Apostolicus ex lapsu longissimi temporis præsumatur interfuisse in alienatione?*

TAntus decem annorum dicitur longi temporis, lapsus vero triginta, aut quadraginta annorum, dicitur longissimi temporis, *16. q. 3. Cod. jubemus, l. fin. Cod. de præscriptione longi temporis*, Donatus *tom. 1. p. 1. q. 10. n. 2.* Hoc præmisso,

912 Resp. cum distinctione: Vel enim in instrumento alienationis nulla fit mentio de assensu Apostolico: Et tunc ex lapsu longissimi temporis, bona triginta aut quadraginta annorum, præsumitur. Donatus *tom. 1. p. 2. q. 28. ex c. pervenit 4. de empt. & vend.* Ubi habetur: *Quod originis annis constante illarum matrimonio, donum fuit sine bona fide, ridiculosus fuito tessidus.* Et ratio huiusmodi semper Rot. Rom. in decisis, aut Quarantæ apud Donatum *cit.* Idem dicendum est de bonis illis solemnitatibus intrinsecis, aut extrinsecis.

913 Semper autem requiritur bona fides: *Quia cum nulla antiqua decretum possessio juvare aliquam malæ fidei possessorem. Ita ex c. similiter de præscript.*

914 Vel in Instrumento alienationis apparet facta mentio de assensu Apostolico impetrando, juxta illi dicatur: *Salvo assensu Apostolico impetrando.*

Et tunc Navar. Capy-Gramm. & alii Doctores apud Donat. *cit. q.* docent præsumi *ex c. cum sicut 17. de sent. & re judicata*, ubi dicitur: *Præsumi debent omnia legitime præcessisse.*

915 At Marchæus de Affictis apud eundem tenet, solemnitates extrinsecas præsumi, si earum defectus non quam fuit allegatus; si autem fuit allegatus, non præsumi, sed debere plene probari.

916 Hæc autem docet expresse in casu, quo agitur de præjudicio tertii. Cum igitur ex recensita clausula constet, non intervenisse in confectione contractus assensum Apostolicum, hinc in causa de præjudicio Ecclesiæ; & pars altera neget assensum intervenisse, sequitur, quod debeat plene probari.

917 Donatus *cit. n. 3.* refert ex Vulgat. ita fuisse decisum in Sacro Consi. Neapol. in duabus causis, in quibus ex recensita clausula: *Salvo assensu impetrando*, constabat, in contractu non intervenisse assensum, non obstante quod in una elapsum erat a die contractus tempus 48. annorum; & in alia annorum 52. cum addicta præsumptione, quod deperdita fuerit scriptura de assensu, ob improvisam emptoris mortem, & ex eo, quod fuisset furto ablata; quamplures scripturæ, hoc, inquam, non obstante fuerunt rescissi contractus alienationis, & restituta bona.

Recole dicta de Præscriptione.

QUÆRES II.

91 *An res unius Monasterii possit alienari sine assensu Apostolico*

POssunt potest pluribus modis figurari. Ita varia erit resolutio.

919 Primo. Si pecunia in magna summa [ut supponitur] sit relicta cum pacto tale distrahendi, possit alienari, & confici sine assensu Apostolico, ut constat ex dicti n. 906. & 896.

920 Secundo. Si est tel[illegible]

gatione emendi rem stabilem, aut eam investendi super re stabili ad censum annuum perpetuum, seu ad fructificandum, alienari, seu consumi non potest, quia quamvis pecunia ex se, nec immobilis sit, nec mobilis pretiosum, ex dictis *à num. 906* ut destinata tamen ad emptionem rei immobilis, immobilis censetur. & pariter ut destinata ad emptionem mobilis pretiosi, mobile pretiosum reputatur, ac proinde non potest alienari, & consumi sine assensu Apostolico.

921 Tertio. Si pecunia sit recepta ex venditione alicujus stabilis Monasterii, debet in emptionem alterius rei stabilis applicari.

922 Quarto. Si pecunia sit collocata in Mortibus, data ad censum, ad cambia, &c. nem potest alienari, & consumi; quia est fructifera, & inter immobilia computatur; nam pecunia sic applicata pariter jus exigendi quotannis certam pecuniæ summam, quod jus rei immobili comparatus, Donatus *cit. q. 52. n. 5.* Bonac. & alii apud ipsum.

923 Ex quo fit, quod pecunia destinata ad emendum annuum censum super re stabili, si debitis diligentiis adhibitis non appareat spes ex proximo eam sic investiendi, posse dari ad cambia, aut alium contractum licitum, ubicumque opportunitas sic investiendi reperiatur; ita tamen, ut quotannis fructificet, pecunia capitali semper affecurata. Hanc meæ sententiæ gaudi sunt adhærent Bordenus, qui ad plus se extendit, ut modo in *n. 925.*

1. Quia hæc non est alienatio, nec consumptio, sed applicatio pecuniæ ad fructificandum in bonum Monasterii, quo alias pervaretur.

2 Ex rationabiliter præsumpta, imo ex moraliter certa voluntate testatoris. certum namque est, quod testator pecuniam reliquit ad fructificandum, non ut essent conservatur, qualis maneret, si diu. & sine spe eam super re stabili investiendi, retineretur capta; tunc autem non esset fructuosa, sed otiosa maneret, si uno ex præfatis modis non applicaretur; adeoque tali applicationi accedit rationabiliter præsumpta, imo moraliter certa testatoris, seu donantis voluntas.

3 Quia pecunia diu tenuta in capsa sine spe applicationis, nec esset immobilis, nec mobilis pretiosa, ex dictis *à n. 906.* Præfata autem modo applicata, esset immobilis, & fructifera; sequitur ex dictis *n. 922.* quia pareret jus exigendi quotannis certam pecuniæ summam, videlicet prioribus annis per applicationem, v. g. ad cambia; sequentibus vero annis, investitione super re stabili facta, per talem investitionem. Insuper prioribus annis latisfieret dispositioni testatoris per æquivalentiam, & ex ejusdem voluntate præsumpta.

924 Quinto. Si pecunia non sit deputata ad fructum, sed retineatur conservata pro futura necessitate Monasterii, aut destructa ad emptionem stabilium, uti supra *in n. 920. & 921.* quæ potest de præsumo ad id applicari, non potest distrahi, dari ad mutuum, ad cambia, aut alio modo alienari, ut prohatum est, Donatus *cit. q. 52. n. 4.*

Pecunia igitur ista, conservata pro futura necessitate Monasterii, aut destructa ad emptionem stabilium, uti supra *in n. 920. & 921.* quæ potest de præsumo ad id applicari, non potest distrahi, dari ad mutuum, ad cambia, aut alio modo alienari, ut prohatum est, Donatus *cit. q. 52. n. 4.*

925 Contra Bordonum *ref. 27. n. 11.* quia affirmat, posse, ob rationem conceptus pecuniæ: *de nu. 906. ad 908* Primo, videlicet, quia talis pecunia nec est de immobilibus, nec de mobilibus pretiosis, ut incit. locis, & sic non cadit sub prohibitione. Secundo, quia in tantum dicta pecunia dicitur prohibita alienari, in quantum refertur ad emptionem stabilium, ad quæ est destinata, tract, si non esset ad ea destinata, non prohiberetur alienari; hæc autem destinatio, & ordinatio non obstat, quia jura prohibent alienationem accidentium ab Ecclesia, minime acquirendorum, ut constat ex *nu. 890. ad 893.* Ita discurrit Bordon. qui subdit pecuniam configuatam in Barcho S. Archinti Mediolani posse extrahi, & distrahi, non obstante Extravag. & Decretor. eorum tenore, quod est

„ Quia pecunia exposita negotiationi per contractum societatis, & finito negotio, seu tempore præfixo restituta, potest distrahi, cum hujusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem in fructificando; unde una ex conditionibus est, ut non possit fieri pactum, salvo capitali, ex Sixto V. Constit. 45 *Detestabilis*, quam extendit Nald. *ver. Societas*. S. d. Barchum dictum sic negotiatur per contractum Societatis; ergo hujusmodi pecunia distrahi potest, licet si daretur particulari pelonæ: & eo magis, cum possit repeti ad arbitrium reponentis, & sic patet, multum differre à censu, cujus pecunia repeti non potest, sed tantum accipi, quando offertur ab eo, qui censum vendidit, & in censu adest perpetuitas, quæ non in Barcho. Tum quia, sicut voluntarie exposita fuit lucro, ita illo expoliari potest per repetitionem, quod Barchum negare non potest; ac proinde tunc amittit rationem rei pretiosæ, cum non amplius dicatur frugifera ex conditione ipsius contractus, & sic nulla est secunda ratio in contractum adducta.

926 Sexto. Pecunia restituta Monasterio ex extinctione alicujus census, non necessario debet applicari ad alium censum; sed potest applicari ad emptionem alicujus stabilis fructiferi, puta domus, prædii, &c. qua talis applicatio est utilior Ecclesiæ, nam per eam acquirit dominium proprietatis rei, & fit tutior; per emptionem autem census solum fit domina juris ad exigendum annuum censum, qui non est tam tutus, sicut res stabilis.

927 Item potest investiri in redemptionem aliorum censuum ejusdem Ecclesiæ; quia hæc redemptio non est alienatio, sed resolutio ptionis alienationis; quæ est utilior Ecclesiæ, cujus patrimonium antea diminutum, per eam augetur. Donatus *cit. q 74.*

Qui subdit: *Nec objicies, quod licet non liceat sine beneplacito Sedis accipere pecunias ad censum pro extinctione priorum censuum, quamvis fructibus qui ex ea percipiuntur, inferiores sint, quam census, qui solvuntur*, Navar. 1. *par. sum. de alienat. n. 20. & 2. par. eod tit. n. 4 ita non licet pecuniam restituendi, in redemptionem prædictam implicare: nam aliud est, pecunias accipere, & prædictis censu. annuos tendere super bonis Ecclesiæ, aut constituere alios census redimat, & alios, restituas pecunias, quæ Ecclesiæ sunt, in redemptionem censuum imminus: illas namque est vendere, & alienare utilitatis; hæc vero est redimere, & vendere, quod est acquirere, & melioratre; & à diversis non sit dictum.*

QUÆRES III.

928 *Reperiuntur casus immunes reparandi domum Ecclesiæ, quæ ruinam minatur: Prælatus autem nullas alias habet pecunias, nisi quarum summam super bonis stabilibus, investiendum, An possit eam pro reparatione talis domus insumere?*

Resp. posse, Bord. *ref. 126. num. 12.* Donatus *cit. qu. 75.* quia hæc applicatio est æquivalens investitioni ejusdem pecuniæ super re stabili, nempe domus; nam ex ejus ruina cellaret Monasterio annuus fructus ex illa, qui tamen reparatur, & perficitur per applicationem dictæ summæ ad reparandam ejus ruinam. Tum quia hæc non est alienatio; nam non est translatio pecuniæ in tertiam personam, sed est applicatio ejus in fabricam ad idem Monasterium spectantem. Item ex *Examen Ecclesiast.*

dictis *n. 896.* Jura prohibent voluntarias, minime necessarias alienationes.

929 Et ut tolle innuit Bord. *cit. Cum leges, & decreta fundantur in ratione, & justitia, non obligant, nec locum habent, quando ex earum observantia sequeretur aliquod damnum, quod intendunt prævenire.* Et quidem in re nostra finis Extravagantis prohibendi omnem alienationem bonorum Ecclesiæ, & Monasteriorum (ut constabit cum legetis) fuit servare indemnia Ecclesiam, & Monasteria, pro divini cultus conservatione, & pro Clericorum, ac Religiosorum inferentium congrua, & honesta sustentatione: *v. n. 938.*

QUÆRES IV.

930 *An mobilia pretiosa, puta lampades, vasa argentea, &c. possint sine assensu Apostolico alienari, ut eorum pretium in fabricam Monasterii convertatur?*

Negat (consuetudine facta) Bonac. *de alienat. disp. 2. q. un. punct. 2. nu. 30.* quia mobilia pretiosa expresse comprehenduntur in Extrav.

931 Affirmat Riccius apud Donatum *tom. 1. p. 2. q. 15* quia hæc non est propie alienatio, cum non transferatur dominium ad extraneam personam, sed à converso de uno in alium usum ejusdem Monasterii, apud quod dominium tenanet.

932 At recte Donatus *n. 2.* subdit:

„ Veruntamen ille Reicius loquitur de lampadibus superfluis, quæ ab una Ecclesia aliter venduntur, ve. commutantur, ob superfluitatem; quas alienationes, vel commutationes, inter Ecclesias factas, voluit non comptehendi sub dispositione *dict. Extravag.* de qua re dico infra; & additur, quod *d. Pontius* loquitur de necessariis, & ex usu Ecclesiastico dicentis, non autem de superfluis, quæ otiosa manent: *v. n. 850.*

933 Hic facit, quod ex Port. inquit Pellizz. *de Monarchia cap. 7. n. 29.*

„ Concedit tamen Port. *p. 1. ref. mer. casu 7. num. 5.* quod Rex ici Conventui Monialium ex legato relinquatur bibliotheca librorum actiorum, ea ablque l certo Sedis Apostolicæ posset ab illis alienari, ejus pretio applicato in libris sacris emendis, sicque in Regno Portugalliæ in facti contingentia dedum fuisse à Collectore Apostolico: & quidem non per modum dispensationis, sed per modum rationabilis declarationis in eo fundatæ, quod bibliotheca librorum latinorum esset omnino inutilis Monialibus, ideoque cessat

„ finis legis vetantis alienationem bonorum Ecclesiasticorum. Ita Portell. addens, eodem „ modo sine licentia Sedis Apostolicæ potuisse „ vendi quosdam pannos pretiosos Monasterio „ quidam Monialium relictos pro ornatu pa„ rietum, qui erant Conventui omnino inutiles, & ex vetustate jam rotumpi inc piebant.

934 Denique Ant. à Spir. *S. de privil. regul. tr. 2. disp. 2. num.* 166 quamvis id *negat* de lampadibus argenteis, quæ sunt immediate ad usum Ecclesiæ, id concedit de arboribus, nimirum, quod possint incidi ad reparationem Ecclesiæ materialis, si urgeat necessitas, & aliunde non adsit pecunia.

QUÆRES V.

935 *An si Monasterium generetur debitis, possit Prælatus sine assensu Apostolico bona Monasterii alienare ad satisfaciendum creditoribus?*

REspondet perdocte Quaranta apud Donatum *a.* 71. cum distinctione. Vel Superior vult tem Monasterii alienare, seu vendere ex se ad satisfaciendum creditoribus; vel id vult ad creditorum instantiam. Si primum, non potest sine assensu Apostolico; quia est alienatio voluntaria.

936 Si secundum, potest ex dictis n. 896. quia est alienatio necessitat a. Sed tunc antequam deveniatur ad venditionem rei, aut alicujus census extinctivum, debent 3 ptem concurrere, & observari. 1. Quod debitum fuerit legitimè a Monasterio contractum. 2. Quod creditorem instantia sit urgens. 3. Quod Monasterium non habeat fructus, quibus satisfacere possit. 4. Quod creditor non sit contentus pignore, aut de tempus; tunc namque licita est oppignoratio. 5. Quod satisfactio non possit fieri per bona mobilia. 6. Quod illa res vendatur, quæ est minus damnosa. *v. n.* 925. 7. Quod fiat tum authoritate Judicis Ecclesiastici.

QUÆRES VI.

937 *An hypotheca generalis, seu obligatio generalis omnium bonorum Monasterii cadat sub prohibitione alienationis?*

HYpotheca à pignore differt per hoc, quod *hypotheca* est obligatio rei immobilis, *pignus* vero rei mobilis.

Cadere sub prohibitione, & fieri non posse sine assensu Apostolico, tenet Donat. *cit. q.* 67. *num* 2. Quia in Extravaganti, & Decreto prohibetur hypotheca, seu oppignoratio absolute, nulla facta restrictione, adeoque prohibetur non solum specialis, verum etiam generalis.

938 Respondeo, non cadere sub prohibitione, sed licite fieri posse sine assensu Apostolico hypothecam, seu obligationem generalem omnium bonorum Monasterii: sed solum prohiberi hypothecam specialem. Bord. *ref.* 27. *n.* 12. *ref.* 126 *n.* 47. Mendo *in opin. vers. Alienatio, n.* 3. Pirhing. *in comp. tit. 2. sect.* 13. *sect.* 5. 1. Fagnan. *in tit. 3. Decr. cap. nulla licent* 5. *de rebus Eccl. non alien. nu.* 32. Probatur 1. *Ex cap. Nullus, de rebus Eccl. non alien.* ubi prohibetur hypotheca specialis, *unde* non debet fieri extensio ad generalem; eo maxime, quia Extrav. & Decr. non opportunitur juri communi; & ita est dicendum, ut videantur juris diversæ; nam *expedit juribus concordare, cap.* 29. *de elect. in* 6. 2 Quia talia Regulares cum nullo contrahere possent, quia in omni contractu apponunt clausulam obligationis bonorum, & tic contractus claudicarent. 3. Quia secus Monasteria pauperibus secularentur inedia vivendi; nam creditores non invenirent.

939 Denique Fagnanus *cit. n.* 33. resolutionem firmat, ut sequitur: *Demum hanc sententiam probavit non semper S. Congr. Conc. in contrarium Regularium: Nam proposito dubio: An in prohibitione super edita de rebus Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca, nempe? S. Congr. censuit non comprehendi.*

QUÆRES VII.

940 *An Monasterium possit emere aliquid stabile cum onere solvendi aliquem annuum censum?*

REsp. posse, Donatus *cit. q.* 76. quia hæc non est alienatio, sed acquisitio stabilis. Pro eo autem onere nu la debet hypotheca, seu obligatio fieri super bonis Monasterii; sed solum res illa obligari debet, quæ est subjecta censui.

QUÆRES VIII.

941 *An arborum incisio, & excisorum venditio sit alienatio, quæ fieri non possit sine assensu Apostolico?*

PRo claritate sunt certa dividenda ab incertis.

Et quidem certum est, eam, quæ radices non emittit, arborem dici non posse.

Arbores autem sunt diversi generis. Aliæ namque sunt frugiferæ, & feraces, quæ reddunt fructus, vel naturales, quales sunt, quæ ex natura sua absque hominis industria fructus producunt, ut poma, fici, &c. vel industriales, quales sunt, quæ sine hominis industria non reddunt fructus, uti vites, & olivæ in ordine ad vinum, & oleum.

942 Et quidem has sine justa causa cædens peccat mortaliter, & tanquam latro punitur. Insuper earum incisionem esse alienationem, & sine assensu Apostolico fieri non posse, est certum; quia hæ arbores cedunt solo, sunt destinatæ ad fructum annuum, & substantia fundi fit notabil. rez deterior, si incisio sit in magna quantitate. Tum quia incisa arborum æquiparatur deroboti oni domorum.

943 Unde non incurreret pœnas. 1. qui cæderet in parva materia, puta duas, vel tres arbores.

944 2. Si incisio fieret, in quantum arbores sunt vetustæ, ac inutiles, atque inde indigent renovari, ut sunt vites vetustæ, malus, arantia vetus, &c. & loco earum aliæ plantentur. Vel si arbores essent nimis densæ, & opacæ; quia densitas, & opacitas, sua umbra impedit, & nocet fructibus. unde tunc cæsio esset licita, quia ex ea fundus fieret fructuosior.

945 3. Si arbores sint fructiferæ, sed cæduæ: tales solent esse arbores Nucum, Castanearum, Glandium, &c. hæ namque sunt duplicis generis, aliæ sunt primario destinatæ ad fructus Nucum, Castanearum, Glandium, &c. & earum alienatio cadit sub prohibitione, juxta dicta *n.* 941.

Aliæ sunt primario destinatæ ad cæsionem, ut fructificent in ratione ligni, & harum alienatio non cadit sub prohibitione; quia hæ arbores per incisionem sunt in fructu, & fructus non prohibentur alienari.

946 Firmatur ex decis. Rotæ Rom. quam refert Donatus *q.* 69. ubi determinatur. *Quod ad incurrendas pœnas Extravagantis requiritur, non solum quod incisio arborum fit in magna quantitate, & quod arbores sint destinatæ ad afferendum fructum annuum, & quod non sint cæduæ: sed etiam requiritur, quod dicta incisio fundo sit notabilis.*

947 Aliæ arbores non sunt fructiferæ, nec feraces, ut Ulmus, & Fraxinus, Platanus, Populus, S. ix &c.

948 Ex his, quamplures sunt cæduæ, quæ scilicet inseruntur, ut cædantur, quæque per incisionem sunt in fructu, & tenaciantur, adeoque per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur, & est in pretio: hujusmodi sunt arundinetum, arbores sylvæ cædnæ, nemoris, &c.

949 Horum arborum insuper excisarum, aut cæduarum incisio, & excisarum venditio non est prohibita. Donat. *cit. qu.* 60. Bord. *ref.* 27. *n.* 14. & 18. & *decis.* 92.

Non quidem incisio, quia jura incisionem, & alienationem arborum utilium prohibent, minime inutilium, aut demonstrantium; recensiæ autem arbores, secluſa incisione; sunt inutiles, & infructiferæ, & per incisionem sunt in fructu, & locum afferunt Monasterio ex ratione ligni. Unde non conservatio, sed earum incisio est utilis: quia ordinatur, & est necessaria ad fructum.

Non est prohibita earundem arborum excisarum venditio; quia arbores excisæ non sunt arbores, sed ligna, & fructus sylvæ, ac nemoris; fructus autem non prohibentur alienari: *v. n.* 934.

QUÆRES IX.

950 *An possis Prælatus Regularis bona unius Monasterii divertis in aliud transferre?*

RESp. non posse, quamvis ambo Monasteria sint illi subjecta, Donatus *q.* 84 quia talis translatio est alienatio, per quam transfertur dominium directum, aut utile, sed usufructus.

951 Probabile autem est id, quod docet Ant. à Spir. *S. tom. 3. de priv. regul. tr. 2. disp. 2. n.* 133. Quod possit Provincialis de consensu Capituli, seu communitatis Conventus, dare libros aliquos superfluos unius Conventus alteri Conventui ejusdem Provinciæ, cujus Bibliotheca de novo incipit. Nam sic dictat epikeia.

952 Certum tamen est, quod possit mobilia pretiosa Monasterii accommodare ad breve tempus, quia per accommodationem non transfertur dominium.

QUÆRES X.

953 *Quid dicendum de subditis?*

CErtum est, quod Unus Religiosus donet mobile pretiosum alteri Religioso ejusdem Monasterii, non incurrat pœnas alienationis, licet peccare possit contra paupertatem, juxta dicenda *de paup. Relig.* Quia dominium non transfertur de Monasterio, sed residet penes idem Monasterium, & solum transfertur usus de fratre in frat. rem.

954 Difficultas est, si donet Religioso alterius Monasterii ejusdem Provinciæ, aut Religionis.

Non incurrere pœnas alienationis, tenent cum Ant. à Spir. *S. de priv. Regul. tr 2. disp. 2. n.* 169. Riccio, Tamb. & Del Bene *tom. 2. cap.* 27. *dub.* 13. *n.* 15.

955 Ratio eorum est, quia Extravagans & Decretum prohibent alienationem, ne bona Ecclesiæ auferantur ab Ecclesia; materialiter autem se habet, & parum refert, quod bona sint unius, vel alterius Ecclesiæ, dum-

modo sint Ecclesiæ. Ita contingit in casu; cum licet Religiosus det Religioso alterius Monasterii, aut Provinciæ, sed ejusdem Religionis, bona donata vere tunc sub dominio Ecclesiæ, dum non donat sæcularibus.

916 Hac ratione Bord. *ref.* 23. *n.* 3. docet bona unius Ecclesiæ posse commutari cum bonis alterius Ecclesiæ.

917 At hæc ratio minus probat; probat enim Prælatum posse sine assensu Apostolico bona unius Monasterii divitis in aliud transferre, absque eo, quod incurrat pœnas alienantium; quod negatum est supra in *num.* 900. Item quod Religiosus donare posset Religioso alterius Religionis, absque eo, quod incurrat pœnas Extrav. quod negant relati Doctores; quia adhuc bona donata non essent donata sæcularibus, sed essent vere sub dominio Ecclesiæ, & ad usus pauperum, nempe Religiosorum.

918 Finis igitur Extravagantis, & Decreti, non fuit indemnitas Ecclesiæ in communi acceptæ, sed indemnitas singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum in particulari, fuit enim finis conservatio divini cultus in singulis Ecclesiis, & congrua sustentatio Religiosorum, & pauperum Christi in singulis Monasteriis; & hac de causa in singulis bonorum alienationem prohibuit, ut constat ex *num.* 900. qui finis non servaretur, si bona unius Monasterii possent in aliud etiam ejusdem Provinciæ & Ordinis alienari, sed prohiberi esset unum Abbatem spoliare ad aliud, vestiendum.

919 Hac ratione prohibitam dico permutationem *dicto n.* 956. quia est species alienationis, cum per eam transferatur dominium, Quarantia apud Donatum *quæst.* 85. *num.* 4.

920 Ratione ergo, cur Religiosus donans mobile pretiosum Religioso alterius Monasterii, non incurrat pœnas Extravag. & Decret. contra alienantes, est, quia dictæ pœnæ non incurruntur à subditis, sed à Superioribus, ut in *nu.* 899. An autem peccet contra paupertatem, & meretur pœnas munera largientium, constabit infra: *n.* 1091.

QUÆRES XI.

681 An capellæ, & sepulturæ possint alienari sine assensu Apostolico?

PRæmittendum omnium est, capellam, & sepulturam esse locum sacrum: ex *num.* 820. adeoque ratione spiritualitatis annexæ vendi non posse sine labe simoniæ. Eadem ratione *in cap. Abolendæ* 22. *sepult.* prohibetur vendi laicis jus funeris in sepulchro, videlicet sepeliendi in eo se se, suosque successores, & impediendi, ne alii sepeliantur in illo.

962 Et licet vasa sacra ratione materiæ possint vendi absque simoniæ labe, non sic sepultura; quia licet ratione materiæ, nempe terræ, sit quid temporale, prohibetur vendi jure positivo, ex *cap. cit. Abolendæ*, ubi, qui sic vendunt, reprehenduntur: *Quid enim vendit? momenta quod rei, & in terram ibit.*

963 Quia tamen usus commune est, ut capellæ, & sepulturæ venduntur cum jure funerandi, ut supra, est omnino, ut detur caput talem venditionem & exceptionem justificandi à simoniæ labe.

964 Portelius *part.* 2. *ref.* 30. *num.* 2. ait: *Dico, sepulturam vendi posse, quatenus terra est, seu materia sepulturæ, non vero ea, quod ibi inest, sacrum, seu benedictum.* Tenet expresse Suarez *tom.* 1. *de Relig. l.* 4. *de simonia cap.* 14. *a num.* 6. *ad* 87. Qui adducunt paritatem de calice, & oleo Chrismatis, quæ majorem habent consecrationem, & tamen vendi possunt ratione materiæ argenti, & olei. Ita illi.

Item Donatus *q.* 99. *n.* 9. refert auctoritatem D. Th. *in* 4. *dist.* 25. *qu.* 3. *art.* 2. *in resp. ad secundam*, quæ est: *Venditio sepulturæ potest intelligi auctoritate; una modo, quod vendatur terra facta pro sepultura, & de hoc est similis ratio, ac de venditione sacrarum vasorum, quia consecratorum consecratum potest vendi ratione terræ in necessitate Ecclesiæ, sicut & alia ratione materiæ, non autem potest vendi ratione consecrationis.*

Quibus favet Peyr. apud Donatum *cit. n.* 30. dicens, rigorem Canonis *cap. Abolendæ*, fuisse forte contractu consuetudine abrogatum. Ita illi.

965 Non est autem despiciendus Scotus apud Donatum *quæst.* 99. qui tenet, eas vendi, & pretium accipi non ratione spiritualitatis, sed ratione loci honorationis, non ob respectum ad quid spirituale, quatenus, verbi gratia, ibi Evangelium canitur, sed ob respectum ad situm; quatenus, verbi gratia, est in parte dextera, propinquior Altari Majori, &c. honor namque, & pompa sunt quid temporale, & pretio æstimabile.

966 Attamen rarius, & rectius est dicere pretium dari, & accipi pro reparatione, & conservatione Ecclesiæ, aut pro sustentatione Ministrorum Ecclesiæ, qui suam occupationem impendunt, ministrando spiritualia, quod non est vendere spiritualia (sine ali Donatus) sed velle habere necessaria ad vitam corporalem, sine qua spiritualia exercere non possumus. Quod est ita verum, ut pretium differentiatum possit in pactum deduci, ut probat Carer. apud Donatum.

967 Quod confirmatur in illa Matth. 10. ubi Christus Apostolos ad prædicandum Evangelium mittit, ubique dicit: *Dignus enim est operarius cibo suo.* Et Paulus 1. ad Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteris, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina.* Dixi *bene præsunt.* Non allegabitur *bene curantes.* Nemo aliquo est ignarus morbi sui. 2. *num.* 1. *n.* 252.

Hæ quinam ad talem functionem promittit.

968 Respectu ad oratorium, Capellas, & hujusmodi, dicunt, & verum non posse abique consensu Apostolico, quia sunt res, & jura Ecclesiæ, ac privatis comprehendantur in Extrav. & Decret. Donatus *quæst.* 99. *num.* 11.

969 Potest autem Prælatus hos fines verificare, aut alios, quo tueantur domicilia, aliasve decora, aut Monasterii honorem, vel Capellam concedere, ita tamen, ut tam illum talis concessio, videlicet ædificia, & hæc comprehendat, ad eum finem temporalem, & non ultra, & ad certum tempus, & cum conditione, ut res prædictæ, adhuc libere absque ullo assensu alienari possint.

970 Idemque censeo esse, quod Superior Ecclesiæ quilibet aliquod Religiosæ familiæ, peculia cuilibet, personæ extrinsecæ, & secularis, ut Capellano, & parochianis, ut Sacrario, & mensæ pro Religiosis cuilibet. Sacrificia mea permanent: quia (ut ait Donatus *q.* 99.) *Religiosi dicunt non defunt, & potest alienare.* Ita probabiliter.

971 Respectu vero ad vasa sacra, vestes sacerdotales, & alia, & Donatus *ibi*, quæ Religiosæ sunt mobilia pretiosa, eorum vela, terra, nunc adornata, nunc pomarium; non sic vela.

972 Respectu, non incurrere pœnas Extravagantis, Bord *ref.* 27. *n.* 62. Diana *part.* 2. *tr.* 4. *resolut. nonadecima.* Fagnan. *lib.* 3. *Decret. c. Cum venerit in Religiosis num.* 52. Quia Extravagantes, & Decretum expresse loquuntur de mobilibus pretiosis nimpe bonis, & in ratione valoris, seu pretio exilii-

lis, quod non est vendere spiritualia (sine ali Donatus) sed velle habere necessaria ad vitam corporalem, sine qua spiritualia exercere non possumus. Quod est ita verum, ut pretium differentiatum possit in pactum deduci, ut probat Carer. apud Donatum.

967 Quod confirmatur in illa Matth. 10. ubi Christus Apostolos ad prædicandum Evangelium mittit, ubique dicit: *Dignus enim est operarius cibo suo.* Et Paulus 1. ad Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteris, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina.* Dixi *bene præsunt.* Non allegabitur *bene curantes.* Nemo aliquo est ignarus morbi sui. 2. *num.* 1. *n.* 252.

Hæ quinam ad talem functionem promittit.

968 Respectu ad oratorium, Capellas, & hujusmodi, dicunt, & verum non posse absque consensu Apostolico, quia sunt res, & jura Ecclesiæ, ac privatis comprehendantur in Extrav. & Decret. Donatus *quæst.* 99. *num.* 11.

969 Potest autem Prælatus hos fines verificare, aut alios, quo tueantur domicilia, aliasve decora, aut Monasterii honorem, vel Capellam concedere, ita tamen, ut tam illum talis concessio, videlicet ædificia, & hæc comprehendat, ad eum finem temporalem, & non ultra, & ad certum tempus, & cum conditione, ut res prædictæ, adhuc libere absque ullo assensu alienari possint.

970 Idemque censeo esse, quod Superior Ecclesiæ quilibet aliquod Religiosæ familiæ, peculia cuilibet, personæ extrinsecæ, & secularis, ut Capellano, & parochianis, ut Sacrario, & mensæ pro Religiosis cuilibet. Sacrificia mea permanent: quia (ut ait Donatus *q.* 99.) *Religiosi dicunt non defunt, & potest alienare.* Ita probabiliter.

971 Respectu vero ad vasa sacra, vestes sacerdotales, & alia, & Donatus *ibi*, quæ Religiosæ sunt mobilia pretiosa, eorum vela, terra, nunc adornata, nunc pomarium; non sic vela.

972 Respectu, non incurrere pœnas Extravagantis, Bord *ref.* 27. *n.* 62. Diana *part.* 2. *tr.* 4. *resolut. nonadecima.* Fagnan. *lib.* 3. *Decret. c. Cum venerit in Religiosis num.* 52. Quia Extravagantes, & Decretum expresse loquuntur de mobilibus pretiosis nimpe bonis, & in ratione valoris, seu pretio exilii-

prohibitos, mittere de pretiosis Sportulatibus
& [illegible] brevia.

978 Verum tamen est, quod translatio Corporum Sanctorum de uno in alium locum sit prohibita, *ex cap. Corpora, de consec. dist.* 1. *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat, sine Consilio Principis*, hoc est Papæ, *vel Episcopi, & Sanctæ Synodi*, videlicet Canonicorum.

979 Qui autem sine debita licentia Corpus Sancti de uno in alium locum transferret, non incurreret pœnas Extravagantis, sed esset puniendus arbitrio Judicis; quia nulla est in jure apposita pœna.

980 Idem esset dicendum de Superiore Regulari, aut alio, qui Reliquiam insignem extraheret; quia Ecclesiam ejus Sancti decore

QUÆRES XIV.

981 *An pecunia Regularibus relicta ad finem celebrandi perpetuum Missam pro aliquo defuncto possit investiri in imponendo censu supra bona propria Monasterii, aut in fabricanda parte Conventus?*

AEstimant quoad fabricandam partem Conventus, Peyr. *in form. lit. A, cap.* 11. *num.* 2. Donat. *tom.* 4. *tr.* 7. *q.* 881. *& tom.* 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 75. Quia possunt Religiosi Ecclesiam aut Monasterium recipere sub obligatione Missæ quotidianæ, igitur & illa reparare sub onere Missæ.

2 Quia pars Conventus fabricata est fructifera æquivalenter; nam Religiosi deficientes in Conventu, possent domum pro habitatione conducere, à qua conductione eas

[illegible] fructifera.

3 Quia in Ecclesia datur proprietas simul cum usufructu, & ideo relictum pro reparatione Ecclesiæ adæquate aut proxime ex reditu emolumenti, quæ ex Ecclesia aperta percipiuntur; ergo Ecclesia reparata est adæquate fructifera.

Missæ perpetuæ, ju[illegible] Celebr. Missarum.

982 Resp. tamen, [illegible] possit Ba[illegible] [illegible] [illegible] [

„ aut à Conventu, Capitulo, vel Congregatione, sive ab universo Ordine, & Religione, quiquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant. Verum ipso facto absque aliqua monitione Judicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitu-
„ tur, adeo ut restitutione ipsa realiter non „ facta, neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint.

„ Hanc autem restitutionem fieri volumus, non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri Loco, de cujus bonis facta est largitio; vel si non de ejus bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ, aut massæ, cujus nomine donatum fuerit, acce-
„ pta eadem restituantur, ita ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, vel quicumque

„ faciendi sit, Nam constitutio, & itemque ordinatio, aut recognitio ab ordinario
„ res eroget concedere, quoquomodo
997 Plures apud Donatum, & Mendo *in epit. ver. Pauperitatis votum* Bullam Clem. VIII. de largitione mu Hispania & pluribus aliis Provin huic usu receptam; maxime quoniam quod etiam tenet Diana *p. 1. tr. 6. res* Quod negat Donat. Et maxime in Italia, mense Januarii legitur cum moderatio- & declaratione Urb. VIII.

998 Urb. namque VIII. per Bullam *Nuper*, an. 16. Octobris 1640. innovavit dictam Clem. VIII. damnando omnem præ- non usum illam tamen moderavit, avit, ut sequitur.

„ Declaravit, & declarat, munera à „ ofis utriusque sexus tribui posse ex „ gratitudinis, conciliationis, benevo- „ ejusque conservationis erga ipsam „ onem, vel Conventum, aliusve cau- „ sus natura æstum virtutis, & meriti continentibus; modestè tamen, ac discrete, & dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis Conventus, si talis consensus de jure, vel ex Constitutionibus, seu consuetudinibus cujusque Religionis respective in hujusmodi casibus requi-

Confessarii vero Conventus in S. Confessarii, ad pecuniam, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia in
„ sed sufficere licentiam etiam ex
dem concessam, declarat.

„ 1001 Commissatio in dubio, non
Ordinarii, hæredis, & locum, de qui-
bus in §. 3. & 6 ejusdem Constitutionis, nec, tacitumve prohibitio, si amentia
Conventibus faciendam; de qua *in* §. 7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id commode fieri potest; alias Conventui ejusdem Religionis vi-

„ ultimo loco, ubi penuria erit alimentis, ex-
„ pauperibus.

„ Quæ Judices eadem facultate ad tribu-
„ tionem, quam hac utique adversus impro-
„ dentes Ordines una Capitula hic moderatio
„ largita fuerat, vel recuperant, à quam
„ quo Confessarios & alios Confessarios
„ vellent, & impune, posse, & debere à pœ-
„ Confessarios absolvi in foro conscientiæ
„ rum, etiam non posita prius hujusmodi re-
„ tum formalium, de decreto ordinarii.

„ Quod cum ita sit, qui parum modum
„ quidem per Religiosos mendicantes
„ Imperiale, vel temporale manifesti ilius,
„ vel de singulari Christiane religionis
„ dem Sanctitas, quanti semper Pontifices
„ ter, & de præsertim ejus ad dictas duas
„ pertinent in suis constitutionibus sibi
„ declarare, & explicare, seu declarari, dis-
„ putari, & tandem statuere, quæ ad
„ Domini magis videbitur convenire.

„ Mendo in quo eum in his dicit, quod
„ dictæ duæ Clementis recensitæ abrogatæ
„ non remota, pertinente Monasteriorum
„ ordinarium, ad vel Sanctissimum transeat, quia
„ Religiosorum vagantium, ac locos
„ pauperibus concessa. Insuper nullo casu
„ quæ vocabitur, quod in aliquibus Reg-
„ Mendicantes ex statutis Monasteriis assignari
„ particulares Religiosis, assignatis, ac
„ pauperibus alteri alienata, aut in usus
„ pauperibus alienis, in quo Superiores
„ tum, tempore Constitutionis Mendicantium
„ dictæ.

„ Videlicet ordinarios ex eo quod tradi-
„ Diana *p. 1. tr. 6.* Religiosos, & Religiosos
„ ordinarios, ut Religiosos, ac
„ Religiosos, seu Religiosos, ac
„ Religiosos, ac Religiosos, ac
„ Religiosos, ac Religiosos, ac
„ Religiosos, ac

1013 Hinc licitum est. Primo, Superiores, & personas Monasterio benemeritas hospitari, & eorum adventus honorare, dummodo id discrete fiat, *v. n.* 1001. Secundo. Aliquid donare ad captandam benevolentiam personæ, a qua Monasterium sperat bona obtinere, aut ejus favore difficilia exigere, *v. n.* 999. Tertio, ratione gratitudinis in beneficiorum acceptorum memoriam, quia gratitudo est virtus jure naturæ debita, *ut infra de Simonia, n. n.* 999. Quarto, causa remunerationis, ob laborem impensum, & servitia præstita; remuneratio namque de gratitudine sæpe fimul, & de justitia.

1014 Imo gratitudo, & remuneratio exposcit, ut plus reddatur, quam fit acceptum. Donatus *q.* 8. Imo Diana *p.* 1. *tr.* 6. *ref.* 16. tenet donationem posse excedere in quarta parte valorem meritorum, & beneficiorum.

1015 Hinc ultra justum salarium possunt Religiosi, & respective Moniales, aliquid donare Advocatis, Procuratoribus, Medicis, Confessariis, Ministris, &c. nunc enim gratificatur, seu remuneratur affectus, patientia, assistentia, charitas, felix exitus litis, &c. hæ namque solo nomine dicuntur donationes; revera tamen sunt satisfactiones, & naturæ debita. Nec cedunt in præjudicium Monasterii sed in ejus utilitatem, & decorem, nam benefactores fovent ad magis in posterum beneficiendum.

1016 Patiter possunt aliquid donare Moniales Ordinario loci ob assistentiam in susceptione habitus, Professione, &c. Diana *p.* 1. *tr.* 6. *ref.* 24

1017 Denique aliquid dare possunt Religiosi nautis, &c. ne ab illis male tractentur.

RATIONE ELEMOSYNÆ

1018 POssunt Religiosi de suorum Superiorum expressa, aut tacita, seu rationabiliter præsumpta licentia, licite, & absque læsione pauperatis, aliquid dare pauperibus, & indigentibus, maxime si sint parentes, & consanguinei; quod possunt facere, dando id, quod eis superest de concessis ad usum, aliquid subtrahendo de victu. Donatus *q.* 9. cum Riccio, Bonac. & Diana

1019 Eleemosyna enim est actus excellentioris virtutis, Charitatis scilicet, aut Pietatis, si fiat erga consanguineos pauperes. Unde non est prohibita in Bulla Clem. VIII. sed expresse in prohibitione exceptuata, his verbis: *nisi res ipsa pro divino cultu, & veris Christi pauperum indigentiis, & servato in hoc charitatis ardore, & habita necessitatis ratione de consilio, consensu Superiorum subtrahendis, aut aliis in rebus licitis, &c.*

1020 Hinc Mundo *in Epit. tit. num.* 11. cum Portello, & Diana docet, quod si Religiosus parentes summe indigentes habeat, possit de Superioris licentia suis succurrere per ea, quæ suo labore, aut industria acquisierit, puta per eleemosynam suæ prædicationis, aut alterius sui honesti laboris. Et si hoc non sufficiat, possit extra Monasterium ad tempus degere, ad illis subveniendum. Vide *tom.* 2. *n.* 267. & *n.* 271.

1021 Et Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *qu.* 36. docet cum multis Monialem licentia Abbatissæ, sibi ad usus concessos licite posse redditus religiose, & discrete dare propinquis indigentibus, & maxime nobilibus, si causa pia, & rationabilis adsit, qua is est, si sint pauperes. Idem docet Vercellì *tom.* 1. *tr.* 3. *q.* 29. *n.* 1. & 2.

Dicitur *discrete*, videlicet moderate, ad rerum indigentium sublevandam, & ut honeste vivant, minime ad eos ditrandes. Ratio autem est; quia donare propinquis egentibus est opus honestum, neque pauperatati oppositum.

Imo Faber cum Nav. & aliis apud Marsirium *disp.* 14. *nu.* 45. docet, licere Religioso benemerito, ut aliqua elargitur cognatis pauperibus ad conservationem sui status. Idque probat ex eo, quod referri Nav. *Com.* 2. *de Regul. n.* 24 *Quod Dominicani S. Stephani Salmanticæ solent Magistris ejusdem Ordinis Cathedras magnorum stipendiorum ubi Regentibus permittere, ut ea aliis cognatis pauperibus subvenirent.* In quarum natura non patitur, ut Religiosus benemeritus permittar suos propinquos in gravi necessitate, maxime ad exitum ut pereant, egestatis, aut sic constitutos sine tutore cernat.

Idem confirmat Mendo in Epit. *tit. num.* 1. dicens: *Potest Prælatus, cui à majori Superiore non est restricta potestas, concedere licentiam ad quamvis quantitatem moderatam insumendam, maxime si Religiosus eam habeat ex stipendio Cathedræ, aut simili. Moderata autem est, dum non accedat ad aliquam milliaria aureorum.*

Tanta tamen quantitas non est præsumenda, nec permittenda. Nec id, quod tenet, & probat Vercellì *cit.* 8. *quæst.* 52. quod Monialis possit sue Confessario munera de licentia Abbatissæ frequenter dare, quæ in anno ad valorem triginta aureorum accedant; quia hoc est latam aperire viam ad immoderata pemilia, & reditus retinenda; nam si tantam summam potest soli Confessario dare, in Monasterio centum Monialium possent tria aureorum millia illi donari. Imo singulæ Moniales (alias dispositionibus, & ubibus ex quamplurimis titulis computatis) possent valde notabile peculium sibi licitum reddere. Quod obstat sini Bullæ Clem. VIII. & Urb. VI. *in* ——

Debent igitur hujusmodi donationes esse discretæ, ut non excedant linean honesti, & hoc pacto permittendæ, tunc namque habet locum motivum credentiale Vercellì *cit. q.* 52. *n.* 2. quod Religiosi fcientes posse hos reditus propinquis donare, nunc abstinent à luxu, cæteristque superfluis, quæ pauperatem destruunt.

1022 Potiori jure Religiosus potest de Superioris licentia suam elargiri pitantiam, & si ium non potest Superiore invito: quia Religiosus est solum usuarius. Per hoc autem differunt Dominus, Usufructuarius, & Usuarius, quod Dominus potest de ipsa re quoad substantiam disponere ad omnes usus, destruendo, vendendo, donando, &c. Usufructuarius potest de fructibus ipsius rei ad omnes usus disponere, tam in sui, quam aliorum utilitatem, integra remanente substantia rei. Usuarius vero solum disponere potest de fructibus in propriam tantum, minime in alterius utilitatem, unde vulgo dicitur habere usum alinarium: sunt usuarii uti volucres cœli, hujusmodi sunt Religiosi ratione voti pauperta-, adeoque nil disponere possunt ad aliorum usum & utilitatem, sine licentia expressa, aut tacita sui Superioris, de qua infra. Unde D. Benedictus erat solitus dicere: *Monachus habens obolum, non valet obolum* (supple tu) *sine licentia.*

1023 Denique de hujusmodi eleemosynis discretis loquens noster Emm. Rodr. *in summa p.* 2. *c.* 33. *n.* 5. ait: *Nec ego vellem, quod Prælati, ac Prædicatores, & alii Regulares privati in hoc essent scrupulosi; quia ubi est charitas, & amor Dei, non est, quod adsit scrupulus.*

1024 Et rite, quia à discretis eleemosynis, & operibus misericordiæ, non eximuntur Regulares, qui ad ea alios erudiunt, quoniam Christus Matth. 15. die Judicii erga electos haud alienus plus memmerit, quam operum misericordiæ, sive ad vitam: *Venite benedicti, &c. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* sive ad interitum: *Discedite à me maledicti, &c. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.*

CAUSA MORTIS

1025 NOn potest Religiosus, aut Monialis, aliquid elargiri; cuis hoc saltem restari, quod est illis prohibitum, & contra votum paupertatis.

1026 Monialis vero, quæ fructus reditum ad suum usum concessorum, aut alio modo perceptorum apud se, aut apud depositarium se habere reperit, & vult ex illis Missas pro anima sua dicendas, & aliquid cuitolo gratitudinis, remunerationis, &c. alteni Monialì post mortem elargiri, suum desiderium Superiorissæ exponat, eamque pro executione roget, ita ut liberum sit Superiorissæ de illis disponere. Superiorissam tamen enixe moneo, ut fideliter suæ Religiosæ justa & honesta desideria adimpleat, ut hic Moniales alacrius in Monasteriis degant, hilarius perseverum patiantur clausuram, & fervidius Deo inserviant. Eo maxime, quia aliter fe habendo, gravissima sequerentur mala, in gravissimum, nedum voti paupertatis, verum totius disciplinæ regularis dispendium: *v. n.* 1043.

BULLA NON DISPONIT DE NONDUM ACQUISITIS,

1027 CEd de jam acquisitis; quia loquitur de bonis, seu fructibus Monasterii, cujusmodi non sunt acquisibilia, sed acquisita, *ut infra* n. 891.

1028 Hinc Religiosus de sui Superioris licentia potest pro consanguineo, aut amico pictarum magni valoris (etiam ex sumptibus Monasterii, modicis tamen) aut alia opera gratis efficere, eique donare. Diana cum Valera *p.* 1. *tr.* 16. *ref.* 6. & *p.* 7. *tr.* . *ref.* 17. Quia Monasterium non habuit jus in opus illud, nam nondum erat, nec in rectum, quia non est acquisitum, imo est remissum, prout quam debeatur.

1029 Patiter potest gratis celebrare aliquot Missas ad intentionem sui amici, quem scit pro eis stipendium accipere. Non potest tamen sine læsione pauperatis dare stipendia a se acquisita pro Missis sibi intra annum a suo Superiore concessis. Diana *p.* 1. *tr.* 16. *ref.* 9.

1030 Religiosus, qui non accepiat donum aliquod, sed rogat, ut illud det consanguineo, aut amico, non peccat contra paupertatem, nec contra Bullam. Diana *cit. ref.* 8 *cum multis contra Sotho*. Quia non acceptavit, sed solum se habet ut interfector, adeoque non Religiosus, sed amicus donat, licet precibus aut amore Religiosi, nec ille de bonis Religiosi, seu Monasterii, sed de suis do nat. Si vero acceptavit, non potest facere, quod nomine suo donetur alteri: qui jam Monasterio acquisivit, juxta illud: *Quidquid Menachus acquirit, Monasterio acquirit.*

1031 Sousa apud Dianam *cit. ref.* 10. tenet non peccare Religiosum, si absque Superioris licentia dispenser pecuniam ab amico aut consanguineo sibi traditam, aut pro sui libito, qui-

quibus vult, dispensat, dominio tamen apud ipsum amicum reservato, quia ejus solum est dispensator, non dominus; unde non donat nomine proprio.

1032 Hæc autem opinio, loquendo de usu absoluto pecuniæ, esto sit speculative probabilis, practice tamen est nimis laxa, Diana *cit.* ac proinde non practicanda; quia talis Religiosus pollet eam pecuniam ad omnes suos usus, imo & aliis etiam extra causas virtutis elargiri: quod est contra perfectionem paupertatis Religiosæ.

1033 Loquendo autem de usu determinato ad actus virtutis, puta si pecunia esset Religioso tradita dispensanda in eleemosynas, in cultum divinum, &c. optima est sententia Dianæ *cit.* Pellizz. de Monial. *c. 4. n.* 55.

PAUPERTAS RELIGIOSA

1034 EXD Bonav. *Est virtus temporalium abdicativa bonorum, qua quis sui proprium reverè, sustentatus de non suo.* Dicitur *temporalium bonorum*, hoc est pretio æstimabilium, ut detur intelligi, quod per votum paupertatis Religiosus non renunciat jus ad famam, nec honores, & gradus meritis debitos; quia honores sunt præmia virtutum.

1035 Unde Religiosus ex vi voti paupertatis excludit à se tres actus: videlicet omnium temporalium rerum dominium, usumfructum, & usum juris, seu usum juridicum, quo scilicet quis habet jus utendi re, quæ est sub dominio alterius, vel ejus usum alteri concedendi; & solum pro se retinet usum facti, &c.

1036 Potest autem Religiosus absque paupertatis læsione res tenere, de illis disponere, essque uti, dependenter tamen à voluntate sui Superioris, eo modo, quo dictum est supra de larg. munerum, & dicetur modo; hic namque non erit proprietarius; quia dominium est facultas disponendi de re, libere, & independenter. Religiosus vero disponendo de rebus dependenter à voluntate Superiori, seu de ejus licentia, expressa, aut tacita, semper erit ususarius, & nullum jus exercebit.

LICENTIAM

1037 A Debitum usum paupertatis requisitam in recipiendo, retinendo, donando, &c. concedere possunt Superiores immediati, videlicet Superiores locales, Priores, & Rectores, &c. quia ipsi sunt dispensatores, & administratores bonorum Monasterii. Nisi in aliquo limitentur à Superioribus majoribus. Item Provinciales, quia sunt vere Superiores Prælati. Pro Monialibus, Ordinarius, vel Abbatissa.

1038 Non est necesse, ut detur toties, quoties casus occurrerit, sed sufficit absoluta sine limitatione; quia cum sit semper revocabilis, semper salvatur, quod Religiosus det, & disponat ex nutu Superioris. Et sic ab uno Superiore data, durat etiam sub alio Superiore, nisi ab ipso successore expresse, vel tacite fuerit revocata, Donatus *tom. 3. tr. 15. q. 17. & 18.* quia gratia non expirat mortuo, vel amoto ab officio concedente.

1039 Sufficit, quod sit tacita, & rationabiliter præsumpta, etiam si expressa poluisset, & ob pudorem, aut aliam justam causam omittatur; quia ex jure, *Tacitè, & expressè eadem est virtus*. Ita Donatus *cit. qu. 14.* & apud ipsum S. Anton. Rodr. cum D. Thoma *2. 2. q. 3. art. 8. ad 1.* quia ait: *Tunc non potest licere elemosynam sine licentia Abbatis, vel expresse habita, vel probabiliter præsumpta, nisi forte in articulo extreme necessitatis.*

1040 Licentia tacita, & præsumpta est illa, quæ non petitur expresse, sed si peteretur, concederetur: quod relinquitur judicio prudentis, circumstantiis consideratis personarum, causarum petitionis, & usus rei, qui petitur.

1041 Universaliter Religiosus peccat contra paupertatem graviter, vel leviter, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, recipiendo, retinendo, donando, si Superior sit invitus quoad habilitatem recipiendi, retinendi, dandi, &c. Minime, si sit invitus solum quoad modum.

1042 Non sufficit licentia tacita, si in aliqua Religione valde reformata adsit præceptum, ut licentia expresse petatur, & obtineatur.

1043 In tali tamen Religione, Superior cum suis Religiosis gerere se debet ut pater, non ut dominus, & ita paterna charitate curare, ut eos sibi bene affectos conservet, sicque habeat promptiores rigori disciplinæ regularis, & suis præceptis; quod (experientia magistra) mirabiliter obtinet, si in hujusmodi licentiis concedendis se ostendat blandum, ac liberalem, minime tenacem, & asperum. Sicque etiam tollitur nimia facilitas recurrendi ad licentias præsumptas, in quibus ob proprii amoris passionem potest aliqua imperfectio contingere. Quod maxime attendendum est pro Monialibus. sub eo principio: *Aliquid est indulgendum sexui: n. n.* 1026. 1054.

1044 His de causis Superior Religiosorum petitionem, & licentiæ concessionem, non injuriam, sed rationabilem, utilem, imo necessariam consere debet, nisi ei positive constet oppositum.

1045 Monialis ad aliquod officium, seu exercitium destinata, puta Sacristiæ, Cellerariæ, &c. ad quod requiruntur expensæ, quæ non satis à Monasterio suhministrantur; per hoc ipsum. quod ad tale officium deputatur, implicitam habet licentiam recipendi à proprequis, quidquid est opus, & convenit ad ejus executionem. Superior autem (si proficue potest) debet nimiam moderari ostentationem.

1046 In Religionibus, ubi est recepta, & viget consuetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, donandi, &c. sine expressa Superioris licentia, excusatur Religiosus à peccato proprietatis ratione licentiæ tacitæ. Mairlius *disp. 14. q. 1. nn. 44.* Pellizz. *de Monialib. c. 4. num. 71. & com.*

At hæc licentia tatita non habet locum in distractionibus rerum Monasterii, in quibus Monasterium grave pateretur damnum: ut si calicem è sacristia, notabilem pecuniam immediate, & directe Monasterio datam distrahas, Donat. *tom. 3. tr. 15. q. 14.* quia hæc sunt finita; & Prælatus omnino invitus præsumitur.

Secus est dicendum de rebus propria industria, aut proprio labore à Religioso acquisitis, ut de eleemosyna propriæ prædicationi, lectionis, &c. Hinc posse Abbatissam Monialibus, & Superiorem Religiosis licentiam concedere eas convertendi in proprios usus, docet Diana *p. 1. tr. 6. res. 12.*

1047 Contra paupertatis votum peccat Religiosus res occultans, ne à Superiore reperiantur, animo non parato ad eas tradendas, si petantur. Secus vero, si occultentur solum ob vitandam confusionem, aut verecundiam, animus tamen sit paratus ad eas tradendas, si petantur, Mendo *in epit. ver. Paupertatis votum*. Qui addit:

» Quod licentiam habens à majori Prælato, » possit eas occultare minori, quia sufficit » ea dependentia, ut ille proprietarius.

» Habens licentiam ad insumendam pecu» niam in re determinata, aut ad donandum » eam uni, nequit donare alteri, nec in alia » re insumere, nisi tacitam licentiam rationa» biliter præsumat.

» Accipiens aliquid non sibi, sed commu» nitati, & ei tradens, non indiget licentia, » quia præsumitur.

» Accipiens à communitate ea, quæ sibi » essent prælanda, non violat paupertatem; » nam in acceptatione absque propietate, » perinde se habet ea tenere, ac usui commu» ni deputare. Quinimo, si à Superiore in» juste negetur necessaria ex bonis commu» nibus, potest quis ea accipere; nam Su» perior abutitur sua potestate; & ea bona » devolvuntur ad subditos.

Eandem docet Pellizz. *de Monialib. cap. 2. n.* 37. ad 29.

1048 Religiosus, qui habet licentiam dandi, & accipiendi, potest emere, & vendere, quia in ea comprehenditur licentia acquirendi, & transferendi dominium; dummodo talis emptio, & venditio non sit negotiatio, quia hæc est prohibita Clericis. Quia autem habet solam licentiam dandi, aut solam accipiendi non potest emere, & vendere; quia in emptione, & venditione datur acquisitio, & translatio dominii.

1049 Habens licentiam dandi, potest uni ex Monasterio dare, etiam si ille non petat licentiam accipiendi, quia licentia dandi in uno connotat pro suo correlativo licentiam accipiendi in alio, nisi ille excludatur.

Qui autem habet licentiam dandi, peccat contra charitatem, non contra paupertatem, si donet alteri Religioso, qui ace piendo peccat, Mendo *cit. num.* 5. Pellizz. *de Monial. cap. 4. n.* 60.

PLURA DE PAUPERTATE RESOLVUNTUR.

1050 RElegiosus, qui à suis devotis pecuniam accipit, & ea ea, Prælato inscio, necessarios libros emit, non peccat contra paupertatem, si eos non occultet, sed in cella palam teneat, Diana *par. 1. tr. 6. res. 26.* cujus ratio est, quia quidquid hoc pacto Religiosus possidet, Prælatorum suorum voluntati, ac potestati subjicitur.

1051 Dare mutuo rem sui usui concessam alteri ejusdem Monasterii sine licentia, non peccat graviter contra paupertatem. Dare autem externo, potest peccare graviter, quia tunc Superior est magis læsus, cum transferatur dominium extra Monasterium: sed major quantitas ad mortale requiritur, quam si donaret; quia in mutuo res est iterum ad Monasterum restitura, maxime si brevi tempore sit restitura; non sic in donatione. Idem respective est dicendum in permutationibus, ubi quidem etiam longe major quantitas requiritur: nam in permutationibus, etiam cum extraneis, Monasterium amittit unum, sed acquirit aliud: peccat autem, si res Monasterii, quæ permutatur, sit utilior Monasterio. Omnino vide dicta de alienatione *à n.* 953.

1052 Religiosus accusans rem sibi donatam, si non habeat justam causam recalandi, p . contra charitatem, maxime contra paupertatem, aut justitiam, Mendo *cit. n.* 3. Non contra justitiam, quia Monasterium ante

acce-

acceptationem à se, aut privato Religioso factam, non acquirit jus ad rem. Nun contra pauperiatem; quia votum paupertatis non obligat ad acceptanda dona. Sed contra charitatem, quia sine justa causa impedit Monasterii bonum: *v. n.* 890.

1053 Religiosus, qui sine Superioris licentia accipit in depositum exterorum pecunias, non peccat contra paupertatem, quia nullum dominium, jus, imo usum acquirit, sed solum onus custodiæ, quæ est potius servitus. Et solum peccat contra obedientiam, si acceptiat in depositum propriè dictum, ob contractum, & obligationem gravem, quam virtualiter suscipit propria auctoritate de re servanda.

Quod si depositum pereat, aut deterioretur; non tenetur Monasterium ad restitutionem; quia non tenetur ex culpa Religiosi. Quod est verum, etiamsi depositum fuisset susceptum de Superioris licentia, Pellizz. *de Monial. cap. 4. n. 56.* Donatus *tom. 3. tr. 15. q. 41.* quia licentia Superioris solum excusat Religiosum à peccato inobedientiæ, & facit, ut licite recipiat: sed Monasterium non obligat. Imo nec teneretur Monasterium, si Superior ipse depositum accepisset sine consensu Monasterii, seu proprii Capituli, Donatus *cit. num. 2.* cum pluribus: quia Monasterium se habet ut pupillus, & minor, quia non tenetur ex contractu, & culpa sui rectoris, aut curatoris: *v. n.* 1074.

Tunc autem teneretur Monasterium, quando depositum fuisset in ejus utilitatem conversum. Et quidem teneretur solum ad id, in quo factum esset ditius; idque non ratione contractus, sed quia, qui sentit commodum, debet sentire & incommodum, ex Regula 55. Juris *in 6. Qui sentit onus, sentire etiam debet commodum, & e contra.*

Licet autem Monasterium non teneatur tenetur tamen Religiosus ipse refarcire depositum, si peculium habeat suæ dispositioni relictum, in quantum sine suo gravi incommodo potest.

1054 In Monasteriis, ubi extra dicenda peculium conceditur, & non servatur vita communis à Trid. præscripta, Monialis, cui est res, v. g. salma tritici donata, potest eam vendere, si habeat licentiam dandi, & recipiendi, ut supponitur, juxta *n.* 1048. Pellizz. *de Monial. c. 4. n. 57. v. n.* 1036.

Imo potest eam eidem Monasterio vendere; quia si potest extero, à fortiori Monasterio; nam respectu Monasterii, aut alterius Monialis, non est propriè, sed valde impropriè venditio, quia non fit translatio dominii sed solius usus rei de una in aliam personam dominio ejus apud Monasterium permanente.

QUÆRES I.

1055 *An Religiosi, & Moniales possint habere peculium, seu annas redditus, in usus honestos, & licitos, & ex justa causa de licentia Superiorum, atque ad eorum nutum revocabilia?*

IN hac ardua re ut solide simul, & clare procedam, primo loco ante oculos appono Decretum S. Conc. Trid. *sess. 25. de Regularibus cap. 2.* quod est totius resolutionis regula & norma, ut sequitur: *v. n.* 123.

„ Nemini igitur Regularium, tam virorum, „ quam mulierum, licet bona immobilia, vel „ mobilia; cujuscunque qualitatis fuerint, „ etiam quovis modo ab iis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur; nec deinceps liceat Superioribus „ bona stabilia alicui Regulari concedere, „ etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, administratio autem bonorum Monasteriorum, seu „ Conventuum, ad solos Officiales eorundem, ad nutum Superiorum amovibiles, „ pertineat; mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum supellex illaesa „ paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilque superflui in ea sit: nihil etiam „ quod sit necessarium, ei denegetur: quod „ si quis aliter quidquam tenere deprehensus, „ aut convictus fuerit, in libertate activa, & „ passiva voce privatis sit; atque etiam juxta „ suæ Regulæ, & Ordinis constitutiones puniatur.

1056 Inde exponо modos, quibus peculium figurari, & practicari fuit. Primus est, quo Monasterium ex bonis communibus alimunos redditus annuales Religiosis assignat pro victu, & vestitu, itaut, si quid deficiat, sua industria perquirat, & si quid excedat, in pios & honestos usus expendat.

1057 Secundus, quo Monasterium singulis Religiosis certam annuam, aut mensuram pecuniæ portionem assignat, quæ vulgo *Vestiarium* appellatur; victus tamen est communis.

1058 Tertius, quo Novitius in actu renunciationis, quam ante professionem facit, sibi reservat aliquem annuum censum pro suis honestis necessitatibus, dependentem à Superioris voluntate, ita tamen ut dominium, aut usumfructum non retineat penes ipsum, sed penes Monasterium, ipse vero solum habeat usum ad nutum Superioris revocabilem. Dominium apud Monasterium residet, si Novitius bona Monasterio renuncie- [illegible] justa causa, & dependenter à voluntate Superioris.

Suadent ex verbis *cap. Monachi*: *Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permissum, à communione remaneatur Altaris &c.*

1065 Insuper dicunt, recensitos modos competere cum Decr. Conc. Intentum namque Concilii est, ut nullus Regularis bona mobilia aut immobilia retineat ut propria aut nomine Conventus, sed ut statim ea Superiori consignet, & Conventui incorporentur; ita ut facta bona communa, fiant sub totali dispositione Superioris. Cum quo bene stat (ajunt ipsi) loquendo de mobilibus, ut Superior justa de causa concedere possit licentiam revocabilem, ut Religiosus, vel Religiosa illa retineat ad suos usus, uti alias res Monasterii, quando Rel giosis distribuuntur. De immobilibus vero loquendo, dici posse, ut Superior constituat subditum Officialem Monasterii ad nutum amovibilem, ut eos redditus administret, & de fructibus juxta Superioris voluntatem disponat. Ita illi.

1066 Quibus Pellizz. *de Mon. c. 4. nu. 4.* addit: *Quando autem* in Conc. Trid. *loc. cit. dicitur*: Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, aliquem ad usumfructum, usum, administrationem, vel commendam; *intendit Concilium vel solum prohibere, ne Regulares habeant redditus, ut proprios, ac irrevocabiles per Prælatos, ac sua bonorum licentia distrahendos*, ut exponit Barbosa: *Non autem, quod Regulares nullo modo habeant* ——— *redditus, sicut bene advertit*, & probat Sanchez *l. 7. mor. c. 22. num. 11.* ex Navar. Sa, Rodrig. Graff. & aliis.

EX HIS DUABUS SENTENTIIS,

1067 Ideo, putarim ego verum esse; secundam vero solum habere locum in Monasteriis, ubi, vel ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum incuriam, aut malitiam non servatur perfecta vita communis subministrando singulis juxta status decentiam, Rodr. *p. 1. Sum. cap. 90. Concl. 4.*

1068 Ratio primæ partis est, quia, ut constat expresse ex Decr. Clem. VIII. declarativo Decreti Conc. Trid. editi die 25. Junii interatum Conc. Trid. est, quod omnia quomodocunque à Religiosis acquisitas, Superiori tradantur, & Conventui, cum cæteris illius bonis, pecuniis, & proventibus, incorporentur, ut inde communis victus, & vestitus omnibus suppeditari possit, in quo consistit *Vita communis*.

1069 Insuper Decretum declarativum Clem. VIII. *sub n.* 12. subdit:

„ Nullus

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
CENTRO DE ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS
JUAN DE RUEDA
DIGITAL DE RECURSOS

„ Nullus ex Superioribus locorum, admi-
„ nistrationem bonorum, aut aliarum rerum,
„ & dispensationemque pecuniarum, & red-
„ tuum sui Conventus, etiam nomine Con-
„ ventus, per se ipsum habere, hive exer-
„ cere possit; sed universum id onus tribus
„ Fratribus ejusdem Conventus à Generali
„ ita demandetur, ut unus rerum, & bo-
„ norum, reditumque colligendorum, ac
„ exigendorum curam habeat; alter tan-
„ quam depositarius, pecunias ac cætera
„ ab illo collecta, & exacta, fideliter alter-
„ vet: alius de pecuniis, & rebus à Depo-
„ sitario acceptis, Priori, & Fratribus, ac
„ Conventui universo de necessariis, man-
„ dante tamen ipso Priore, non secundum
„ proprium affectum, sed juxta charitatis re-
„ gulam, veluti bonus dispensator provideat.
„ Officiorum hujusmodi confusione penitus
„ interdicta.

1070 Ratio secundæ partis est, quia in contractu, quem Religiosus cum Religione, seu Monasterio init, ex parte Religionis virtualiter includitur, ut Monasterium teneatur illi providere de necessariis juxta decentiam status.

Quod in ipsis decretis, in quibus vita communis conjungitur, expresse præcipitur. Et quidem in ipso Decr. Trid. per hæc verba: *Nihil aliud, quod sit necessarium, denegetur ut in n.* 1055. Idem habetur in Decr. Clem. VIII. *sub. n.* 7. 11 & 12. Et corroboratur ex dicendis modo, exponendo *usum necessarium*.

1071 His accedit Fagnanus *cit. num.* 15. his verbis:

„ Quæreabtur enim, an cum necessaria à
„ Superiore etiam requisito ideo denegan-
„ tur, quia Monasterii facultates non suppe-
„ tunt, liceat Regularibus clam, vel convivio
„ illa sibi comparare, seu retinere? Sacra
„ Congregatio respondit, licere, si præ fa
„ necessitas ut ad individui sustentationem.
„ Cæterum communem generiam ab omni-
„ bus perpendendam, usque adeo ut si quid
„ privatim alicui delatum, vel ab ipso pactum
„ fuerit, id tunc ad Superiorem recta deferri
„ oporteat, qui ex eo, primo fuscurrat ejus
„ necessitati, cujus intuitu illud obvenerit,
„ si peculiari aliqua necessitate ultra commu-
„ nem prematur; reliquum Conventui in-
„ corporetur, & in communem cedat utili-
„ tatem. Quippe præmissa hæc, seu extre-
„ ma necessitas, cum sit de jure naturæ,
„ nullis subesse legibus: & ideo excusat a
„ regulæ tramgressione etiam FF. Minores S.
„ Francisci, qui arctissima in professione pau-
„ pertatem, ut est text. *in c. Exit*, §. *Porro*,
„ *de verb. signific. lib. 6.* ubi: *Nec ipsi Fratres*
„ *sine gravi necessitate arcenda ad pro-*
„ *videndum sustentationi naturæ via omnibus ex-*
„ *tremæ necessitate decenter concessa præcluantur;*
„ *cum omni lege extrema necessitas sit exempta.*

1072 Hinc Pellizz. *de Monial. cap. 4. num.* 3. & Verricelli *tr. 8. qu. 51.* cum Beja, Barbosa, & aliis dicunt, licitam esse praxim & consuetudinem, quia Propinqui Monialibus in professione ultra dotem, annuum censum, seu reditum assignant, ad eatundem honestos usus convertendum, dependenter à Superioris voluntate; in quantum Monasterium necessaria justa decentiam illarum ad victum & vestitum, famatis, aut infirmitates tempore non subministret, maxime pro exercitiis ipsiusmet Monasterii, quibus à Superioris designantur.

PECULIUM NON SUPERFLUUM,

1073 Sed moderatum esse debet, conformiter ad statum Religiosi illud habentis necessarium. Dici *Conformiter ad statum &c.* quia peculium aliquod potest esse superfluum uni, non alteri; unde ad hanc status decentiam, & moderationem prudii, est considerandæ qualitas personarum, conditionis, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum. Et qu dem tatione personæ pium hus eget Prælatus, Magister Ordinis. Item in considerat orem veris, si pars peculii appreatur in bonum ipsius Monasterii, & Religiosorum. Si Religiosus sua indulgia multa Monasterio comparavit.

Et in Monialibus sunt considerandæ expensæ, quas solent in exercitus Monasterii impendere. Sanchez apud Pellizz. de Monial. c 4. n. 17. loquens de Religiosis superflua retinentibus, ait: *Quod si dicti Religiosi sint in bona fide, nec de hoc rugens Confessarium, nec speretur fore, ut admonita prosit, possit Confessarius tacere, ac ipsos absolvere, dummodo dicta bona non expendam sine incentia, ana in malos usus.*

NEC AD USUS SUPERFLUOS

1074 Est applicandum, sed necellarios. Usus necellarius non est fumendus ut stimè pro pura vitæ tuitentatione; qua Religiosi sunt si ti, & non esset discrimen à mancipiis, & ancillis. Imo esset tanum implere scrupulis, & reddere Religiosis statum valde durum, & plus æquo onerosum, & potius averlivum, quim attractivum, Christo docente: *Jugum meum suave est, & onus leve.*

1075 Extrarat ex Bul a Urbani VIII. 20. Novemb. 1667. *Cum sæpe contingat*, ubi habetur:

Cæpuatus hujusmodi reditibus, & eleem osynis &c.

&c. habeli tami. ... quæ Religiosi ... imiat ... tam le ... ria, in unoquoque Monasterio, &c. juxta Reli ... nis, & propter influxus morum, vestium ... rum, & mediocritatem communi habentes, com-

Ex Decretis Clem. VIII. pro Refor. Regul. *dius omnino, &c. in unoquoque Conventu ... rerum in tantum diminuis constituatur aume ... s, qui ex redditibus, &c. commodè possit su-*

Denique ex Bulla Innoc. XII. *Nup.* edita 2°. Dec. 1697. idem confirmatur sub eadem particula *C*:

1076 Illud certum est, *Superfluum*, esse id, quod non est necellarium, vel utile, vel honestum. *Necessarium* dicitur omne illud, quod est conveniens Monasterio, aut Religioso juxta sui status decentiam. *Utile* omne illud, quod illud non sit præcito modo necellarium, intervit ad aliquod ejus emolumentum, statui Religioso haud indecens; aliter erit superfluum. *Honestum* denique dicitur omne id, quod aliquem actum virtutis includit, puta Eleemosynæ, Pietatis, Religionis, &c. Hinc honestum est facere Missas celebrare.

Superfluum est indui interius vestibus contra præscriptum Regulæ, aut exterius habitu nimis delicato; nec ad hujusmodi potest dari, aut præsumi licentia. Mendo *in Epit. num. 9.*

Joan. de Lugo, ex alii apud Pellizz. *de Monial. cap. 4. n. 18.* dicunt, quòd Religiosus qui habens licentiam aliquid expendendi pro suo arbitrio, illud expendit ad usus superfluos, aut illicitos, non peccet contra paupertatem; ideòque recipiens non teneatur ad restitutionem, quia defectus licentiæ facit usum esse contra paupertatem: fatentur tamen, quod peccet ex alio titulo, nempe ratione superfluitatis, aut alterius turpitudinis, quæ sint in actu. Sic pariter peccat Superior dans scienter licentiam ad usus superfluos.

Donatus autem *in sum. § ter. 11. q. 16.* quamvis plures Doctores addat pro contraria opinione, ipse tamen tenet, talem Religiosum peccare contra votum paupertatis; ideòque ex Decr. S. Congr. ad quatuor quæsita: num *Ad secundum An ter talem dispensationem, seu licentiam* (supplet cu, ad tenenda superflua) *excusentur a culpa, & pœna? Con ais negativè.*

Fatetur autem, quod in dubio standum sit pro justitia licentiæ. Ita resp. ejusdem S. Congr. *An quarum. An Superiores arbitrio, & prælationi stare debeant Regulares, quoad mobilium suppellectilem, vel consuetudinem: Censuit nisi de excessu arbitrii constiterit; utique standum.* Examen Ecclesiast.

habitu ... ma per, ... ssus, & regula, ... pauperti ... quam professio ... dio qua ... tum, &c. n. 1051.

PECULIUM APUD COMMUNEM DEPOSITARIUM

1077 Tenere, est majoris perfectionis, & ita servari debet. *Depositum* namque est inventum, ad hoc in administratio bonorum tollatur ab ipso Religioso, & stat penes Monasterium; quod usum vero facti sunt designata ipsi Religioso, ac proinde non confunduntur, nec incorporantur cum bonis, & fructibus Monasterii; ad differentiam Monasterii, in quo servatur perfectior vita communis, ubi non conceditur peculium, sed bona à Religioso acquisita confunduntur, & incorporantur cum bonis Monasterii, ac proinde Trid. vult ea statim tradi Superiori.

1078 Joannes la Crux *de statu Religionis l. 1. cap. 3. dub. 1.* cum Lopez, & Valentia, tertio Pellizz. *Monial. c. 4.* tenet, non peccare Religiosum, peculium, seu pecunias retinendo non in communi depolito, sed in cella, si eas in cella retineat, non animo occultandi Superiori, sed de ejus licentia expendendi; & non adst speciale præceptum de restituendo in communi depositu (quale exstat pro Minoribus Conventualibus, ex Constitutionibus Urbani *in c. 2. Regulæ tit. 2.*) Ratio est, quia adhuc verum est, quod dominium, & jus omnes habent penes Monasterium, minime penes Religiosum, apud quem solùm est usus facti, ave luntate Superioris dependens. Et communis Depositarius est inventus non pro substantia, sed pro majori perfectione paupertatis servanda, & maxime ut in Religioso, amore pecuniæ præfentis, non feigeatur charitas erga Deum, imminatur periculo, ac fervor virtutum, crescentibus mundi curis, ad quos pecuniæ movent.

1079 In Monasteriis maxime Monialium, si cui Religiosæ sit durum communi Depositariæ se accommodare, non videtur absurdum, si superiorissa aliam depositariam ei familiarem affignet, ut sic dulciter, quantum fieri potest, ab amore pecuniæ, & proprietatis periculo amoveatur, & Deo fervidius studeat, cujus hoc modo in se latis verificatur, quod non ipsa Monialis, sed Monasterium pecuniam, seu rum retineat in manu depositariæ à Superiorissa assignatæ. In hujusmodi enim circumstantiis potest locum habere Epicheja, quæ est moderatrix legum.

1080 Et quia hujus duritiei solet esse cau-

sa suspicio, quòd Superiorissa de manu depositaria communis pecunias illas accipiat, & pro communibus Monasterii necessitatibus applicet. moritur: volo, quòd ex una parte Religiosæ apud communem depositariam pecunias tenentes, teneatur habere animum voluntati Superiorissæ resignatum, ut de illis, sicut ei placuerit, disponat; ex alia autem parte, quòd Superiorissa à talis potestatis usu se abstineat, dicente *Apost. ad Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, & ibid. cap. 10. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* Quis ignorat, sextum hujus celebrem axiomatis communiter assimilari? Et Matth. 12. dicitur: *Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.* In Paper II. 42. *Calamum quassatum non extorquet, & linum fumigans non extinguet: v. n. 1043.*

QUÆRES II.

1081 *An Religiosi, & Moniales in Monasteriis, ubi vita communis non servatur, teneantur sine mortali eam recipere, si Superiores velint illam erigere?*

VITA COMMUNIS

1082 Consilit in hoc, quòd Religiosus de manibus sui Superioris accipiat, quidquid sibi ad decentem suæ vitæ sustentationem & aliàs honestos usus est opus, ac proinde quidquid quomodocunque acquirit, Superiori tradat, & cum cæteris bonis, pecuniis, & proventibus Monasterii incorporetur, ut inde ex communi massa communis victus, vestitus, & omnis alius honestus usus omnibus suppeditari possit. Hæc est forma vitæ communis, à S. Concil. Trid. præscripta, *ut in nu.*

1083 Vita communis non est de jure divino, ut constat: nec de substantia paupertatis. S. Anton. *in sum. 3. part.* Diana *p. 1. t. 10. 6. ref. 19.* Suarez *de Relig. tr. 9. lib. 1. cap. 11.* Pellizz. *in Manual. c. 4. n. 3.* Illustr. Ramirez. *in sum. quæst. moral. §. 8. & Com.* unde potest votum paupertatis adimpleri absque vita communi. Constat ex definitione paupertatis à *n.* 1034. *ad* 1036. & 1022.

1084 Item ex jure Canonico antiquo, *cap. Monachum*, 1664. relato, ubi permittitur peculium à voluntate Superioris dependens.

1085 Unde vita communis est de jure Ecclesiastico Tridentini, præcepta pro custodia paupertatis, & ut paupertas cum majori perfectione observetur. Ut constat ex verbis Decr. Clem. VIII. *num.* 1068. relati: Quo Trid. Conc. *decreta de vera paupertate fidelius observentur, præcipitur, &c.* Hinc ut rectè ponderat Illustr. Ramirez *ex.* Religiosi non obser-

vantes vitam communem, non privantur à Conc. Trid. nec à Bulla Clem. VIII. pœnis proprietariorum, inter quas præcipua est privatio sepulturæ Eccl. sed pœna levioris, nempè privatione vocis activæ, & passivæ ad biennium, ut constat ex Decr. Trid. *n.* 1055.

1086 Observantia igitur voti paupertatis quoad substantiam stat cum peculio, & sine vita communi à Trid. præscripta, si retineatur dependenter à voluntate Superioris, si sit moderatum, & expendatur ad usus honestos, non superfluos. His præmissis,

1087 Respondeo, Regulares, & Moniales non posse sine mortali recusare vitam communem, si Superiores velint illam erigere. Martinus *dict. 4. n. 46.* Donatus *sum. 3 tr. 15. q. 5. cum Com.* Ill. nuvissimè Illustr. Ramirez Archiep. Agrigentinus *in sua q. Morali*, qui dignè, solidè, & fusè probat.

Ratio mihi evidens, & insolubilis est, quia Religiosus, aut Monialis recusans vitam communem, peccat mortaliter contra votum paupertatis. Probatur: Religiosus, aut Monialis recipiens, & retinens (suppletu, notabile) independenter à voluntate Superioris, peccat mortaliter contra votum paupertatis: sed Religiosus, aut Monialis recusans vitam communem juxta formam Tridentini, Superiore volente illam erigere, recipit, & retinet independenter à voluntate Superioris, imò contra ejus voluntatem; igitur peccat mortaliter contra votum paupertatis. Major est certa ex definitione paupertatis ex *n.* 1034. *ad* 1036. Minor est clara, quia Vita communis à Trid. præscripta, est, ut quidquid Religiosus, aut Monialis acquirit, non retineat, neque nomine Monasterii, sed statim Superiori tradat, & cum aliis Monasterii bonis, pecuniis, & proventibus incorporetur, ut inde ex communi massa singulis Superior providere possit. Totum hoc vult Superior volens communitatem juxta formam a Trid. præscriptam exigere, & consequenter Religiosus, aut Monialis, qui Superiore illam erigere volente, illam recusat, retinet à se acquisita independenter à voluntate Superioris, imo contra ejus voluntatem; Superior namque vult, ut Religiosus non retineat, sed statim acquisita tradat incorporanda, & Religiosus non vult, sed recusat ea Superiori tradere incorporanda. Quid clarius contra votum paupertatis?

1088 Hinc habes primo, aliud esse, quòd Religiosus non servet vitam communem à Trid. præscriptam, & aliud, quòd Religiosus recuset vitam communem à Trid. præscriptam, Superiore illam erigere volente; nam se-

cundum imperat violationem voti paupertatis, non sic primum, ut dictum est *n.* 1085. & 1086.

Hinc secundus Religiosus committit mortale sacrilegium contra votum paupertatis. Primus transgreditur præceptum Tridentini, & incurrit pœnam privationis vocis activæ, & passivæ ad biennium, *ut in n.* 1055. At non peccat contra votum paupertatis. Quod est certum, si hic primus moretur in Monasterio, ubi non servetur vita communis à Trid præscripta. Si vero degat in Monasterio, ubi illa servatur peccat contra votum paupertatis nisi justam causam habeat, qua excusetur: quia tunc redit ratio de recusante; nam tenetur retinere contra voluntatem Superioris. Donatus *sum. 3. tr. 15. q. 6.*

1089 Secundò, quòd in Monasteriis, ubi ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum malitiam, aut incuriam, vel ob rebellionem majoris partis, quæ sine periculo gravioris mali cogi non potest, non servatur vita communis à Trid. præscripta: tunc Religiosus, ut sit bonus in conscientia, & paupertatis votum non violet, habere debet animum paratum ad eam recipiendam, si quando erigatur; ita ut per ipsum non desit.

1090 Tertiò, quòd in Monasteriis, ubi non servatur vita communis à Trid. præscripta, si Superiores Monasterium velint illam erigere, Religiosi exsistri non possint per contrariam consuetudinem, & per hoc, quod sub tali consuetudine professionem emiserint. Quia per votum paupertatis, quod in professione emiserunt, virtualiter voverunt *eam communem à Trid. præscriptam, Superiore illam constituente, seu erigere volente*; voverunt namque, nil retinere invito Superiore, sed dependenter ab ejus voluntate ideòque virtualiter voverunt ei statim tradere omnia ab ipsis acquisita, Superiore præcipiente; alias retinerent Superiore renuente, & sic peccarent contra votum paupertatis (Quod tamen Pellizz. *de Man. cap. 4. numer. 8.* Sanchez, & alii apud ipsum limitant: *dummodo alium de Religiosis fieri prohibeant: vel numer.* 1070.) Nulla autem consuetudo valet contra Regulam, prout dicit tria substantialia vota.

1091 Nec rectè dicunt alii, Decreta Conc. Trid. Clem. VIII & Urb. VIII. quoad vitam communem, vel non fuisse acceptata, vel certè postea abrogata. Quia hoc dictum satis refellitur ex traditis *à n.* 193. Non enim ideò obligare cessant, cùm Summi Pontifices quotidie instent pro observantia vitæ communis à Trid. præscriptæ. Sic post Urbani VIII. Alex. VII. Innoc. X. per speciales Bullas, & novissimè Innoc. XII. anno 1698. per aliam, quibus innovavere Decreta Conc. Trid. & Clem. VIII. Et sic similiter pro servanda vitam communem à Trid præscriptam, ut plures Religiones sæpè earuerint, & etiam ad præsens careant libertiis indundi Novitios.

1092 Et quamvis Monasteriorum inopia videatur excusatio valida, solidè tamen eam rejicit Illustr. Ramirez *n. 8. d.* ratione practica, quæ ultimam sic præfocata.

Singuli namque hujusmodi Monasteriorum Religiosi (ait ipse) de facto habent sibi necessaria juxta decentiam status, & non affluunt, nisi ex iis, quæ partim habent à Monasterio, & quæ partim suo labore, ac industria, atque a propinquis, aut amicis acquirunt; si igitur hæc sunt sufficientia: ut singuli vivant, & necessaria habeant juxta decentiam status; pariter, si eadem statim Superiori traderent incorporanda cum cæteris Monasterii proventibus, sufficientia essent, ut Superior de communi massa singulis provideret necessaria juxta decentiam status.

1093 Nec tunc deberent Religiosi esse segnes, sed potiùs accuratiores in adhibendo honesto labore, & industria ad eadem acquirenda, & uti suprà Superiori tradenda; nisi vellent reprehendi ab Apost. 1. *ad Cor. 10. Nemo, quod suum est, quærat, sed quod alterius.* Quòd si in sæculo domi tuæ id pro tuis fratribus carnalibus ageres, cur non in Religione in domo Dei idem pro tuis fratribus spiritualibus ages? Ait enim S. P. Franciscus *in 6 reg. Regula: Quia si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrem suum spiritualem?*

1094 Monasteria tamen non desunt, in quibus quilibet Observantiam profitetur, & eam labentem deplorat, ut nemo digitum ad sublevandum admovet: Quilibet ad fructus sibi necessarios dexteram porrigit, at nemo manum ad aratrum extendit. Quilibet est ad panem solicitus, ad laborem tardus. Plures video Contemplativæ studere, paucos Activæ. Perfectior est Contemplativa, sed longè perfectior, si jungatur Activæ. Hinc de S. P. Francisco canit Minorum familia:

S. Francisce, pravis orationum studiis, quid factus infensus? non sibi soli vivere, sed & aliis profuisse vult suis ex actis dudum. Et teste Apost. excellens est Fides, præclara Spes, major autem horum est Charitas. Æmulamini ergo Fratres (ut cum eod. Apost. 1. ad Cor. 12. loquar) charismata meliora.

1095 Hinc, qui resiliunt vitæ communi,

videntur potiùs id agere, ut superfluus abundent, & liberiùs disponant, quod est contra paupertatem, quàm quia eis inde necessaria desint juxta decentiam status.

1096 Denique duo volo monita, pro praxi præ oculis habenda, ex parte subditorum unum, ex parte superiorum alterum.

1097 Ex parte subditorum sit *firma fiducia* in Dei providentiam, inxta verbis Christi Matth. *6. Nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.*

Eluci omnem diffidentiam expellens firmabitur, si Religiosi perlegant, quod in Chronicis Minorum, & in Speculo eorumdem *tit. 3. fol.* 144. refertur super Regula, & Paupertate Minorum, & sequitur.

„ Unde cùm illi ad suggestionem fratris Heliæ „ multi ministri ad Beatum Franciscum ac- „ cessissent protestantes, quòd nolebant ad „ eam obligari, timentes, ne esset nimis „ aspera: quod audiens Beatus Franciscus „ vertit faciem suam ad Cœlum, & loque- „ batur sic Christo: Domine, nonne bene ti- „ bi dixi, quòd non crederent mihi? tunc „ omnes audierunt vocem Christi in aere di- „ centis: Franciscе, nihil est in Regula de „ tuo, sed totum est meum, quidquid sibi „ est. Et volo, quòd Regula fervetur ad lit- „ teram, ad litteram, sine glossa, sine glossis. „ Et addidit Christus: Ego scio, quantum „ potest humana fragilitas, & quantum vo- „ lo eos juvare; qui nolunt ergo eam servа- „ re, exeant Ordine.

„ Et statim ibidem.

„ Cùm fratres de eleemosynis sufficienter „ possint vivere, nec sic se exponere Divinæ „ Providentiæ; est Deum tentare, ut aliqui „ male sentientes de Evangelica paupertate „ dixerunt: Contra quos Nicolaus Papa in „ dicta Decretali *Exeat*, ait: Nec quisquam „ his insurgat erronee, quòd taliter propter „ Deum proprietatem omnimò abdicantes, „ tamquam homicidæ sui, vel tentatores „ Dei, vivendi diffirmini se committant. Sic „ enim se ipsos committunt Divinæ Provi- „ dentiæ in vivendo, quòd viam non con- „ temnunt provisionis humanæ, quin vel de „ iis, quæ offeruntur liberaliter, vel de iis, „ quæ mendicantur humiliter, vel de iis, „ quæ conqueruntur per laboritium sustен- „ tentur; qui triplex vivendi modus in Re- „ gula continetur expresse. Profectò, si juxta promissum Salvatoris, numquam de- „ ficiet fides Ecclesiæ: per consequens nec „ opera misericordiæ subtrahentur. Ex quo „ Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ ex- „ justibet videtur esse sublata.

His accedat illud Salvatoris Matth. *24. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et concludat Apost. *2. ad Cor. 6. Nihil habentes, & omnia possidentes.*

1098 Ex parte Superiorum sit *Zelus, & Eximia Prudentia. Zelus*, quia ipsi tenentur ad Reformationem, & inde ad vitam communem omni conatu promovendam; quoniam Apost. ad Hebr. 13. subditos ad obedientiam extimulans Prælatorum, eorum onus proponit, dicens: *Obedite prapositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non ingemiscant.*

1099 Eximia Prudentia, qua attentè Superior consideret mores subditorum, loci, & temporis conditiones, aliasque circumstantias, ut fructuosus sit zelus: quòd si non speret se profuturum, sed potiùs prævideat pejora mala, & scandala oriturа, se cohibeat, & apud Deum excusabitur, quia zelus ordinari debet ad lucrandas, non perdendas animas: tunc namque Superiore instante, Religiosi recusantes, in expensa sacrilegia contra votum paupertatis incidерent, ut *n.* 1088.

1100 Quæ prudentia est magis necessaria quoad Moniales, pro quibus specialiores aliæ circumstantiæ sunt attendendæ, maximè si ex devotione, & perfecto voluntario Monasterium, & claustra in elegerint, minimè ex propriæ domus, & personæ convenientiis: quæque minùs (ratione sexus) reddi solent jurium capaces, & solent esse cautæ majoritis malorum. Ipsi sacri Præsules experiuntur. Vide infra dicta de prudentia Confessarii, & *n.* 1080.

QUÆRES III.

1101 *An Religiosa passim succedere possit parentibus ab intestato, aut aliunde legatum recipere?*

REsp. quod si Religio non sit capax successionis, non potest Religiosa succedere ab intestato. Potest tamen nomine Monasterii acceptare legatum per modum eleemosynæ, juxta dicenda de paupertate, & legatis Minorum.

1102 Si Religio sit capax successionis, tunc sive hæreditas Religiosæ professæ proveniat ab intestato, sive ex testamento, in illam succedit Monasterium, ex communi principio: *Quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio acquirit.* Non tamen titulo hæreditatis, cùm tunc Religio non sit hæres: sed titulo, & jure acquisitionis naturalis, in quantum

tum bona, utpote accessoria, sequuntur personam; persona autem est Monasterio, & Deo dicata.

1103 Item, si Novitius professionem emittat ubique prævia renunciatione, seu dispositione suorum bonorum, tunc (si habet ut moriatur ab intestato; nam per professionem Religiosus moritur mundo, & per actum facto, imo per votum paupertatis spoliatur dominio omnium bonorum; unde Monasterium in omnia ejus bona succedit (si Religio sit capax successionis, seu possidendi bona in communi) excepta legitima, si quæ sit filiis, aut aliis descendentibus, vel ascendentibus debita, de qua quidem etiam post professionem Religiosus disponere potest, eam distribuendo inter eos, quibus debetur, *Can. si quæ mulier, 9. q. 3. Sed si persona, Caus. 19. q. 3.* non quidem ut dominus, sed ut administrator à jure constitutus ad hunc effectum. Quod si Religio non sit capax successionis, tunc non succedit Monasterium, sed succedunt hæredes illi, qui succedere debuissent, si mortuus esset ab intestato extra Religionem, seu in sæculo.

1104 Pariter, si Novitius moriatur intestatus ante professionem, succedunt in ejus bona fideicommissaria illi, qui succederent, si mortuus esset in sæculo: quia cum persona non esset Monasterio dicata, ita nec accessorium. nempe ejus bona, Pirhing *in Com. lib. 3. tit. 27. §. 2. & 4.*

1105 Quantum ad legatum recipiendum nulla est difficultas in Religione capaci, dummodo nullum jus in privato Religiosi relinquatur, sed solus usus facti.

1106 Denique si Religiosus professus instituatur hæres, Monasterium nomine Religiosi hæreditatem acquirit. Mendo *in Epit. ver. Paup. Verum, n. 10.*

QUÆRES IV.

1107 *An si Monialis transeat de una in aliud Monasterium, debeat etiam transferri dos?*

REspondeo, quod si posterius Monasterium Monialem admittat volens, dos non est transferenda, sed remanet apud prius Monasterium. Est autem transferenda, si cogatur ad eam admittendam; Pelliz. *de Monial. c. 2. nu. 69.* cum Rodr. Bonac. & aliis, contra aliquos ibi, qui etiam quoad primam partem affirmant.

1108 Ratio primæ partis est, quia (ut ait Pelliz. *cit.*) Dos non datur Monasterio sub conditione, *si Monialis* in Monasterio maneat; sed sub conditione, *si professa sequatur.* Unde professione secuta, Monasterium dotem perpetuo acquirit. Et posterius Monasterium sponte tunc talem Monialem admittens sibi debet hoc incommodum imputare.

1109 Nec tenet paritas de Matrimonio carnali: quia in eodem ad virum pertinet solum pro matrimonii tempore; hinc si vir, aut mulier moriatur, dos restitui debet. At soluta professione per mortem Monialis, dos non restituitur parentibus, quia per professionem eos transiit perpetuo in dominium Monasterii; nam (ut docte inquit Pelliz.) Monasterium stat loco filii, adeoque sicut filius est hæres matris, eique succedit in totum, ita Monasterium succedit in totum Monialis defunctæ: *v. num.* 1113.

1110 Ex quo etiam fit, quod licet vir possit uxorem ejicere, donec et salvatur dos, non sic potest Monasterium Monialem professam ejicere, sed solum potest parentes in judicio cogere, ut dotem solvant.

1111 Ratio secundæ partis est, quia justum non est, ut posterius Monasterium, quod patitur involuntarie recipiendo talem Monialem, insuper patiatur alimentorum gravamen. Ita Pelliz.

QUÆRES V.

1112 *An Religiosus transiens de una in aliam Religionem possit licite bona, quæ sibi retinebat, ex propria industria acquisita, secum transferre?*

REspondeo, non posse, etiam si Religio, ad quam transit, sit bonorum capax, & etiam si transeat de licentia Papæ, nisi in licentia sit expressa concessa facultas ea transferendi. Donatus *tom. 1. p. 2. tr. 5. qu. 37.* Pott. *ver.* Roma *tranſeunt, num. 1.* & *Com. Ex eap. unico, seu statutum 18. q. 1.* Ubi dicitur: *Sed quidquid acquisiverat, vel habere visus fuerat Monasterio relinquat. Et ex cap. Non dicatis 12. q. 1.*

1113 Nec dicas: Bona sunt accessoria personæ, & illius intuitu à Monasterio obtenta, adeoque quod eadem sequi debeant.

Quia (ut docte ponderat Donatus) *Aliud est, acquiri intuitu personæ professæ, & aliud est, quod penes Monasterium perseverent. Etenim bona acquirantur Monasterio intuitu professionis, sed non perseverantis ratione illius, sed ratione professionis valide, qua subsecuta, professus respectu bonorum acquisitorum se habet ut extraneus.* Megal. *p. 2. lib. 2. cap. 27. q. 3. nu. 46.* contra Menoch.

Et ideo subdit, quod *licet bona illa prius Monasterio abnuerint tanquam personæ, nihilominus illius effectu sunt omnino, absolute, & simpliciter, ex professionem thi valide factam: v. num.* 1109.

Religiosus igitur de una in aliam Religionem

transiens, non potest secum deferre bona quæ in priori tenebat, sive immobilia, sive mobilia, utensilia, libros, &c. quocumque modo acquisita? *v. n.* 1118.

1114 Excipienda tamen sunt manuscripta Religiosi, ut Conciones, lectiones, & similia, quia sunt partus intellectus; de illis enim potest disponere ad libitum, sive donando, sive secum ferendo. Diana *p. 1. tr. 6. cum aliis*; quod est verum, etiam pro Fratribus Minoribus, ex Decl. Clem. VII. quam refert Corniolanus *p. 2. de Cas. res. casu* 8. *n.* 19.

QUÆRES VI.

1115 *An Religiosus obligetur ad restitutionem?*

Respondeo, quod licet non possit dici obligatus obligatione propriè dicta, in quantum revera nihil habet proprium, cum omnia domino, & jure per professionem sit spoliatus, & restituto in facienda de proprio; potest tamen esse obligatus obligatione impropriè dicta Pellizz. *de Monial. c. 4. nn. 74. & Cam.* nam onus restitutionis in casibus, quibus læsa est justitia commutativa, & jus alterius, est de jure naturali, ex illo principio naturæ *reddendi unicuique quod suum est*. Unde Religiosus, qui jus alterius lædit, tenetur omni meliori modo, quo potest illud refarcire? *v. n.* 1126.

1116 Si habeat igitur reditus, seu peculium ad proprios usus, tenetur ex illis aliquid detrahere, & restituere. Quod si ea non habeat volunt aliqui eum teneri magis laborare, aut aliqua ex ubi concessis minus necessaria detrahere, vel ab amicis procurare, & sic restituere. At hæc (ait Pellizz.) sunt magis consuleda, quam præcipienda, quia sunt dimera.

1117 Religiosus, si rem sine licentia, seu Superiore nolente, rem sibi donatam acceptavit, tenetur illam Monasterio restituere, non dantis: ex illo vulgato principio, *Quidquid Monachus acquirit, Monasterio acquirit.* Cap. Statuimus 18 *q.* 1. Eo maxime quia Superior in tali casu id am acceptare censetur; solum enim est tenuens pro Religioso, minime potest præsumi tenuens pro Monasterio, cui regulariter nunquam necessitas deest, cuique res illa potest prodesse, & non obesse.

1118 Quod si dans non dedisset absolute, sed sub expressa, aut tacita conditione, quod res illa cederet in usum ipsius Religiosi retento apud se dominio, tunc res est restituenda dantis, quia à se dominium non abdicavit. Pellizz. *cit.*

QUÆRES VII.

1119 *An Monasterium teneatur solvere debita à suo Religioso contracta?*

Respondeo, quod vel hæc debita fuerunt contracta ante professionem, vel post.

SI ANTE PROFESSIONEM?

1120 Hunc, si Monasterium habuit bona ab illo patter ante professionem delata, tenetur ejus debita solvere, juxta vires bonorum ab illo delatorum; quia bona delata non erant libera, sed creditoribus obligata, & successor bonorum adstringitur debitis ejus cui succedit.

1121 Quod si illi Religioso post professionem proveniet legatum, donatio, aut hæreditas, non tenetur Monasterium ex illis taxatenus Religiosi creditoribus, tenent Castrop. *tom. 3. n. 18. d. 3. Tamb. in Dec. lib. 8. tr. 4 c. 1. §. 1. n.* 12. Hoc probat ex communi & certo principio, quod bona, quæ post professionem à Religioso acquiruntur, non acquiruntur immediate Religioso, & mediate Monasterio: sed immediate Monasterio acquiruntur, quoniam Religiosus per votum paupertatis est spoliatus omni dominio, ejusque est incapax; & quia creditores nullum habent jus in Monasterium, sequitur, quod Monasterium nullo pacto teneatur recensita debita solvere ex dictis bonis post professionem Religiosi acquisitis.

1122 Idtamen Castrop. & Tamb. tenent cum hæsitatione? quia sententia Sanchez, quod teneatur ex dictis bonis solvere, est communis, in quantum per professionem non fuit derogatum jus creditorum in bona omnia, quæ Religiosi obvenire possunt ratione personæ obligatæ.

1123 An autem talis Religiosus sit obligatus laborare, concionari, &c. & Monasterium teneatur salvere ex pecuniis à Religioso proprio labore, concione, &c. acquisitis, Castrop. *to. 3. n. 16. d. 5. p. 7. §. 8.* negat; quia per professionem cessit bonis, & debita extinxit.

SI POST PROFESSIONEM

1124 Debita contracta fuerunt ex delicto, v. g. furto, damnificatione, aut alia injustitia: tunc tenetur Religiosus, aut Monasterium rem restituere, si extet, aut id, in quo factus est ditior, si non extet.

1125 Monasterium, si nihil extet, nec sit inde in aliquo factum ditius, ad nihil tenetur, quia Religiosus *se* habet ut filius familias, cujus delicto non tenetur pater.

1126 Ipse vero Religiosus tenetur restituere aliquid detrahendo ex peculio, & aliis ad suos usus concessis, *ut in n.* 1115. ad differentiam ejus, qui debita ante professionem contraxit; quia ille per professionem cessit bonis, sicque debita extinxit, & purgavit, non hic esse.

1127 Sed Superior potest talem restitutionem impedire, si sit facienda extorsio; minime si sit facienda ipsi Monasterio, cui sit facta lesio. Ratio primi; quia id, quod Relig. fr. pro restitutione facienda de peculio subtrahit, est sub dominio Monasterii, adeoque potest illud à se nolle abdicare, & ira juste restitutionem impedire. Ratio secundi; quia Superior tenetur sui Monasterii indemnitatem curare, nisi ratione debitis causa obliter.

1128 Si debita fuerunt contracta ex contractu. Tunc si contractus fuit initus legitime nomine Monasterii, videlicet de assensu, & licentia Superioris, & Capituli, tenetur quidem Monasterium solvere.

1129 Si autem Religiosus contractum iniit non nomine Monasterii, licet de licentia Superioris, ad nil tenetur Monasterium quia pater non tenetur stare contractibus filii, *ex l. 5 cum impubere, ff. de peculio.* Et licentia non fuit data ad contrahendum nomine Monasterii, sed fuit pura permissio, ne Religiosus illicite contraheret. Eadem ratione non tenetur Monasterium solvere, si ipse Prælatus iniit contractum, sed non nomine Monasterii, & de consentu Capituli; quia tunc is habet ut privatus, & contrahit nomine proprio: *v. n.* 1062.

1130 Quod si contractus cessit in utilitatem Monasterii, tenetur Monasterium solvere, *ut in n.* 1124. Sed creditor probare debet contractum in utilitatem Monasterii cessisse. Habetur *ex c. Quod quibusdam 4. de fide jussor.* in verbis:

Ne quis Religiosus absque majoris partis Capituli & Abbatis sui licentia pro aliquo fidejubeat vel ob aliquo pecuniam mutuam accipiat, ultra summam à Capitulo constituendam; aliquin non teneatur Conventus pro his aliquatenus respondere: nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste constiterit redundasse.

1131 Ipse Religiosus delinquens licet restituere non possit, potest tamen, & debet puniri, juxta illud: *Qui non potest in bonis, luat in corpore.*

1132 Denique dicta in toto hoc quæsito, non militant pro Religiosis Militaribus S. Joannis, isti enim (ut recte air Tamb.) amplam retinent bonorum administrationem, adeoque per professionem non censentur cedere bonis, nec pro debitis post professionem propriis nomine contractis, deobligari possunt à solutione.

largitione munerum, & paucitate agri. Diana *p. 1. tr. 6.* Donatus *tom. 1. par. 2. tr. 15 tom 3. tr. 15.* Veti cum *tom. 1. 3. tr. 8. §. 32.* Rodr. in Sum. Sagnaeus *in lib. 3. cap. Monachi, & cap. Cum ad Monasterium.*

PAUPERTAS MINORUM

Altissima dicitur, quia bonorum dominio privat tam in particulari, quam in communi. Eam profitentur Fratres Minores Observantes, Reformati, & Capucini, ex Const. Trid. *sess. de reform. c. 3.*

1134 Sub hac paupertate fuit instituta Regula S. Clarae: in S. Pius V. per totum Motum proprium *Circa Professionis*, maluit, Regulam S. Clarae sine dicta paupertate in communi observari, ut sic Sanctum Virginum honestas & Claustra perfectius fervetur; nam possidendo in communi, habent unde fastoctentur. Quam dispositionem pro cunctis Monasteriis extat Greg. XIII. *Constit. 13. Dea Sacris.* Hinc Pontif. *ibidem cap. 4.* addit, etiam Monales Capucinas posse bona in communi, imo et renunciare non posse sine Papæ licentia, cum bi edita pro Monasterii bono regimine, conservatione, & decore.

1135 Fratres igitur Minores non sunt capaces reddituum, nec legatorum, quorum dominium directum relidet apud locos. Sunt tamen capaces legatorum per modum usufructus, ut infra de legatis, & autorum elemosynarum, quarum dominium, licet & earundem fratrum Ecclesiarum, ac Monasteriorum teneat penes Sedem Apostolicam, ac proinde instituuntur Syndici, & Procuratores Apostolici, qui eas nomine S. Sedis recipiant, retineant, & in eorum usus & necessitates administrent, de earundem Superiorum prævio assensu, & consilio: ut innuunt Summ. Pontifices in Bullis, pro Syndicis Apostolicis editis, apud *Conflctum.*

1136 Unde ad Superiorem spectat, licentiam Religiosis concedere pro suis usibus.

1137 Quia *in cap. 4.* Regulæ hoc habetur præceptum, *Precipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se vel per interpositam personam.* Plura alia ultra dominium bonorum in communi sunt prohibita, & inde explicanda.

1138 Et primo, quamvis circa alias res sit nobis prohibitum dominium, non usus, circa denarios est etiam prohibitus usus. Nicolaus III. Clem. V. & Innoc. XI. in Bulla *Solicitudo*, de anno 1679. Adeoque non possunt ac-

pecuniam recurrere, si res . . . valeant in propria specie reperire. Si tamen eas non valeant in propria specie, puta frumenti, vestis, libri, &c. reperire, tunc poterunt pro necessitatibus infirmorum, vitæ, vestitus, & aliorum usuum, ad pecuniam recurrere, quoniam *Necessitas non habet legem*: hinc stante necessitate equitare possumus, non obstante præcepto de non equitando. Imo sic etiam dicuntur de præceptis Ecclesiæ: *v. n.* 1070. Quod vero etiam de Religiosis particularibus, si Monasterium illis necessaria decenter non subministret. Et ita præcipitur, maxime in Civitatibus, ubi deficit denarius pro eleemosyna pro rebus habenda, minime panem, librum, chartam, & similia, quibus Religiosus eget.

1139 Nomine pecuniæ denarius intelligitur, sunt enim synonima, & ut terminus est alterius explicativus. Cyprianus Caput & Melphi; nam apud Calepinum *Pecunia* idem est ac *numus*, & *denarius*. Unde in Clement. *Exivi*, pluries per pecuniam denarius intelligitur.

1140 Secundo, prohibetur receptio denariorum, & licet non prohibeatur expresse, & propriis verbis contrectatio, prohibetur virtualiter, quia licet possit dari receptio, quæ non sit contrectatio; non potest dari contrectatio, quæ non sit receptio; unde contrectatio est quasi species receptionis.

1141 Non prohibetur autem contrectatio, & receptio materialis denariorum, sed solum politica, & civilis, scilicet ad eos pro officiis exponendos, & permutandos; nam pecunia propria data hujusmodi usum practicum & civilem formaliter importat, *ut in n.* 900.

Hinc non est prohibitum, monetam curiositatis gratia tangere, è terra elevare, eam ad discernendam qualitatem auri perfractare, denarios amici pro custodia ratione alicujus periculi retinere, aut secum in itinere pro latronum periculo ducere, absque ullo usu, aut affectu: *v. n.* 1168. & 1054.

1142 Tertio, prohibetur receptio denarium per se, vel per interpositam personam.

Per se recipere, dicitur frater, quando per se absque alterius personæ interventu denarios recipiat in proprios usus convertendos, expendendo, donando, &c. Patet, si per se aliquem ex recensitis actibus exerceat.

1143 *Per interpositam personam*, recipere dicitur frater, quando sua auctoritate aliam personam substituit, quæ nomine suo denarios recipiat, aut aliquem ex dictis actibus exerceat.

1144 Utroque modo denariorum receptio probatur, nimirum si fiat per Syndicum Apostolicum, aut per amicos spirituales: *v. n.* 1148.

1145 *Syndicus Apostolicus*, est Procurator, qui nomine S. Sedis recipit dominium omnium, tam immobilium, puta Ecclesiarum, Monasteriorum, hortorum, quam mobilium, & eleemosynarum, quibus ipsi fratres utuntur; & nomine S. Sedis, ad fratrum requisitionem, & assensum, ut disponit expresse Paulus IV. in Bulla ex Clement. anno 1555. cit. e, vendit, & alios actus civ les exercet, qui ad fratrum necessitates, & utilitates spectant; ita ut earum rerum dominium immediate apud Sanctam Sedem relideat, concesso fratribus solo usu facti.

1146 Ubi nota, quod Summus Pontifex dominium in se suscipit eleemosynarum, quæ à fidelibus fratribus elargiuntur. Insuper rerum immobilium, & mobilium, qu su usibus inferuntur, nempe Ecclesiarum, Monasteriorum, hortorum, vectium, vasorum sacrorum, &c. minime suscipit in se dominium redituum. Ita Summi Pontifices relati *nova*, 1138. maxime Nicol. III. in Decretali. Unde Syndicus Apostolicus pro reditibus non est Procurator S. Sedis, quia facultas Procuratoris non se extendit ultra facultatem à substituente concessam; sed esset interpolita persona, qui a recuperet, & ministraret auctoritate, & nomine fratrum: *v. n.* 1189.

1147 *Amicus spiritualis*, est persona tertia, quæ denarios ab aliquo fratrem dilecto sibi datos recipit, seu retinet expendendos ad usus fratrum nomine datris. Quod ita contingit. Volens devotus, aut propinquus fratres juvare, consignat quandam summam pecuniæ Petro, ut eam nomine suo retineat, expendendam pariter nomine suo pro fratrum necessitatibus & ad eorundem requisitionem. Et tunc Petrus dicitur amicus spiritualis, & hoc pacto pro fratribus decentibus necessitatibus licitum est fratribus denarios recipere; quia dominium usque ad illius summæ consumptionem semper residet penes datrem: Petrus, qui recipit, retinet, expendit, &c. tetem agit nomine, & auctoritate datris: Religiosus vero præcise habet usum facti, qui est illi licitus.

Amicus spiritualis nominari, & designari debet ab ipso datre, ob rationem *n.* 1137. minime à fratre; nisi dans fratri injungeret, ut nominet personam, quæ illi videtur aptior. Imo frater posset danti personam aptam huic simpliciter propenere, illi libeam designationem relinquendo, quia hæc est pura offensio, non designatio, nec nominatio.

1148 Licite igitur fratres possunt pro decentibus necessitatibus denarios recipere, retinere, expendere, &c. per Syndicum Apostolicum, aut amicum spiritualem; quia tunc non dicuntur recipere per se, vel per interpositam personam, quod à Regula prohibetur.

Syndicus facultatem habet plures Procuratores subtituendi, ut ejus fuerit . . .

Religiosus, & valde laudandus est usus illorum fratrum quæstorum, qui per Civitates quæstuando puerum secum ducunt, ut à fidelibus pro eleemosyna denarios elargiri volentibus, puer ipse recipiat, & Procuratori consignet, quia hic dicitur bajulus Procuratoris, & ejus nomine, & auctoritate recipit: *v. n.* 1168. & 1179.

QUÆRES I.

1149 *An Frater Minor subditus possit pro suis necessitatibus ad denarios recurrere?*

Respondeo. In Monasteriis, ubi servatur vita communis à Trid. præscripta, & semper Monasterium singulorum fratrum necessitatibus provident, non potest ad denarios recurrere, conflat ex ipso *cap.* 4. Regulæ, ubi in casibus necessitatis recurrendi ad denarios, tacet facultatem S. Pater dat Ministris, & Custodibus, aliis excludendo, his verbis: *Eumen pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos spirit uales, Ministri tantum, & custodes solicitum curam gerant.*

At non idem, si possunt, debent fratres esse legnes, & pigri; sed debent nomine, & auctoritate Ministrorum, omnem diligentiam adhibere ad eleemosynas reperiendas, eas cum cæteris Monasteriis eemosynis apud Procuratorem existentibus incospectando, ut ex illis Minister ejusdem necessitatibus providere possit, nam hoc concedit Nicol. III. in tua Decretali his verbis: *Concedimus, quod ipsi Ministri, & Custodes, possint per alios bajulos eam solicitudinem exercere*: *v. n.* 1155. & 1093.

1150 In Monasteriis vero, ubi non servatur vita communis à Trid. præscripta, & Monasterium non provident singulorum fratrum necessitatibus, recurrunt respective dicta de Monasteriis aliarum Religionum.

Dixi, *respective*, quia sunt observandæ septem modificationes sequentes.

1151 Prima est, ut recursus fiat pro suis necessitatibus juxta decentiam, minime pro superfluis dubus. Potest etiam frater pro alterius fratre necessitatibus rationem aptitudinem habentis recurrere: Et hic est charitatis, & meritorius actus.

1152 Secunda, ut necessitas sit præsens, aut imminens. Præsens dicitur, quando est actualis. Imminens dicitur, quando non est actualis, sed proxime futura. Unde non sufficit necessitas remote futura, aut possibilis, puta ob rem, aut infirmitatem, quæ ei posset contingere.

1153 Tertia, ut necessitati non possit commode provideri quærendo rem in propria specie.

1154 Quarta, ut apud Procuratorem, aut amicum spiritualem non sint alii denarii, quibus possit necessitatibus providere.

1155 Quinta, ut jam eleemosynarum pecuniarum obtentarum receptio, retentio, expensio, &c. fiat per Procuratorem nomine S. Sedis, aut per amicum spiritualem nomine datris, vel per ipsum dantem: Alias diceretur recipere per se, vel per interpositam personam.

Amicus spiritualis pro hujusmodi usibus potest uti bajulo, sicut & Procurator: *v. num.* 1148.

Necessitas autem præsens, aut futura (ait Nic. III. *in sua Decretali, Exivi, qui seminat. in* 6.) potest esse duplicis generis; una, quæ brevi tempore expediri valet: Et pro hac potest frater uti dante, aut persona ab eo subtituta, imo & alia persona ab ipso primo subtituto subrogata.

Alia, quæ tractum temporis postulat, ita ut pecunia depositata in ad plura loca perventura, & transitura per manus multorum, quorum impossibile est ipsum damem, aut primum subtitutum habere notitiam: Ut in emptione lanæ, librorum, &c. in loco distanti, Tunc Nic. III. cit. utitur prædictorum modum pro commoda Regulæ, & Proprietatum puritate, alium facilimum modum assignat: Videlicet, ut frater ab ipso dante, aut ejus Nuncio, seu primo depositario subrogare valeat, literatam petat novos depositarios suo nomine subtituendi, seu subrogandi, prout opus requiret. *Ut per quemcumque manus* (hunc verbi Decretalis) *pecuniæ, seu eleemosyna ipsa tradetur, sive personas ab eadem, vel à fratribus nominatas: tamen suo consensu, voluntate, ac auctoritate procedat. Quo assensum suum prudenter prædicto, secure fratres recipiant, vel acquisita de illa pecunia, per quemcunque, sicut modum annotatum superius, uti possint.* Hoc pacto, quoties erunt novi depositarii assignandi, semper heri debet nomine, & auctoritate dantis, qui primi deposuerunt.

Quod si per oblivionem frater hanc licentiam non postulaverit, poterit novos depositarios instituere ex præsumpta licentia dantis, si expressa haberi non possit, quæ quidem

dem satis rationabiliter præsumitur, nam ex voluntate damis, qui juvare fratres intendit, ac proinde modis omnibus, quibus licite possunt juvari eos percipere, quam ex voluntate ejusdem Summi Pontificis, qui volens fratribus providere, tam super necessitatibus, quam etiam super utilitate observantiæ Regulæ, tam benignos tradidit modos.

Idem est respective dicendum de Syndico Apostolico in ordine ad novos Procuratores substitutos.

1156 Sexta, ut totum fiat de licentia expressa vel tacita sui Superioris laicalis, cui incumbit onus providendi, aut Superioris majoris; quæ quidem rationabiliter fere præsumitur, si Superior providere non possit.

1157 Septima, ut frater nullam auctoritatem ostendat supra pecuniam apud Procuratorem, aut amicum spiritualem depositatam: nec in istibus auctoritative se gerat, ne offendat sed bonitum, sed suppliciter. Unde non potest expostere abillis computus cautius expensorum; potest tamen illos videre, & memoriam scriptam apud se retinere, solum ad sciendum quanta pecunia apud ipsum remaneat, ut suos usus discretione temperet. Quod si reperiat infidelem, non potest eum in judicio convenire; hoc tamen potest facere ipse dans, quia est dominus. Item ille eleemosynam in capsa retineat, non potest frater, etiam Superior, clavem tenere.

1158 Recensitæ septem modificationes sunt præscriptæ in Decretalibus Nicolai III. & Clem. V. ac in Declarationibus Martini IV. & V. & non obligant in conscientia, ita ut transgressio sit contra quartum præceptum Regulæ, nisi illæ, ex quarum defectu sequitur, quod frater aliquod habeat dominium, aut usum pecuniæ per se, vel per interpositam personam. Corduba q. 11. Ratio est, quia mens dictorum Pontificum non fuit fratres novis præceptis gravare, sed modos congruos dare ad fratrum necessitates tollendas usque Regulæ transgressione.

1159 Ex quo duo sequuntur. 1. Quod hæ modificationes non solum fiant date pro fratribus particularibus ad peculiares suas necessitates, sed etiam pro Superioribus ad fratrum necessitatibus providendum. 2. Quod si frater possetalium modum magis congruum reperire, qui præceptum Regulæ salvaret, non teneretur recensitis uti. Verum quia ad non est ita facile, non est à recensitis modificationibus recedendum: *v. n.* 1155.

COROLLARIUM PERUTILE.

1160 *Et valde notandum ad providendum necessitatibus, cum observantiæ Regulæ.*

Quia ex secunda modificatione, *de n.* 1142. necessitas pro recursu ad pecuniam debet esse præsens, aut imminens, seu proxime futura, clare sequitur, quod non possit frater apud Procuratorem Apostolicum diu, & pro necessitatibus remotis, aut possibilibus, apud ipsum pecunias à fidelibus, aut propria labore, ac industria obtentas retinere pro suis usibus.

Adeoque, ut pauperitas à S. Francisco præcepta, dura pluribus non videatur, sed dulcis reddatur, duos hic trado modos, quibus uti poterunt fratres, desumptos ex Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. ac ex aliis Martini IV. & V. & Pauli IV. Declarationibus à Religione acceptatis, & novissime ab Innoc. XI. confirmatis: *ut in n.* 1188.

1161 Primus modus purior, & perfectior est, quod frater eleemosynam modo licito acquisitam contingat Procuratori Apostolico, ut incorporetur cum cæteris Monasterii eleemosynis, ita ut Superior ex communi massa possit faciliter ejus honestis usibus providere: quod licite imo religiosissime agit. 2. Quia se conformat Decr. Trident. relato *num.* 1055. 2. Quia Monasterio non deficiunt necessitates imminentes, imo actuales. 3. Quia quando à Superiore pro suis honestis necessitatibus etiam post diuturnum tempus providetur, non providetur de eleemosynis illis, quas tradidit, sed de eleemosynis actualibus Monasterii, & hoc, non quia suæ eleemosynæ supponuntur consumptæ, (ut quidem pro certo supponitur) sed quia per incorporationem cum eleemosynis Monasterii, factæ sunt eleemosynæ Monasterii, de quibus Superior tenetur ipsi, utpote suo subdito, providere, quando contingit necessitas.

1162 Et quia in præsenti loquimur de Monasterio, quod ob nimiam paupertatem non potest singulis subditis necessaria ad honestos usus submini strare, Superior monetur, ut utatur discretione, & prudentia, ut quoties Rebus solus ille, qui suo labore, & industria eleemosynas acquisivit, & cum cæteris Monasterii eleemosynis in manu Procuratoris incorporavit, adsum pro suis honestis usibus recursum habuerit, non deficiat ei provideri: *v. n.* 1142. 1080. & 1097.

1163 Secundus modus dulcior datur in Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. & est: Si dans summam pecuniæ deponit in manibus alicujus fratris, ut eas nomine suo retineat expendendas ad usus alicujus fratris sibi chari, aut propinqui, dominio apud se semper retento; tunc licite poterit frater ad ipsum depositarium, seu amicum spiritualem recurrere, quoties ei contingat necessitas; sequitur ex dictis

At id est omnino attendendum, quod ipse frater non posset ad dantem pro pecunia recurrere, ut quasi illam in manibus alicujus tertii deponat pro necessitate remota, aut possibili. ut dictum est *n.* 1152.

1164 Hi duo modi in hoc differunt, quod in primo, si moriatur Religiosus, pecunia Procuratori tradita fit extet, pro Monasterio remaneat, tam si fuit incorporata, quam si secus, quia relicta penes dominium Summi Pontificis, pro Religiosorum necessitatibus. In secundo, si moriatur Religiosus, pecunia depositario tradita non spectat ad Monasterium, sed redit ad ipsum dantem, quia sic ejus dominium à se non abdicavit, sed semper retinuit, ita ut etiam Religioso vivente, eoque inconsulto, semper poterat summam illam pecuniæ de manibus depositarii sibi reassumere.

Quod si ipse dans moriatur ante consumptionem pecuniæ, Nicol. III. in Decretali *cit. num.* 1155. disponit his verbis:

„ In eo vero casu, quando antequam ipsa pecunia in heitum rei habendæ vel utendæ commercium sit conversa, concedentem „ pecuniam mori contigerit: si concedens in „ concedendo dixerit, vel expresserit, quod „ persona deputata pecuniam ipsam in necessariorum usum fratrum expenderet, quicquid „ de ipsa concedente vivendo, vel moriendo „ contingeret: five concedens hujusmodi hæredem reliquerit, five non; possint fratres „ ad personam deputatam, non obstante con„ cedentis morte, vel hæredis contradictione, pro illa pecunia expendenda recurrere, sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

Cujus juris dispositionis ratio potest esse, quia dum dans pecuniam expresse non revocavit, præsumitur velle continuare eleemosynam fratri, juxta illud: *Qui potest facere eleemosynam unius, potest facere eleemosynam omnium:* Et quia dispositi, ut illum juvaret.

1165 Hoc tamen est notandum, quod si dans, volens necessitatibus fratris, aut etiam Monasterii succurrere, pecuniam ad hunc effectum det Procuratori Apostolico: tunc ejus dominium suscipit Papa, & pro Monasterio remanet. Nisi exprimat, velle dominium pecuniæ usque ad ejusdem consumptionem apud se retinere: in quo casu persona illa quæ est Procurator Apostolicus, respectu ad dictam pecuniam, non se habet ut Procurator Apostolicus, sed ut amicus spiritualis; quia non eam retinet nomine Papæ, sed nomine dantis.

COROLLARIA ALIA.

1166 PRimum. Non possunt fratres per se ipsos recipere, custodire, retinere aut expendere eleemosynas pecuniarias quæ in ipsis Conventibus, & Sacristiis ad illos perveniunt pro Missis, funeralibus, aliisque causis honestis, quia esset per se recipere: sed ad hos effectus tenere debent personam secularem, quæ sit substitutus, aut bajulus Procuratoris; & ita video præticari. Quo substitutus potest esse Tertiarius aliquis, quia hic à Regula non prohibetur, nec illa ligatur: Hoc tamen non est præsumendum ob sæcularium scandalum, & ob periculum, ne evadat interposita persona, nam facilius posset Superior eum eo auctoritative tractare: *v. num.* 1157. Quod si uterentur Tertiario induto more Hispano, nempe habitu brevi usque ad genu, sibiali, & calceamentis, nullum esset periculum scandali: *v. n.* 1168. & 1178.

1167 Secundum. Possunt fratres eleemosynas benefactoribus pro Missis, suffragiis, relictas ab hæredibus, petere per modum eleemosynæ, minime via civilis Judicii. Iis autem recusantibus, possunt id manifestare Syndicis, qui nomine Papæ possunt contra hæredes in judicio agere, ut disponunt Summi Pontifices in Bullis Syndicatus, maxime Paulus IV. in Bulla ea Cœmentin. ann. 1552. Imo ex jure, id potest quilibet de populo agere nomine testatorum, ut eorum voluntates quoad

picantur. Id tamen debet sine strepitu fieri, ne ratione scandali plus sit amissio, quam utilitatum: *v. n.* 1192.

1168 Quod si hæredes eleemosynaliter à fratribus requisiti voluntarie solvant eleemosynas à testatoribus relictas, debet illas recipere substitutus, aut persona sæcularis, vel Tertiarius, ut ad Procuratorem deferat.

1169 Tertium. Tenere in Sacristiis, aut Ecclesiis casualia, locatas, & similia expolita pro eleemosynis pecuniariis testatorum propria, est denarios per interpositam personam recipere.

Non sic, si teneantur auctoritate Syndici; hoc tamen fieri non potest, quia prohibitum est jure Urb. VIII. per nov. Constitutiones de anno 1628. etiam si claves Syndicus teneat, his verbis:

Capsæ, vel trunci ad recipiendas eleemo-

„ fvnat pecuniarias, et am pro Missis obiatas, „ non solum ab Ecclesia, sed etiam à Sacristâ, „ & à quacunque parte, quæ sit intra claustram Conventus, omnino prohibentur, sub „ pœna inobedientiæ, & excommunicationis „ majoris: Guardianus, qui contrarium permiserit, privetur officio suo: *v. n.* 1166.

1170 Quartum. Fratres itinerantes, maxime per longum iter ad comitia generalia, aut alio ob justam, & honestam causam, quia regulariter religiosi, & decenti commoditate indigent in conservationem propriæ personæ, quam habere non valent sine recursu ad denarios, ut possunt sæculari, aut Tertiario, quem secum ducant substitutum à Syndico, authoritate cujus recipiat, retineat, & expendat: *v. n.* 1155.

1171 Quintum. Est Statutum antiquum, quod refertur in speculo Minorum, *tr. 3. fol.* 200. ut sequitur:

„ Si contingat, aliquem fratrem transferri „ de una Provincia ad aliam ad morandum, „ libros sibi concessos ad usum posse habere; „ post mortem vero suam omnes libri, quos „ tempore suæ translationis habuit, vel postmodum commutati, ad Provinciam illam, „ à qua translatus fuit, integre revertantur. „ Idem judicium de translata eleemosyna habeatur; & ad hoc fideliter faciendum, ministri firmiter, in quorum Provinciis defecerint, teneantur. Et ut hoc melius observetur, fratres, qui transferuntur relinquant in scripto nomina librorum valentium ultra quartam partem marchæ argenti, & eleemosynæ quantitatem ministris illis, de quorum administrationibus transferuntur.

QUÆRES II.

1172 *An Frater Minor possit licite pecuniam expendendam tangere lino, aut charta intactam?*

Videtur licere, quia id est mediate tangere, & cum finis in odiosis, præceptum est restrictè gendum ad contactum immediatum: Hinc quamvis prohibitum sit laico vasa sacra tangere, potest medio velo, aut alio.

1173 Respondeo, non licere. Longus *cap. 4. const. 13 fol. 2. num* 8. quia tactus contactus pecuniæ charta involutæ, licet sit mediatus, est verus contactus physicus, & realis. Physicus, ut dicimus de contactu patenæ velo cooperiæ alveo, qui Orcinem assumit, facto *in v. 3. n.* 136. Est civilis, quia ad expendendum, adeoque est receptio à S. P. prohibita, *ut n.* 1141.

Tum quia alias liceret pecuniam in bursa, aut in cella recipere, imo retinere.

1174 Ad paritatem dispartas est, quia contactus vasis sacri laico prohibetur ob reverentiam, quæ salvatur per contactum mediatum. Finis autem receptionis pecuniæ est ad vitandum omnem usum ejusdem pecuniæ, ut constat ex *nu.* 1138. qui finis non salvatur in recensito contactu mediato.

1175 Talis autem contactus mediatus, solum potest à peccato excusari in casu necessitatis: Donat. *tom. 3. tr. 15. q. 49.* Quando scilicet urgeret necessitas fratris, cùm non supponeret alius modus recipiendi, videlicet per substitutum, Dantem, Depositarium, aut Nuncium: lex namque ex sæpe dictis non comprehendit casus necessitatis, jnxta illud, *Necessitas non habet legem: v. n.* 1138.

1176 In casu quidem casu necessitatis, utique consultum esset fratri, pecuniam chartæ involutam recipere; nam simplices, hac cautela adhibita, fere scandalizari non solent. Insuper potuerit unus frater, maximè apud viros doctos, & notitiam nostræ professionis habentes, necessitatem actionis humiliter aperire.

1177 Si aliquando casus contingat, quod vir prudens ad Monasterium, aut Ecclesiam nostram accedens summam eleemosynæ elargiretur: Si Monasterium necessitatibus premeretur, nulla reperiretur persona apta, nec Tertiarius, qui reciperet; vir ille non posset commode eam ad Procuratorem mittere, aut prudenter non judicaretur capax talis consilii, sed quod potius illum tædio afficerent, & ab eleemosynis impedirent, tunc si fratres curarent, ut ille eleemosynam in aliquo loco opportuno reponeret, usque ad adventum Nuncii, aut Bajuli, qui illam ad Procuratorem transferret, dicam virum de hoc monendo, peccatum non condemnatem, quia furtus in recensito casu necessitatis.

Pro quare, Melph. *in comment. ad Const. c. 2. stat. 2.* in fine ait:

„ Respondeo quinto, in necessitatis articulo posumus denarios petere, & accipere, ac expendere, puta si Missionarius „ apud infideles reperiatur, nec alia via suppetat pro victu, &c. jus enim naturale prævalet positivo. Cujusmodi Sanctissimus D. N. Urbanus VIII. declaravit pro locis Terræ Sanctæ, ubi fideles administri, & Syndici non reperiuntur, & necesse est, ob majus bonum, & ad majorem Dei gloriam, & Ecclesiæ utilitatem, loca illa in Religione Catholica conservare. Ita etiam „ si Summus Pontifex instituetet Fratrem suum elee-

„ eleemosynarium, non peccaret, pecunias „ erogando, &c.

1178 Dixi: *Si aliquando*; hi namque casus debent esse rari, & non per habitum practicari, ut dictum est *n.* 1166.

1179 Hinc omnino quæstores abstineri debent à recipiendis eleemosynis personarum intra portam: quia quamvis talis receptio videatur posse à peccato contra paupertatem, & præceptum de non recipiendis per te pecuniis, excusari, in quantum non videtur in quæstore receptio civilis ad expendendum, sed translatio pecuniæ de uno in alium locum, nempe ad Procuratorem; non potest à peccato scandali, & damni, quod Monasterio affert, excusari; per hujusmodi namque pecuniarum contractationes, sic scandalizari, & admirari solet sæculum, at ab eleemosynis se abstineat, in gravissimam communitatis, & Regularis Observantiæ pernitiem: *v. n.* 1148. Adde; in hujusmodi casibus, in quibus pecunia transfertur ad Procuratorem, adest contractus, & receptio civilis moralis, ad expendendum meditè pro fratrum usibus. Melphi *cit. Resp.* 4.

QUÆRES III.

1180 *Quem ab Frater expropriatus habeat?*

Respondeo, hunc esse modum. Pecunia, quam frater habere supponitur, pluribus modis potest se habere.

Primo. Si fuit ei data absolutè, tanquam Religioso, est deponenda in manus Syndici nomine Ecclesiæ pro necessitatibus Provinciæ; aut Monasterii. Si vero dans apud se voluit ejus dominium retinere, est dare restituenda, vel de ejus licentia est Syndico tradenda pro Monasterio, aut Provinciæ.

1181 Secundo. Si talis pecunia sit de eleemosynis alicujus Conventus, est Syndico illius Conventus, aut Provinciæ tradenda, pro dicto Conventu, ejus Superiore inconsulto.

1182 Tertio. Si pecunia fuit accepta sub aliquo onere, v. g. Missarum, &c. tunc debet pecuniam consignare, & onus manifestare Superiori. Melius autem est, si ipse curet immediate onera satisfacere, & non committatur alterum spei: nam onus satisfaciendi justitiæ obligat ex jure naturæ.

Quod si pecunia reperiatur conversa in emptionem alicujus rei, quæ extat, puta librorum, tunc tenetur satisfacere eam, v. gr. libros creditori tradendo, si heri possit; vel eam vendere curando, & satisfaciendo in quantum potest per pretium. Idem tenetur facere Superior, si post fratris mortem, tale onus ei constet & res exter.

Qui expropriatione potiatur. Rel gioso haud amplius retinere debet affectum, aut curam circa pecuniam illam.

1183 Et si expropriatio fiat in articulo mortis, omninò Confessarius, vel Superior curet ut pecuniæ, & res superfluæ, super quibus facta est expropriatio, reservantur e cella Rel gioso ante mortem; quod curabit charitative, solando fratrem, ut in Dei misericordiam speret. Quod si supervivat, expropriationis factæ eum minime pœniteat, nec ad vomitum redeat.

Congregatio Generalis de anno 1639. præcipit, ut distributis supellectilium, & rerum aliarum relictarum, fiat a Provincialibus, modo sequenti.

„ Si frater defunctus fuerit in Infirmaria, „ eidem applicentur omnes panni linei, seu „ ex tela confecti: si autem extra Infirmariam „ mortuus sit, applicentur communitati Conventus, ubi defunctus de familia morabatur. „ Cui etiam communitati consignabuntur omnia lintea vestimenta. Libri in ejusdem „ Conventus Bibliotheca reponentur, & si „ forte aliquid pecuniæ reperiatur, Provincialis faciat eam deponi apud Syndicum „ Apostolicum Provinciæ, pro necessariis „ fratribus, commoribusque Provinciæ indigentibus, sumpto à Guardiano. & alteretis „ Conventus testimonio de quantitate, ut suo „ tempore rationem de illa tribuere possit. „ Et idem observetur, si aliquid aliud considerabilis pretii inveniatur. Picturæ, si forte „ sint, in Sacristia collocentur. Res autem minoris momenti inter fratres ejusdem Conventus de consilio Guardiani dividantur.

1184 Frater autem Proprietarius, seu pecuniam retinens, absolvi non potest, nisi prius expropietetur, aut firmiter, & cum morali certitudine id Confessario pinpatur, unde Confessarius se debet cum eo gerere, sicut cum concubinario.

Caveant ergo fratres, & in mente habeant verba S. P. Francisci, quòd si *Magna promisimus, majora promissa sunt nobis*: *vide*

LEGATA FRATRUM MINORUM

1185 Sunt justa, & licita, a testatore relicta sub hac forma. *Instituo mihi hæredem . . . in meum, . . . quod remanserit testamentariis meis ut inde agant illa quæ vero, & præsumam emendo panem, . . . um, & alia necessaria stremósynam Fratribus Minoribus hujus Civitatis.* Et tunc testamentarii ad talem eleemosynam.

synam solverdam cogi possunt ad instantiam cujuslibet de populo. Ita Villalobos *tom. 2. tr. 30. dis. 12. numer. 8.* & Diana *p. 3. tract. 2.*

Imo si non est addita conditio licita: *Ut bona vendantur, & in fraudem necessariæ legitimæ consentiat*, legata valent; quia tunc censetur legans voluisse modo debito fratribus subvenire. Rodr. *in comp. cap. legatum*: Diana *p. 10. tr.*

1186 Item potest testator reliquere Fratribus Minoribus legata perpetua, tam libera, quàm onerosa, quia qui potest facere eleemosynam vivus, potest facere eleemosynam mortuus, quoniam mortuus habet animam, quæ valent ejus fructum à fidelium remuneratore animarum percipere.

1187 Quantum ad legata perpetua, sciendum est, quod Syndicus, & Procuratores concesserunt Ordini quamplures Summi Pontifices; ut ex una parte fratrum necessitatibus providerent, & ex alia, ut eorum paupertas tam in particulari, quàm in communi, illæsa servetur: hac de causa omnium rerum, modo licita, fratribus à fidelibus oblatarum Sancta Sedes apud se dominium recipit, ut *in n. 1246. & n. 1260.*

Pontifices autem non conveniunt omnes quoad omnia, sed diversis modis; & quoad actus diversos concedunt Syndicos.

Nam Sixtus IV. in Bulla incip. *Dum fructus laboret*, anno 1471. apud Bullar. Rodr. concessit; ut possint nomine S. Sedis recipere bona immobilia, & reddituus perpetuos fratribus & eorum Monasteriis relicta, & reliquenda, & in illis succedere ab intestato, ipsa Romana Ecclesia eorum dominium in se suscipiente. At idem Pontifex per aliam Bullam, quæ incip. *Licet hæc dudum ad imparitatem nonnullorum testamenta confecerimus*, &c. prædictam concessionem pro Observantibus tritat, utpotè expressè eorum professioni & paupertati contrariam. Qua de causa, etiam sine irritatione in totum corpus Observantium prædicto privilegio renunciavit.

1188 Unde stendum & institutionibus & concessionibus aliorum Pontificum; videlicet Decretalibus Nicol. III. *Exiit, qui seminat*, & *Clem. V. Exivi de Paradiso, tit. de verbor. signif. in 6.* Et declarationibus, ac concessionibus Martini IV. *Exultantes*, Martini V. relati à Sixto IV. cit. & Pauli IV. *Ex Clementi*, de anno 1555. novissimè confirmatis ab Innoc. XI. per Bullam, quæ incip. *Solicitudo, sacra 20. Novembris 1679.* his verbis,

» Declarantes tamen pariter, quòd per » præmissa non prohibentur in dicto Ordine » Syndici Apostolici, cùm eorum usus non » sit dispendiosus in Regula, sed modus à Ro- » manis Pontificibus prædecessoribus nostris » provisus pro pluribus illius observatione, » sive ejusmodi Syndici affirmantur ad præ- » scriptum Constitutionum Nicolai III. & » Clem. V. prædecessorum prædict. sive sec. disp. » Const. rec. me. Marc. IV. & Martini V. ac » Pauli IV. prædecessorum pariter nostrorum » prout illorum usus in singulis familiis, » Congregationibus, Reformationibus, aut » Provinciis Ordinis prædicti respective fuerit » receptus.

1189 His præmissis, Dico, Fratres Minores non esse capaces legatorum perpetuorum. ita tamen ut dominium directum horum capitalium, seu rerum immobilium relideat penes nos, aut penes Syndicum Apostolicum, ut Syndicum: quia ut Syndicus stat nomine Papæ, qui (videlicet Nicolaus III. in relata Decretali) talium legatorum directum receptionem expressè prohibet; unde tunc Syndicus esset interposita persona, ut nostra, & sic dominium redderet penes nos.

Alii vero capaces legatorum perpetuorum, ita tamen ut dominium directum ipsorum capitalium, seu rerum immobilium, resideat penes tertiam personam, quæ neque testatrix personam legantis, & dicitur amicus spiritualis, juxta dictum. *1147. & 1165.*

1190 Potest igitur testator uti forma relata *n. 1185.* vel potest gravare hæredem ad elargiendam Fratribus annuam summam eleemosynæ. Vel relinquere ipsum bonum immobile, aut capitale fuget te immobili investiendum alicui Universitati, Communitati, Hospitali, aut tertiæ personæ, cum obligatione, & onere solvendi annuatim certam summam eleemosynæ Fratribus pro eorum necessitatibus ministrandam gratis, aut cum onere Officii, Missæ, &c.

1191 Et tunc (ut cum Divo Bonaventura loquar) nullo pacto nos Fratres dicimur reddituus habere per nos, aut per interpositam personam nostram. Nec annuam pensionem nos petimus, & recipimus ex jure, & tamquam debitam: sed ex gratia, & tamquam eleemosynam.

Ad quam annuam eleemosynam annuatim solvendam ipsi executores sunt omnino obligati, minime obligatione directe coactiva contracta, sed cum ipsis legante. Et hac ratione, si negligant, possunt civiliter à quolibet de populo cogi, quoniam animæ de-

defunctorum sunt pupillæ. Unde pecunia annua respectu nostri semper habet rationem puræ eleemosynæ. & vere per modum eleemosynæ recipitur: *v. n. 1167.* Et infrà de præscriptione contra onus Missarum.

1193 Nec obstat, quòd annuam summam immediatè non à legante, sed ab ejus executore recipiamus; quia sicut legans potuit nobis annuam eleemosynam committere, & tertiæ personæ eam solvendam committere, ipse vivente: ita & ipso mortuo, executor namque solvit nomine legantis.

1194 Quæ inter sunt formalitates, sed reales & veri tituli, à Divo Bonaventura longè prius excogitati in sua quæstione Apologetica relata in Statutis nostris Barchinonensibus, & Segobiensibus, ab Urbano VIII. die 20 Novembris 1623 confirmatis per Bullam: *Injunctis nobis, in num. 5.* Bullarii Lantusc. qui ex verum immobilium dominium directum retinet penes tertiam personam nomine legantis; & solùm indirectè non respicit, tamquam pauperes, & ut terminum eleemosynæ à legante præscriptæ, & executori commissæ. Adeoque nullo pacto inde lædit Franciscana paupertas.

1195 Non est autem contra Regulam, & nostram paupertatem, quòd tales executor, & tertia persona sit ipse Syndicus Apostolicus; quia Syndicatus officium nec illi nocere debet, nec facit, quin possit alteri se obligare ad aliquod onus gratis suscipiendum, nempè ad suscipienda bona immobilia legantis cum onere distribuendi annuatim fructus pauperibus pro anima ipsius legantis.

Sicut enim potest, nedum nomine Papæ, sed ut tertia persona, & ut unus de populo executores negligentes ad annuam eleemosynam solvendam cogere: cur non poterit, ut tertia persona, & ut unus de populo, omnes à legante ad annuam eleemosynam in Fratrum necessitatibus distribuendam suscipere? tunc namque se habet, non ut interposita persona nostra, sed ut tertia persona, & persona legantis, & est amicus spiritualis. & quidem aptior, & promptior tam ad fratrum necessitatibus subveniendum, quàm ad legantium animas suffragandum: *v. dec. de n. 1198. & n. 1167.*

1196 Id autem est prohibitum vi Statuti Congreg. Gen. Rom. die 17. Maji 1604. *Verum autem, ne Syndicus in sua persona hujusmodi modo annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus*; non quia pauperitas nostra lædatur, sed ne apud ignorantes redditus per interpositam personam nostram retinere videamur; qua ratione D. Bonavent. cit. vult. ut in legatis terræ perpetuæ, aut communitati alicui relictis cum onere certam eleemosynam annuatim nobis distribuendi, fiat per Guardianum, & discretos Conventus protestatio, ni nos quis ex talibus donationibus velle habere, nec ex vi legati; & ut legatarii; sed per modum eleemosynæ, & ut pauperes recipere.

Audi D. Bonav. qui post doctrinas jam à *nu. 1191. ad 1194.* fere relatas, in fine subdit: *Quia vero Dominus dicit, non resistere malo: hominibus*, Matth. 14. & *Apost. ad omni specie mali abstinere*, 1. Thess. 5. *ne putemur ab ignorantibus vana spectare: Regula nostra, dicimus, aperiè protestari, nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut remotis suspectis de fraudatione omnia illa cavere, quæ quidem possent ista suspicio probabiliter judicari.*

Quæ protestatio, si facta non reperiatur, heri potest executoribus, vel universitati; solutio namque fit ad omne vitandum scandalum, seu admirationem.

1197 Solidantur prædicta per plures decisiones S. Congreg. & Sedis Apost. decretas, quæ hic libenter refero in gratiam meorum Religiosorum, atque Superiorum, ut sciant, quid consulere in novis legatis condendis, & quomodò se gerere in jam fundatis honestandis; sæpè namque ex Confessariorum imperitia provenit, ut fideles legata perpetua conflituant, bona immobilia, seu lortem, & capitale nobis directe legando, contra implicitam donantium, seu legantium voluntatem: fideles enim, volentes Fratribus in corporis necessitatibus subvenire, non intendunt, eorum, & propriæ animæ nocere: unde si certam formam advertissent, licita forma legassent, ut dicemus de contr. ultrario bona fide celebrato: *v. n. 1185.*

ROMANA DONATIONIS.

1198 *Judex Apostolicæ Camerinæ, ac vicarius, de Aracœli Fratrum Minorum de Observantia sexta mille denarii Pamphilia Mone, donationis infrascriptis verbis concepta: Donatio donationes irrevocabilis inter vivos D. Francisco Bespine Syndico Apostolico perpetuo Ven. Conventus B. Mariæ de Aracœli, & aliis in dicto officio Syndicatus, pro tempore successoribus, sexta mille, una cum fructibus decursis, & decurendis, ipsis relictis à q. Virginia Agnesari, cum conditione, quòd idem dimissus teneantur, & obligati sint, postquam consecuti fuerint dicta sexta mille pro dicta Legato, seu hæreditate, debita, illa usque ad eorum beneplacitum in aliqua re fabrili, cerisibus parpetuis, seu loci monasterii non variabilium, & ex fructibus dicti reinvestimenti impendere, & applicare animæ sextæ*

fatura residuata in perpetuum ex parcimonia pro benefactis. & singulis infirmitatibus Venerab. Conventus Aracoeli Ordinis Minorum Observantiæ S. Francisci, cum rendituræ capella . quàd si alio unquam tempore dicti RR. Patres Guardianus , seu Superiores pro tempore dicti Conventus Aracoeli intendant vinas quascumque applicare velint, illa annuatim ex reditibus in alios vsus, præterquam supradictos. Eam ex causa prædicta domum, & immediatam dum nulla annua solutionis sensuum reimpositio, & instituitur ipse falsa radicata, & donata, præsentaneum valuit , & vult in favorem Venerab. Archiconfraternitatis B. Mariæ Consolationis.

Procurator Rev. Fabricæ S. Petri , cleri & populi suæ Parochiæ , supplex petit pro hanc Sacram Congregationem declarari : An pranarratus donator valuit testimoni ? Die 3. Junii 1661.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit , licere dictis Fratribus percipere quamdam annuam pensionem præfatarum respondentium elemosynæ recipere , ad præscriptum Decreti Congregationis Ratisbonæ sub die 14. Februarii 1633. editi , & Synodi Apostolicæ non posse à Ministris dictæ Fabricæ , vacante hujusmodi sensuum , molestias inferri , nisi ad formam supradicti Decreti.

Fr. Card. Chisius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

1199 Clemens Papa X. *Ad futuram , &c.* 4. Nuper pro parte dilecti filii Syndici Apostolici Conventus Sancti Petri de Syrchis siti in Sardinia Ordinis Sancti Francisci de Observantia , &c. Congregationi Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis , &c. Episcoporum , & Regularium præpositæ , exposito , quòd quondam Petrus Mores de Molinos in suo ultimo testamento , quod anno 1645. condiderat , diversa annua legata , pro Missis per Fratres dict. Ordinis celebrandis , fecerat , modo sequenti : *Primo mando* , quòd meus hæres teneatur expendere pro confessione rumili , & exequiarum , quæ libet anno lib. 240. pro una Missa cantata , & aliis fendecim Missis pro animabus meorum parentum *celebran. à Fratribus* Franciscanis S. Petri de Syrchis , & pro hoc legato volo , quod sint perpetuò obligata bona mea : *Item volo* , quòd dictus meus hæres solvat ex dictis bonis meis quolibet anno lib. 40. quæ inserviant pro oleo lampadis meæ Capellæ Majoris in dicta Ecclesia Sancti Petri. *Item reliquo* in perpetuum Missas septem qualibet hebdomada pro Animabus Purgatorii , &c. & eleemosyna sit septem solidorum pro qualibet Missa , &c. & proprietas illarum est 1400. libr. quæ sit super domo mea , in qua habito . *Item reliquo* pro eleemosyna dictis Conventui S. Petri de Syrchis lib. 300. ut illæ applicari debeant per meos Curatores in loco securo ad rationem lib. 14. annuorum, & inserviant pro emendis linteamentis , pro pauperibus Fratribus infirmis. *Item* , quia D. Mater mea reliquit , ut dicuntur duæ Missæ perpetuæ qualibet hebdomada à dictis Fratribus , mando , quòd super bonis meis solvantur quolibet anno lib. 28. *Item* , quia D. Pater meus reliquit unam Missam pergeruam qualibet hebdomada celebrand. à dictis Fratribus, & reliquit pro eleemosyna censum lib. 150. debitum à Gavino Paduano , &c. quatenus perderentur census suprædictum, mando , ut meus hæres solvat lib. 12. annuas , &c. Et factis aliis pluribus legatis pretanis , &c. instituit sibi hæredem Deum, & Animam suam , mandans suis executoribus , ut adimpletis , & satisfactis legatis , illi inserant unam tertiam diligentiam Archidiaconalem in Cathedrali Turritana , cum anno redit. lib. 100. & de residuo unum , vel plures Canonicatus secundùm capacitatem bonorum fuerum , & alias , prout in dicto testamento dicitur uberiùs continetur. Et subinde in executionem dicti testamenti unus Canonicatus, & unus Archidiaconatus in Ecclesia Turritana erecti fuerant , dictusque Archidiaconatus ex dispositione ejusdem Petri testatoris collatus fuerat quondam Didaco Mores ejus fratri Germano , & executori testamentario , qui bona fide , dum in vivis erat , eadem legata pia adimpleri curaverat : verùm post ejus obitum , de eodem Archidiaconatu provisus fuerat dilectus filius Carolus de Capudoro , ad cujus favorem dilectus filius Provicarius Generalis Turritanus , nesciebatur quo jure , declaraverat Fratres Minores prædictos Legatorum rapaces tantum fœtorum pro oleo lampadis , & linteaminibus infirmorum , & incapaces pro reliquis , quæ Archidiacono prædicto adjudicaverat ; prout in ejus sententia dicitur contineri ; unde dictus Syndicus tamquam unus de populo pro suffragio Animarum , pro quibus instituta fuerunt dicta legata pia , & pro sua pietate erga dictos Fratres de Observantia , qui in magna necessitate propter eleemosynarum deficientiam in prædicta Insula Sardiniæ repetiebantur , prout ex attestatione juratorum , & Officialium Civitatis Turritanæ constare dicebatur , Nobis humiliter supplicaverat , ut omnimodum adimplementum Legatorum prædictorum Ven. Fratri Archiepiscopo Turritano , non obstante prædicta Provicarii Generalis sententia , committere de benignitate Apostolica dignaremur , Instantia vero hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem à nobis remissa , & de mandato ipsius Congregationis , citato dilecto etiam filio Alexandro Bulla supradicti Card. de Capudoro Archidiaconi Procuratore , Syndicus prædictus plurimum cupiebat declarari , prædictos Fratres Minores de Observantia posse recipere præmissorum actuum legata Missarum per modum puræ & simplicis eleemosynæ , juxta doctrinam S. Bonavent. in quadam Constitutione fel. record. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri , cujus initium : *Sacrosancti Apostolatus Ministerium , &c.* proindè debere dictum Archiepiscopum Turritanum tamquam executorem ultimarum voluntatum , & præcipuè piarum , curare omnimodum adimpleri eorumdem legatorum & voluntatis dicti Petri Tellarini , compellendo hæredes , & detinentes bonorum ad satisfactionem , ne aliàs ejus authorum , & beneficiorum suffragiis defraudatæ remanerent . Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris , qui sequitur . *S. Congreg. EE. SS. RR. EE. Card. in negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ. Pro curatore Archidiacono Turritano sapius citato , referente Eminentissimo D. Cardin. Paravicinio , decrevit esse eundo. Visitatores, qui sæpè alias fuerunt, videlicet Ecclesias Minores de Observantia non posse percipere census , & bona stabilia , posse tamen recipere pensiones eleemosynas, quatenus ex reditibus ab executoribus ultimarum voluntatum sic celebrandæ Missarum , & Anniversariorum , & præsertim census commutandum , fuit præfatis Decreti tenore concessum , Archiepiscopo Turritano , ut ad hunc præsentis declarationis in censu, de qua agitur, prædias , & additus observantiam , quatenus opus esse, fuerit, recudatis, & in subsidium aliam confectis Ecclesiasticis compulsis . Roma 3. Augusti 1674. Card. Brancatius.*

Loco ✠ Sigilli, &c.

Cùm autem , sicut dictus Syndicus nobis subinde exponi fecit , ut Decretum hujusmodi similis subsistat , & observetur exactiùs Apostolica nostræ confirmationis patrocinium commutii summopere desiderat : Nos ipsum Syndicum , &c. absolventes , &c. supplicationibus ejus inclinati , &c. *Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus , & confirmamus , illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, &c.* Sicque in præmissis per quoscumque judices , & arbitrium , &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 22. Augusti 1674. Pontificatus nostri anno quarto , &c.

Examen Ecclesiast.

Observanti de Lucca . Sacra Congr. Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium , negotiis & consultationibus Episcoporum , & Regul. præpositi : *Sapius declaravit , Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci, quamvis arctissima sit professio Cl. Exiti de Paradiso, & Constitutio Nicol. III. & Clementis V. Lex incedunt absurdum contra perpetuo. & bona stabil. posse omnino per viam puræ, & simplicis eleemosynæ recipere quidquid ab accommodatis ultimarum voluntatum ex traditione pro celebrandis Missarum , pro ornamentis Ecclesiæ , aliisque necessariis prærogandis ; juxta doctrinam D. Bonaventuræ , relatam in Constitutione S. D. Urbani VIII. hoc pien. Sacra Sanctam Apostolatus Ministerium , &c. Atque in præfatæ cautæ actus executores ultimarum voluntatum servare debere , ne hujusmodi pia dispositionis adimplentur ; ne testatorum animæ debitis suffragiis defraudatæ remanerent . Quam quidem declarat. oneum , illiusque temporem , in casu, de quo agitur, eadem S. Congreg. servare præcepit*, eo omittendo Ordinario Lucensi, pro tempore existenti , ut quatenus alius executor non existat, præsentium pii testatoris dispositorem executioni demandet , Romæ 26. Martii 1677.

Episcopus Urbanie , volens Conventuarium ergere ex quodam legato relicto Conventui S. Angeli in Vado , sub præsentu , quòd Fratres illius legari incapaces sit nr. Sacr. Congr. habuit 18 Maji 1633. & die 30. Augusti ejusdem anni ad eumdem Episcopum scripsit , legari summam Fratribus reddi mendam fore , eò quia Fratres erant capaces illius, non obstante perpetuo onere Missarum , & quasdam facultates celebrandi .

Et die 30. Julii eiusdem anni 1633. sub eadem forma scripsit ad Episcopum Civitatis Castelli . Et quia Episcopus difficultatem invenit, ac Fratres legati hujusmodi recipere ; eadem S. Congr. die 28. Augusti 1640. scripsit ei, ut omnimodum vetet superfluentia , & testatoris voluntas impleretur , &c.

Eadem Sac. Congregatio in una Anconitana die 31. Decembris 1639. declaravit, quòd Fratres illius Civitatis per modum eleemosynæ capaces erant legati quinque annuorum ducatorum , cum onere celebrandi officium , &c.

Potentissimo , & Catholico Principi DD. Carolo ab Austria , felicis prosperitatis augmentum , &c. eiusque Regnorum , & Provinciarum ; &c. Officialibus , &c. ad quos præsentes nostræ pervenerint , seu quos nodolibet præsentabuntur : *Franciscus Columna in utraque signatura SS. D. N. Papæ Referendarius , constat*

I qui,

..., *& causarum hujusmodi, &c.* Salutem, &c. Noveritis, quòd introducta alias in partibus eorum Vicario Gener. Caracen. lite, & causa inter Syndicum, & RR. PP. S. Francisci Minor. Observant. Civit. Tabernatum Caracen. ex una, & RR. DD. Theodorum, & Dominicum de Carcia ex adverso principales, Partibus ex altera, de, & super solutione eleemosynæ debitæ pro Missis, pro quibus agitur, rebusque aliis, &c. dictus D. Vicarius Caracen. in causa hujusmodi procedendo ..., protulit sententiam, sive Decretum tenoris sequentis, videlicet: *Pro Curiam Episcopalem Caracen. Pro parte ex ultimi testamento quondam Feliciana Rivæ Civitatis Tabernarum condito sub die 20. Maii 1634. &c. ac insuper inspecto tenore Bullæ S. D. N. fel. record. Clementis X. sub datum Romæ die 31. Augusti 1674. pro confirmatione Decreti Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum & Regularium præpositæ latis, sub die 3. Augusti 1674. declarantis, Fratres Minores de Observantia posse recipere legata annua Missarum pro modum pias, & simplicis eleemosynæ; etiam pro exactissima ultimarum voluntatum testatorum, usque ad annibus, &c. ac Parochus pluries auditis, suis provisum, & decretum, suspensionem duarum Missarum in hebdomada per eamdem Curiam latarum omnino tollendam esse, ac proindè PP. Minores de Observantia Conventus supradictæ Civitatis Tabernarum remitgerentur ad legatum celebrandi easdem duas Missas in hebdomada, & ab hodie in antea RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Carcia correspondenter eisdem Fratribus solvat decem singulis annis pro celebratione prædicta, &c. & ita, &c. dainm, &c. die 24. Januarii 1691. Antonius Favini Vic. Generalis, &c.* A qua infausta sententia, sive decreto, &c. appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, fuit hæc causa ad Curiam devoluta, *& coram Illustrissimo, & Reverendissimo D. Thomate in utraque signatura Referendario, &c. Illustrissimi, & Reverendissimi D. A. C. Iacum tenuta introducta, qui servatis servandis, procedendo, sua definitivæ sententia, præinferiorum sententiam, seu Decretum D. Vicarii Generalis Caracen. confirmavit, & approbavit*; ad effectum tamen exequendi super bonis per D. Victorium Rivam donantem, &c. A qua sententia Illustrissimi, & Reverendissimi Thomati iterùm appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, *fuit causa hujusmodi Nobis commissa vigore specialis summissionis eiusdem Sanctissimi* de qua in dictis actis, &c. *Nos in causa, & causæ prædictæ, visis, & rectè, & legitimè procedentes, &c.* Tandem D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore DD. Theodori, & Dominici ex adverso principalium, &c. per unum ex ejusdem Sanctissimi Custoribus more solito citato; *nostram protulimus, & promulgavimus definitivam sententiam tenoris sequentis, seu sententiæ D. Vicarii Gen. Caracen. & aliam Illustr. & Rever. Thomati confirmatoriam*, prout in dictis Actis insertis Archivi Romanæ Curiæ scriptoris. Sed quia à tribus sententiis conformibus non licet amplius appellare; ideò ex parte ejusdem Sanctissimi, & ad instantiam dicti D. Syndici dicti Venerandi Conventus, & RR. PP. Minorum de Observantia, fuit nobis directa, & præsentata commissio executorialis tenoris sequentis: *Sequitur tenor Commissionis.* Nos denique; &c. dicto D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore dict. Theodori, & Dominici Carcia ex adverso principalium, iterum ut supra citato: *Pronunciam sententiam, sive Decretum Vic. Generalis Caracen. alt... dicti Reverendissimi Thomati, & dictam nostram respective definitivam sententiam exaui mandavimus, & in illarum executionem, & re judicata præsent mandatum executionum ad ... dicti Syndici RR. PP. Sancti Francisci Minoris de Observantia Conv. Tabernarum, Diœcesis Caracen. remus, & adverùs dd. bona per dictam Vocationem donata, dictas DD. de Carcia, pro duarum vigintiquinque marcis Regni, debitis pro supradicta eleemosyna Missarum, ab anno 1691. per totum mensem Junii proximè præteriti, ad rationem ducatorum decem pro qualibet anno, sine præjudicio aliorum annorum decursorum decernimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandamus per præsentes.* Quocirca vos Potentissimum Regem, vestrosque Regios Ministros studiosè requirimus, & perbenignè in Domino hortamur, attenteque rogamus Vobis verò, aliis omnibus, & singulis supra dictis, &c. tenore præsentium committimus, & in virtute S. Obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœna, &c. mandamus, quatenus statum vitis præfentibus, & quoties præsentium vigore fuerit is requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, &c. ex parte nostra, seu veritus Apostolicæ authoritate cogatis, & compellatis, cogique & compelli faciatis &c. dd. Theodorum, & Dominicum Carcia, ad dandum, solvendum, tradendum, &c. & effectualiter exhurfandum dicto Reverendo Syndico dd. PP. S. Francisci Minor. Observ. &c. scuta vigintiquinque monetæ Regni, ut præfertur debita, una cum aliis scutis quatuor, & julis septem monetæ Romanæ, pro expensis præsentis mandati, &c. In quorum, & singulorum fidem, &c. Datum Romæ anno 1693. Indictione prima, die verò 7. mensis Augusti, Pontificatus SS. D. N. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. anno ejus tertio.

1200 Dutique ad tutò simul, & sine scrupulo procedendum in casibus, in quibus ob circumstantiarum varietatem, aliqua posset suboriri difficultas circa materiam paupertatis, valde juvat reflectere ad finem Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum; finis namque (ut dictum est n. 1187.) semper fuit, & est, de paterna benignitate modos aptos tradere, ut fratribus, una cum para observantia Regulæ, & Paupertatis, necessaria juxta decentiam non desint. Constat ex Decretali Nic. III. cit. his verbis,

„ Quintò omninò apparet in eis quoad „ dominium omnimodo abdicatio, & in usu „ necessitas. Hæc autem secundùm exigentiam personarum, & locorum, Ministri, & Custodes simul, & leparatim in suis administrationibus, & custodiis, cum discretione disponant, cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumstantiæ, plus, minúsve, ac aliter providere requirant. Ista tamen fic faciant quòd semper in eis, & eorum actibus paupertas sancta relucent, prout eis ex eorum Regula videntur indicta.

Et intra disponendo de legatis, uti suprà subdit:

„ Ad quæ legata solvenda, tam hæredes testatorum, quam executores seu liberales exhibeant, quam Prælati, & etiam Sæculares, quibus de jure, vel consuetudine provisio ista commissa fuerit, cùm expedierit, se ex officio suo promptos exhibeant ad plus „ voluntates decedentium adimplendas. Nam „ & nos etiam per modos licitos, & tenorem „ Regulæ congruos, intendimus providere, „ quòd nec pia defunctorum destituatur intentio, & horridum cupiditas legitimis „ ictibus feriatur, ac ipsi fratres pauperes „ opportunis auxiliis non fraudentur: *v. num.* 1155.

De paupertate, & Legatis Minorum, agunt *Pontifices, & Decretalis vela*, n. 1188. D. Bonav. Hugo, Quarant. Magistri, Corduba, Portius, Monza, Longus *privil. immun.* Syndici apud Matthæucci: v. infra de Legatis.

DE SIMONIA.

SImonia nomen dixit à Simone Mago qui donum Dei emere voluit, ut videretur; unde definitur: *Studium animo emendi, aut vendendi pretio res, earve aliquid spirituale, vel spirituali annexum; ne ejus definitio deliberatæ voluntati consentiendi per modum, vel spirituali annexum*; sic enim comprehendit omnis contractus etiam innominatus, *Do ut des*.

1202 Pretium temporale est omnis res pretio æstimabilis: est triplex; *Manus, & manus, munus, lingua, & munus ad obsequia*. Per munus à manu intelligitur pecunia, & quodlibet bonum temporales; per munus à lingua intelligantur preces, laudes, &c. in favorem illius, qui beneficium, aut rem spiritualem confert; ut autem habeant rationem pretii, fieri debent ex pacto; v. gr. *Si intercedas pro me apud Principem, dabo tibi beneficium.* Per munus ab obsequio intelligitur omne servitium temporale, quod exhiberi potest in gratiam alterius & signa etiam honoris; quæ si fiant loco pretii, & præsertim cum pacto, simoniam inducunt: ut, *Confero tibi hoc beneficium, tum pallio, & amore tale vel tantum mihi præstandi.* Secus simoniam non contrahunt.

1203 Nomine rei spiritualis intelligitur res supernaturalis, quæ vel talis sit formaliter, ut gratia, &c. vel causaliter, ut sacramenta, concio, sacramentalia, &c. quæ causant gratiam; vel pro effectu, ut confessarius, absolutio, dispensatio, electio ad beneficium; præsentatio, confirmatio, &c. qui sunt effectus, & usus potestatis supernaturalis. Unde pro dispensatione non potest aliquid exigi in pretium, bene verò per modum multæ ad pium causam applicandæ.

1204 Dicitur, *aut spirituali annexum*; talia sunt ea, quæ non sunt per se spiritualia, sed eis sunt annexa, ut jus patronatus respectu beneficii, vasa, vestes, &c. respectu sacramentorum, & reddit us beneficiorum, qui darentur propter officium spirituale: *v. num.* 1155.

1205 Res sacræ, quæ per accidens habent annexam consecrationem, ut calix, planeta, &c. possunt vendi ratione materiæ ex se venditibus; sed non possunt plus vendi consecratæ, quam venderentur non consecratæ, quia tunc esset simonia; quando autem res temporalis venali non potest, nisi simul spiritualis venumatur, tunc non potest, & ipsa vendi; ut Reliquiæ; potest vendi Reliquiarum ratione solius materiæ; *vide num. 966.*

1206 Lectio theologiæ, aut casuum, est venalibilis, quia est actus naturalis intellectus non connexus cum spirituali, seu supernaturali.

1207 Simonia est triplex, mentalis, conventionalis, & realis; mentalis non est pactum propositum committendi simoniam, sed vera tradito rei temporalis in pretium pro re spirituali, sine pacto, & conventione explicita,

solùm mente concepta. Conventionalis est, in qua extrinsecè convenitur, & pactuatur de pecunia, & venditione; sed adhuc non est secutus effectus ex utraque parte. Realis est, quando pactum ex utraque parte executioni mandatum.

1208 Simonia dividitur in eam, quæ est contra jus divinum; & hæc est prohibita propter malitiam suam, ut Sacramentum, Christum conferentem vendere, & in eam, quæ est contra jus humanum, quia solùm est mala, quia prohibita; ut cum Ecclesia prohibet sumi pretium pro aliquare, & functione, propter connexionem cum re sacra: quæ tamen res illa aut simoniaca esset ex se vendibilis.

1209 Hæc ab Ecclesia prohibentur, & simoniaca censentur: 1. *Venditio non-spirituum secundùm id, quod temporale est, sistens quoad jus percipiendi fructus: ut venditio Bivarum extrinsecè tantum ordinata ut ad reficiendas, v. g. Sacristæ, Organum, Aere, aut Ecclesiæ Thesaurum &c.* 2. *oblatio pecuniæ alicui facta, ut quærat alteri, ut det Beneficium: &, pallium accipiendo beneficio, vel de ferenda sententia, si alter beneficium vult impetrare.* 3. *permutatio, & restauratio beneficiorum, item de certa pensione ex beneficio reddenda, si absque substantiæ aut horizate fiant, quæ si mutentur, tanta omni.* 8. *accepta mutatio ejusdem pensionis obligatoria exactionis ad Parochum, pro collatione Organum, pro primâ Tonsura, & cæteris similibus, ex Trid. exceptis tamen decem paribus datis pro Notario, si jam non habeat, & confirmatione Pontificis:* 7. *etc. Hic pecunia pro administratione ad Religiosum, non quidem pro pacto Religioso, qui non sit spiritualis, sed pura & sine intervento-*

ipsi Monasterio

1210 In simonia non datur parvitas materiæ, quia in illum dominum Dei tanta gravitas irreverentia vendi potest: unde non potest à mortali excusari, nisi ob inconsiderationem, aut

1211 Summus Pontifex committere potest simoniam in iis, quæ sunt juris divini, quia est illi subjectum: minimè in iis, quæ sunt juris humani; quia Principes non ligantur suis legibus, *l. Princeps, ff. de legibus.*

1212 Simonia est aliquid dare, vel recipere pro informando Prælato de qualitatibus prætendentis beneficium; *v. n.* 1225.

1213 Non est simonia dare Prælato munera ex consuetudine hominum solita ad capiendam ejus benevolentiam, & voluntatem in genere, licet postea Prælatus bene affectus, non ex meritis; sed ex illis meritis motus, beneficium tibi conferret. Est simonia, si eo dedas ad allicierdam ejus voluntatem in specie ad beneficium, quia tunc circumstantiis attentis adesset tacitum pactum, *Dandes.*

1214 Si igitur tu des Prælato munera, ut illum sic movens ad conferendum tibi beneficium, & Prælatus ex circumstantiis tuum animum cognoscens, ex meritis motus beneficium tibi conferat; tunc habetur simonia mentalis ex parte utriusque, & pactum implicitum; quòd si Prælatus tuum animum non adverrat. & jam bene affectus beneficium tibi conferat, non ex meritis, sed ex tuis meritis motus, tu solùm simoniacus mentalis eris. Ratio est, quia talis oblatio immeritis in motivum pro collatione beneficii est æquivalenter empta. Sacræ doctrinæ exemplificat Cardenas; sicut in prudentium exillimatione judex ex meritis motus ferens sententiam, dicitur vendere justitiam; ita collator beneficii ex meritis motus conferens beneficium, dicitur vendere beneficium; & è converso mineralis dans, ut ad id moveat, dicitur emere beneficium: *v. n.* 1219.

1215 Clericus, si suum famulatum præstet Prælato, intendens inde tamquam finem principalem beneficium, est simoniacus per munus ab obsequio. Si verò habeat pro fine principali decorem, & gratiam Prælati, pro minùs verò principali beneficium, tunc est (relinquendum) vel enim famulatur, ut alliciat, & moveat Prælatum ad dandum beneficium, & sic est simoniacus, licet beneficium tamquam finem minus principalem intendat; constat ex dictis: vel famulatur, non ut sic alliciat, & movet, sed solùm ex aliqua ipse ultrò erdi beneficium à Prælato bene affecto, & gratis & liberaliter conferendum, & non erit simoniacus, quia famulatus non fit, ut alliciatur adeòque non habet rationem pretii.

1216 Si Prælatus famulatum Clerici, quem debet recompensare mercede, vel recompensate beneficio; erit simoniacus; quia est virtualis commutatio beneficii pro obsequio.

1217 Quando res temporalis, spiritualis annexa, habet pro fine intrinseco aliquam rem temporalem; potest licitè dari, & accipi propter illam tamquam finem minùs principalem. Me explico. Finis est duplex, intrinsecus, ad quem res ex natura sua ordinatur, & extrinsecus, ad quem res non ex natura sua, sed ex libera hominis intentione ordiuntur. Sit exemplum,

ejus: Beneficium, prout est quid spirituale, habet pro fine intrinseco solum cultum, & honorem Dei: prout verò continet subsidium temporale, habet pro fine intrinseco tam cultum Dei, quam sustentationem temporalem vitæ ipsius ministri, illum tamquam magis, istum tamquam minus principalem: hujusmodi enim sunt Prædendæ, Capellaniæ, & familia ad sustentationem vitæ ministrorum instituta. Hæc præmisso,

1218 Potest Prælatus absque simoniæ labe Beneficium Clericis pauperi conferri propter sustentationem ejus vitæ tamquam finem ipsi beneficio intrinsecum, & sic Clericus recipere, dummodo talem finem minus principaliter intendat, quia sic Prælatus dat gratis, & liberaliter; ejus, cui confert, utilitatem intendit, & nullum inde pretium reportat.

1219 Hinc, quando dicitur simonia esse dare spirituale propter temporale, aut è converso, intelligi debet de motivo extrinseco, minime de intrinseco ipsi Beneficio. Ita Cardenas.

1220 Simonia committitur, si temporale detur ut gratuita compensatio pro re spirituali, vel è contra; quia compensatio est virtualis commutatio, & in re tollit titulum gratitudinis, quia ponit æqualitatem, quæ est actus justitiæ; cum enim per actum gratitudinis intendis compensare, in re intendis ponere æqualitatem, & solvere: ecce pretium, & injustitia: *vide in pag 5. propos. 45 & 46 ab Innoc. XI. damn.*

1221 Simonia committitur in re mobili, & stura lo mutuo, si aliquid detur ob gratitudinem, & gratitudo dedicatur in pactum, v. gr. Do tibi pecuniam, hac conditione, ut te obliges conferre mihi ex gratitudine Beneficium, vel è converso; & sic mutuo: Do tibi mutuum cum pacto, ut postea fis mihi gratus ad remutuandum, ad dandum aliquid in recognitionem, &c. quia pactum imponit obligationem justitiæ, & consequenter tollit in re titulum gratitudinis, quæ tantum respicit donum antecedat, remuneratorium, & liberum, minime ut debitum, quale illud constituit pactum.

1222 Non est autem illicita spes gratitudinis, & obsequii animi grati, ver. gr. si collatori dicas. *Non te pœnitebit exhibita mei beneficii, fedeze gratus: Do tibi mutuum gratis, spero tamen, & te mihi fore gratum.* Si sincere verba proferantur, quæ sunt verba urbanitatis, quæ spem, non obligationem gratitudinis designant; si verò circumstantiæ exterent sint tales, ut videaris inde movere collatorem ad Beneficium, reputent dicta *num.* 1214. & tunc erit simonia non solum mentalis, sed etiam conventionalis, ta quantum ex verbis, & signis externis, sigu ficatur promissio compensationis. Similiter in mutuo, si circumstantiæ sint tales, ut per illam ostentionem spei, videaris exigere aliquid ex gratitudine, usuram committes, quia novum onus mutuo addis: *vid. in pag. 5. propos. 42. ab Innoc. damn.*

1223 Si spondeas cum tuo Prælato, aut cum intercessore pro centum, ver. gr. aureis, quod non tibi, sed alteri sit Beneficium collaturos: simoniam committis, & pœnas: quia ea alluria intendis movere, unde non est sponsio, sed emptio.

1224 Eum, qui dat pecuniam alicui tertio, ut intercedat apud alterum, ut ille mediante intercedat apud collatorem Beneficii, non esse simoniacum, tenent Rocaful. & alii apud D. an. p. 4 n. 4 *ref.* 151. *& p. tr. tr.* 15. *ref.* 5. quia non datur pecunia pro intercessione immediata, sed pro mediata, quæ est pretio alli mabilis, & remota à collatore Beneficii, & inde temporalis.

1225 Sed dico, esse simoniacum, Tanc. *de Rel. t. 2. lib. 4. disp. 26. q. 4.* Rodr. & Port. quia licet talis intercessio sit mediata, est principaliter, & determinate ordinata ad collationem Beneficii; unde est virtualiter spiritualis, utpote ordinata ad rem spiritualem, nempe ad Beneficium, & vere inducit ad illud obtinendum; & licet hac ratione, immediata intercessio, persuasio, cortilium, facta pro pretio, est simonia, in quantum est virtualiter spiritualis, & determinate ordinata ad Beneficium: ita & mediata intercessio est simonia.

Eadem ratione, simonia est dare pretium, ut ponatur in nominatione, seu in numero præsentandorum, aut eligendorum.

Tum quia de hujusmodi actibus verificatur regula juris, ex *Can. Si quis 7. causa 1. quæst. 3 Quisquis bonum alterum vendit, sine quo alterum non provenit, mercem invendituin detrimentum*, quæ regula est mente tenenda: *v. num.* 1369.

1226 Non est autem simonia, pretium dare familiari collatoris, ut viam aperiat, ut cum ipso collatore loquatur, Mendo *in spec. ver. Simonia, num.* 2. quia aditus ille est indifferens.

1227 Facere aliquam actionem virtutis ob aliquod commodum temporale, tamquam finem principaliter intentum, est simonia, quia est vendere actionem spiritualem: minime verò si fiat ob illud tamquam finem secundario

mentiam, hoc pacto non est simonia celebrare Missam, confecrare, &c. ob hujusmodi finem primario cultus Dei intendatur, licet fine stipendio actio non fieret, qui emolumentum illud tunc est finis impulsivus, non effectivus, nec specificativus actionis.

1228 Pariter non est simonia, si pater det, aut promittat filio munus, si Sacramenta frequentet: infideli, ut baptizetur: vitam hæretico damnato, ut fiat catholicus: alimenta juveni, ut fiat clericus: dotem puellæ, ut fiat Monialis, quia ad interdictum non pertinet modum retributionis, seu commutationis, quo pacto utique esset simonia: *sed* ut pura conditio, & finis impulsivus, quo scilicet intendit impellere infidelem, ut amore fidei moveatur ad suscipiendum baptismum, &c. ut finis cedit non in emolumentum donantis, sed in utilitatem ipsius recipientis: adeoque nullus habetur contractus, sed sistitur in liberali donatione.

1229 Pro re igitur spirituali nunquam potest res temporalis dari ac pretium, bene vero per modum subsidii, in sustentationem ministri in gratiam alterius occupati. 2. per modum eleemosynæ. 3. per modum oblationis, quæ Deo fit in persona ministri. 4. per modum liberalis gratitudinis.

1230 Simonia juris divini & naturalis est. Primo vendere actus Ordinem præcedentes à potestate spirituali, ut absolvere, confecrare, benedicere, &c. Quia à potestate spirituali procedunt, & inducunt ad effectum spiritualem ordinantur.

1231 Secundo. Vendere actus jurisdictionis spiritualis, sive pro foro conscientiæ, ut vota commutare, *&c.* sive pro foro externo, aut dispensare in matrimonio. Unde id, quod à Curia Romana pro dispensationibus in matrimonio exigitur, non exigitur in pretium dispensationis, sed per modum mulctæ, per quam compensatur recessus à lege communi, & ad reddendum difficilem talem recessum, ad piam causam applicandæ, aut in alium sustentationis, & onerum sustinendorum. Ita Pirhing. *in Com. lib. 5. tit. 3. sect. 3.*

1232 Denique simonia juris divini & naturalis est vendere actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, etiam si versentur circa materiam contentiosam, aut temporalem, & politicam. Horum ratio est, quia hi actus procedunt à potestate spirituali.

1233 Non est simonia dare alicui pretium temporale pro omittendo actus jurisdictionis peccaminosi, etiam si sit actus jurisdictionis: v. gr. ut se abstineat ab actu spirituali, quem cum injusto, sacrilego, *&c.* est positus, quia tunc pretium non datur ad actum spiritualem patrandum, sed ad peccatum omittendum. Qua ratione non est simonia dare pecuniam Electoribus, ne indignum eligant.

1234 Non est simonia, pretium dare pro omittendo actus spirituales, qui non sit actus jurisdictionis, etsi ad illum quis ex officio teneretur, si talis omissio nullum effectum spiritualem moraliter potest se relinquat: Ut si quis Sacerdos pretium detur, ut horarum recitationem omittat; quia talis omissio, nec in se est spiritualis, nec effectum spiritualem relinquit, nec est actus potestatis spiritualis.

1235 In casu omissionis, hæc est regula generalis. Dare pretium pro omissione actus spiritualis, est simonia, si omissio sit actus Ordinis, aut jurisdictionis spiritualis, vel talis omissio potest se relinquat effectum spiritualem. Minime est simonia, si talis omissio sit purus actus exercitii libertatis.

1236 Hinc non committit simoniam, qui pecuniam dat Sacerdoti, etiam Parocho, ut non baptizet, non celebret, non excipiat confessionem. Committit vero simoniam, si pecuniam eidem det, ut pœnitentem post auditam ejus Confessionem non absolvat. Ratio dilucidationis est: quia actus Ordinis, & jurisdictionis spiritualis in Sacerdote, & in Parocho, non est non baptizare, non celebrare, non excipere Confessionem: sed baptizare, celebrare, & excipere Confessionem; & hæc ratione hi actus positivi non possunt sine simonia vendi; recentiùs autem emissiones talium actuum, sunt præcise actus exercitii libertatis, qui sunt pretio æstimabiles, adeoque possunt sine simonia vendi. Omissio vero absolutionis pœnitentis post auditam ejus Confessionem, est actus Ordinis, & jurisdictionis spiritualis: nam potestas Sacerdotis, & Confessarii, est potestas ligandi, & solvendi, ut constat ex *tom. 3. num. 169.* In priori igitur casu, dum venditur omissio, venditur libertas; in posteriori venditur actus ligandi, qui est actus Ordinis, & potestatis spiritualis, Melph. *de sacr. c. 15. ref. 5.* Pirhing. *l. 5. tit. 3. sect.*

1237 Non est simonia dare pecuniam Parocho, seu Sacerdoti, ut baptizet, aut absolvat constitutum in articulo mortis, alio non extante; quia datur ad redimendam vexationem, seu ad removendum prohibens, maxime ut pretium rei spiritualis. Qua ratione (ut bene ait Melphi *cit.*) non est simonia dare pecuniam infideli ad redimendum

dum Eucharistiam, aut Reliquias, quas reptivas retineret, *Quia hæc non est empcio, sed vindicatio ab injuria. Pars rationis non sine vitam, dum tertiam pecuniam do, sed redimo, ne me interimat.*

1238 Item non est simonia dare, vel accipere aliquid in pretium ad redimendam vexationem à Beneficiis, dignitatibus Ecclesiasticis, & Prælatis, si quis habeat jus in re, seu jus acquisitum in illa, *cap. Dilectus 28. de simonia.* Hinc D. Gregor. Magnus (ut ex Bernio refert Fagnanus *in lib. 5. cap. Nonn. de simonia n. 105.*) pecuniam Imperatori Mauritio contulit pro confirmatione sui Pontificatus, sine labe simoniæ; quia eum jam habebat jus in re ad Pontificatum per legitimam electionem, confirmatio tyrannice usurpata non contulit Pontificatum; unde per eam pecuniam non fuit redemptus Pontificatus, sed executio muneris, ab illa vexatione se liberando. Ita Bonacina *cit.*

1239 Quod si habeat jus ad rem, videretur jus non jam acquisitum, sed primo acquirendum, nunc non licet absque simoniæ labe aliquid dare ad redimendam vexationem etiam injustam & dolosam ab eo, qui non tantum obesse, sed etiam prodesse potest; licet tamen redimere ab eo, quia tantum obesse potest. Pirhing *in comp. lib. 5. tit. 3. §. 6.* Quia in primo casu datur illi, qui prodesse potest ad beneficium obtinendum, interecedendo, aut conferendo, *&c.* & sic movet. Et influit, & inde pecunia data habet rationem pretii pro beneficio. In secundo casu non datur pecunia, ut beneficium conferatur, sed ut vexatio injuste infamare, nocere, & impedire desinat; unde tunc, qui pecuniam dat, illam dat solum, ut iniquas machinationes venantis impediat, minime ut positive inficiant in beneficii collationem; nam [ut supponitur] prodesse non potest.

1240 Jus ad rem quis acquirit per concessum habilitem, in quo sit reperitus dignior, vel per præsentationem. Jus in re quis ad beneficium acquirit per legitimam electionem, collationem, provisionem, institutionem, vel possessionem, de qua infra *num. 1277.* Pirhing. *cit.*

1241 Simonia est dare pecuniam patrono beneficii simplicis, & non curati, quod est de jure patronatus laici; quia beneficio quatali est annexum officium spirituale, nempe munus, preces, & officia Deo persolvendi, & hæc est ratio, cur aliquid dare in pretium pro beneficio, sit simonia: *n. 1401.*

1242 Dices: Licet sine labe usuræ recipere pecuniam cum usura, à potente dare eam usura, & sine usura, qui tamen vult dare cum usura: ut in *n. 372* Ergo licet sine labe simoniæ recipere beneficium simplex à patrono potente dare cum pecunia, & sine pecunia; qui tamen vult dare cum pecunia, sequitur à fortiori, quia usura est prohibita jure divino, simonia in beneficiis jure Ecclesiastico: *ut in n. 1209.*

Respondeo, argumentum etiam probare in beneficio curato ob rationem *de n. 1241.* Disparitas tamen est; quia usura, est ex se de jure divino, in dante nunquam potest esse licita, quia potest dare sine usura; in recipiente liberatur à labe usuræ, ex necessitate recipientis, & ex labe damna, qui potest non dare ad usuram. & præcepta divina non sunt supra vires humanas; abunde talis receptio non est prohibita, sed solum datio, ut *in n. 362.* In casu simoniæ, licet prohibitio sit Ecclesiastica, cadit tamen tam supra dantem, quam supra recipientem; quoniam tam datio, seu collatio: quam receptio, est prohibita sub labe simoniæ, ut modo de pœnis dicemus; qua secluſa prohibitione, currit utique paritas.

Cæterum paritas tenet, si uniformiter de usura & simonia differas: licet enim in simonia quis peccet, si sine legitimo causa recipiat, ita in usura: Et licut in usura cum legitima causa recipiens non peccat, ita nec in simonia, puta si recipiat modica pecunia ad redimendum vexationem, ut modo dicemus.

Et maxime, quia quamvis receptio beneficii sit prohibita jure Ecclesiastico, quantum ad id, quod materiale est, est prohibita jure divino, & naturali, quantum ad id, quod spirituale est.

QUÆRES I.

1243 *An simonia committat, qui dat pretium Electoribus pro Prælatura, aut officio Regulari, v. gr. Provincialatus, Prioratus, Guardianatus. Diffinitoriatus, &c.*

NEgant Bonac *tom. 1. simonia disp. 3. q. 7. §. 2. n. 4. & tom. 3. disp. 2. qu. 3. punct 24. n. 4.* Peyrinus *de subdelic. c. 31. §. 9.* Barbof. Azorius, & alii apud Dian. *par. 4. tr. 4. ref. 136.* Quia non sunt propriè beneficia, de quibus intelligi debent jura, nec habent jus ad reditus: ut *num. 502.*

1244 Mendo *in epit. ver. simonia n. 5* concedit esse simoniacum; sed addit, non contrahere ipso jure excommunicationem; quia fumus in odiosis, & jura excommunicationem latæ sententiæ fulminant pro hæreticis propriè dictis.

1245 Dico tamen, simoniam committere

Rodr. *in Comp. resp.* 129. *n.* 5. Port. *var. Summista n. d.* Fignarelli *tom.* 10. *consult.* 42. Blanc. *tit.* Cajet. Filliuc. & alii apud ipsum. Quia Prælaturæ sunt beneficia Regularia, & habent annexam authoritatem, & jurisdictionem spiritualem: ut in *n.* 1209. Insuper Diffinitoratus, &c. (quod etiam est commune Prælaturis) sunt officia Ecclesiastica, annexam habentia authoritatem spiritualem.

1246 Tum quia juspatronatus, seu jus ad præsentandum, item jus ad beneficium conferendum, seu ad eligendum, vendi non potest sine labe simoniæ; quia ordinatur ad beneficium, cui est annexum munus spirituale: sic & Definitoratus, &c. qui dat jus ad eligendum Prælatos Regulares.

1247 Insuper addo, hujusmodi simoniacum ipso jure contrahere excommunicationem. Ita citati DD. cum Sorbo, qui refert Bullas Pauli II. Pii IV. & Pii V. infligentes pœnas excommunicationis latæ sententiæ, & privationis ipso facto ab officio, vel beneficio simoniace adepti, & inhabilitatis ad alia. Ubi nomine *Officiorum* usi sunt Pontifices. Et quidem de dictis Prælaturis, & officiis, verificatur definitio simoniæ: *de nu.* 1201.

QUÆRES II.

1248 *An sit simoniaca commutatio Prælaturarum, & officiorum Regularium?*

Sine labe simoniæ potest commutari etiam ex pacto spirituale pro spirituali: v. gr. Reliquia pro Reliquia, Missa, pro Missa, quia simonia est commutatio rei spiritualis, aut spirituali annexæ, pro pretio temporali.

1249 At hæc commutatio est simoniaca, si fiat in beneficiis, idque ex Jure Canonico, ex *cap. De hac autem, de simonia.* Ita Cum. Unde commutatio spiritualis pro spirituali non est censenda simoniaca, nisi in casibus expressis in jure.

1250 Hinc difficultas oritur: An sit simoniaca commutatio Prælaturarum, & Officiorum Regularium: *de n.* 1243. Non esse simoniacam tenet Sanchez, Victorius, & Sotus apud Dian. *p.* 4. *tr.* 3. *resp.* 150. *& alii de num.* 1243. ob rationem ibi allatam. Et sic dicunt, non committere simoniam electores, si inter se conveniant hoc pacto: *Si tu dederis mihi tuum suffragium in hac electione, ego dabo tibi meum in alia alia.* Vel si ad eundem effectum promittatur Guardianatus, aut Diffinitoratus.

1251 At dico, esse simoniam, ut constat ex dictis *n.* 1245.

QUÆRES III.

1252 *An exenti possit à simonia gravis illa, indelicta: Quia ex Capitulis, in quibus de verse fiunt electiones, Electores in tractatu alicujus in Generalem, aut Provincialem, conveniunt passivate, vigantur in Provinciales, Definitores, Guardianos, &c.*

Peyr. *tom.* 3. *provis. cap.* 5. *n.* 7. Pellizz. & alii docent, posse excusari ex duplici capite. Primo, quia sic electores non promittit aliquid pendere à sua libera potestate (quod solum videtur prohiberi: *in cap. De hoc, de simonia*) siquidem quantumvis eligendus id promittat, adhuc possunt electores illum eligere, aut non eligere, & de facto plures interdum contradicunt, ita ut in talibus electionibus, eligendus non habeat nisi proprium votum. Unde praxis illa videtur potius quædam convenientia, seu concordatio electionum faciendarum ad istum nardum tractatum electionis, quam realis aliqua promissio.

1253 Secundo, quia talis tractatus est mere consultivus, minime conventionalis, aut conditionalis; iure namque utique esset simoniacus, quia intercederet verum pactum, & promissio realis.

Diana *par.* 3. *tr.* 2. *resp.* 125. docet ex Rodr. & Villal. non committi simoniam, si inter electores non interveniat pactum, sed tantum absentia fiat ex spei, ut si dicat: *Da hanc vacam, & providebitur tibi de alia re.*

1254 Ombus addo, præfatam praxim (rejecti præmissione exclusa) præfentibus temporibus sæpe expedire ad vitandas discordias, quæ aliàs prudenter timerentur; ad terminandum tractatum electionis pacifice, & sine scandalo, uti Religiosis decet; ad providendum de Superiore magis opportuno, & Religiosis magis charo; & plures ad facilitandam electionem digeriatis, aut ad vitandam electionem indigni, vel ne eveniat electio digni, digniore relicto; quæ prudenter timeretur ex sequela vocalium, quam quidem Pater posset habere, aut ex indebita eorundem unione, non respiciente Deum, sed propriam passionem, vel humanam efficacitatem; quæ uniones, non semel, dici debent potius factiones per Sacros Canones, & Constitutiones ramatas, quam Religiosa fraternitas.

Tum quia, qui tenetur ad finem, tenetur uti mediis necessariis ad obtinendum finem, juxta regulam juris: *Quicunque consequens, vult & antecedens eveducens ad illud.*

1255 Hinc Peyr. *tit. n.* 14. docet, electores teneri ad tractatus mere consultivos præmittendos, adhibendo mediocrem diligentiam ad inquirendum digniorem.

Advertendum tamen est in hujusmodi tractatibus, ut si simoniam fugiant, in subornationem non incidant.

SUBORNATORES

1256 Dicuntur, qui dona, & promissiones, excommunicationibus, & obtestationibus minantibus laudibus, aut vituperationibus falsis aliquem inducere conantur, ut ibi, vel alteri suffragium in electionibus ferat: quæ collit gamic, aut inducticne fecerint. Ita 10 *Consultat. nostris c.* 7. *an* 43. Melphi *de pœnis c.* 15. *q.*

1257 Obsecratio debet esse importuna, ita ut importet vehementem vim etiam precum aptam ad exigendum suffragium; secus, si sit civilis & blanda. Laudes pariter debent esse importunæ. Secus si quis laudet, confutet, & conferat civiliter in ordine ad sanctam electionem rignioris.

1258 Vituperationes debent esse falsæ, aut de defectu vero, sed occulto, & ita ut timorem incutiant. Ut si quis malæ linguæ minetur: *Si non dederis mihi suffragium, publicabo te fornicatorem.*

1259 Colligatio, & undelicin habetur, cum quis, minore zelo publici bom, sed ut de electione disponat, alios electores allicit, & impellit, ut secum germaneant.

1260 Pœnæ subornatorum sunt excommunicatio latæ sententiæ reservata Generali, si electio fuerit Superiorum inferiorum, est autem reservata Papæ, si fuerit electio Generalis ex Conflit. Greg. XIII. Insuper privatio actuum legitimorum ipso facto.

1261 Requiritur tamen effectus secutus.

DE OFFICIIS ORDINUM MILITARIUM, ET ACADEMIARUM.

1262 Mendo in epit. *ver. Simonia n.* 6. & 7. *hæc habet:*

„ Certo probabile est, non esse simoniam „ vendere Commendas Ordicum equestrium „ Hispaniæ: nam reipsæ conferuntur propter munus Ecclesiasticum, aut finem spi„ rituum, nec requirunt Ordinem, adeoque „ nec primam Tonsuram, nec recitationem „ Horarum, & præstantur ob labores pretio „ æstimabiles militiæ: & quamvis ex fructi„ bus Ecclesiasticis comparentur, tamen certum est, plures accipere reditus ex ejusmodi fructibus ob temporalem laborem „ in Ecclesiæ utilitatem impensum. Idem est „ de habitibus equestribus, quippe concedun„ tur intuitu finis temporalis: & quamvis „ emit, non intendit emere Religionem (esto „ sit filia Religio quæ ibet equestri sicut „ est Ordo D. Joannis Jerosolymitani) sed honorem, & splendorem temporalem. Et quamvis ea venditio, olim valde communis, sit jam prohibita, ob motiva urgentia, & ob opinionem contrariam; tamen id non tollit probabilitatem hujus opinionis, quæ ex consuetudine antiqua vencendi eos habitus, non parum roboratur, nam id nunquam fuisset permissum, nisi opinioni certo probabili innixeretur.

„ Nec est simonia, accipere, & præstare pecuniam pro gradibus, qui in Academiis conferuntur; nam omnia, quæ in eis præstantur, potestates, & privilegia, sunt bona naturalia pretio æstimabilia, & quæ ad finem supernaturalem proxime & immediate non referuntur; & quamvis conferantur potestate Pontificia, potest Pontifex conferre aliqua temporalia ad splendorem rerum spiritualium, & ad illas conducentia, sicuti illi gradus, maxime in Theologia, & jure Canonico, conferuntur.

PŒNÆ SIMONIACORUM.

163 Primo, ob simoniacam collationem, & susceptionem Ordinum, etiam primæ Tonsuræ, scienter habitam, incurritur excommunicatio major, & suspensio ab executione Ordicum susceptorum Papæ reservata, ita ut susceptus sint suspensi à collatione cujuslibet Ordinis, etiam primæ Tonsuræ.

2 Ob simoniam realem in beneficio scienter contractam incurritur etiam ab utroque excommunicatio major Papæ reservata. 3. Irritus est electio, præsentatio, confirmatio, unde talis non facit fructus suos; idque etiam si à tertia persona ipsi modo provisus vitium illud ignoraverit; nisi suspicatus sit, ne simonia committeretur, & contrario contradixerit; vel nisi à tertio data fuerit pecunia in fraudem, ut redderetur inhabilis; vel nisi electus simoniam ignorans, beneficium per triennium bona fide possederit. 4. Sit inhabilis ad idem beneficium; quas pœnas incurrit ipso facto, etiam si simonia sit occulta. Ad nova autem beneficia non sit inhabilis ante sententiam judicis.

5 Simoniacus tenetur ipso facto renunciare beneficium, nisi dispensationem à Romano Pontifice obtinuerit, & fructus, utpote nulliter percepti. Non tenetur restituere fructus bona fide consumptos, sed eos, quos habet, quando mala fides incipit, quia tunc incipit esse possessor malæ fidei. Eos restituere tenetur Ecclesiæ: cui est facta injuria.

Pretium simoniace acceptum, restituendum est ipsi danti, si non sit secuta collatio; &

vero sit secura, probabilius, quod restitui debeat Ecclesiæ beneficii, quia Ecclesia tam dantem, quam recipientem punire intendit; vel, pauperibus, ubi est consuetudine receptum.

SIMONIA CONFIDENTIALIS

1264 HAbet locum in beneficiis: *Et tunc est, quando quis alteri dat, cedit, aut procurat beneficium in confidentiam cum intentione eum obligandi, ut post aliquod tempus illud resignet filio, vel alteri, v. gr. suo nepoti, amico, &c. vel cum onere ut pensionem aliquam, seu fructus in totum aut in partem sibi det, cedenti, procurante, aut alteri ad ejusdem libitum.* Hæc si nullum intercedat pactum exterius, est simonia confidentialis mentalis; si intercedat, est conventionalis; si pactum ex utraque parte completum, est realis, *ut in n.* 1207.

Quantum ad ejus pœnas, ait Busemb. *Simonia confidentiæ completa dato & accepto beneficio licet accipientis promissionem vicissim non impleverit, inducit 1. excommunicationem majorem utrique parti contrahenti, Pat. reservatam. 2. nullat resignationem, & collationem beneficii, in qua est commissa, & inhabilitat ad ea petita obtinendum. 3. privat omnibus beneficiis, & pensionibus ante obtentis, non tamen ante sententiam. 4. beneficia sic collata sibi Pontifici reservantur.*

Quæ leges sunt latæ à Pio IV. & Pio V. ad evitandas fraudes, quæ in collatione, cessione, procuratione, & retentione beneficiorum fieri possunt.

Licite potest Pontifex beneficium uni conferre reservata pro alio pensione; tunc enim nil aliud facit, quam fructus beneficii dividere, partem beneficiario dando, & partem alteri benemerito reservando.

De Simonia agunt Scotus *in 4. d. 25. q. 1. lit. D, T & dist. 13. q. 2 lit. H.* Mastrius *disp. 14 q. 3* Bonac. *tom. 1.* la Cruz, Melpho, *de Pœnis. c. 15.* Pagnanus *lib. 1. C. Non sine de Arbitris, & lib. 5. tit. de Simonia*, Pirhing. *lib. 5. tit. 3.* Cienfuegos *c. 35.* Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 4.* Cardenas *disp. 27.*

DE BENEFICIIS,

1265 TRibus modis Beneficium Ecclesiasticum, vocatur [illegible] Decretalibus etiam Prabenda definitur *ut in n. 502.*

Beneficia Ecclesiastica multiplicitèr dividuntur, & præsertim, alia sunt *Curata*, quibus est annexa cura animarum, sive quoad forum internum, qualem habent Parochi respectu suorum Parochianorum, sive contentiosa, & quoad forum externum: Et alia non curata, quibus talis cura non est annexa.

Item alia sunt duplicia, alia simplicia. *Duplicia* sunt, quibus est annexa aliqua solemnis quadrias juris, videlicet Cura animarum, jurisdictio, præeminentia, aut administratio rerum Ecclesiasticarum. Hinc Archidiaconatus est duplex, quia habet præeminentiam coram ad locum magis honorationem. *Simplicia* sunt, quæ nullam talem solemnitatem habent, sed nihilominus sunt ad preces, & officia Deo persolvenda: hujusmodi sunt Canonicatus tam Cathedralium, quam Collegiatarum.

1266 Insuper alia sunt manualia, alia non manualia. *Manualia* sunt, quæ conferuntur revocabiliter ad nutum Superioris: Talia sunt plura Regularium beneficia, quæ nisi fuerit electiva, nec curata. *Non manualia* sunt, quæ conferuntur in perpetuum, dum beneficiarius vivit, ita ut amoveri non possit, nisi in pœnam delicti; & hæc sunt vere, & proprie beneficia.

1267 Denum. Alia sunt *Collativa*, quæ conferuntur à libera voluntate eorum, ad quos collatio pertinet.

1268 Alia *Electiva*, quæ conferuntur mediante electione Clericis, seu Canonicis facta, legitimè à Superiore confirmata. Alia sunt *Patronata*, quæ nominante Patrono, ad quem spectat, Clericum promovendum præsentare, ab Episcopo conferuntur.

1269 Beneficium personale, seu personatus, est aliud, quod instituitur ex reditibus certis, & stabilibus, auctoritate Episcopi, in favorem alicujus personæ, quæ sola, vel alii cuo, aut ites, juxta voluntatem fundantis obtineant illud, & postea beneficium cesset, & reditus illi in alia opera pia convertantur, juxta mentem ejusdem fundantis.

1270. Unde personatus sunt Beneficia Ecclesiastica, quæ primam tonsuram exposcunt, & obligant ad recitationem Officii Divini, sed non sunt perpetua. Vacat beneficium, si qui illud habet, muhat. Mendo *in Epit. ver. Beneficium, num.* 18.

1271 Capellania collativa, quæ sollicet authoritate Episcopi erigitur, ex *n.* 504. est Beneficium, cui est annexum onus Officii Divini; adeoque dat titulum sufficientem ad Ordines Sacres, & jus spirituale ad fructus percipiendos; nec potest conferri, nisi Clerico, & à persona Ecclesiastica. Capellania vero non collativa, quæ temporalis dicitur, est alia, in cujus erectione nulla intervenit Episcopi auctoritas, sed consistit in assignatione determinata salarii pro celebratione, & servitio præstando, adeoque non est beneficium, nec obligat ad Divinum Officium,

cium, nec dat titulum ad Ordines: nec pactum de ea (si quod fiat) est simoniacum, bene vere, si fiet pro Collativa.

1272 Potest autem Capellania de consensu Episcopi fundari cum expressa conditione, ut non teneatur Capellarus Officium recitare, donec sit initiatus in sacris, blando *verb. Capellania, n. 9.*

1273 Non potest Beneficium conferri, nisi vacet, Trid. *sess. 24. de Refor. c. 19.* ne quis alteri mortem procuret, aut optet.

1274 Beneficio vacante, Collatoribus concedit tur tempus sex mensium, intra quos si conferre negligant, ipsi privantur pro ea vice potestate conferendi, & collatio ad proximum Superiorem devolvitur, *c. 2. de concess Prabend.*

1275 Si autem provisio facienda sit per plurium electionem pro Ecclesia Cathedrali, aut Regulari, conceditur tempus trium mensium, intra quos si electio celebrata non fuerit, provisio devolvitur ad Papam, ex jure novo *Extravag. ad Regimen 13. de Præb.* Pariter trium mensium tempus conceditur pro Ecclesia Collegiata, si provisio faciendo sit de Prælato Ordinariam Jurisdictionem habente in Clericos suæ Ecclesiæ. Phœbeus *lib. 1. c. 15. explaribus juribus: v. numer.* 1345. & 1346.

1276 Ecclesiæ vacant tribus modis providari potest: Per electionem, per postulationem, & per nominationem. *Electio*, est alicujus personæ idoneæ ad dignitatem Canonicatum vocatio. *Postulatio*, est quædam gratiæ petitio Superioris facta de promovendo aliquem ad Prælationem, ad quam de jure communi, propter defectum aliquem, vel impedimentum, eligi, seu promoveri non potest. Unde postulatio est personæ, quæ prohiberi eligi, non propter vitium, sed propter defectum; puta si patiatur defectum natalium, ætatis, Ordinis, quatenus laicus est, aut in minoribus, &c. *Nominatio*, est præsentatio unius, vel plurium à patrono facta Prælato, ad quem spectat Clerici promotio, & Beneficii collatio.

1277 Electio, Postulatio, & Nominatio conveniunt in hoc. 1. Quod Electio, & Postulatio fit facta à majori parte Capituli. Idem dic de Nominatione, si spectet ad plures. 2. Quod repetatur indignus.

Si tamen electio cum postulatione concurrat: videlicet, si una pars suffragetur Capituli postulet unam personam, & alia eligat aliam: tunc ut præsumatur postulatio, requiritur, quod postulantes sint duæ partes ex tribus.

Quod si postulantes non adæquent duas tertias partes, sed eligentes excedant unam tertiam partem, prævalet electio, *ex cap. Scriptum 40. de elect.* Ratio est, quia postulatio est modus providendi extraordinarius, qui nititur gratiæ: electio est modus providendi ordinarius magis fundatus in jure, & ideo minus requiritur ad electionem: *vid. num.* 1275.

1278 Differunt in hoc, quod per electionem acquirit jus electo ante confirmationem, jus irquam beneficii, & admittrandi; nam electo dat beneficium, confirmatio vero solum dat exercitium. Per postulationem jus acquiritur postulato post postulationis præsentationem Superiori factam.

Per nominationem jus acquiritur nominato post præsentationem. Unde ante præsentationem possunt postulantes, aut nominantes, à postulatione, aut nominatione recedere; minime post præsentationem.

Verum tamen est, quod licet, si electus admittitur ante confirmationem, ejus electio cassatur, *ex c. jam dudum, de præbend.* Ita si postulatus admittitur ante admissam postulationem, privatur jure postulationis, *ex cap. Bone memorie.* Et hic pariter nominatus, si admittitur ante admissionem. Hinc electio dicitur confirmari, postulatio & nominatio admitti.

1279 Item differunt: Quia electio, & postulatio fiunt tantum de uno; nominatio de pluribus, puta de duobus aut tribus, ut primo nominatus confertur dicitur, *c. Quicumdam de elect.*

Hinc, si unus tantum nominetur, erit quasi postulatio, non nominatio.

Denique differunt, quia electio fieri debet de digniori, Conc. Trid. *sess. 24. de refor. can. 18.* postulatio autem bene ineligibili, non ob crimen, sed ob defectum dispensabilem, ut in *n. 1276.*

1280 Electio irrigi est nulla: unde electus non facit fructus suos, & tenetur illos restituere.

1281 Electio digni refutio digniori, etiam per concursum, est valida, sed illicita. Imo Fagnanus *in lib. 3. C. Mandata de Simonia n. 29* cum Nav. vult, quod impotens, ne possit concursum Beneficium detur digniori, teneatur ad restitutionem: *v. infra tit. de restitutione.*

Diana *p. 3. tr. 5. ref.* 110. subdit, probabile esse, & totum in praxi, quod electores non teneantur ad restitutionem: fatetur tamen affirmativam opinionem esse probabiliorem. v. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tr 3. c. 4. §. 3.*

Dia-

esse causas, quæ à mortali excusant eligentes minus dignum digniore relicto. Primo Quando excessus dignitatis non est notabilis. 2. Quando dignus est indigena, dignior vero alieni-gena. 3. Quando major pars vult eligere minus dignum. Quod procedit (subdit ipse) etiam si electores juraſſent eligere digniorem, & hic eligendus est minus dignus, quando est magis acceptus Conventui. In similibus namque casibus impletur juramentum secundum rationabilitatem intentionem jurantis. 4. Si alius omnino dignus, & dignior, eligendus foret tertius indignus. 5. Quando dignior præesset alteri Ecclesiæ, & oporteret illum pollutare. 6. Quando dignior esset implicatus negotiis exteriùs, quæ illum à residentia retardarent. 7. Si dignior non esset expertus, sicut minus dignus. 8. Quando collator tenetur confirmare electum à Patrono. 9. Si Beneficium ex prima sui institutione per Ecclesiam acceptata conferendum sit alicui ex certa familia, vel oppido. 10. Si fundator Beneficii Parochialis præfentet minus dignum. 11. Quando quis relignat Beneficium. Ita ille.

1282 Illud certum est, quod dignior ille censendus est; *Qui omnibus penſatis, & reſpectu habito ad doctrinam, & mores melior Eccleſiæ futurus judicatur. Ita com. v. infra tit. de vej.*

1284 Hinc loquendo de Superioribus Regularium, Pere. *verb. electio, num.* 20. & 21. doctissime ait:

„ Si video, Petrum esse digniorem, & tamen major pars communitatis est inclinata infallibiliter ad Franciscum minus dignum, „ sed tamen dignum, possum suffragari Fran„ cisco minus digno: quia tunc frustraneum „ est suffragari Petro digniori, & nemo tenetur ad actum frustraneum: Vega in *Sum. Moral.* 1. *ver. Electio, caſu* 1. At si major pars inclinat ad indignum, nunquam licet illi suffragari.

„ Denique pro complimento, & consolatione aliquando Religiosorum, attendenda est doctrina D. Th. *quodlibet* 8. *art.* 6. quam tradit Comitolus *lib.* 1. *reſp. Moniałium, q.* 77. cum multis, ubi ex D. Th. m. dicit, „ quod licet simpliciter, & absolute eligendus sit melior: hoc debet intelligi, quod non sit melior simpliciter, & absolute, sed sufficit, quod sit melior ad hoc officium, & „ hic est melior secundum quid. Et ponit ibi „ exemplum Comitolus: quod aliquando „ minus sanctus potest habere majorem potentiam, & industriam sæcularem, vel aliquid hujusmodi, quod pro nunc magis con„ „ spirituale „ „ Denique arbitrium „ „ fare varias circumstantias temporis, perso„ næ, &c. ex quibus inferre possit, quod quis „ pro nunc sit dignior secundum quid, id est, „ in ordine ad hoc officium: ita tamen ut non„ quam eligatur indignus.

Et Phœbeus *lib.* 1. *tit.* 12. *o.* 7. inquit:

„ Qua ratione tradunt etiam Authores non„ nulli, apud Azor. *in cit. cap.* 13. *quæſt.* 2. & „ 4. posse nonnunquam ignobili doctori, ac „ sanctiori, præferri nobiliorem, & potentiorem, sufficienti doctrina, ac probitate „ donatum, quando scilicet Beneficium indiget „ defensore, vel protectore administrante: „ item præferri posse, qui certo cognoscitur „ esse dignus, seu sufficienter doctus, & pro„ bus, cæteris doctiori, cujus vita ignoratur, „ de qua re extat etiam declaratio Cardinal. „ Congr. Conc. citat à Pralec. *in Pract. p.* 2. *c.* „ *art.* 2. *num.* 10. Ex eadem quoque minoris „ utilitatis Ecclesiæ ratione descendit, exter„ no magis idoneo præferri debere idoneum, „ qui sit ex eadem civitate, vel de gremio Ec„ clesiæ, ex *c. Nullus* 13. *diſt.* 61. Præsumitur „ enim utilius, & cum majori pernia administraturum res Ecclesiæ, qui in eadem suam „ transegit ætatem: & in Sacrum Cardinalium „ Collegium ex ipsis Cardinalibus dignior eligi, ut præferibitur *in c. Oportebat,* 2. *cum ſeq. diſt.* 79. quamvis extra Collegium alius ipso dignior inveniatur.

Vide *prop.* 47. ab Innoc. XI. *damn. in p.* 5.

PLURALITAS BENEFICIORUM

1285 CUjuscunque generis, est prohibita eidem personæ cujuslis dignitatis, etiam si Cardinalatus honore fulgeat, à Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 17.

1286 Tria autem sunt capita, quibus Beneficia redduntur incompatibilia.

Primum. Si requirant continuam residentiam personalem. Talia sunt Beneficia curata, v. gr. duæ Parochiæ, duo Episcopatus, &c. quæ proinde eidem conferri non possunt, nisi unum in titulum, alterum in commendam temporalem.

Secundum. Si sint Beneficia uniformia sub eodem tecto, v. gr. duo Canonicatus in eadem Cathedrali, quamvis sint Beneficia simplicia; quod dispositum est, ne ob Beneficiorum confusionem minuatur divinus cultus.

Tertium. Si unum ad congruam Clerici sustentationem sufficiat. Nam plura Beneficia simplicia conferre eidem, cui unum sufficiat,

ciat, est bona Ecclesiæ dissipare, non dispensare. Et Trid. cit. statuit:

Statuit, ut in poſterum nemini omnino beneficium Eccleſiaſticum ſimplex conferatur. Quod quidem, ſi ad unum etiam, cui conferatur, ſpectaſſe non poſſit, ſaltem beneficiorum aliud ſimplex ſub ſit, decernendo nihilominus irritum, & inane, quidquid ſecus fuerit, attentari contingat.

REDDITUUM ECCLESIÆ

1287 A Conc. Rom. 2. *cap.* 4. sub S. Sylvestro 1. ut pater in Sum. Conc. hæc facta sunt distributio:

Cæterum ubi autem rebus omnibus mihi conſentibus omnimodum hoc, ut de redditibus Eccleſiæ quatuor partes fiant: quarum una redat Pontifici (seu Episcopo) *Altera Presbyteris, & Diaconis, & omni Clero. Tertia Templorum, & Eccleſiarum reparationi. Quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis.*

1288 Finis hujus dispositionis ortum habuit, quoniam in primitiva Ecclesia fideles omnes (ut habemur Actorum 4.) vivebant in communi, quia tamen laici cœperunt bona propria retinere, & modus vivendi in communi solum apud Clericos remansit; ideò edita fuit allata dispositio.

1289 Nunc autem (ait Bardi in Selectis *l.* 4. *q.* 10. *ſect.* 1. *n.* 8.) recensita dispositio non viget cum illo rigore, sahem quoad omnia. Nam nunc Clericis Cathedralibus inservientibus sunt assignatæ Præbendæ, & Ecclesiis pro fabrica & supellectilibus sunt applicati quamplures redditus, & oblationes; ut etiam à vetiti Barbosa *de jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 7. & 8. qui idcò subdit, rigorem illum de quarta parte fructuum erogandi Ecclesiæ, & Clero, remitti. Ita Bardi. Qui concludit ad præsens servandum esse consuetudinem: *v.n.* 1295.

De absentiæ tempore, vide hic *n.* 513. *à num.* 529. *ad* 547. De ætate, *v. num.* 3. *à n.* 104.

QUÆRES I.

1290 *An Epiſcopi, & alii beneficiarii ſint domini reddituum, ſeu fructuum, qui ex ſuis beneficiis ipſis proveniunt?*

REſpondeo, esse veros dominos fructuum dominos; Bardi *cit. ſect.* Suarez, Vaiq. Bonac. Bannes, Scotus, & alii 20. Doctores apud ipsum. Imper ait Canonistas, Faganum *l.* 3. *cap. Si quis ſuis de Decim. Glos. num.* 3. Pirhing. *in Compend. l.* 3. *tit.* 21. §. 1. & 3. cum aliis multis.

Est contra Panorm. Sylvest. Rebuf. & alios, qui volunt esse dispensatores, & administratores. Item contra Cajet. qui tenet esse dominos quoad portionem fructuum suæ sustentationi necessariam, quoad excessum verò dispensatores; & inde, si de superfluis disponant, non in pauperes, aut Ecclesiam, teneri ad restitutionem.

1291 Ratio communis & firma nostræ resolutionis desumitur ex Conc. Trid. quod in *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor.* contra beneficiarium Curatum, Canonicum, & Præbendatum disponit, quòd, nisi intra duos menses à die possessionis, fidei professionem emittat: *Privetur dimidia parte fructuum, quos varios etiam præbenda, & reſidentia fecit ſuos.*

1292 Item idem Conc. in *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. de reformatis loquens statuit, quòd si quis absque legitima causa à Superiore approbata, à sua Ecclesia abfit ultra tres menses, sive continuos, sive interruptos, sub eodem anno: *Eum pro rata temporis ab eorum fructibus ſuis non facere.*

Ex quibus locis per locum ab oppositis solide infertur, quòd si fidei professionem præscripto tempore emittant, & uti suprà, non absint, fructus suos facient; & consequenter, quòd sint veri domini eorum fructuum, qui ex beneficiis Ecclesiasticis ipsis proveniunt.

1293 Idem confirmat Julius III. per Bullam, *Cùm ſicut nobis*, ediam 26. Junii 1550.

Unde concludo cum Fagnano cit. & aliis, Episcopos, & Beneficiatos omnes æquiparari usufructuariis in vita, & usurariis in morte, quantum ad hoc, quo in vita habent verum dominium, non quidem proprietatis, & quoad fundos, sed quoad redditus, & fructus.

1294 Objicies pro parte oppositæ quosdam antiquos Canones, inanime *c. Clericos, l.* 9. 2. & *c. Quoniam* 16. *q.* 1. ubi Hieronymus ad Damasum Papam ait: *Clericos autem illos tantummodo Eccleſiis ſuppeditari ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona: Qui autem locis parentum, aut ſuis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profeſſo commiſcunt, & per abuſionem ſalutem, judicium ſibi mandutant, & bibunt.*

1295 Resp. cum Fagnano *cit. n.* 18. Bardi, & aliis apud ipsos, tria esse distinguenda tempora. Primum primitivæ Ecclesiæ, tempore Apostolorum, quo omnes fideles vivebant in communi.

1296 Secundum, quo laici cœperunt bona propria possidere, & modus vivendi in communi remansit solum apud Clericos. Et hoc tempore communia fuit distributio in quatuor partes: *ut in num.* 1287. atque editi fuerunt relati Canones, *de n.* 1294. quibus dispositum fuit, ut Clerici, qui bona patrimo-

monialia possidebant, viverent solum de illis & redditus Ecclesiæ eis competentes distribuerentur Clericis indigentibus, & aliis pauperibus.

1297 Tertium tempus est, quo cœperunt Clerici bona propria possidere. Ecclesiæ dotari, *ex cap. Nona, de Constit. dist. 1. cap. Postoralis, de iis qui fiunt à Prælat.* Item pro Clericis, & ministris erectis fuerunt tituli beneficiales, & Præbendæ, *cap. 1. & per totam dist. 22. C. de multis, & Prædendis.* Et hoc tempore dispositum fuit, *in cap. Episcopi, in cap. Quia nos, de rescript.* & aliis juribus, ut Clerici possint licitè vivere de redditibus Ecclesiæ, & suis hæredibus bona patrimonialia relinquere.

Et novissimè Trid: relatum *in sess. 3. c. 2. & ad 23.* disposuit, ut nullus Clericus ad Ordines Sacros promoveatur, nisi beneficium, aut patrimonium possideat suæ congruæ, & honestæ sustentationi sufficiens, sub pœna Episcopo scienter aliter promoventi, ut teneatur de suis fructibus cum alere: *v. hoc tit.*

1298 Hinc clarè constat, per relatos, & alios posteriores Cmones cessasse antiquos, & simul non vigere rigorem distributionis in quatuor partes, ut dictum est *n. 1288.* Teneri tamen Episcopos de fructibus, qui suæ honestæ sustentationi superflunt, sub mortali eleemosynas elargiri pauperibus, quibus aliter subveniri non potest, ut modò dicemus.

Corroborantur dicta ex juribus nostri temporis nunc adducendis.

QUÆRES II.

1299 *An Episcopi, & Beneficiarii possidentes sufficiant Patrimonium, possint licitè de redditibus, & fructibus temporalis Ecclesiasticis, & provisionibus beneficii, vivere intra limites decentiæ status, ac dignitatis, Decessoribus eis cum fructibus servatis ad alterius, & de his quæ restant, vivere, etiam aliis donando, &c.*

RESP. Posse. Doctores *n. 1290. sic.* Probatur ex Innoc. *in cap. Episcopus, num. 1. de Præbend. Non credimus, quòd qui habet beneficium, vivere debeat de Patrimonio, sed de Altari: v. n. 1297.*

1300 Quod est conforme dicto Paul: 1. *ad Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat, &c. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui Altari deservient, cum Altari participant? Et 1. ad Tim. 5.* inquit: *Dignus est operarius mercede sua.*

1301 Idem dicendum est de bonis propria industria acquisitis.

QUÆRES III.

RESP. Posse testari de bonis patrimonialibus, & propria industria acquisitis; minimè de fructibus beneficii, Doctores *cit. n. 1290.*

Probatur *ex cap. Episcopi 12. quæst. 1.* ubi affertur decretum Conc. Agatensis, *cap. 19. Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de propriis habent, hæredibus suis, si vel. erint, relinquant. Quidquid verò de provisione suæ ecclesiæ fuerint, sive de agris, sive de fructibus, sive vasibus, omnium in jure Ecclesiæ reservare censemus.*

Item ex Alex. III. *in cap. quia non, de Testam. Licet Clerici de his, quæ parentes successerint, vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt assecuti sine dubio consanguineorum & amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, pervenerunt ad eos, liberè disponere valeant, de his tamen, quæ considerantes Ecclesiasticæ opes, nullam de his facere possunt testamentum.*

1303 Quibus accedit communis Ecclesiæ consuetudo, qua nedum pauperes, sed etiam divites ad beneficia promoventur, eisque sustentantur.

1304 Dices: Beneficiarii sunt domini fructuum beneficii: igitur possunt de illis testari.

Resp. Negando consequentiam; quia licet quod non possint de illis testari, cum hoc quòd sint eorum domini; nam etiam impubes non potest de suis bonis disponere, & tamen est eorum dominus. Ratio est, quia dominium est facultas disponendi de re quoad omnes usus à lege non prohibitos: à jure autem Ecclesiastico in relatis locis prohibitum est beneficiarijs de fructibus beneficii testari, ad Clericorum cupiditatem cohibendam, quoad parentes dumtaxat.

QUÆRES IV.

1305 *Quæ sit congrua beneficiorum sustentatio?*

CONgrua sustentatio, pro qua licitè beneficiarius potest fructus & proventus beneficii Ecclesiastici applicare, non est eadem in omnibus, quia à quamplurimis circumstantijs attendendis dependet, unde remittenda est arbitrio prudentis.

1306 Et quidem sub congrua sustentatione venerunt non solùm necessaria, verùm etiam decentia juxta conditionem status, personæ, & circumstantiarum, Bardi *in Sole Sis l. 3. q. 10. fol. 6. & 7.* Fagnan. *in lib. 3. cap. Si quis suadente, De Peculio Clerit.* cum multis apud eosdem.

Sub-

Sub congrua sustentatione comprehenduntur donationes remuneratoriæ, etiam liberales, & gratuitæ, maximè de consuetudine: expensæ ad hospitandum Magnates, &c. hæc namque docent, & conveniunt decori status, felicitati gubernii, & incremento virtutum.

1307 Hinc potest suis consanguineis & familiaribus donare usque ad status decentiam, *ex cap. Studens, in fin. 5c.* his verbis: *Fas ipsum, ut sua beneficium sibi Ecclesiæ concessum, quo & ipse, & sui inoffensæ possint habere sua sustentationis solatium.*

1308 Potest de Ecclesiæ redditibus forores, vel alias consanguineas dotare, si ex se, aut ex parentibus, ad illas primario dotare spectat, aliis non habeat. Fagnanus *cit. ex cap. 1. de cohabit. Cler. & Mulier.*

1309 Cavendum autem est, ne quoad consanguineos & nepotes sanguinis passio obcæcet, & plus æquo excedatur. Unde (ut refert Faenanus cit.) D. Bernardus in declamatione super illis verbis Evangelii. *Ecce nos reliquimus omnia*, sic ait: *Vivat de altari, ut juxta eumdem Apostolum alimentis, & quibus tegatur habeat, his contentus sit. De altari, inquit, vivas, non superbias, non luxurietur, denique non ditetur, non sibi de bonis Ecclesiæ simplex palatia fabricet, mutuas quadratas rotundis, nec laculus inde congreget, aut superfluitates dispergat, non extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos suos, aut uxores, aut neptes ampliùs vendat, &* Ambrosius *lib. 1. de offic. cap. 30.* relatus à D. Thom. *in 2.2. quæst. 185. art. 7. ad 2. Hæc est approbanda liberalitas, ut proximas familias sua ne dispoliet, si egena cognoscat; non tamen ut illos divites fieri velit, ex eo quod in pares conferre.*

1310 Infuper, quoad alios usus, est attendenda moderatio Trid, *sess. 25. de refor. c. 1.* Episcopis monita his verbis:

Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Conc. Carthaginensi, non solum jubet, ut Episcopi mensa pauperibus, & mensa, ac frugali victu contenti sint: verùm etiam in reliqua vitæ genere, ac rem ejus domo curent, ne quid apparent, quod a familia hoc substituto sit alienum: quodque non simplicitatem, Deitatem, ac vanitatem concernum præseferat.

1311 Item considerandæ venit. Primo ratio loci, ubi est beneficium. Plura namque conveniunt Episcopo Urbis, quæ est Regia Principis, aut caput Regni; quàm Episcopo parvæ Urbis.

Hinc Paulus V. per Bullam *in Eminenti* editam 8. Aprilis 1606. facultatem concessit Clericis incolis, & civibus Urbis Romæ, & ejus districtus intra decem milliaria, de omnibus redditibus, fructibus, & proventibus beneficiorum quomodolibet eis provenientibus, in eadem Urbe, ac ejus districtu infra decem miliaria consistentibus, liberè disponendi, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, in favorem suorum consanguineorum; & affinium, aut personarum extranearum, atque etiam decrevit, ut illis ab intestato deceduntibus, eadem ad eorum hæredes ab intestato pervenirent.

1312 Secundò considerandæ venit ratio nobilitatis personæ beneficiarii, aut dignitatis, seu qualitatis beneficii.

Hinc in Extrav. *Exercrabilis*, Joan. 22. ubi obtinentibus ex dispensatione plures dignitates, pertonatus, aut beneficia curata, præcipitur, ut non possint retinere nisi unum, & simul ab hac lege excipiuntur Cardinales, & filii Regum, quibus proindè plurium incompatibilium beneficiorum retentio conceditur.

1313 Cujus rei duæ sunt rationes, una, quæ innitur in Extrav. relata. Nam Cardinales summo Pontifici Universalis Ecclesiæ inserviendo, singulis Ecclesiis prosunt.

Alia, quia ipsi Eminentiæ dignitatis (ait Fagnanus) convenit familiares apud se habere claros, minimè sordidos, vel obscenos. Hinc (ut idem rectè observat) in proœmio litterarum commendæ beneficii, hæc solent apponi verba: *Ut suum statum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, & expensarum onera, quæ te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeat.*

1314 His de causis nevissime Clemens IX. *in Const. 19. mens. Cum à prima*, edita 28. Febr. 1668. apud Bullarum Lantuscæ, *tom. 6.* Privilegia S. R. E. Cardinalium testandi de bonis, ac juribus ab ipsis, dum vivunt, quomodolibet acquisitis a bonis, redditibus, emolumentis, & juribus Ecclesiasticis, extendit etiam ad fructus civiles, aut naturales inconsumptos vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos aut eorum patrimonio non incorporatos, atque etiam ad fructus pro affectibus bonorum, ac jurium quorumcumque, si fructus tam civiles, quam naturales conductoribus, & affictuariis locati, & concessi per ipsos erunt percepti, quatenus termini solutionis affictuum per locatores fuerint postcapitè conventi. Hæc Pontifex.

QUÆ-

QUÆRES V.

1315 *An si beneficium simplex fuerit unitum Fabricæ, vel pro pauperibus superfluum, teneatur ejus fructus percipere?*

RElpondeo cum Fagnano *in l. 1. cap. 8. quæ de Præbend. & Dignitat. num.* 27. annexa Ecclesiæ intelligenda.

Probatur *ex cap. Nulli Episcoporum*, ubi respondent 12. *q.* 1. *Sicut perfectione charitatis manente, licèt res Ecclesiæ omnibus debeant esse communes, pro tempore tamen sibi, & Ecclesiæ deservientibus subministret, reliqua, quæ superfluunt, pauperibus erogenda vel dispensanda procurent.*

Earum eadem charitate manente, pro temporis possunt diversis, nec tamen rebus Ecclesiæ pro suis proprias, sed ut communibus ministeriis deservientibus.

necessaria percipi si qua vero justè necessitas fuerit, in communes usus Ecclesiæ expensas.

Et D. Augustinus relatus *in cap. qui nitebat. dist.* 3. ait: *Qui vult eleemosynam aliunde dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare: si enim eleemosyna est mercedis dictum est*

Deo

1316 Ratio est, quia alimenta ex redditibus beneficii debentur Clerico ex justitia, pauperibus ex charitate. Unde pauperibus debentur super [illegible] *n.* 10. *ad* 415.

1317 Concluditur, alimenta beneficiarii esse anteponenda reparationi Templi, *ex cap. de his, de Ecclesiis. ad f.* Reparationem verò Templi, cum spectet ad Dei cultum, esse antemponendam sustentationi pauperum.

1318 Authoritates, quæ adduci possunt in contrarium, sunt intelligendæ de fructibus, qui superfuere, decracta decenti beneficiarii sustentatione; hi quidem sunt dividendi. Ita

Conari autem debent Beneficiarii, ut Templa, quorum beneficia sunt eis commendata, decentibus supellectilibus, & necessariis reparationi non destituantur; sed in quantum possunt, de illis provideant. Interim attendere debent, an Commendæ, & Abbatiæ Ecclesiasticæ ipsis collatæ, sint fundatæ cum aliquo onere alendi pauperes. Ac proinde recolenda sunt dicta: *n.* 1309.

QUÆRES VI.

1320 *An Episcopi, & beneficiarii non erogantes pauperibus reddatus superfluos beneficiorum; qui eos ad malos usus abutentes teneantur ad restitutionem?*

AFirmant Doctores *cit. n.* 1290. qui tenent non esse veros dominos fructuum.

1321 Respondeo, peccare mortaliter, sed non teneri ad restitutionem. Doctores *citat.* 1290. qui tenent esse veros dominos fructuum beneficii.

Probatur validè, & clarè auct. D. Thomæ *2. 2. q.* 185. *art.* 7. apud Fagnanum *cit.* Si Episcopo pervis separatim ab aliis est assignata portio de illa disponere, ut de patrimonio, & peccat multò dispensando contra charitatem, non contra justitiam, nec tenetur ad restitutionem. Si autem portio illius non est nominata, ejus fidei divisio committitur, qui si suum portionem faciat gravi majorem, non est in mala fide; alias si esset magnus excessus, non esset fidelis dispensator, & est restitutionis onerosus.

1322 Item in *quodlib.* 6. *art.* 12. *ad* 3. docet alio modo esse discutendum de redditibus Hospitalium, & de redditibus beneficiorum: his verbis: *Aliter dicendum est de aliis Ecclesiasticis bonis, quæ primo pertinent simpliciter ad sustentationem pauperum, & ex consequenti necessariis ministrorum, sicut sunt*

lium, & aliorum hujusmodi: & aliter de illis bonis, quæ sunt principaliter assignata usibus ministrorum: sicut sunt prædenda Clericorum, & alia hujusmodi; nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit, quod est alterius; & ideò tenetur ad restitutionem tamquam detinens or rei alienæ. Secundo verò bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus alterius est. Unde non tenetur quis ad restituendum, sed solum ad superventum peccandi.

Ubi (ut vides) S. Doctor, quantum ad omnia restitutionis, differentiæ de redditibus Beneficiorum & redditibus patrimonialibus; adeoque vult, quòd sit eorum dominus.

1323 Non tenentur igitur ad restitutionem, si fructus superfluos beneficiorum pauperibus non erogent, sed eis alumnitur; peccant verò mortaliter contra charitatem, quæ ipsis naturali & divino tenentur pauperibus subvenire.

1324 Hinc Mendo in Epit. ver. beneficium Eccles. *num.* 7. rectè addit: *Quòd si ex Ecclesiasticis fructibus quis dicrahat aliquid à necessariis ut sui status decenter, ad non tenetur erogare pauperibus, sicut nec ad quod irrationabile pro celebratione Missæ, præmirandis sermonibus, pro confessionibus, pro labore administrandi Sacramenta, pro aliisque ministeriis, laboribus prodistributionibus quotidianis, dum tamen non sint, aut fere tantum summam reddituum non excedant.*

stituant. Quare & restanti possumus de illis ad usus profanos licite.

1325 Nomine pauperum veniunt etiam Hospitalia, Ecclesiæ pauperes, Domus Religiosarum, & ipsi Religiosi.

QUÆRES VII.

1326 *An quanam Beneficiatus peccans dando, etiam ipsi accipientes peccent?*

PEccare, si inducant, vel excitent dantem; minimè, si sine inductione donata accipient, tenet Tamb. *tom.* 1. *lib.* 8 *cap.* 2. *q.* 2. *n.* 2. cum de Lugo, quia in primo casu nimi causa peccati alterius, in secundo autem non sunt causa, sed acta malitia est ex parte dantis.

Vide dicta de scandalo *à n.* 321.

1327 Certum tamen est, eos non teneri ad restitutionem, quia valide accipiunt.

QUÆRES VIII.

1328 *An Episcopi pœnas pecuniarias possint sibi applicare.*

PUlle sibi, aut suæ Cameræ applicare, & non habere onus appetendi pias operibus, tenent Reginus, Zerola, & Barbosa, apud Bardi *Sarcelius lib.* 3. *q.* 10. *fol.* 12.

1329 Dico tamen, non esse recedendum à Conc. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 3. quod sic disponit *Sed liceat ei, si expedire videbitur in causis civilibus, ad forum Ecclesiasticum quemodolibet pertinentibus, contra quoscunque, etiam laicos pro mulctis pecuniariis, quæ loco pœnis ibi existentibus, ex ipso, quod exacta fuerint, assignentur.*

QUÆRES IX.

1330 *Ad quem spectent bona à Beneficiato ad quæstus, & meliorationes ab eo in rebus Ecclesiæ factis?*

REsp. cum Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. §. 3. *in comp.*

Si Beneficiarius nullum, aut tenue patrimonium habeat, bona ab eo empta, puta fundus, prædia, &c. ad Ecclesiam spectant, quia ex fructibus Ecclesiæ censentur empta, *cap. investigandum.* 1. *de Peculio Clerie.* Potest tamen eorum fructibus uti, dum vivit.

1331 Si amplum patrimonium, dum bona emit, habet, & Beneficium tenue, spectant ab Beneficiarium, cujusque hæredes, quia censeri debent ex fructibus patrimonialibus acquisita, adeoque illorum naturam sequuntur, *ut in num.* 1305. eo maxime, quia dilectum in cubio non est præsumendum. Nisi constet, fuisse ab ea empta animo donandi Ecclesiæ, tui nomine Ecclesiæ. Addit tamen Pirhing. talem posse contingere casum, sive proprio, sive alieno nomine bona empta sint, ut sint inter Ecclesiam, & hæredes dividenda, nisi certo constet, quod fuerint ex redditibus patrimonialibus empta, *cap. inquirendum* 4. *hujus tit.*

1332 Bona donata Beneficiario ratione ejus personæ, ad ipsum spectant, uti bona patrimonialia, & quasi patrimonialia: bona verò ei donata pro servitio Ecclesiæ, ad Ecclesiam spectant, sive immobilia sint, sive mobilia; unde eorum non est dominus, sed fidelis administrator.

1333 Meliorationes factæ in fundis Ecclesiæ ex fructibus Beneficii, ad Ecclesiam spectant, & solum Beneficiarius illi uti potest, dum vivit: si sint factæ ex fructibus patrimonialibus, debent æstimari, & pretium talis æstimationis transit ad hæredes, nisi constet fuisse factas animo donandi Ecclesiæ.

QUÆRES X.

1334 *An Religiosus ad Episcopatum assumptus sit dominus fructuum?*

PRima opinio affirmat, esse dominum, & de illis disponere posse, ut Episcopi sæculares, Medina, Palatius, Sotus, Angles, Vasquez, Herrado, apud Bardi *in selectis lib.* 3. *q.* 10. *sect.* 16. Ratio est, quia *in cap. sicut nos* 18. *q.* 1. decernitur, quod Monachus factus Episcopus possit sib. paternam hæreditatem acquirere, sibi autem hæreditatem acquirere, est esse dominum; nam *ex l. in rem actio, ff. de rei vendic.* nullus sibi dominium acquirit, nisi qui est verus dominus.

Si igitur Religiosus ad Episcopatum assumptus potest esse dominus hæreditatis paternæ, potest esse dominus fructuum Beneficii; tota namque ratio, quæ obstare posset, est professio paupertatis Religiosæ: quæ æquè militat pro utroque casu.

1335 Secunda opinio, quam sequor, negat esse dominum, sed liberum administratorem. D. Thom. *2. 2. q.* 185. *art.* 8. D. Bonav. *in 4. sent. d.* 38 §. *ad illud n.* 47. Castrop *tr. 6. de Char. disp. 2. n.* 8. & alii quamplures apud Bardi *cit. n.* 3.

Ratio est (ex dicendis de obligatione voti) quia Religiosus per assumptionem ad Episcopatum non definit esse Religiosus, nec est liber à votis essentialibus, sed solum manet liber ab usibus, & observantiis illis regularibus, quæ obstant statui Episcopali, ejusque decentiæ; carentia autem [illegible] omnium bonorum immobilium, & mobilium, illi non obstat, si Episcopus liberam eorum administrationem habeat.

Ad rationem in oppositum respondetur cum Glossa *ibi ver. legitimus*, quod sicut si ante assumptionem hæreditatem paternam vendicarit sibi, non pro se, sed pro Mo-

nasterio venderet: ita post assumptionem ad Episcopatum illam vere acquisivit sibi quoad usum quinam dominium vero illam vendicar Ecclesiæ: hic est sensus relati Capitis.

1336 Dices cum Valquez: Si acquireret dominium rei sibi, sed Ecclesiæ, non posset hæreditatem illam renunciare; ex relato autem textu dicitur, quod possit, ac non cogitur illam vendicare.

Resp. Quod ly *possit* ibi denotat libertatem à peccato, minime libertatem exercitii: nam sicut Monachus, si ei proveniat hæreditas paterna ante assumptionem, non potest illi renunciare; qia à potest licite pro Monasterio capaci acceptare, & Monasterio utpote capaci est jus jam acquisitum: ita sit ei proveniat post assumptionem, non potest illi renunciare; quia potest licite acceptare, & Ecclesiæ est jam jus acquisitum. Colligitur ex eodem textu, ubi infra dispositur, ut Monachus hæreditatem Monasterio restituat ante pronunciationem, Ecclesiæ vero post pronunciationem ad Episcopatum.

Tamb. *in com. l. lib. 8. tract. 1. cap. 2. §. 4. n. 1.* citans Sanchez *lib. 6. in Decal. cap. 6. nu. 13. 14* ait ecs, sive sint domini, sive liberi administratores, peccare mortaliter, si superflua in pios usus non expendant, sed non teneri ad restitutionem, quia vide expendunt.

Et Fagnanus *lib. 3. c. ad audientiam, de Cler. non resid. num. 18.* ait, proprium esse duplicis generis; unum importat verum dominium, & proprietatem, quale habent homines secularis; alterum intelligitur proprium quoad liberam administrationem, quale habent Beneficiati, &c. & secundum hoc Clerici sæculares, & Religiosi habentes administrationem, hoc est Beneficia in titulum, accumparantur quoad potestatem disponendi fructus Beneficiorum. Card. Navar. *in cap. Non dicatis n. 10. & 11.* Reta, &c. ita Fagnanus.

RENUNCIATIO BENEFICII

1337 FIt *spontanea Beneficii cessio legitime facta*. Est duplex, tacita, & expressa. *Tacita* fit, quando quis aliquid agit, quod ex natura rei, aut Statuto juris retentionis Beneficii opponitur, ut si Clericus Beneficiarius nubaret, Religionem professetur, aut Militiam assumeret, &c. Hæ namque actus sunt annexa vacationi, *extr. 3. de Cler. conjug. cap. Beneficium, 4. de reg. in 6. & fin. de Cler. non residentibus*, unde quisque professus per actum facti renunciasse.

Expressa fit per scripturam Ordinario præsentatam, in qua debet exprimi ipsa causa, ver. gr. infallibilitas aeris loci Beneficii, impossibilitas moralis residentiæ, implicatio ad negotia incompossibilia, &c. *vi. num. 1341.*

Renunciatio expressa est duplex, simplex, seu absoluta, & conditionata. Absoluta est quæ sit absque conditione, aut pacto. Conditionata est, quæ sit sub aliqua conditione, aut pacto.

Ut sit valida, requiritur *acceptatio*, seu consensus Superioris, *cap. Admones 4. de renunt.* Nomine Superioris non venit ille, qui præcise

[illegible] Beneficium confert: sed ille qui potest

[illegible] privare, qui de licet jurisdictionem supra Beneficiarium habet; hujusmodi regulariter sunt Episcopi, etiam quoad Beneficia illa, quæ sunt Papæ reservata solum quoad collationem, quæ scilicet Episcopus conferre non potest, sed potest illa privare.

Quamvis enim puta sint Beneficia, & dignitates, quorum collatio ex jure Canonico est reservata Summo Pontifici, ut Ecclesiæ Patriarchales, Episcopales, &c. ut in regulis Cancellariæ Apostolicæ, quas referunt Carnificiæ, & breviter Phoebeus *lib. 1. vir. 13.* plota enim sint, quæ sint *reservata* Pontifici, vel ratione suæ liberæ dispositionis, & jurisdictionis, quatenus ipse velit Beneficium conferre, cujus collatio ad Episcopum spectaret: vel ratione devolutionis ob negligentiam, vel delictum inferiorum Ord nariorum.

Insuper extat reservatio mensium, & alternativæ: datur enim mensis Apostolicus, in quibus quorumvis Beneficiorum, aliter quam per resignationem vacantium, spectant ad Summum Pontificem. Patriarchus, Archiepiscopis, & Episcopis personaliter in suis Ecclesiis residentibus conceditur alternativa seu mensium, in quibus si vacent Beneficia libera, & ab illis, ver. gr. à Patronis independentia, possint illa conferre; ita ut Januarius spectet ad Papam, Februarius ad Episcopum, Martius ad Papam, Aprilis ad Episcopum, & sic alternatim quoad reliquos menses.

RENUNCIATIO, SEU RESIGNATIO CONDITIONALIS

1338 [illegible] Papæ: unde non potest ab Episcopo admitti sine authoritate Summi Pontificis. Ita S. Pius V. per Bullam 58. editam 1. Aprilis 1568 *incip. Quanta Ecclesiæ*, Talis enim renunciatio Beneficii facta in favorem tertiæ personæ, sub conditione alicujus personis solvendæ ipsi resignanti, vel alteri: *n. num. 1269. & 1264.* facta sub conditione, seu cum reservatione regressus, vel aegressus, aut accessus. Cum reservatione

Re-

Regressus sit, quando quis Beneficium [illegible] alteri committat, reservando sibi [illegible] Beneficium resignat, si resignatarius [illegible] Cum reservatione *ingressus* sit, quando quis qui Beneficii administrationem sibi reservat, alii Beneficium quod alteri renunciat, sub conditione, ut ingrediatur [illegible] possit propria authoritate in quo possessionem ingredi. Cum reservatione *Accessus* sit, quando Beneficium alteri impetrat, v. g. per resignationem, alteri recursum conferendi, ita renunciando, ut interdictare illius velimus, ne gratiosi impetrantis aratum, quibus illis propriis ad illius fructus Beneficium alteri collatum accedere, & pro eis accipere. Hinc regressus, ingressus, & accessus est prohibitus per Trid. *sess. 25. de ref. cap. 7.*

1339 Religiosus, seu renunciatio Beneficii facta sub conditione professionis, ut conferatur alicui certæ tertiæ, absque alia addita, aut pacto ex natura Contractus, quod [illegible] *gaud. p. 2. c. 2. n. 3. & alii*, omnino simplex renunciatio, & consequenter, quod possit ab Ordinario admitti. Aliis aquæ Pirhing. *lib. 3. tit. 9. n. 3. & 4.* num. 1. quod [illegible] Episcopo admitti, ex ratione, ut dicta causa renunciationis, & laborare pro non admitti, nam [illegible] quam potest Episcopum resignationem admittere absque, ut literarum renunciationis certa persona nominetur, sed [illegible] ut ista persona nominata, & literarum renunciationis certa persona nominata, sed potest idem qui vult eligere, unde pactum à resignante factum, ut nominet, libere nominet, non est ut conditionata resignatio.

Dixerim tamen est, Beneficiali resignationem facta simpliciter in manus Summi Pontificis, absque ulla petitione, quæ intervenire possit, & ita fieri in Curia, & recepta conformiter ad Bullam citatam in Bulla S. Pii V. est non habentur verba

Cæterum autem *Navarr. de alio pacto*, [illegible] *Beneficiorum*, [illegible] *Beneficiorum*, [illegible] *Beneficiorum

vacare censetur, non per relignationem, sed per obitum, *ex Reg. 19. Canc. Apost.* Idem die de Carlen sano, qui ultra viginti dies à die consensus præsumpti non supervixit; sed post resignationem, sive à superiore admittam, sive non admittam, infra viginti dies morte naturali (non sufficit civilis) mortuus est. Quod est dispositum ad vitandas fraudes, & ne de Beneficiis disponatur per modum ultimæ voluntatis, licet de bonis patrimonialibus. Pirhing. *cit. sect. 3. §. 2.*

Ex recensitis igitur causis in jure expressis, atque etiam ex aliis honestis causis, utilitatem tamen, & necessitatem Ecclesiæ respicientibus, insuper rotatis conditionibus servatis, prosunt Episcopi relignationes simplices & absolutas Beneficiorum admittere: *n. n. 1337.*

1343 Et quamvis S. Pius V. in citata Bulla velit, hanc servari conditionem, ut Beneficia relignata non conferantur ipsorum relignatariis, aut Episcoporum relignationes admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum per extraneos collationum. Castrop. *part. 2. tit. 13. disp. 6. punct. 2. n. 2. n. 7.* ait. *Advertet tamen, hanc constitutionem quoad hanc conditionem non videri usu receptam, sed potius à principio fuisse abrogatam*, Garz. *tr. par. de benef. cap. 3. n. 270.* Augustin. Barbos. *allegat. 69. n. 48. & consequenter nec pœnas ob hanc causam ibidem impositas.* Idem innuit Pirhing. *in lib. 1. tit. 9. sect. 4. §. 3.*

1344 Renunciatio facta ex metu gravi, juxta plures, est ipso jure nulla; per alios rum Castropal. *cit. §. 4. n. 4.* est ipso jure valida, sed venit rescindenda à Superiore; talis tamen metus esse debet exercitiose incussus ab alio homine ad finem exterquendi renunciationem, juxta dicta de metu in votis, in contractibus, & matrimonio.

Hac ratione valida est renunciatio facta ex metu inimicitiæ in loco, ut dicitur n. 1341. aut ex metu malitiæ plebis, *ex cap. Nisi cum pridem 30. de renunc.* quia tunc renunciatio habere à relignante eligitur tanquam medium ad malum, quod timet, vitandum.

1345 Renunciatio vero facta dolo, seu fraude, est ipso jure nulla. Castrop. *cit. n. 7.* & Pirhing. *cit. sect. 7. §. 3.* quia metus minuit, sed fraus, & dolus omnem tollit libertatem, *& ex l. 1. ff. de dolo. Fraudatoria sua malitia non debet esse lucrosa. Nec debet quis alterius odio gravari*, ex reg. 20. in 6. n. n. 1664.

1346 Denique. Quæris relignatio Beneficii, etiam causa permutationis facta, & cujusvis Beneficii, sive curati, sive simplicis &c. est publicanda intra determinatum tempus ita præscribit Greg. XIII. in Bulla 85. *Humanæ vitæ judicem*, cujus summam refert Pirhing. *cit. sect. 6. §. 5.*

„ Debent autem publicari à quibuslibet relignatariis, etiam exemptis, etiam officialibus Curiæ Romanæ; imo ab ipsis etiam „ Cardinalibus, si in eorum favorem Beneficia aliqua relinquentur; & quidem intra sex „ menses, si in Curia Romana relignatum sit „ Beneficium, & hoc situm sit citra montes; „ si vero ultra montes situm sit, intra 9. „ menses à die supplicationis datæ, & relignatæ. Si vero extra Curiam coram Ordinariis locorum relignatio facta sit, intra „ tres menses à die, quo colatum Beneficium „ relignatum fuit, computandos, quod intra „ mensem à tempore factæ relignationis, sub „ pœna privationis juris conferendi, à collatore incurrendæ, nisi intra mensem relignatum Beneficium relignatario contulerit, „ & sub pœna nullitter factæ relignationis, si „ forma Gregorianæ Constitutionis in facta „ his relignantibus servata non fuit.

PERMUTATIO

1347 Fit, quando duo Clerici sua Beneficia cedunt, ut alter alterius Beneficium consequatur. Unde involvit duplicem relignationem conditionalem. Est autem à Jure Canonico permissa; & potest ab Episcopo, seu Superiore ordinario admitti; non est enim aliud, quam mutua permutatio Beneficii proprii cum Beneficio alterius.

Quatuor tamen requiruntur conditiones. Prima. Quod fiat authoritate Superioris; quod si fiat authoritate propria, erit nulla, & simoniaca. Nomine Superioris veniunt Episcopi, & illi, qui jurisdictionem habent Episcopalem, licet non dignitatem, ita ut ad ipsos spectet, eadem conferre, sed etiam privare. Si Beneficia permutanda sint in diversis Diœcesibus, permutatio ab utroque Ordinario debet authoritatem desumere.

Secunda, ut non fiat, nisi ex legitima causa: causæ legitimæ sunt superius recensitæ; unde non sufficit solus permutantis favor, aut ejus privatum temporale commodum: sed semper requiritur aliqua Ecclesiæ necessitas, aut utilitas, ut qui uni loco est minus utilis, alibi valeat similes exercere, *c. Quæsitum 1. de rerum permut. §. Si autem.*

Tertia, ut si Beneficia permutanda sint inæqualia, talis excessus non comperiatur pecuniæ, aut alio temporali pretio æstimabili, sive talis excessus sit in dignitate, aut alio spirituali, sive in fructibus, dummodo sit annexus titulo beneficii, aliàs erit simonia, ex tunc.

Pariter simonia erit practice de aliqua summa pecuniæ pro compensando alicno onere, quod exist in beneficio permutando; sed satisfactio rei permutati deficit.

Quarta conditio, ut permutatio non fiat nil inter duos. Hinc simoniaca est permutatio triangularis, aut quadrangularis, v. g. qua Petrus suum beneficium cum beneficio Pauli permutat, ut Paulus illud Negotii Petri relinquet. Nam hæc (ut rité animadvertit Pirhing) *non tam esset permutatio, quæ non nisi apparens, sed constitutio quidam innominata, Beneficii, ut sortis, forma, ut de qua à jure Canonico cave. spiritual. à regulari non transeat, ea quoad in personalibus intervallis sit annua pensionis, & omnique cautione, ex c. fin. de pactis.*

De beneficiis agunt Castropal. *p. 2. tr. 13.* Bagnatur. *in Jacultates & alii, ac in ejus indice*, Phabeus *tom. 1. ex tit. 11. ad 17.* Pirhing. *cit.*

DE JUREPATRONATUS.

1348 Jus patronatus est potestas præferendi instituendum ad beneficium vacans. Quod jus vendi non potest sine simonia, *ex c. de jure 16. de jurepatr.* quia est spirituale annexum, sed ad beneficii collationem ordinatum: *n. n. 1241.*

Præsentatio est legitima personæ eximiæ per patronum facta Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet.

Jurpatronatus Ecclesiæ, beneficii, aut Capellæ, non acquiritur, nisi per ejus novam fundationem, constructionem, aut per ejus jam erectæ competentem dotationem de propriis bonis, ex Trid. *sess. 14. de reform. 12.* Unde Glos. *in cap. Præterea 16. 16. q. 7.* allegat versum

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Omnino tamen requiritur assensus Diœcesani, sine quo jurpatronatus non acquiritur, *ex c. Nobis 2. de jurepatr.*

A dicta lege Trid. *sess. 25. de reform. c. 9.* excipit, ut sequitur: *Excepta piorum fundatorum bonorum ædificatis ecclesiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad imperatorem, & Reges, seu regna possessa mea, aliosque, quibus ac successoribus Principes, jura Imperii in omnibus suis bonis, seu pertinent, & quæ in favorem fundatorum generalium concessa sunt.*

1349 Jurpatronatus dividitur in Laicum, Ecclesiasticum, & mixtum. Laicum dicitur, si fundatio, constructio, aut dotatio fit facta ex bonis propriis patrimonialibus. Ecclesiasticum, si fit facta ex bonis Ecclesiæ. Mixtum, si fit facta partim ex bonis patrimonialibus, partim ex bonis Ecclesiæ, seu quod ex patronis Ecclesiasticis, & laicis conflet: *num. 1340.*

1350 Patronus plura competunt jura, 1. competit præ cæteris locus in Ecclesia, 2. onus, & officium Ecclesiam, ejusque bona tuendi & protegendi, 3. jus præsentandi ad beneficium vacans, 4. quod si ipse, aut ejus filii ad suprimum impium pervenerint, debeant ex bonis Ecclesiæ à se fundatæ sublevari, & instituari ex relatu *cap. Nobis.*

Quæ jura Glosa *in cit. cap. Nobis*, his versibus comprehendit:

Patrona debetur, onus, onus, honestas, honor.
Præsentare præsit, defendere, alere, regere.

Patronus Ecclesiasticus concedituur tempus sex mensium ad præsentandum, laico vero tempus quadrimestre a die notitiæ vacationis beneficii, intra quod si præsentare negligant, devolvitur collatio ad Superiorem illum, ad quem institutio pertinet, *ex c. ne clerici de jurepatr. in 6.*

Pariter collatio devolvitur, 2. Si patroni sint plures, & inter dictum tempus de persona instituenda non concordaverint, 2. Si pars major parte patronorum præsentata, repugnantibus aliis, non possit sine scandalo utilitate; tunc namque potest, & debet Prælatus, si melius secundum Deum judicaverit, Ecclesiæ providere, 3. Si de jurepatronatus controversia inter dictum tempus non fuerit definitum cui competat, *ex c. quoniam 3. de jurepatr.* Idque provisionaliter, ne Ecclesia diu maneat legitimo Rectore destituta, & ne beneficia diu suspensa maneant in Ecclesiæ perniciem, *n. n. 1274.*

1351 Episcopus non tenetur monere patronum de beneficiati morte, si patronus potuit scire; tunc enim ad ipsum patronum spectat curare de ejus sui juris.

E contra Mendo *in Epit. ver. beneficium, n. 4.* addit,

„ Quòd si beneficiarius distans decedat e „ vita, ejusque mortem solus Episcopus „ sciat, & non moneat patronum, qui eam „ non potuit scire, & transeant quatuor menses designati patronis laicis ad præsentandum, & lex mentes designati post mixtum beneficiarii patronus Ecclesiasticus sed adhuc non præfinitum provisio beneficii sedisse devoluto ad Episcopum, sicut pertineret, nisi adesset ea circumstantia; nam patronus nequit tunc imputari omissio præsentandi. Quòd si Episcopus rectè provideat de jure devoluto Capellanian, & in ejus institutione injungatur, conferendam fore per-

si forte ex tali loco similiæ, aut sanguinis, non potest pro libito eam aliis conferre.

1351 Hæc est discrimen inter patronum Ecclesiasticum & laicum ad præsentandum, quòd Ecclesiasticus, postquam aliquem præsentavit, non potest intra tuum tempus alium præsentare; potest vero patronus laicus, ex *c. cum autem 24. Pastoralis 29. de jure patron.* Et hæc potuit esse ratio; quia in Ecclesiastico præsumitur cognitio idoneitatis & morum præsentati, non sic in laico. Hæc autem limitatio præsentationis in Ecclesiastico, compensatur per concessionem longioris temporis, ut diligentiùs super idoneitate valeat tardi perquirat, cùm uti tale non possit.

Quòd si patroni sint duo, unus Ecclesiasticus, hoc est jure Ecclesiæ, & alter laicus, hoc est jure laicali: *ut in n.* 1343. tunc laicus variare potest, & simul sex menses habet ad præsentandum. Habet sex menses ad præsentandum, ob communionem cum Ecclesiastico, & dignius ad se trahit minùs dignum. Potest variare, ob privilegium, quod per se habet, cujus commodum sentit etiam ipse patronus Ecclesiasticus ob communionem cum socio privilegiato in re communi, & ne privilegiato socio eius non privilegiati præjudicet.

1353 Præsentatio fieri debet de persona idonea. Si sit de indigno, & ineo perstatur, libere potest Superior beneficium personæ idoneæ conferre; quia præsentatio indigni est præsentatio nullius, & se habet toto legitimo tempore pro non facta. Colligitur *ex cap. 1. de transl. Epist. & ex cap. cùm in 13. de Cler. non resid.*

Præsentatus debet à superiori examinari super idoneitate. Et repertus idoneus, debet ad beneficium institui, ita ut si Episcopus illum instituere negligat, & absque causa legitima, sine patrono, beneficium alteri conferat, collatio est ipso jure irrita. Panor. *in c. ultim. 3. de iureped.*

1354 Non potest Episcopus malitiosè repellere præsentationem à patrono factam ad effectum, ut alium præferat. Et tunc, si patronus alium præsentat, valida est institutio secundo præsentati; sed Episcopus in pœnam tenetur ei, quem recusavit, de alio competenti beneficio providere; *ex cap. Pastoralis 29 de iureped.*

Si verò patronus laicus ex sua libertate glures præsentaverit, liberè potest Episcopus quem maluerit, instituere, si sint æque digni: hoc namque non lædit jus patroni, quia per variationem nominationis non censetur ipsorum revocare, sed priori aliam cumulare, *ex cap. cùm autem 24. de iureped.* Quòd si non sint æque digni, tenetur Episcopus instituere dignorem; ita probabiliùs cum Castrop. *p. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 9. nu. 3. & aliis. v. à num.* 1308.

1355 Si persona à patrono laico præsentata in examine non reperiatur idonea, & Episcopus benigne ei indulgeat, ut melius se præparet, & redeat ad secundum examen, tunc patronus id sciens potest alium intra tempus legitimum præsentare sub conditione, ut hic instituatur, in casu quo prior idoneus non reperiatur. Et hoc pacto jus suum servat illæsum; nam alias Episcopus, quadrimestre elapso supposita incapacitate præsentati, liberè posset alium instituere: *ut in n.* 1351. Nec tenetur Episcopus patronum monere de incapacitate præsentati, sed posset liberè uti jure suo.

1356 Non potest patronus præsentare se ipsum, *ex c. per nostras 28. de iureped.* potest tamen præsentare proprium filium, Panor. *in cap. cessante*, nisi plures sequuntur; quia Pater & filius fictè in per solam juris fictionem censentur una persona, at re ipsa sunt duæ personæ.

1357 In jurpatronatus hæredes succedunt per stirpes, non per capita. Et sic, si Petro patrono succedant duo filii, Joannes, & Franciscus, & his defunctis, succedant unus filius Joannis, & duo aut plures filii Francisci, hi duo aut plures filii Francisci succedunt, minime ut tot patroni, sed ut unus patronus in jure stirpis, nempè sui patris Francisci.

QUÆRES

1358 *An patronus teneatur præsentare dignio-rem?*

Respondeo cum Castropal. *p. 2. tr. 21. disp. 2. punct. 7.* si patronatus sit Ecclesiasticus, patronus in beneficiis curatis tenetur præsentare dignorem, ex Conc. Trid. *sess. 24. c. 18. de reform.* his verbis:

Meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quàm si boni Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promovere studeant, cùm ea aliorum peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos dignissimos, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambitionis suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præficere diligenter curaverint.

In beneficiis verò simplicibus, si patronatus sit Ecclesiasticus, non tenetur patronus præsentare dignorem, quia nullibi extat hoc onus.

Si

1359 Si patronatus sit laicalis, patronus sive in beneficiis simplicibus, sive curatis, tenetur præsentare dignum, sed non tenetur præsentare dignorem. Conlat, quia Conc. Trid. in tali præsentatione non exponit concursum; ex quo videtur inferre, quod sufficiat, si præsentetur dignus, & eligatur. Imo hoc clare insinuat *sess. 24. de reform. cap. 18.* his verbis.

Peractis deinde examinis, pronuncientur, quotcumque ab his idonei judicati fuerint nomina, moribus, doctrinæ, prudentiæ, & aliis rebus ad curandam Ecclesiam gubernandam opportunis. ex hisque Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum jurauerit, atque illi, cui non alterius Ecclesia ab ea fuit, ad quam spectabit eam conferre. Si verò jurispatronatus Ecclesiasticus erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertinet, is quem peritiores dignorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, Episcopo præponere tenetur, ut ab eo instituatur. Cumverò institutio ab alio, quàm ab Episcopo, fieri debeat, tunc Episcopus salvo ex aliis eligat dignorem, quem præcunte præsentes mi quem instituerint, fellat. Quod si jurispatronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præsentatus erit, ab Episcopo deputatis, ut suprà, examinari, & non nisi idoneus reperiatur fuerit, admitti.

1360 Præsentatus tamen semper debet ab Episcopo examinari pro idoneitate comprobanda. Quod est verum, etiam si institutio sit facienda ab inferioribus. Trid. *sess. 25. de reform. 9.* his verbis.

Ad hæc Ordinis Episcopo præsentatus à patronis, si idoneus non fuerint, repellatur. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxta statuta ab hac ipsa Synodo examinentur, aliique non instituantur ab inferioribus facta irrita sit, & inanis.

De jure patronatus agunt Castropal. *p. 2. tr. 13. sect. 2.* Ant. à Spir. *S. tom. 1. tr. 4. disp. 4. sect. 22.* Fagnanus *lib. 3. seb haec etc.* Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit. 38.* Phrbeus *lib. 1. tit. 15.*

DE PENSIONIBUS, ET PRÆSTIMONIIS

1361 Pensio est jus percipiendi fructus certos ex beneficio alieno, auctoritate legitima, ad tempus, justa de causa concessum. Hinc non est beneficium, cùm hoc sit perpetuum, & detur in titulum, non sic pensio, unde ex Trid. *sess. 21. c. 2. de ref.* non potest quis ad pensionem ordinari, *ut in num. 3. num. 48 ad 50.*

Pensio, ea dictis *num. 1360.* est duplex, laicalis, & Clericalis. Laicalis est, quæ datur titulo temporali, nimirùm ob aliquod temporale obsequium, aut officium præstitum aut præstandum; v. g. ob pulsandum organum, ob canendum figuratè in choro. Ant. à Spir. *S. tom. 1. tr. 4. disp. 4. sect. 21. n. 331.* Propter lenectutem, pauperiatem, &c. laicaliter, sive detur laïco, sive Clerico, si titulus sit temporalis: materialiter enim tunc se habet, ut dixi pensionarius sit Clericus; *n. 1360.*

1362 Clericalis est, quæ datur soli Clerico titulo clericali. Quæ est duplex, una, quæ datur Clerico ob aliquod spirituale munus exercendum, quæ dicitur simpliciter spiritualis, ver. gr. ad recitandum Officium, pro munere cantatoris Episcopi, Concinnatoris, Visitatoris, &c. Alia, quæ datur ob aliquod temporale motivum, puta senectutem, pauperiatem, &c. sed exigit, ut pensionarius sit Clericus; & hæc dicitur pensio mixta.

Ad pensionem Clericalem requiritur septennium completum, quia requiritur Clericatus, seu prima Tonsura. Fagnanus *lib. 1. c. Cùm in cunctis, de elect. n. 98. t. tom. 3. num. 21.*

1363 Pensiones super beneficiis imponere potest Papa, quia ad ipsum spectat plena beneficiorum dispositio: *ex cap. 1. de Praben. in 6.* Expositi tamen justam causam, ut licitè imponat, ne dissipator appareat, sed administrator.

1364 Cæterùm, stando in jure Canonico, nullus inferior Papa potest super beneficiis pensiones imponere.

1365 Et quamvis possit Episcopus, vel judex delegatus pensionem imponere in causa transactionis, ex *cap. nisi, 21. de Præbend.* nimirùm in casu, quo super eodem beneficio sit jus dubium, & lis inter duos Clericos; tunc namque Episcopus ad componendum litem, potest uni beneficium conferre, cum onere, ut alteri pensionem solvat. Id tamen imponi non debet, nisi ad tempus, videlicet, durante vita beneficiarii, ut vult Com. aut durante vita pensionarii, ut dicit Panor. apud Ant. à Spir. *S. tom. 1. tr. 4. disp. 4. sect. 27.* tamen, quòd non beneficium, sed sola persona beneficiarii maneat onerata; & hoc pacto non fit facilis beneficii quoad fructus, nam pensio morte beneficiarii aut pensionarii extinguitur. Non possunt autem colligantes ad propria authoritate præstare sine consensu Episcopi, quia dicit simonia, cùm pensio sit rei spirituali annexa.

1366 Imo, quamvis plures Doctores apud Pirhing. *in comp. lib. 3. tit. 12. §.* doceant posse Episcopum in quibusdam causis specialibus ex justa & necessaria causa, vel ob evidentem Ecclesiæ utilitatem, pensionem im-

ponere; hoc tamen docent cum Limitationibus, 1. Ut non imponatur perpetuum, aut cum facultate transferendi ad alterum, sed durante vita personarii; 2. Ut non imponat præcisè in favorem alterius, aut conferendo beneficium cum pacto pensionis solvendæ, quod simoniam sapere; sed ob Ecclesiæ utilitatem, aut necessitatem. Ita Pirhing.

1367 In his igitur casibus non beneficio, sed beneficiario constitui pensio imposita. Et inde remanet, quòd nullus inferior Papa possit pensionem imponere, loquendo de pensione in ipso beneficio constituta, quæ quidem est servitus ipsi beneficio imposita, adeoque perpetua, quæ non beneficiarii morte finitur, sed transit ad successorem.

1368 Impositio, seu reservatio pensionis fieri potest, tam ante, quàm post beneficii collationem; sed regulariter fit, cum beneficium conferitur. Semper tamen attendi debet, ut simoniæ periculum vitetur.

1369 Non sive in præsentatione, sive in collatione beneficii, pactio de pensione solvenda sine auctoritate Papæ est simoniaca *arg. Tria sunt 54. de simonia, cap. fin. de pactis & Siquis obtulerit, 3. q. 3.* Ubi omnis pactio & contractus onerosus circa beneficia prohibetur, & præcipitur, ut simpliciter conferantur. Ibique adducitur ratio; quia *quisque horum alterum vendit, sine quo nec alterum præsentis, nec virum inconsultum destinquit c. à hac 1. 20. ad 22. & 23.*

1370 Hinc fit, quòd patronus, nedum non possit sine auctoritate Papæ, absque simoniæ labe, pensionem imponere, sed neque aliquid pro præsentatione recipere; ex *c. de iure 16 de usuris*, ob rationem *de num.* 1367.

Qua de causa Princeps in præsentatione quam facit Pontifici, proponit simul pensionem, quam cupit imponere, & liberum consensum ipsius promovendi.

1371 Pariter Episcopus ipse beneficium conferendo, licèt de jure communi, non potest sibi partem fructuum beneficii retinere; quia beneficia sunt sine diminutione conferenda; *ita, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

1372 At potest Episcopus de consensu Capituli redditus beneficii vacantis, aut partem ob justam & necessariam causam ad tempus reservare, puta ad solvenda Episcopatus debita, ad fabricam Cathedralis, aut aliam communem causam. Sed non potest illos reservare directè in sui, suæ mensæ, aut mensæ Capituli utilitatem; ita ibi.

1373 Subdit Pirhing. *in eam. lib. 3. tit. 11. §. 1. Quod si tamen testamento dictus Episcopus, ut ex primis Ann. fructibus beneficiorum, in Pias causas erogandum, ad augendas Episcopi reditus, reservatus sit quod, observandum hic est, cum nullibi clara huius rei prohibitio sit, nunquam ulla simonia sit species, & multum eisdem prohibitorum ex annatis Pontifex salvenus malum possit.*

1374 Pensionarius per se, & spectato jure communi, tenetur ad solvenda onera beneficio Ecclesiastico annexa; pro rata tamen pensionis, *ex reg. 77 juris in 6. Reditus communis, ut succedat in onera, qui subsistentiam in bonis.*

1375 Pensio, si sit imposita beneficio, ea vacante, & vivente pensionario, est solvendi ab administratore beneficii. Imo si beneficiarius aliquas annualitates remisit solvere, in quantum illas ad usus privatos consumpsit, onus eas solvendi transit ad hæredes illius, si aliquid ex ejus fructibus ad ipsos pervenit, quòd si nihil hæredes percepernit, peti possunt à beneficiario successore, quia onus est reale, & impositum beneficio, adeòque cum eo transit pensionario vivente: *v. n.* 1365.

1376 Pensio cessat, & extinguitur, 1. per mortem pensionarii, 2. per matrimonium a pensionario contractum de præsenti, si persona sit Clericalis; vel per promotionem ad Episcopatum, professionem Religiosam, vel per assumptam militiam: quia pensio æquipatatur beneficio, 3. si pensionarius libere pensionem in perpetuum remittat.

1377 Pensio Clericalis non potest vendi sine simoniæ labe, ex Bulla S. Pii V. bene vera pensio laicalis. Tanc. *tr. 2. lib. 4. d. 10. num.* Castropal. *d. 3. de simonia p. 13. num. 7.* Anton. à Spir. S. *tom. 1. tr. 4. disp. 4. fol. 21. num. 336. & alii apud ipsum.*

1378 Ratio primi, quia pensio Clericalis habet annexum titulum spiritualem; nam est jus percipiendi fructus ob officium spirituale, & saltem obligat ad recitandum Officium Virginis; *v. n.* 1361.

Ratio secundi, quia pensio laicalis non est annexa titulo spirituali, nec ex parte finis, nec ex parte subjecti.

1379 *Nec obstat* (ait Ant. à Spir. Sanct.) *quod illa pensio extrahi sit ex aliquo titulo spirituali, nempè ex beneficio, ad hoc ut sit spiritualis. Nam etiam textus decimarum Regi concessæ, extrahi sunt ex bonis fidei: & tamen quia ad nullum officium spirituale ordinantur, vendi possunt, & de facto quotidie venduntur.*

Adde, pensionem non extrahi ex beneficio, prout

prout dicit munus spirituale, sed prout importat fructus temporales.

1380 Neque obstat, quòd pensionarius sit Clericus, si titulus sit laicalis, quia id materialiter se habet, ex *num.* 1361. Unde ex *n.* 1368. non tenetur talis Clericus ad recitandum Officium Virginis, si pensio sit ei data, ut Clerico, nempè titulo Clericali, seu spirituali; ut expressè constat ex Bulla Sancti Pii V incip. *Ex præcelso* . . . Septembris 1571. his verbis.

At quicumque personam, fructus, aut alia . . . Clericus percipit, cum vigore prædictæ ad id eidem Officium persolvere B. Mariæ Virgini decernimus obligatum, & pensionum, fructuum . . . cumque ipsarum amissionis.

1381 Si tamen Beneficiarius pensionem propria authoritate redimat, simoniam non committit, Castropal. *cit. num.* 10. Tanc. *tract. 2. lib. 4. disp. 10. num.* 23. Anton. à Spir. S. *cit. nu.* 339. & nonnulli apud ipsum, contra Navar. Scotum, & alios. Quia redemptio pensionis non est emptio alicujus juris spiritualis, sed extinctio debiti temporalis. Imò est quædam anticipata solutio, per quam non tollitur, nec dissolvitur jus, quod pensionarius habet ad recipiendos fructus; sed perficitur, & completur. Adeòque, qui pensionem redimit non emit jus pensionarii ad fructus, sed anticipate ei fructus, ad quos habet jus, solvit. Solet autem auctoritas Pontificis ad redemptionem pensionis intervenire ob majorem securitatem, & ex stylo Curiæ.

1382 Illud certum est, quod qui ex legitima licentia resignat beneficium cum onere pensionis, non potest facere pactum, ut constituta pensio postea redimatur; quia tale pactum, & onus, cùm sit pretio æstimabile, simoniam importat. Anton. à Spir. S. *cit n.* 339.

1383 Ex his colligies, quòd aliud sit vendere pensionem, & aliud vendere fructus pensionis; nam vendere pensionem est vendere jus ad fructus, quod in pensione Clericali habet titulum spiritualem annexum, adeòque sine simoniæ labe vendi non potest, ut ex *n.* 1361. & 1378. Vendere autem fructus pensionis, est vendere rem purè temporalem, quæ quidem potest sine simonia pretio temporali emi. Et jus, quod consurgit in emptore ad illos fructus, non est jus spirituale, aut qui sit titulus spiritualis annexus; sed est jus omninò temporale, consurgens ex contractu materiali, & civili emptionis; non est, inquam, jus pensionarii, sed emptoris, qui proinde ut emptor fructus pensionis colligit, & recipit nomine pensionarii.

1384 Hæc de ratione beneficiarius ipse, sine fi notitiæ labe, fructus beneficii omotannis, imò etiam sua durante vita venàlis; non enim venditi titulum, & jus beneficii.

1385 Eadem patter dicenda veniunt de præstimoniis, quæ titulo spirituali dantur. Nam præstimoniæ sunt quasi pensiones quædam à pingutibus beneficiis separatæ pro sustentatione pauperum Clericorum, ut in Clericatu proficiant. A pensionibus distinguuntur, quia præstimonia non sunt personalia, aut vitalitia, ut pensiones, sed perpetua; unde non extinguuntur per mortem ea habentium, sed per Prælatum Ecclesiasticum aliis transferi possunt. Ita Ant. à Spir. S. cum Com. *v. n.* 501.

QUÆRES

1386 *An pensione jam collata, possit Princeps imponere pensionario onus, ut partem pensionis sibi aut alteri solvat.*

Resp non posse, si pensionarius sit Clericus, nisi urgeant, & adsint conditiones relatæ in impositione gabellæ *n.* 807. Constat ex dictis *n.* 703. *ad* 714. Quod est verum, sive pensio sit Clericalis, sive laicalis, quia licet fructus sit temporalis, est fructus Clerici, adeòque exemptus.

1387 Si vero pensio sit laicalis, & collata laico, recurrunt dicta *n.* 791. *ad* 797. Illud certum est, non posse ad longum tempus imponere; quia id esset pensiones transferre, & pensiones transferri non posse sine licentia Papæ, decrevit S. Pius V. *Const.* 73. *Sacrosanctum, in tom. 1. Bullar.* & Urb. VIII. *Sanctissimus, in tom. 4.*

De pensionibus agunt Castropal. *part. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 11.* Fagnanus *lib. 1. cap. Cum in cunctis, de elect. à num. 99. ad 105. cap. Ad audientiam, de rescriptis à num. 136. & lib. 2. cap. Gravis, de restitut. spoliat. nu. 36.* Pirhing, *l. 3. tit. 11.* Phœbeus *l. 1. tit. 16. à num. 24.*

CA-

CAPUT V.

DE MONIALIBUS.

1384 IN Monasteriis, ubi est præfixus Monialium numerus, si augeantur redditus, possunt aliæ admitti; juxta eorum incrementum, quia præfixio supponitur facta, ne Monasterium gravetur.

1385 Numerus Conversarum, juxta mentem Clem. VIII. non debet excedere tertiam partem Choristarum.

1390 Chorista (minime Conversa) afferre debent dotem pro sustentatione; quæ debet esse à S. Congr. aut ab Episcopo considerandis taxata.

Debet præfigi æqualis pro Clericis, & externis, Sac. Congr. 30. Septembris 1616. Non potest Monasterium plus, aut minus taxa recipere: sed plus est restituendum. S. Congr. 2. Maii 1596. Non minus, ne Monasterium graveur: Non plus, ne simonia committur. Non prohibetur autem, si aliquid omnino liberaliter, pietatis, & virtutis causa, extra dotem elargiatur.

1391 Tertia Sorori, ex S. Congr. 5. Septembris 1604. ducere debet duplicatam dotem, quarta Soror triplicatam, insuper tertia, & quarta carent voce. Sed in hoc attendenda est consuetudo, & praxis.

1392 Dos est solvenda, quando fit professio, minime prius, ne rollatur puellæ libertas; debet tamen prius apud perferam fidelem Monasterio benevitam deponitari, pro ejusdem Monasterii securitate. *v. à num.* 1107. *ad* 1111. Item *v. n.* 859. & 906.

1393 Novitiæ, si ad sæculum redeat, restituenda sunt omnia utensilia, & bona, quæ professæ secum detulit, & sua sunt. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. Quod si intra Novitiatum moriatur, restituenda sunt hæredibus.

1394 Novitiatus debet esse unius anni integri de momento ad momentum; ita ut si Novitia sine licentia ad brevissimum tempus exeat, animo deserendi Religionem, interrumpatur.

1395 Novitiæ voluntas explorati debet ante professionem: *An sit exacta, jedula, & an sciat, quid agat*, Trid. *sess.* 25. *c.* 17.

1396 Intra bimestre ante professionem fuerit debet renunciari omen bonorum, ex Trident. *sess.* 25. Quæ revocari non potest, nisi per testamentum, si tunc simul contingat. At si è Religione egrediatur, sive ante professionem, sive post: suppositâ professione invalida, renunciatio corruit; quia includit virtualem condicionem: Si validam professionem emittat.

1397 Novitia, si post primum quadrimestre infirmetur cum periculo mortis, potest ex indulto S. Pii V. professionem emittere. Potest etiam tunc renunciationem condere, aut testamentum.

1398 Professio facta ante annum vigesimum textum explentum, tam pro viris, quàm pro mulieribus, est invalida. Conc. Triden. *sess.* 25. *c.* 15.

1399 Mortaliter peccant, & excommunicationem incurrunt cogentes mulierem invitam ad ingressum Monasterii ad finem profitendi vel ad habitum ibi suscipiendum, aut ad professionem emittendam: *Præterquàm in casibus jure expressis*. Quam pœnam incurrunt etiam consulentes, aut quovis modo cooperantes ad vim. Pariter peccant, & eamdem pœnam incurrunt impedientes ingressum, aut professionem. Conc. Triden *sess.* 25. *cap.* 18.

1400 Vis, & metus injustus cadens in virum constantem, incussus à parentibus, aut alio homine, ad finem ingressus, & professionis, nullam reddit professionem, juxta locupletata, *n.* 1344.

1401 Quod si puella domi sit a parentibus gravibus angustiis pressa, & urgentibus minis perterrita, non ad finem, ut sibi rum Religionis eligat, sed ex alia causa; & puella Monasterium ingrediatur, & profiteatur; valida est professio, & libera, ob rationes adductas *in decis. citatis*, *nn.* 1344. non obstante gravi metu reverentiali. Ipsi vero parentes, si advertant puellam inde sumere voluntatem eligendi statum Monasterii, & à sævitie non desistant, mortaliter peccabunt, & censuram Trid. incurrent, per illa verba: *Quamcumque coegerunt*.

1402 Item, si vis gravis incussa ad finem Religionis & professionis sit justa, valida est professio, & illam incurrentes non peccant, ut patet per verba Trid. *d. n.* 1399. *Præterquàm in casibus in jure expressis*.

1403 Tres possunt contingere casus. Primus. Si conflet, puellam votum Religionis emisisse, quod non sit relaxatum, unde cogi potest ad executionem veti promissi.

1404 Secundus. Si inulier matrimonio contracto, post bimestre concessum ad deliberandum de Religione, recusset matrimonium consummare: tunc cogi potest ad utrumlibet, ad consummationem scilicet, vel Religionem.

1405 Tertius. Si amba conjuges sint jam mutuo confessu Religionem ingressi, & unus professionem emiserit, alius vero voluntate mutata recusset professionem, potest ad illam cogi, ex speciali obligatione, quam libere assumpsit ad profitendum: qua ratione Clericus, Subdiaconatu libere suscepto, cogi potest ad votum castitatis emittendum, si illud recuset: *vide dicta in tract. matrim. de vot.*

1406 In dubio de vi & metu professionem invalidante, standum est pro valore professionis, quia possessio stat pro professione, quæ est certa.

1407 Nota. Si parentes nobiles puellæ proponant, se ob insufficientiam dotis non valere nubere pari, uti propria conditio exposcit, & hoc, aut motivis similibus, ac veris, eidem suadent electionem Religionis, & inde puella Religionem professura, valida erit professio, quia non fuit illata vis, sed propositio humana & honesta veræ convenientiæ status.

Eadem ratione; si puella professura ob puram reverentiam Patris, aut alterius sui majoris, cui displicere timet, valida est professio; quia non est timor injustus, sed fundatus in reverentia, quæ jure naturæ est parentibus debita, & timor reverentialis professionem invalidans non est, nisi ille, cui sunt graves minæ ab extrinseco incussæ ad finem extorquendi professionem.

1408 Quòd si recusita puella professionem emisit cum expressa intentione nolendi se ad vota obligare, peccavit mortaliter, & pro tempore sequenti perdurat in continuo peccato mortali, ob continuum onus, quod habet obligandi se ad vota expressè, licèt occultim, & voluntate mutata, juxta dicta *in simil. matr. de Ordine sacro*.

1409 Monialis transiens de uno in aliud Monasterium, debet novum Novitiatum perficere; quia debet novam professionem emittere. Et habilis pro uno, non censetur ad ratera habilis. Sanchez *in Summ. lib.* 5. *cap.* *num.* 12.

1410 Moniales non possunt intra Monasterium Eucharistiam retinere. Ex Trid. *sess.* 25. *cap.* 10.

1411 Possunt Corporalia, Agnus Dei, & similia, ut ea componant, & ornent, tangere.

1412 Non possunt habere ostium intra Ecclesiam, per quod possint è Monasterio ad Ecclesiam egredi. Greg. XIII.

1413 Non possunt erigi Confraternitates in Ecclesiis Monialium.

1414 Possunt esse testes in causis criminalibus Monialium; imo duæ sufficiunt ad condemnandum, quamvis duæ mulieres sæculares non sufficerent. Non possunt cogi, ut sint testes in causis sæcularium, nisi quando aliunde de veritate constare non posset. Puellæ autem sæculares non sunt exemptæ à potestate sæcularis fori.

1415 Gaudent privilegiis & indulgentiis virorum sui Ordinis, quibus sunt capaces: *n.* 470.

1416 Possunt per Procuratorem tenere infantes in Baptismo, quamvis non possint Monachi, quia sub ea prohibitione non comprehenduntur.

1417 Abbatissa eligenda esse debet ætatis annorum quadraginta expletorum, & professionis octo. Quòd si nulla talis in Monasterio reperiatur, potest dispensare Prælatus, ut eligatur, quæ trigesimum ætatis annum excedat. Monialis in infirmaria exercet suffragium est suscipiendum per discussatrices. Et servanda sunt dicta de electione *à num.* 1277.

Suffragia dari debent per scrutinium secretum a Monialibus professis, inter quas non veniunt Conversæ. Quantum ad ætatem suffragantium, standum est propriis statutis. Scrutinium, datis jam suffragiis, est discutiendum a Præside & discussoribus quoad numerum, an sciliect numerus suffragiorum sit conformis numero vocalium; quo peracto, scrutinium est publicandum, minime quoad nomina suffragantium, quia hæc debent esse secreta: sed quoad nomina, quibus sunt suffragia lata, & quoad numerum suffragiorum.

1418 Prælatus Monialium debet electioni præsidere, & suffragia recipere, haud intus Clausuram, sed ad Cratem.

1419 Potest tamen Clausuram ingredi in visitatione, tres secum ducendo socios. Item in casibus magnæ necessitatis, & ad Sacramenta ministranda, secum prolum ducendo socium, uti docere potest Confessarius.

1420 Moniales monendæ sunt, ut saltem semel singulis mensibus confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *sess.* 25. *c.* 10.

CONFESSARII MONIALIUM.

1421 NOn sufficit, si sint pro sæcularibus approbati, sed requiritur, quòd in specie sint approbati pro Monialibus. Approbatus pro uno Monasterio, aut pro una Moniali, aut pro una vice, non potest audire Confessiones alterius Monasterii, & respectivè alterius Monialis, aut alia vice, deputatione explera. Clemens X. anno 1670. *Superna*, §. 2. ut infra Sect. Pœnit.

Con-

1442 Confessi Monialium, quæ Regulam gaudent habere, non solum a proprio Prælato, verum etiam debent esse approbati ab Ordinario loci; qui tamen non potest deputationem illi, sed tantum potest deputatum ab alio approbare. Bonac. *de Sacr. disp. 5. q. 7. §. n. 12.* Port. & Summa Diane *ver. Jubilæum n. 20.*

Qui affirmant, id posse virtute Jubilæi, quia attenta solita forma Jubilæi apparet, Summum Pastorem tempore illo universalis gratiæ nullum velle excludere à libertate sua confitendi peccata. Quod confirmant ex *Const. 17. Urb. VIII. Pontificia sollicitudo*, 28. *januarii* 1624.

1444 Mea autem resolutio negativa probatur 1. ex *Reg. 82. juris in 6. in generali confessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie exterminus.*

1445 Secundo, sequitur ex Bulla Clem. X. *cit. n.* 1421. & ex Bulla Urb. VIII. *in specula*, subdit 19. Junii 1630. ut sequitur:

in specula, &c. Nos, &c. dicta propria, &c. Confessionem S. Crucidæ, quæ respectu fœminarum hujusmodi, etiam laicis, & Clericis sæcularibus, cujuscumque status, gradus, & conditionis, etiam specialis mentionis, quod tales fœminæ, quod sæculares, quod Regulares, quod Monialibus, quod Fratribus, quod Sororibus, quod Matribus, quod Filiabus, quod Nepotibus, quod Amicis, quod Familiaribus, quod Domesticis contentis, cum Extraneis, & Monialibus hujusmodi, Fratrum Prædicatorum, & aliorum quorumcumque ad Sacramentum Pœnitentiæ, &c. ordinarie dispositioni suorum Fratrum, & Sedis Apostolicæ quoad sibi reservata subjecta sint, earumdem tenore præsentium perpetuo declaramus, &c. ac irritum, & inane, si secus, &c. Datum Romæ, &c. die 16. Junii 1630.

Ubi per illa verba, *aliorumque indultorum hujusmodi*, excludit Jubilæum, ita ut velit, nec Bullam, nec Jubilæum, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, suffragari Regularibus, & Monialibus. Vide infra, *de Bulla, Jubilæo, & casibus reservatis.*

1446 Tertio, metum magis firmat sententiam Bulla ipsa Urb. VIII. n. 1443. relata pro parte oppositæ; nam ibi non dicitur absolute, ut Sanctimoniales eligere valeant Confessarios sæculares, vel Regulares ab eisdem Ordinariis locorum probatos; sed additur: *Ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos*; hoc est, ad munus Sanctimonialium Confessiones excipiendi probatos. Unde Bulla supponit Confessarios jam probatos pro illis, generaliter autem approbatos pro sæcularibus non censeri approbatos pro Monialibus: *Sed regere quoad hoc speciali Episcopi approbatione*, decernit Clem. X. 1421. cit.

1447 Iisdem verbis usus est novissime Innoc. XII. in Bulla Jubilæi anni sancti, quæ incip. *Postquam sollicitudo*, edita 19. Januarii 1700. & facultatem eligendi pro reservatis Confessarios: *Ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos.* Quid clarius? Vide infra de Bulla Cruciatæ.

1448 Id verum est, Ordinarios Jubilæi tempore debere pro eis approbare plures, sive sæculares, sive Regulares, quos aptos judicaverint, quosque Moniales ipsæ exoptaverint, ex Decr. S. Congr. Epiſc. & Regul. 24. Martii 1634. apud Lantusc. cit. ut eos Moniales pro majori suo spirituali solamine eligere valeant ad effectum Jubilæum lucrandi, juxta intentum Pontificis.

1449 Quantum vero ad Religiosos, fateor posse

posse virtute Jubilæi illi eligere Confessarium etiam secularem ab Ordinario loci approbatum, a quo à reservatis absolvantur, nisi aliud in contrarium in forma Jubilæi exprimatur, quod hactenus non est expressum, Tamb. *tom. 2. pag. mihi 37. n. 40.* Quia declaratio contraria Pontificum est expresse edita pro Bulla Cruciatæ, utrumne pro Jubilæo; maxime cum Jubilæus solent ab ipsis Superioribus Regularibus Religiosis propari.

1450 Reservatio casuum futura pro Monialibus, non comprehendit puellas sæculares ibi detentas, quia non sunt Moniales; nec Novitias, quia hæ in odiosis non veniunt nomine Monialium.

1451 Confessarii Monialium, tam ordinarii, quam extraordinarii, esse debent ætatis quadraginta annorum, & specialiter pro Patribus Reformatis Ordinis Minorum de Observantia, dec. aravii Sacr. Congr. Concil. sub Alexand. VIII. 26 Novembris 1689. ex in Archivio Provinciæ in Conv. S. Mariæ Angelorum Panormi.

1452 Confessarius ordinarius Monialium, non potest ire eodem Monasterio deputari, nisi ad triennium. Sac. Congr. apud Gavantum. Quo elapso, potest pro alio Monasterio ordinarius deputari, & pro eodem extraordinarius. Imo qui in supplementum Confessarii ordinarii per menses aliquot munus Confessarii in aliquo Monasterio exercuit, si Confessariorum ordinariorum munus non agat, potest ad orientium, mortibus illis non computatis, in eodem Monasterio pro ordinario deputari, quia eum finus in odiosis, Sacr. Congr. Decr. est benigne intelligendum de deputatione ordinaria, minime accidentalium suppimentum.

DE INGRESSU CONFESSARII ORDINARII

1453 Reviter Mendo *in epit. ver. Moniales*, cum multis sit:

Potest Confessarius ingredi ad ministranda Sacramenta Monialiægrotanti, non solum in periculo mortis, sed quoties ipsa pro sua devotione velit, seu quoties sana solebat Sacramenta recipere, ut sam si id faceret quotidie; nam ea solatio spirituali non est privanda, quo plus indiget ægra, quam sana, eaque est causa ingrediendi, eique sufficit licentia, quam habeat, dum justa adsit causa. Similiter potest ingredi ad assistendum moribundæ, quoufque domo decedat. In ingressu autem ad sepeliendas defunctas, servanda est consuetudo cujusque Monasterii.

Imo potest etiam nocte ingredi ad assistendum moribundæ, si opus fuerit.

1454 In præmissis autem casibus, debet pro ingressu a Superiore habere licentiam nisi periculum sit in mora, & tempus non supperat ad petendum. In quo casu periculi, in defectum Confessarii deputati, potest ingredi quilibet promptus Sacerdos ac Confessionem excipiendam moribundæ. Idem dicit de Medico, Pellizz. *de Monialib. c. 5. n. 164.*

CONFESSARIUS EXTRAORDINARIUS

1455 Ex Trident. *sess. 25. c. 10.* est his, aut ter in anno Monialibus ab Ordinario offerendus nexter Ordinarium. Et qualibet vice assignari iolet per integrum mensem, fere mense Januarii, Maji, & Septembris. Verba Triden. sunt: *Præter ordinarium autem Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat.*

1456 Per hoc autem non prohibetur, quin possit plures extraordinarios deputare: sed quoties opportunum judicaverit, inter i Prælatus paterna benignitate deputare, Pellizz. *de Monialib. c. 10. n. 250.* quia inclusio unius, non est exclusio alterius. Et fusius probat, & monet Pellizz. *cit.*

1457 Extraordinarius tempore deputat oris pro Communione ministranda ad officium Communionis, & maxime pro ingressu intra claustrum ad communicandum, ad infirmæ Confessionem excipiendam, seu ad assistendum moribundæ, indiget speciali licentia. Potest tamen Prælatus Sacerdotem sæcularem, aut regularem, quem opportunum judicaverit, deputare, ut alicui infirmæ intus Monasterium assistat, & confessionem ad mortem præster, quæ Confessarius ordinarius. Pellizz. *cit. n. 249.*

1458 Confessarius extraordinarius deputatus pro uno mense ad audiendas Confessiones Monialium alicujus Monasterii sæmel in hebdomada, si in al qua hebdomada non fit ea licentia usus, potest ea uti alia hebdomada, ejusdem tamen mensis, non alterius, etiam si sequenti mense de novo pariter deputetur. Ratio definitur ex verbis Bullæ Clem. X. *Superna, num. 1043. cit. §. 3. Indemque Confessiones extraordinarius semel deputatus, atque approbatus ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro uno vice rendas, haud posse expleta deputatione, in eum approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire.*

Ex quibus verbis sequitur, intra mensem illum posse; quia pro eo non est expleta deputatio, sed datur: pro alio vero mense, etiam immediate, deputatio mensis priora

DE ALLOCUTIONE CUM MONIALIBUS

1464 Quantum ad mulieres, etiam Exemptas, [illegible] attendenda ecclesiæ Ordinarium, & Confessarium regulæ, in quibus plura præscribi solet.

QUANTUM AD REGULARES

1465 Sunt specialia Decreta à S. Congregatione edita. Et quamvis his non obstantibus Castropal. [illegible] disput. 4. punct. 11. Vida[illegible] in Inquisit. mor. tr. de Monastib. Inquisit. 2. & alii apud ipsos, & apud Verricellum in quæst. mor. tract. 8. qu. 46. teneant, accessum ad colloquendum cum Monialibus, etiam cum frequentia, non esse mortalem, sed ad summum venialem, sedulis circumstantiis extrinsecis pravæ intentionis, scandali, & periculi [illegible] hinc moti ratione, quia prohibitio [illegible] Sixti V. de anno 1590. cui cætera Decreta subordinantur, fundatur in præsumptione scandali, his verbis: *Ad eccurendum [illegible] [illegible] [illegible]

1469 Et cum dubitatum fuerit, an supradictum Decretum Sixti confirmatum obliget sub mortali; S. Congr. sub die 1. Julii 1626. respondit:

Sacra Congregatio, attentis narratis, censuit, & declaravit, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam decreti, quæ hujusmodi accessus per Sacr. Congr. prohibentur, ultra pœnas pertinentes officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, incurrere pœnam peccati mortalis.

1470 Novissime, quia plures Doctores prætendebant, non esse prohibitam allocutionem per breve tempus, etiam per quadrantem horæ cum dimidio, accessit Declaratio Sac. Congr. Conc. sub Clemente IX. ut sequitur:

Die 11. Maji 1669. Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia status Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando mutantur, Moniales, aliasque personas intra Clausuram existentes alloqui, & nunc spatium tanquam tutam affirment, disseminent, & forsan etiam scribere audeant, propriæ gravitet illaqueantes conscientias, & scandala consequentes: ad hujusmodi perniciosos abusus eliminandos, opinionem prædictam improbantes, rejicientes, ac damnans declaravit, Regulares cujuscunque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinario jurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsis Regularibus subjecta, vel alias speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcunque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis pœnis, posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri.

1471 Ex quibus Decretis, & Declarationibus constat, Sac. Congr. sub mortali prohibere quamlibet brevem allocutionem; licet enim allocutio in se sit levis, considerata tamen sub fine extrinseco à legislatore intento, est materia gravis; finis autem legislatoris est, tam brevem allocutionem prohibere, respicit bonum communitatis ad vitanda scandala, & pericula, quæ contingere solent. Pro quo faciunt dicta in *tom. 2. d. n. 12. ad 14.*

1472 Eo maxime, quia speciale onus Religiosorum & Sanctimonialium est solitudinem cellæ diligere, disciplinam regularem servare, Chorum frequentare, majori perfectioni studere, Deo mentem tenere, & Christum sponsum amare, à quibus solent hujusmodi allocutiones divertere, & spiritum repetacere.

1473 Ad rationes in oppositum perdoctè respondet Donatus ex Vert. cellicn.

Nam tunc cessat lex, cessante facto, aut delicto præsumpto, quando fundatur in præsumptione facti, aut delicti, seu periculi determinati; secus autem, quando fundatur in præsumptione delicti indeterminati, & vagi; tunc enim obligat in singulis casibus, etiamsi in aliquo non adsit periculum: ut patet de ea, quæ legem tulit, ne quisquam ferat arma, ea fine, ut eximat periculum occasionis, obligat enim omnes arma parantes, esti multi illa deferant ad defensionem, vel decorem, quandoquidem legem ferens respicit id, quod solet adesse in pluribus, non autem in paucis.

Ita pariter dicendum est de legibus prohibentibus locutionem cum Monialibus, non enim præsumunt periculum aliquod determinate, sed vage, & indeterminate; quare obligant omnes subditos, in singulis casibus, etiamsi in aliquo non adsit periculum.

1474 Sub recensitis Decretis non comprehenduntur scribentes, & mittentes litteras, quia loquuntur de alloquentibus. Attendendæ autem sunt constitutiones particulares diœcesum; nam in aliquibus locis adest prohibitio sub excommunicatione, ut Neapoli.

1475 Comprehenduntur alloquentes è domo proxima, aut via publica. Verricelli *cit. n. 20.* & Donat. *cit. 15.* quia allocutio est principale, quod prohibetur; accessus vero est accessorius. Est contra Dian. *p. 3. tract. 2. resol. 48.* Pelliz. *de Monial. c. 5. sect. 5. qu. 14. nu. 214* & alios qui negant, quia pœna non debet extendi ad non expressa.

1476 Comprehenduntur alloquentes cum Novitiis, aut puellis educandis, in Monasterio detentis, ut constat ex verbis Decreti, quod non solum exprimit Moniales, sed etiam *Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentem.*

1477 Non comprehendi alloquentem cum Abbatissa, tenent Verricelli *tr. 8. q. 66. nu. 25.* Dian. *3 p. tract. 2. resol. 48. not. 3.* & alii contra Meroliam; quia in odiosis, nomine Monialium non venit Abbatissa, licet nomine Monachorum in odiosis non venit Abbas. Glos. *in c. hæ. de simon.* Panorm. Donat. *p. 1. tr. 6. q. 19. n. 1.*

Verum tamen est, quod Alex. VII. in Const. *Sacrosancti* prohibuit hujusmodi allocutionem cum Abbatissa Urbis Romæ.

Non

1478 Non incurrere in pœnas pauperes publicos quæstores pro eleemosyna sine dolo accedentes, docet Donat. *tom. 3. tr. 6. q. 25.* quia » tacita licentia, publicus actus virtutis » esset, & praxis.

1479 Non incurrere socium Religiosi habentis licentiam, docent Verricelli *cit. n. 27.* cum Pellizario Peyr. & aliis, contra Delbene: quia par est ratio de connexis, & durum est illum » mutum assistere: ita illi.

1480 Denique pro plena hujus materiæ tenuitia, Pellizario *de Monial. cap. 10. sect. 3. nu. 277.* habet:

» Adeo, quòd cum Diana *part. 3. tract. 2. resol. 104.* & aliis illum Peyr. *in 2. privil. Conf. 6. Pii V. num. 37.* aliique doctiores putent, Religiosum non subjacere pœnis latis » contra Regulares ad Monasteria Monialium » accedentes sine licentia, si alicui Monali » declarent casum aliquem confidentiæ: cum » talis locutio speciem habeat piæ exhortationis, & alioquin cesset finis prohibitionis in particulari, juxta ea, quæ habet » Diana *part. 3. tract. 14. resol. 96.* si velint » consequenter philosophari, concedere debent, Ordinarium posse mittere Religiosum » ad aliquod Monasterium Monialium caula » ibi exercendi aliquod opus pietatis (sect. » gr. ad componendam aliquam seditionem » exortam inter Moniales, ad consolandam » Monialem gravissima tristitia affectam, ad » consulendum in re gravi concernente bonum Monasterii, & ad alios similes effectus,) in his quippe procedit eadem ratio, quæ in casu à præfatis Doctoribus » concesso. Nec obstat, quòd S. Congr. in » Decreto justa Sixti V. edito anno 1590. » expresse tantum, nulli Religioso cujuscunque » Ordinis, gradus, qualitatis, ac dignitatis » (excepto Superiore, ac Visitatoribus respectu Monialium subjectarum, necnon » Confessario tam Ordinario, quam Extraordinario) licere absque licentia expressa » ejusdem S. Congr. accedere ad Monasteria quarumcunque Monialium ad colloquendum, sive tractandum cum eis; liquidem Sacra Congregatio per hoc non excludit casum pietatis, & charitatis, qui » regulariter non præsumitur comprehensus » sub generali prohibitione, juxta regulam: *Non veniunt sub generali prohibitione, quæ* » *quis non esset verisimiliter prohibiturus, si in* » *specie experimentatus*: solum excludit casum, » in quo Religiosus velit accedere ad Moniales titulo urbanitatis ad eas visitandas, » v. gr. ad negotia secularia tractanda, & » similia. Verum cavendum est, ne minus

» relaxetur rigor juris Ecclesiastici, adeò facilè vetantis accessum ad Moniales, similique facilè reducatur talis accessus, & hinc » oriantur incommoda, quæ jure imendit » amovere per dictam prohibitionem, præsertim quòd accessus ad Moniales in præsenti casu quoad forum externum non ita facile posset justificari, adeòque sic accedens posset puniri ab Ordinario, qui inde » posset graviter offendi, puniregue taliter » accedentem. Unde ex Diana *par. 9. tr. 7. resol. 14.* fit quòd, quamvis opinio Peyrini superiùs allata admitti posset ut probabilis (pro qua ipse Diana citat Lezanam *ver. Moniales n. 30.* & Bard. *tom. 1. resp. n. 81.*) nihilominùs in praxi non esset amplectenda, cùm jura absolutè vetent Regularibus accessum ad Moniales, nec distinguendo inter collocutionem urbanitatis causa, aut pietatis, & lex absolutè loquens absolutè debeat intelligi; præterquam quòd sic eluderia esset prohibitio accedendi ad Moniales facta Regularibus: quippe qui semper impune loqui possent cum Monialibus, dicendo se cum iis locutos fuisse de rebus pijs, &c. sic Diana his verbis concludens. *Unde quicquid sit de hac peccata quoad eorum intrinsecum, stante authoritate doctorum citatorum*, Lezana, Pellizario, & Bard. *ubi supra* » *salvum in foro externo possunt Episcopi & Sac. Re-* » *gulares pœnas tanquam Sedis Apostolicæ delegati: unde abstineant ab his collocutionibus.*

Alia de Monialibus reperies in propriis locis. De Præceptis tom. 1. pag. 29. De Officio divino pag. 51. De Officio Defunctorum, Litaniis, &c. à pag. 52. ad 56. De Alienatione bonorum & dotis, pag. 64. De Largitione munerum, a pag. 185. ad 187. De Pauperrate Religiosi, peculio, & vita communi a pag. 188. ad 219. De Obedientia in 4. Præc. Decal. De Præceptis, & Regula Clariffurum in Præcepto Jejunii. De Violatione Clausuræ, & casibus reservatis, in Sacram. Pœnitentiæ. De quodam casu Communionis, in tom. 3. n. 384.

Denique de Monialibus, agunt fusè, & plenè Donat. *tom. 3.* & Pellizario, ambo per totum.

MONASTERIUM VIRORUM

1481 QUod loca Clausuræ, ingressi prohibentur sub excommunicatione reservata Papæ, multetes omnes cujusvis conditionis, etiam Marchionissæ, Comitissæ, &c. etiam sine prætextu privilegiorum, ut fusè infra de casibus reservatis.

1482 Excipiuntur Reginæ, Imperatrices, Principissæ absolutæ, & earum filiæ; Donatus

tus *tom. 1. part. 1. tr. 4. quæst. 9.* quia in odiosis non comprehenduntur nomine mulierum. Et Bullæ prohibentes, exprimunt Marchionissas, Comitissas, &c. minime Reginas &c. Unde ingredi possunt absque licentia Monasteria tam virorum, quàm mulierum, cum honesta familia, quæ in ingressu Monasterii Monialium non sit virorum, sed mulierum.

1483 Fundatrices non possunt ingredi Monasteria virorum, nec Monialium. Rodrig. *in comp. reg. 27. n. 1.* Donatus *cit. q. 10. & tom. 3. tr. 5. q. 13.* Contra Ferdinandum a Castro, & Gibal.

Quia Bulla Pii V. comprehendit mulieres omnes, cujusvis generis, & speciei: Solum possunt ingredi Monasteria Minimorum, ex priv. speciali, & decl. Greg. XIII. qui declaravit, Bullam Pii V. non derogasse dicto privil. Minimorum; at non inde potest ad aliorum Monasteria extendi, quia (ut bene advertit Donatus) Greg. id dixit declarando, non indulgendo; unde quoad aliorum Monasteria, non derogavit motui Pii V. qui absolute prohibet.

1484 Non comprehenduntur in prohibitione puellæ ante usum rationis, puta ante septennium. Nec pares pueri quoad Monasteria Monialium. Donatus *cit. q. 7.* Quoad pueros in Monasteriis Monialium, attendenda sunt edicta Episcopotum, quia solent prohibere.

Introducentes, seu admittentes mulieres fatuas, incurrunt pœnas Pii V. nempè suspensionem à divinis, privationem officiorum quia ibiz possunt esse materia peccandi.

1485 Clausura monasterii, sunt septa exteriora, intra quæ sunt loca, ad quæ non est accessus communis utrique sexui. Unde, loca clausuræ ea sunt, quæ intra septa, seu ambitum Monasterii existunt, & una clausura clauduntur. Donatus cit. *q. 11.*

1486 Hinc mulieres non possunt ingredi hortos, si sint intra Monasterii septa, quia sunt pars Monasterii. Possunt vero, si sint distantes, aut comigui sepeis Monasterii, & ad eos fiat accessus, non transeundo per septa, sed extra, in quantum patet aditus ex.

1487 Possunt ingredi Sacristiam, si sit Ecclesiæ conjuncta, unico solùm pariete medio divisa, & ad eam non fiat accessus per loca Clausuræ, sed per Ecclesiam, aut per Chorum; quia est pars, & officina Ecclesiæ. Secùs si ad eam pervenire non possint, nisi per Claustrum, & loca Clausuræ. Donatus *cit. q. 12.*

1488 Possunt ingredi Claustra, quando in eis Missa, Festa, aut divina Officia celebrantur. Item quando Processiones fiunt, Donatus *cit. q. 3.* Matthæucci *ver. Conventus*, Mendo *de Epis. ver. Monasteriorum*, Rodr. *in comp. reg. 27.* ex vivæ vocis oraculo Pii V. apud Donatum *cit.* qui tuse probat, non esse revocatum: Cui accedit praxis, & consuetudo. Verum tamen est (ut advertit Rodr.) quòd processio non debet fieri in fraudem legis.

1489 In aliquibus Monasteriis, ultra Claustrum interius, situm est aliud exterius, cum duabus januis, una ad publicam viam extra Monasterium, alia ad Ecclesiam, per quam ingredi solent mulieres, & recto tramite ad Ecclesiam accedere: hoc non habet rationem Clausuræ.

1490 Ex Decr. S. Cong. Episc. & Regul. 4. Octobris 1588. tunc Conventus formatus reputatur, ut non possint sine censurarum & pœnarum incursu ingredi, aut admitti mulieres, quando ibi adest Superior localis, puta Guardianus cum familia, etiam si locus non sit plene muris, sepibus, aut fossatis circumdatus. Idem disponitur de sylvis contiguis, in quibus solent fratres deambulare. Secùs de sylvis, quæ ad ligna inserviunt, & in quibus fratres non solent ordinarie deambulare. Nec quando Conventus est in fieri, ita ut solùm ibi commorentur duo, aut tres fratres pro cura fabricæ; tunc non violatur Clausura, si mulieres admittantur in cellis ubi fratres morantur: sed fratres sunt puniendi, & privandi, ut suprà. Denique idem Decretum disponit, quòd ubi adest consuetudo, quòd mulieres inserviant fabricæ pro manualibus, serendo calces, lapides, &c. etiam si Superior localis cum familia adsit, dictæ mulieres ingredientes, pro servitio fabricæ, Monasterii partes, non incurrant censuram, dummodò non accedant ad partes, ubi fratres habitant, dormiunt, & comedunt.

MONASTERIUM MONIALIUM

1491 Quod Clausuram ingredi prohibentur sub censuris, & pœnis tam viri, quam mulieres excedentes septennium; ut infrà de casibus reservatis.

1492 Non potest Ordinarius licentiam Monasterium ingrediendi concedere matri, sorori, &c. causa visitandi filiam, aut sororem Monialem infirmam, etiam in articulo mortis, nec in habitus susceptione, aut professione.

1493 Potest Ordinarius licentiam mulieri nuptæ, maximè nobili, concedere, ut in Monasterium se recipiat securitatis causa, si urgeat rationabile periculum mortis à marito metuendæ, & alibi tuta non sit: curare tamen debet, ut quàm citiùs fieri potest, exeat, Pellizz. *de Monial. cap. 5. n. 130.*

1494 Potest Ordinarius licentiam ingrediendi exteris concedere ex causa rationabili, & necessaria. Necessitas sufficit, quòd sit moralis; & tunc habetur, quando opus exercendum concernit monialem Monasterii, aut particularis Monialis necessitatem, quæ non potest commodè per moniales exerceri, Donatus *tom. 3. tr. 5. q. 19. n. 10.*

Quæ licentia debet esse expressa, & in scriptis, ut exprimit Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 1.* Idque etiam pro foro conscientiæ, Pellizz. *de Monial. cap. 3. n. 116.* contra plures apud Ipsum, qui tenent, licentiam in scriptis requiri solùm pro foro externo.

1495 Hinc de licentia expressa Ordinarii ingredi possunt Medici, Chirurghi, Confessarii, Architecti, Muratores, Fabri, Bajuli, Hortulani, Molitores, & similes. His, & Confessariis Ordinariis licentia dari solet generalis ad semestre; trimestre, aut ad mensem; quo elapso, renovari debet. Prædicti licentiati, si ingrediantur pro libito extra casum necessitatis, incurrunt pœnas ex Const. Greg. XIII. *v. n.* 1504.

1496 Medicus non potest ingredi cum præsidio, per cum alio Medico, nisi pro causa consultationis in casu gravis infirmitatis, & ex speciali pro illis licentia. Et debet recedere associatus duabus Monialibus maturis, & probis.

1497 Bajuli ingredi possunt ad ferendas res magni ponderis alicujus personæ gravis ætatis, Monasterio tamen benemerentis, juxta prudentis Superioris arbitrium, ut ibi deposita conserventur pro securitate, & custodia. Quæ res facè possunt tam bajuli ordinarii virtute licentiæ generalis, illa durante, vel alii de speciali licentia.

1498 Si licentia non individuet bajulos, sed absolutè concedat Monialibus, aut necessariis suis usibus faciant deferri per bajulos, possunt Moniales variare, si velint, aut semper illedem uti; nam eam gratia non distinguat personas, nec nos distinguere debemus, Pellizz. *c. 3. n. 123.*

1499 Si bajulus licentiatus sit nominatus, tunc, si infirmetur, requisitus specialis licentia pro alio.

1500 At si ea infirmo, aut insufficiente, casus urgeat: v. gr. quòd sit introducendum fumentum, ductor curru, aut equis ducens inhabiliter mortui non possit, sed statim accedere debeat; non possit utilitèr differri delatio, nec expectari accessus pro licentia novi bajuli, aut pro eodem ductore: Pellizz. *cit. num. 124.* vult, quod non possit aliis substituì virtute epicheiæ; quia jura licentiam expressam, & in scripsis exposcunt. In his autem casibus urgentibus potest haberi locum consuetudo.

1501 Sarteres licentiari posse ad ingrediendum, tenet Donat. *cit. q. 25. n. 25* cum Bonac. quia Moniales nequeunt panniculum commodè adaptare, & forcipibus uti, nec vestium mensuram sumere, si sartores non ingrediantur. Idem docet de Carpentariis *n. 16.* At non posse, dico cum Pellizz. *cit. num. 122.* Maximè loquendo de Carpentariis, quia commodè mensuram calcamenti sumere possunt ex alio calceamento, aut in janua interiori aperta: Sic sartores; at si in aliquo casu sartores non valeant hac pacto vestes adaptare, remittendum est Superioris judicio, qui si necessitatem dignoscat, utique potest licentiam concedere.

1502 Licentiari potest Oeconomum Monasterii ad repetiendam in Archivio scripturam quæ à Monialibus reperiri non potest.

1503 Item Notarius cum tellibus ad stipulandum testamentum Novitiæ infirmæ.

1504 Licentiari possunt fœminæ timoratæ confessariæ ad lezvendum infirmis, aut describendis, si Conversæ sint insufficientes; Donatus *citat. quæst. 29.* & Pellizz. *citat. numer. 128.* cum plurib. quia tunc simus in casu necessitatis; quia non debent Moniales diù desistere à Choro. Et Tridentin. *sess. cap. 5.* absolutè loquitur: *in casibus necessariis*. Et ibi potissimùm permanere, usquequò sufficiant Conversæ. Non posse autem ab Episcopo licentiari, si Conversæ sint sufficientes, quia Episcopus licentiam dare non potest, nisi in casibus necessitatis.

1505 Fœminæ Seculares admitti non possunt pro familiatu particularium Monialium extra casus necessitatis, hic S. Congr. licentia. Fœminæ servientes cum licentia admissæ, debent servare Clausuram; quòd si simul egredientur, non possunt admitti.

1506 Licentias concedere ingrediendi Monasteria exempta, seu Regularibus subjecta in casibus necessariis, non spectat ad superiores Regulares privative quoad Episcopos, sed cumulativè. S. Congr. 13. Nov. 1610. Superior Regularis debet eas fabricibere post Episcopum S. Congr. 16. Febr. 1613. Et nihil debet addere, aut variare, Matthæucci *tom. 1. verf. Clausura Monialium n. 16.*

1507 Petitur intra Monasterium admitti publice edificandi, quamvis extra Ingressus non conferant ad finem Monasterium fabricandi, nec eorum sint servandæ conditiones. 2. Ut in fine de Locatis in Sexto Ordinali, quæ ...fecte non exequuntur ab ipsoporte; nec ...quibus exemptorum Superior Regularis. 3. Ut hæc de consensu Superioris & Monachorum, cum petitur practice. 4. Ut eo velit ...ut invitus qui voluerit publice ...de ...dotis consentiat. 5. Ut petitum sit ...fine fucate. 6. Ut ea corpore ...ratis Claustrum, quam Monachis, ...ut ...dari externi, non possint intrare. 7. Ut ...que exemptæ schotes Ecclesiæ ...ant ad monasterium ...ut ...ut ...ut

1528 Tempus antiquum dicitur, quod est sexaginta annorum. Bord. ex plurib. *ref. 213. num. 45.*

Fatiter probant. 3. Memoria hominum, & traditio, seu publica vox. 4. Lapis marmoreus, aut inscriptio nomen continens Sanctæ, ubi Reliquiæ reperiuntur. 5. Juramentum probi hominis. 6. Conditio loci Altaris; quia Altaria non consecrantur sine appositione Reliquiarum.

1529 Reliquiæ, & Imagines adorantur eodem cultu, quo personæ: quia illis solus cultus relativus competit. Com. ex dictis *a n. 269.* de alienatione, & translatione: *v. à no. 974.* de conditione: *v. n. 1205.*

AGNI DEI

1530 Potius credendi sunt sacræ Imagines, quam Reliquiæ; quia Christus Dominum mystice repræsentant. Clericatus *c. 15. part. 25.*

1531 Gregor. XIII. Const. *2. Omnis certe studia*, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, non tamen reservata, prohibet: *Ne quisquam Agnos Dei per Romanum Pontificem benedictos, depingere, minio mutare, vel autrum, aut colorem superinducere, neque depingi, aut mutari facere, nec eos venales proponere, seu vendere audeat.*

1532 Unde non potest quis vendere Agnos Dei albos, ratione materiæ intrinsecæ. Azorius *tom. 1. lib. 9. capit. 9. quæstio 5. ver. Quæres*, contra Dianam *part. 3 tract 6. resolut. 12.* Bonac. Suarez, & alios apud ipsum. Ratio est, quia Gregor. non prohibet de Agnis Dei benedictis pictorum, & vendentem simul tanquam conjectum, sed tantum quos actus distinctos, ut constat per particulare *Nec*. Solum fatent, quod possit aliquid accipere ratione expensarum in simulatione factarum.

Dixi, *ratione materiæ intrinsecæ*; quia ratione materiæ extrinsecæ, aut argenti, &c. qua solent apponi, & extrinsece ornari, vendi posse non est dubium.

1533 Non est sacrilegium dare Arrabæ Agnum Dei, aut Reliquiam, ex benevolentia, & gratitudine, licet sit irreverentia. Sacrilegium tamen esset, si daretur in solutionem, ubi justum rei factæ; nam res facta fieret pretium turpiloquii: *v. n. 1523.*

1534 Laicus res tangens, si absit contemptus, non peccat, ex usu.

1535 In earum confectione intercedit sacra unctio; earum autem materia, & virtutes his explicantur versibus:

Balsamon, & munda cera cum Chrismatis unda
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum.
Fonte velut ratum, per Mystica sanctificatum.
Fulgura deforsum depellit, & crimen malignum.
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Prægnans servatur simul, & partus liberatur.
Dona refert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus munde, de fluctibus eripit undæ.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1536 Tentatio Dei, *est dictum, vel factum, quæ quis exponat, num Deus aliquam perfectionem habeat*: est duplex, formalis una: & alia, quando adest expressa dubietas de aliqua perfectione, ut si quis fedet præcipites se ferri, ad experiendum, num Deus sit omnipotens, cum à lætione liberandæ, de qua dubitat, & hæc est mortalis; quia est gravis irreverentia, juxta illud dæmonis Christo: *Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant*: Implicita, & interpretativa alia; & est illa, cui præfata dubitatio deest, & tunc habetur, quando quis, licet non intendat Deum tentare, petit tamen, vel agit, quod suapte natura ex se ferri videtur; ut si quis in gravi morbo media naturalia omittat, nempe medicinam, speranş, aut petens à solo Deo effectum. Hæc ut plurimum est venialis ob imperfectionem actus, ignorantiam, inconsiderationem, aut parvitatem periculi: imo nullum peccatum, si justa causa adsit, v. g. Dei in finibus, necessitas, pia utilitas: per accidens examen potest esse mortalis ratione materiæ, si sit periculum gravis mali, et liquis advertenter in puteum se projiceret ad ostendendam Dei ergà se providentiam.

Bonac. *tom. 2. pag. 455.* Tamb. *tom. 1. lib. 2. § 2.* Bisemb. *lib. 3. tr. 1. c. 2. dub. 1.* Bertaldus *t. præcep. part. 3.*

1537 De hæresi, sive actum est *in tom. 2. n. 258. à n. 289. ad 292. & à n. 281. ad 296.*

DE

DE II. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non assumes nomen Dei tui in vanum.

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA

Satis dictum est *in tom. 2. à num. 210. ad*

1538 Facere dæmonium sacrificium, licet in se sit blasphemia hæreticalis, in Regno tamen Siciliæ, ob consuetudinem, non reputatur blasphemia hæreticalis, sed Simplex, ut *in tr. blasphemia*. Imo à viro dignissimo, & S. Inquis. *n. 216.* Imo à viro dignissimo, & S. Inquis. *n. 216.* Imo à viro dignissimo, & doctis, audivi, Mediterr., æque perito, ac docto, audivi, idem per totam Italiam servari. Ex Declar. S. Inquis. Rom. de anno fere 1605.

Et licet id sit regnicolariter verum, potest dari casus, quod etiam in nostris Regionibus confiteatur blasphemia hæreticalis, ex adminiculis, & circumstantiis; puta si quis dicat esse sanctum & sanctissimum; si non tacto, sed cum frequentia, ad cremendam motum, etiam levem, & si alias blasphemias, ac maledictiones hæreticales annectat. Hinc de causa in nostro Tribunali elapso anno 1701. fuit declarata suspecta de lesa, & trium annorum exilio punita mulier in hujusmodi blasphemiam à dæmonii sancti afluetam prorumpere.

CONVITIUM,

1539 Seu verbum contumeliosum in Deum, & Sanctos, semper est blasphemia, non sic in cæteras creaturas, nisi specialiter in eis Divina Bonitas reluceat; ut in cœlo, & terra.

1541 Hinc si sit contra veritam, plurium, locum, diem, &c. est maledictio, & imprecatio, quæ non est in se mortalis, nisi hat eum expressa relatione ad Deum, aut cum deliberato defectu damni proximi. Similiter de parentibus, & de aliis, quando filius, aut amicis mala imprecentur; quia regulariter id non solet procedere ex odio, sed ex impatientiæ impetu; peccarent autem mortaliter contra charitatem, si advertenter, & deliberate gravia illa mala desiderarent.

Mattrius *in Theol. mor. disp. 11. q. 3. no. 40.* Bonac. *tom. 2. pag. 242.* Joan. de la Cruz, *part.* Tamb. *tom. 1. lib. 2. c. 6. §. 4.* Bisemb. *lib. 3. tr. 2. c. 1.* Reinech. *de blasph.* Bertaldus *t. præc.*

CAPUT II.

DE JURAMENTO.

1542 Juramentum, *est invocatio tacita, vel expressa divini Numinis, tanquam primæ & infallibilis veritatis, in testem alicujus rei.* Differt à voto. 1. Quia Deum ut testem respicit, votumut objectum. 2. Quia votum non obligat, nisi sit de meliori bono; juramentum vero factum homini, obligat etiam si non sit de meliori bono, ratione fidelitatis: dixi: *Factum homini*; nam si erit juramentum promissionis factum Deo, sequitur rateram vota.

1543 Quando dicitur: *Juro hoc me facturum*, nil addendo, non est juramentum. Alonza *ver. Juram.* ex Villal. quia non habetur invocatio expressa, aut tacita divini Numinis. 1. Quia hoc verbum *juro*, est de se indifferens, & conjungi potest tam cum invocatione divini Numinis, quam cum invocatione alicujus creaturæ, in qua divina bonitas specialiter non relucet: ut *juro per fidem hominis honorati &c.* 2. Quia non habetur invocatio expressa Dei, ut constat: nec tacita, seu virtualis, qualis esset, si feret per Sanctos, aut per creaturas, in quibus specialiter divina bonitas, seu veritas relucet; quoniam nil tale additur: corroborantur ex regulis juramenti.

1544 Quod est verum, nisi ex circumstantiis aliud intelligatur; nam si interrogatus sub vero juramento de veritate, ut dicas: *Juro*: jam es determinatus ad juramentum.

1545 Non sunt juramenta, *In mea confessione, Per fidem meam, Per fidem Sacerdotis, Relinquo Luminis honorati*, Mendo *ver. Juram.* quia non habetur respectus ad divinum testimonium, sed ad fidem humanam, & ad idem, quæ præstari debet Sacerdoti, Religioso, Nobili, &c. Pariter, *In veritate ita est*: ex eo sermonis non est juramentum, nisi intendatur prima veritas.

1546 Eadem ratione non sunt juramenta, *Sum infamis, Amputetur mihi manus, si mentior.* Gobat. *tom. 3. de jur. n. 489.*

1547 Sacerdos jurans coram Judice sacro prælore Sacerdotali, præstat verum juramentum; quia ex communi acceptatione, & usu, hæc forma jurandi ex gitur à judice cum respectu ad primum veritatem, ut testem.

1548 Dicere: *Deorum sit dominus animæ meæ, Me rapiat; Vivus non descendam hinc, si mentior*; sunt vera juramenta execratoria.

1040 Non licet jurare, Deum à Filio, per Deum, per alia nata, quæ alia non à Deo aguntur, Affirmo. Ita Molina ex quo non discedere videtur Azorius, qui recognitione in jurando, quæ requiritur ut juramentum sit religiosum, esse 2. prædicta; scilicet quidem illum modum exprimendi & intendi ut eorum significatum vere cognoscatur, & intendatur.

Hinc dicendi erit, non posse juramento aliquo excusari, qui dicit: *Juro per Deum*, quem non intendit, vel per Deum, qui non est, vel per Deum, qui non est Deus, vel per Deum, qui non est verus Deus.

1041 Hinc sequitur, *Per Deum*, non esse juramentum, si dicens intendat per Deum, quem ipse fingit, vel per Deum, qui non est Deus, vel per Deum, qui non est verus Deus. Ita Sanchez, Filliucius, Reginaldus, Bonacina, Lugo, Salas, Lessius, Hurtado, Molina, Azorius, Navarrus, Trullench, Diana, Tamburinus, Castropalaus, Busembaum, Laymann, Escobar, Pontius

sare; quia quilibet tenetur ex charitate, prox
mi peccatum vitare, si absque suo incommo
do potest, ut de cooperatione.

Difficultas igitur est, necessitate, seu legitima causa existente.

1573 Ede tunc licitum, sive in judicio, sive extra, docent Tamb. *tom. 3. lib. 3. cap. 1. §. 4.* Ant. a Spir. Sanct. & Doctores communiter apud illos; *quid justa causa excusat à culpa, quando expectatur ab ex se indifferens, tacet scitatur illud agi ex eo quod peccato esse socium dum*: & peccatum tribuitur ipsi juranti, qui potest illud non facere, quodque ipse petens non tenetur impedire cum suo detrimento.

1574 Juram causam dicunt esse in judice si exigat ratione officii: ita persona privata, si exigat ratione sui juris, ut, vel exoscerendi, fraudes detegendi, pacta firmandi, aut ex alia honesta causa, & in Principe ratione foederis firmandi. Ita docent Doctores communiter.

1575 Te tamen non pigeat legere, quæ D. Aug. *tom. 10. ser. 2.* de Decollat. S. Jo. Bapt. scribit: Audi quæso Augustinum:

„ Scribite in cordibus vestris, quod dico: „ ille autem, cui hominem provocavit ad juramentum, & scit eum falsum esse juratum, vincit homicidam; quia homicida certus occiditur, & ille animam, imo duas animas, & ejus quem jurare provocavit, & fecerat. Scis verum esse, quod dicis, & falsum esse, quod ille dicit, & jurare compellis? Ecce jurat, ecce perjerat: ecce perit: nunquid invenisti? Imo quia & ipse peristi, qui de illius morte te salvare voluisti.

Aliquid dicam, quod nunquam dixi charissimi vestræ in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Fuit nic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, à multis vestrum, id est, Hipponensibus, icto ab omnibus cognitus, Tetus ymeni vocatus. Tetumiymeni quis vestrum non novit, qui est sic vestrum? ab illo audivi, quod dico. Nescio quis negavit ei, vel quod ei debebatur, & homini odio se commisit. Commotus provocavit eum ad jurandum, juravit ille, ista perdidit; sed iste perdens venientes perit. Dicebat ergo iste Tetus ymeni homo gratis, & fidelis, ipsa nocte se exhibitum fuisse ad judicem, & cum magno impetu, atque rezore se prevenisse ad præsidentem ecclesium cuendam, & admirabilem virum, cui parebat Officium simile excellentium, jubium fuisse perturbatum tetro revocari, & interrogatum fuisse his verbis: Quare provocasti hominem ad jurandum, quem scribas falsum esse juramentum? Respondit ille: Negavit mihi vir meam. Respondit ille: Et nonne metus erat, ut rem tuam, quam negavit, perderes, quam animam hominis illius falsa juratione perimeres? Profitatus est, judex est cædi. Cætus est tam graviter, ut in dorso evigilantis vestigia plagarum apparerent; sed dictum est illi: Pulsa quam emendatum es; parcitur innocentiæ tuæ, de cætero cave ne facias. Fecit quidem ille magnum „ peccatum, & emendatus est; sed multo gravius peccatum faciet, qui post illum meum „ sermonem, & istam meam admonitionem, „ & exhortationem, tale aliquid fecerit; cavete a falso juratione.

His igitur præmissis,

1576 Dico 1. Licitum est personæ publicæ ut publicæ, minime personæ privatæ, exigere juramentum ab eo, quem certo scit esse perjeraturum. D. Bonav. *in lib. 3. sent. dist. 39. art. 2. q. 3.* & D. Thomas 2. 2. *q. 98. art. 4.*

Rationem desumunt ex auctoritate relata D. Augustini, quia loquendo de persona privata (de qua loquitur Aug.) nulla potest assignari justa causa; justa namque causa maxime esset tuitio juris, recuperatio rei, firmatio veritatis, pacti, &c. e contra autem horum, imo contrarium obtineretur per juramentum falsum; eo inquam cum fallitate jurante, rem non esse rem, tibi non debere, quod debet, &c. rem tuam non recuperas; sed potius perdis, imo sine tua utilitate [illegible] animo pro perdis. Nec pura ratio privatæ personæ data ad id ubi jus. Eo ipso igitur, quod certo scis aliquem esse perjeraturum, cessat justa causa exigendi ab eo juramentum; jus namque est iisdem cum fructu aut cum spe fructus; minime cum certo damno, maxime animæ alicujus, sine ulla spe fructus.

1577 Hinc non alia ratione Doctores a peccato excusant petentem mutuum a mutuatario, qui certo scitur mutuaturus sub usuris, nisi ex necessitate, & utilitate, quam revera inde obtinet, *ut in n. 372.*

Tum quia tunc private persona potest jus suum prosequi recurrendo ad Superiorem.

1578 Loquendo autem de persona publica, ut tali, adest justa causa; quia judex illud juramentum exigit ex juris ordine: & jus publicum, ac communis utilitas præfert cuilibet juri privatæ personæ; unde sicut patrii juramentum exigere ab eo, quem certo scit esse perjeraturum.

Et licet judex non prodesset privatæ personæ læsæ per recuperationem rei, cum petit, prodesset communitati: Primo, hoc cedit in aliorum exemplum, ut ab injustis, & injustis abstineantur, nec in has angustias deveniant attendendi se, si non pœna corporis, pœna amittæ, falso juramento. Secundo, quia, si non pellet licite judex exigere juramentum ab eo, quem certo scit esse perjeraturum, possent perversi fingere se certo perjeraturos, ut sic à judicis interrogatione eximerentur; quod cederet in maximum Reipublicæ damnum. Ecce in persona publica, publicam utilitatem; justam causam.

1579 Dico 2. licitum est tam personæ publicæ, quam privatæ, necessitate, seu justa causa existente, exigere juramentum à Pagano, quem certo scit esse juraturum per falsos Deos, D. Bonav. & Doctores omnes sit.

Ratio est, quia talis petitio juramenti à Pagano, quam facit Christianus ad tuendum jus suum, ad firmum reddendum contractum, pactum, &c. est utilis tam ipsi personæ privatæ, quam communitati fidelium; nam Pagano, cum putet se peccare suum juramentum per falsos Deos factum frangendo, fortius illud servat, quam plures fideles: si autem talis petitio juramenti à Pagano non liceret Christiano, privaretur Christiani, agendo cum Pagani, principali vinculo sua jura, & pacta firmandi, quale est juramentum; quo vinculo gauderent solum Pagani agendo cum Christianis; quod cederet in maximum detrimentum, & præjudicium Christianæ Reipublicæ; & Christiani in societatibus, & juribus evaderent pejoris conditionis Paganis; communis autem utilitas, & publicum bonum præualet cuilibet privato bono. Hinc Gen. 31. Jacob recepit juramentum à Laban Idololatra, & Mach. 8. Judas à Romanis Idololatris.

1580 Dices 1. Qui recipit juramentum per Idolum factum, consentit illi: illud est malum, igitur consentit malo; ergo peccat.

Respondet D. Bonav. cit.

„ Quod in juramento facta per Idolum, duo „ est considerare, videlicet ipsius Idoli venerationem, & exteriorem verbi confirmationem: habendo respectum ad primum, nulli „ licet juramentum ab Idololatra recipere, nec „ exigere; nec favere: quia Idoli veneratio „ est omnimo detestanda: Si vero habeatur „ respectus ad secundum, si licitum est ab „ eis recipere juramentum, maxime pro utilitate communi; & sic recepit Jacob pro „ pace suæ posteritatis, & Judas pro pace „ gentis suæ: & sic Christiani à Saracenis „ recipiunt pro pace, & utilitate communitatis, &c. Qui recipit juramentum ex Idolum factum, non consentit Idoli veneratiuni, sed veritatis confirmationi, ut firmum sit verbum, & solidum maneat pactum: quartum ad hoc non est ibi peccatum: quia recipit quod sumum est: quod vero ibi malum est, detestatur; sicut pauper indigens eleemosyna, recipit eleemosynam cum murmure sibi datam, & non peccat: quia sic „ placet eleemosynæ datio, sita quod displiceat „ sibi animus murmurantis.

1581 Dices 2. Illicitum est privatæ personæ ex causa exigere juramentum ab eo, quem scit esse juraturum falsum; igitur & ab eo, quem scit esse juraturum per falsos Deos.

Respondeo ex D. Bonav. cit. disparitatem esse, quia in juramento falso nil boni est considerare, sed solum veritatis subversionem; adeoque, qui exigit juramentum ab eo, quem certo scit esse juraturum falsum, exigit juramentum in virtutis subversionem; quod non potest esse sine peccato. Eo maxime, quia talis petitio est inutilis, ut ostensum est *an. 1576.* Quia vero in juramento per falsos Deos, est quid boni considerare, nempe veritatis confirmationem; qui exigit juramentum à Pagano, quem certo scit esse juraturum per falsos Deos, illud exigit in veritatis confirmationem, licet per talia petitio est utilis, ut ostensum, & ideo non peccat.

DE VERITATE
PHYSICA, AUT MORALI,

1582 QUæritur de certitudine ad securitatem requisita, plene agit Sotus *in 3. dist. 39. q. an 6. §. Quantum ad secundum*, & clare Tamb. *lib 3. decal. cap. 2. §. 1.* ubi distinguit certitudinem moralem ex parte rei juratæ, & ex parte juratis.

EX PARTE REI JURATÆ

1583 HAbetur, sires, de qua sit juramentum, ita se habeat secundum sensum humanum, communem acceptationem, aut consuetudinem.

„ *Hinc* (ait Tamb.) *non est condemnandus Parochus*, si testificetur, suum Cericum frequentasse toto anno Ecclesiam, cum tamen per majorem salem anni partem divinis officiis non interit; id enim est moraliter toto anno frequentasse. Idem de de Scholastico, si testificentur aliquem ex suis scholas simulmodo frequentasse: excipe, nisi forte universitatis, vel Ecclesiæ constitutiones requirant certum mathematicum.

„ 1584 Excavavit olim Sacerdotem jurantem se in Parochia per Hebdomadam Majorem Confessionibus excipere, & aperam dedisse, juxta edictum Episcopi, sub excommunicatione latæ sententiæ id præcipientis; excusaviautem ex præfata doctrina, quod licet

per aliquem dicam absertit, moraliter tamen semper adfuit; unde etiam ab excommunicatione eum liberavi. Quid si is malit, & non in Ecclesia Parochiali, confessiones audisset? Excusatem etiam non invitus; quia jam suum munus utiliter, saltem per æquivalens obiisset. Multo magis, si red fecisset in sua Ecclesia, cui forte serviebat; ei enim, cuique servitio non censendus est Episcopus præjudicate voluisse.

1587 Patiori jure in nostra Religione excusatem Lectorem jurantem, *se per decem integros annos sacram Theologiam perlegisse*, si per septem integros menses singulis annis legisset: insuper jurantem, *se integro lectura Philosophiæ triennio satisfecisse*. si Philosophiam, aut ejus partem non perlegisset, sed per pro tempus lectura Theologiæ supplevisset, quia in nostra Religione annus lecturæ constare debet ex septem integris mensibus, & lectura Logicæ suppleri potest per Philosophiam, & Philosophiæ per Theologiam; ut notat Melph. *super const. cap. 1. stat. 12. qu. 3. & 4.*

1586 Hæc etiam (ait Tamb.) locum habent in juramento promissorio, comminatorio, &c. ut 1. Si jures aliqui infinitas gratias se acturum. 2. Si mater juret filium quantum se occisuram, caput fracturam, & dominus famulos se punicturum. 3. Si inhabitat s causa jures te primum non egressurum e janua, non transiturum per eam; quia ad horum veritatem sufficit, ad 1. ostensio extraordinariæ gratitudinis, ad 2. punitio filii qualiscunque, etiam si sit reprehensibilis. Tum quia regulariter intervenit causa ab executione excusans, puta emendatio, domus turbatio, amici intercessio, ejus, ad quem averterem cujus sunt juramentum certibum, remissio, &c. Ad 2. animus qualis qualis non egrediendi, non transeundi; unde non peccas, si non acimpleas; hæc namque per illa verba secundum sensum humanum, & acceptationem intelliguntur. Ita docte Tamb. Idem de de juramento puerorum accusandi condiscipulos apud præceptorem.

EX PARTE JURANTIS

1588 Certitudo moralis adest, quando juransprudenter putat rem ita se habere, non levi conjectura ductus, sed certa, verisimili, aut probabili. Quo præmisso,

1588 Dico cum Scoto cit. in odiosis, puta in contractibus, & quoties est periculum damni proximi, non potest quis jurare absolute rem esse, aut non esse, nisi adsit certitudo scientiæ, seu physica.

In favorabilibus vero, in quibus nullum adest damnum, & præjudicium tertii, ad absolute jurandum sufficit certitudo moralis, seu credulitas.

1589 Ratio est, quia in odiosis juramentum habetur pro certo, in favorabilibus habetur pro credito. Injustum enim est in odiosis, ut detur sententia physice certa pœnæ physicæ mortis, damni, &c. pro testimonio credito, seu moraliter, non physice certo; quæ ratio cessat in favorabilibus, adeoque datur locus favori, ut sufficiat certitudo moralis, seu credulitas. Quod probatur ex Decretali *l. 1. tit. 12. de scrutinio in ordine faciendo, cap. un.* ubi dicitur, quod Archidiaconus testificans Episcopum promovendum esse dignum ad Ordinem, non peccet, licet non physice certo sciat, sed solum sciat, quantum humana fragilitas sinat noscere, seu judicis probabilibus; quod est testimonium de credulitate, Unde sequitur Scotus:

1590 *In promotionibus igitur talibus, sive ad Ordines, sive ad qualscunque dignitates, &c. puta in Universitatibus ad magisterium, in Religionibus ad professionem, vel ad aliquos alios actus, si sic confuetude approbata, quod tales responsiones sub juramento præstito*, vel sub fide data, vel sub obedientia promissa, non debent intelligi, nisi de credulitate, quantum sinit humana fragilitas noscere, cum illum, quem non novit indignum, debeat æstimare dignum: omnes tales responsiones debent intelligi de illo secundum consuetudinem communem, nec respondentes peccant in aliquo, quamvis sic promotus non sit dignus.

1591 Rite autem Tamb. advertit, quod licet ad prudentem, & sine peccato operandum, sufficiat probabilitas honæ actionis; ad jurandum vero, ob reverentiam juramenti, non quæcunque probabilitas sufficit, sed ea, quæ certitudinem moralem parit, quæ scilicet, quamvis non pariat evidentiam physicam, ita firmet prudenter intellectum in illa parte, ut nullam prudentem formidinem relinquat de opposito, sed metaphysicam, minime practicam, aut levem. Explicat exemplo.

1592 Probabile est, sacerdotem Religiosum alias confuetum quotidie celebrare, hac mane celebrasse: possum ergo sine culpa mendacii, & prudenter affirmare, eum Missa sacrificium hac mane obtulisse: at non possum id ipsum jurare; quia licet probabile sit, non est tamen certum: quod si accedat dictum alicujus fide digni, qui mihi testatus sit, vidisse illum Sacerdotem hac mane celebrantem, posse jurare; quia tale testimonium facit rem moraliter, & sat modo certam.

Unde Scotus cit. ait: Universaliter autem, sive in favorabus, sive in odiis, jurans de illo, cujus oppositum magis creditur, vel de illo, de quo est dubius, ideft, quod non magis assentitur uni parti, quam alteri, peccat moraliter; quia adducit Deum tamquam testem ejus, quod certum modo est sibi certum, quod debeter esset certum.

1594 In favorabilibus igitur requiritur, & sufficit certitudo moralis, etiam in judicio, quando petitur informatio personæ, v. g. de vita, fama, & similibus: quia *Cum non tantundem à judice* (ait Tamb.) *recurendi de vita, fama est certitudo absoluta ex audita*, ex Sanchez; *si quidem metaphysica, & unanimata de his, nec haberi, nec quæri solet.*

1595 Et hoc maxime, si petatur informatio de parentatu: puta de Avis, & de longo tempore, videlicet 50. aut 60. annorum; tunc, ut quis referat eos esse bonæ famæ, bonos Christianos, &c. sufficit, ut non noscat eos esse in aliquo Tribunali, aliquo delicto, aut errore notatos, nec unquam de illis, & malam famam audierit.

1596 Insuper subdit cum Hurtado: *Scholasticus tenetur credere cuivis, ad quod ego duobus testibus, adhibere posset duos amicos, qui illum non viderunt interesse illicitibus, sed fortasse fortasse audiverunt illum interfuisse: ac non posset jurare, se id vidisse.*

1597 In contractibus autem, & negotiationibus humani commercii, ac in sententiis ferendis, etiam si agatur de favore, & innocentia, non sufficit certitudo moralis, qualis est ex auditu etiam fide dignissimi; ratio est, quia in illis judex juridice interrogans, intendit interrogare, non de quacunque certitudine, *sed de certitudine scientiæ*; intendit enim interrogare testem, ut per eum habeat sufficientem probationem: quam non facit certitudo moralis unius testis ex auditu cujusvis fide digni: etiam interrionem legitimè habet judex ab bonum publicum, cui credit privata utilitas; testis autem juridice interrogatus, tenetur respondere juxta mentem judicis legitime interrogantis; alinquin ruerent omnia humana judicia.

1598 Hinc (ait Tamb.) Quod si quis fide dignus extens testibus adhiberet duos testes ad recuperandum suum creditum, quod ei à debitore negatur; si hi testes deponerent de certa scientia exercita, non teneretur quidem ad restitutionem; quia cum essent moraliter certi de creditor, non peccarent contra justitiam commutativam; peccarent tamen moraliter contra fidelitatem, non testificantes ad mentem judicis, qui quidem non intendit certitudinem moralem, sed scientiam physicam.

ACCEPTILATIO

1599 Est habitio rei pro recepta, quæ duplicitet contingere potest cum juramento. Ita Tamb. *ex.* cum suo

Primo. Creditor in pecuniam, aut dotem contra Paulum volens remittere, aut gratis donare, jurat coram Notario, le pecuniam, aut dotem recepisse. Licite jurat; quia ex communi acceptatione, & consuetudine, tunc verba non sumuntur, ut significant proprie; quia tunc esset perjurium; sed improprie, quatenus pro receptis habet, & talis acceptilatio æquivalet veræ receptioni. At quando jurat habere debet animum vere remittendi, alioquin erit mendax, & perjurus.

1600 Cum hoc autem stat, quòd possit certam spem, aut moralem certitudinem habere, quòd ille non fit remissionem acceptaturus, aut quòd sit statim restituturus; quia per hoc non tollitur, quin vere remittat.

1601 Imo potest, antequàm juret, cum illo pacisci re, quòd non accipiet, aut quod post horam, diem, &c. retrodonet: dum modo exinde nullum sequatur præjudicium tertii.

1602 Secundò. Creditor in pecuniam, rerum de fidelitate su. debitoris, jurans coram Notario, se pecuniam ab eo recepisse; licite jurat quia hic requiritur sola certitudo moralis, & jam creditor est moraliter certus, quòd debitor sit proxime soluturus; & quæ famus moraliter certo habituri, moraliter, & juxta humanum modum loquendi, nunc habere dicimur.

1603 Tertiò. Petrus creditor Pauli in centum, debet Antonio alia centum, ne autem Antonius instet lequestrum, & pro se exigere centum, quæ debet Paulus Petro: Petrus jurat coram Notario, se recepisse dicta centum à Paulo, quæ revera non recipit, *sed solum habet pro receptis*. Licite jurat, si jus Antonii sit certum, aut Petrus habeat jus non solvendi illa centum Antonio; quia jus Petri in centum contra Paulum est certum, jus vero Antonii in Petrum non est certum. Unde Paulus habet jus reddendi tuum, suum creditum contra Paulum; quilibet enim habet jus tuendi suum, omni majori securitate, qua potest, & hinc acceptilationi favet consuetudo.

Si vero jus Antonii in centum contra Paulum est certum, & Petrus non habet alunde jus non solvendi ea Antonio, acceptilatio est injusta, & mortalis contra jus Antonii de recuperando suum omni meliori modo, quo potest. Imò ipse Paulus dicitur acceptilationis

consentiens, ob eandem rationem peccaret mortaliter, si id ei constaret: at si id nesciat, potest licitè ei consentire, quia potest putare Petrum habere ad id jus; quia nemo judicandus est malus, nisi certò constet; & sicut potest ipse centum solvere Petro, ita potest confessionem receptionis à Petro acceptare; nam Paulus est obligatus satisfacere suo creditori, & non quærere aliorum jura contra creditorem. Ita Tamb.

DE OBLIGATIONE JURAMENTI PROMISSORII.

1604 Juramentum promissorium est multiplex; videlicet: Dolosum, Incautum, Per se stans, aut confirmans contractum, Coactum, & errore, vel dolo extortum.

JURAMENTUM DOLOSUM

1605 TRipliciter fieri potest, 1. Quando quis jurat sine animo jurandi, 2. Sine animo se obligandi, 3. Sine animo adimplendi, *v. n.* 1560. 1561.

1606 Certum est, 1. Quòd, qui intendit vere jurare, habet virtualiter animum se obligandi, quia obligatio vel est de essentia, vel passio inseparabilis juramenti. 2. Quòd jurans cum animo non adimplendi, peccat mortaliter ex defectu veritatis; qui enim se obligat ad aliquod, & simul habet animum illud non implendi, mentitur, & tenetur adimplere. 3. Quòd jurans sine animo jurandi, aut cum animo expresse se non obligandi, non tenetur in foro interno adimplere, licet possit in foro externo cogi: quia reverà non jurat, sed simulat, & nulla actio humana obligationem inducit sine voluntatis consensu, & voluntatis consensus non habetur, si non habeatur intentio faciendi id, quod obligationem causat.

1607 At qui fictè juravit puellæ, se eam ducturum in uxorem, quæ ob id passa fuit violari; tenetur eam ducere, nisi conditio sit valde dispar, Allozza *ver. juram. n.* 32. Difficultas tamen est, *an juranti sine animo jurandi, aut cum animo expresse se non obligandi, peccet & quomodo?*

Et quidem certum est, cum Scoto *in 3. dist.* .K. quòd, si hic jurat sine animo adimplendi rem promissam, peccet mortaliter, quia ex una parte mentitur, nam verbis promittit date rem, & interius habet animum non dandi. Ex alia parte, licèt revera non juret, cùm habeat animum non jurandi, seu non se obligandi, fingit tamen jurare; fingere autem nominare Deum in testem falsi, est gravis Dei irreverentia; sicut enim prima veritas non potest sine gravi irreverentia, & peccato, fictè, & simulatè verbis externis negari; ita nequeunte, & simulate verbis externis in testem falsi invocari.

1608 Si verò hic juret cum animo implendi, sed solùm sine animo jurandi, & se obligandi, cum peccare mortaliter, si sic juret in judicio, docet communis, quia quilibet in judicio respondere tenetur secundum mentem judicis legitimè interrogantis; Judex verè petit verum, non fictum juramentum. Idem tenet communis in contractibus, ubi agitur de damno tertii.

1609 Extra autem judicium, enim peccare solùm venialiter, tenent Cardenas *dissert.* 18. Ant. à Spir. Sanct. *tom. 1. tr. 5. dif. 1. nu. 61. 62.* Tamb. *lib. 3. cap 3. n. 1. num. 6.* Alarius *de juram. num. 35.* & alii apud ipsos, quia Deus recipit juramentum, prout ex corde procedit, *cap. humanis aures 22. q. 5.* Et in hoc casu non adest mendacium, sed verum, nec adest juramentum cadens supra falsum. Non adest mendacium, sed verum, quia verbis externis, quibus rem promittit, correspondet animus internus implendi; ex hoc autem, quòd non habeat animum jurandi, & se obligandi, solùm sequitur, quòd juramentum non sit verum, sed fictum; adeòque non datur juramentum cadens supra falsum, & mendacium, quod solùm daretur, si tunc juramento uteretur dicendo

> *sola autem fictio juramenti, seu simulatio invocationis divini testimonii, qui est actus Religionis, non est gravis irreverentia, sicut regulariter non est gravis irreverentia, nec inde mortalis, sed venialis fictio orationis, & simulatio sanctitatis,* ex D. Tho. *2. 2. q. 111. art. 4.* ubi docet: *Non tamen semper ipsa simulatio est peccatum mortale, sed quandoque*
>
> *differendum est ex parte, qui repugnet charitati Dei, vel proximi, erit peccatum mortale: putatum simulat sanctitatem, ut fallat desiderium diligentiæ, vel ut adipiscatur Ecclesiasticam dignitatem, vel quæcumque alia temporalia bona, in quibus finem constituit.*

1610 Idem dicunt de contractibus, in quibus nullum sequitur damnum tertii; quia in contractibus, id quod magis attenditur est damnum tertii.

1611 Dico autem, cum etiam extra judicium semper peccare mortaliter, Cajet. *2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. dubium*, & nuvissimè post hæc scripta pro mea sententia reperio Didacum de la Fuente, Hurtado *de 1. 2. c. 5.*

Ratio est, quia qui jurat sine animo jurandi, & se obligandi, licèt cum animo implendi, assumit mendaciter nomen Dei ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis, adeòque peccat mortaliter. Suadebit. Hic namque, licet non committat mendacium circa materiam juramenti, committit mendacium in ipso formali juramento; nam verbis externis dicit se jurare, & interius habet animum oppositum, & revera non jurat.

1612 Insuper ista falsa & mendax invocatio divini testimonii ordinatur ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis; quia omninò periret fides humana, & religiosa, quæ habetur juramentis. Hæc haberetur gravis irreverentia Dei, & notabilis injuria communitatis.

1613 Inde fit, ut sententia opposita non parùm scandali Reipublicæ afferat, nam ea data, cùm etiam viri timorati, ex minima causa, sint faciles ad venialia, omnes possent faciliter ea uti, ex quo nullus amplius in humanis commerciis, & societatibus, ututi esset de juramentis, & sic ruerent, aut suspecta redderentur humana commercia; quod cedit in grave damnum Reipublicæ.

1614 Item juramentum, & invocatio divini testimonii, qui est actus Religionis, extra judicium redderetur ridiculum, non enim majorem fidem præstaret quis simplici alterius dicto, quam ejus juramento.

1615 Cæterùm in casu metus, injuriæ, & coactionis, ut si juramentum extorqueatur a latronibus, potes etiam sine veniali jurare sine animo se obligandi, Alar. *ut* dummodò utaris æquivocatione externa ad evitandum mendacium circa formalia juramenti, quia tunc cessant inconvenientia prætata, & injuria dat actionem, & justitiam ad id. Imo & ipse injurius facilitèr id de jurante præsumere potest.

1616 Jurare autem sine necessitate cum amphibologia, & restrictione, non pure mentali, sed externa, extra judicium, & sine gravi damno tertii, non est mortale, sed veniale docet Allozza *ver. Juram. n. 4.* cum Dian. & Sanc.

JURAMENTUM INCAUTUM

1617 ESt illud, quod cadit supra materiam illicitam, aut varium, aut indifferentem, vel de se licitam: juramentum tamen super ea cadit negative, seu abjurativè. Exemplum primi, ut si jures factum malum proximo. Secundi, si jures non facturum opus perfectionis, opus misericordiæ, charitatis, non datarum eleemosynam, mutuum, non fide jussurum, &c.

1618 Juramentum incautum non obligat: ratio de primo constat, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, aut levitatis, etiamsi sit de malo levi, *& ex Reg. 18. juris in 6. Non est obligatorium tenere bonos mores præstitum juramentum.*

1619 De secundo, quia ponit obicem motioni Spiritus Sancti, & excludit opera virtutis. Ne hic *nemo*, peccat tam jurando, quàm implendo, & quidem mortaliter, si res sit vera vel mala, ut si jures te alium occisurum, vel res licita sit graviter præcepta, ut si jures, te non auditurum Missam die Festo. Secùs, solum venialiter peccas. At si jures te facturum malum sine animo adimplendi, peccas mortaliter ex defectu veritatis in intentione, etiam si malum sit leve: *v. n.* 1541. 1586.

1620 Juramentum de non accusando, vel de accusando, absolutè, & generaliter emissum, est invalidum, quia comprehendit rem malam. Ratio primi, quia sæpe communi bono accusare expedit. Ratio secundi, quia plures accusatio est contra charitatem, aut prudentiam, aut est materia odii, & vindictæ: similium autem in casu particulari, quo non accusatio, vel accusatio est licita, valet.

1621 Item juramentum de non incedendo per mare, de non transeundo per hanc, aut illam viam, &c. non obligat, quia est de re indifferenti, non cedit in Dei honorem, nisi fit ei adjuncta circumstantia honestæ: v. gr. si talis transitus esset occasio peccandi.

1622 Juramentum autem de re indifferenti, licet per se non obliget, obligat, si sit factum homini, & ejus utilitatem, quia in juramento promissorio facto homini spectatur id, quod est gratum homini, non quod est melius, ad differentiam juramenti, & voti facti Deo, in quo spectatur, non opus indifferens, nec simpliciter bonum, sed melius, seu non impeditivum majoris boni. Unde cùm in juramento de re indifferenti Deus non est acceptor, sed solum tellis: *v. n.* 1548.

1623 Hinc, si jurasti non vendere minoris, & non emere pluris, ex se non obligaris, at si id cedat in utilitatem tui filii, aut tertii, cui quod denis, proveniat, cuique id promisisti, obligaris, si tunc juramentum fuit abillo acceptatum.

1624 Juramentum factum de re opposita rei per aliud juramentum promissæ, non obligat, imò peccas, si secundò juras, quia est de re mala. Hinc si jurasti sponsalia, imò etiam si ea promisisti sine juramento licitæ, non valet juramentum de ducenda alia, quia hæc secunda promissio, licet quantum est ex se sit bona, ex vi tamen prioris promissionis, aut juramenti, est reddita mala. Idem dic de voto.

1625 Jurasti te ducturum Rosam, quæ promissio fuit acceptata: postea jurasti te ducturum Annam, inde Rosa voluntariè suam promissionem emisit, non teneris ducere Annam.

Tamb.

Tamb. n. 8. quia [illegible] non [illegible] valebunt, *Cr. de Reg. 18. num. 18. Sed firmum manebit [illegible] quod [illegible] non [illegible].*

1636 Jurabit dare Petro, quod [illegible] Petro, qui [illegible]. Non potest [illegible] sine [illegible] [illegible] *Sanch. lib. 3. cap. 6. num. 3.*

1637 Juramentum de re turpi [illegible] obligat ad [illegible], quæ [illegible] [illegible] [illegible]

gandi, obligatur in conscientia ob reverentiam juramenti, *ex cap. debitores de jurejurando, & ex can. humanæ autem 22. caus. 5.* Deus accipit juramentum, prout ex corde procedit; fatus autem judicialis eum non obligat, nam flarte metu præformit enim non jeraste animo adimplendi, sed potius evadendi periculum. At in foro conscientiæ obligatur (ut bene advertit D. Thomas) non ob obligationem factam homini, quia hæc, utpote coacta, esset nulla: sed ob obligationem factam Deo ad implendum, quod suo nomine promisit: *v. n.* 1737. Potest tamen uti prædicto remedio *de n.* 1647.

1649 Solum juramentum ex metu gravi exortum non obligat, si fit de matrimonio, aut spontalibus ineundis, ob rationem specialem matrimonii, quod ex jure C. *Significavit, de eo, qui duxit mulierem.* C. *Requisivit, & Cap. Gemma de sponsalibus*, debet esse omnino liberum, perfecte voluntarium, & non coactum; juramentum enim sequitur naturam contractus, cui apponitur.

1650 Qui injuste in carcere detineretur, si obtineat licentiam exeundi cum juramento de redeundo, non tenetur redire, si adsit periculum probabile mortis injustæ; quia juramentum non est vinculum iniquitatis.

1651 Qui vero detineretur captivus apud infideles, si obtineat accessum ad patriam sub juramento de redeundo, tenetur redire, ob scandalum, quod alias darentur infidelibus de inveracitia contra religionem.

1652 Dico 2. Si contractus fuerit spontaneè celebratus, & juramentum patiter spontaneum fuerit, sive adjectum fuerit contractui rescindibili, sive invalido: tunc illi non satisfit per momentaneam solutionem, sed per perpetuam; cum tunc contractus est initus cum pleno consensum, & sine injustis metus, aut doli; unde debet perpetuo servari, minime titulo justitiæ, sed Religionis, nisi juramentum relaxetur: ad quod requiritur causa, ut infra de relaxatione.

JURAMENTUM ERRORE, VEL DOLO EXTORTUM

1653 DE illud, quod cadit supra contractum errore vel dolo celebratum.

1654 Error est duplex, antecedens, & concomitans. Antecedens est ille, qui est causa contractus, ita ut sine eo contractus non fieret. Concomitans, qui non est causa contractus, ita ut sine eo adhuc contractus fieret.

1655 Error vetari potest vel circa substantiam, vel circa accidentia contractus. De substantia contractus est omne id, sine quo contractus non potest subsistere: è contra accidens. Sicut autem diversi sunt contractus, ita diversæ substantiæ: hinc sæpe, quod in uno est de substantia, in alio est accidens, & quidem persona contrahens in contractu matrimonii est de substantia, in contractu emptionis accidens.

1656 Item in contractibus onerosis, ut emptionis, & venditionis, causa finalis, aut motiva est accidentalis; in contractibus vero gratuitis, ut promissionibus, & donationibus est substantialis, licet etiam substantialis est quævis alia conditio apposita; quia cum donatio sit liberalis, potest contrahens apponere pro substantia conditionem, quam vult, sine injuria donatarii; unde ea non impleta, aut causa finali non existente, invalida est donatio, quia donatio est liberalis, & sine tali conditione aut causa non fieret.

1657 Inter quæ sunt quasi tales, quæ dicuntur substantiales, quatenus spectant ad substantiam contractus; ut si emas pannum, putans esse Anglicanum, qui est melioris conditionis, & valoris, & comperias esse Neapolitanum. Si voveas peregrinationem ad Beatam Virginem Drepan, putans distare per viginti miliaria, & repertas distare per sexaginta. Vel recognans in substantiam, ut in Matr. de imped. Erroris.

1658 Dictum error, si naturaliter accidat, vocatur error, inadvertentia, aut ignorantia: si vero provenit ex alterius malitia, vocatur dolus. His præmissis,

1659 Dico 1. Si error, aut dolus fuerit circa substantiam, aut qualitates substantiales contractus, sive fuerit antecedens, sive concomitans, contractus est invalidus, tam jure naturæ, quam positivo; ut is qui sic vendiderit pro vino acetum; quia deficit consensus: siquidem error erroneè circa substantiam non potest esse consensus in illam, & inde neque obligatio.

1660 Si error, aut dolus fuerit circa accidentia, aut qualitates accidentales concomitans, contractus est validus, quia talis error non tollit consensum in substantiam, & alitunde cum sit concomitans, & cum sine eo contractus fieret, nullo pacto tollit consensum.

1661 Si autem fuerit antecedens, quatenus talis error accidentis dederit causam contractui, ita ut sine eo non fieret, esset utroque jure validum ob sufficientem consensum in substantiam, sed irrevocabiliter ex parte decipientis, & irrevocabiliter ex parte decepti, ut ob injuriam rescindi possit à Judice in favorem decepti, tenet Ant. S Spir. S. *tom. 1. dist. 1. sect. 18.* cum Lugo.

1662 At effet invalidum, si expresse qualitas illa in contractu intendatur, dicit cum Tamb. *tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 2. n. 22.* cum Bonac. Fagundez, quia tunc talis qualitas est tota ratio consensus: unde ea deficiente, consensus deficit, & inde contractus, & obligatio, ex Reg. generali, *nullum esse contractum, ubi consensus non est*, ex quavis causa deficiat. Idque ex definitione contractus. Unde ait Tamb. Si expresse volenti emere vinum vetus, des novum, nulla erit emptio.

1663 Imo idem tenet, si error aut dolus accidentis non sit antecedens, sed concomitans, quia licet sine eo adhuc contractus fieret, revera non adesset consensus. Sed hoc non est verum, quia tunc consensus expresse esset in substantiam contractus, implicite & virtualiter in accidens, in illo affectu, & promptitudine contractum celebrandi, etiam si error, & dolus talis qualitatis non esset. Verum tamen est, quod posset tunc contractus ob injuriam dolo rescindi à Judice.

1664 Dico 2. Juramentum adjectum contractibus invalidis ex errore, aut dolo, ad nil obligat, neque ad momentaneam solutionem, ad differentiam metus. Ratio est: quia error & dolus invalidant ex defectu consensus, qui est de essentia contractus: metus vero gravis invalidat ex injuria, & injustitia illata; revera tamen adest consensus, & voluntarius simpliciter: non sic in contractu ex errore, vel dolo inito. Unde tunc juramentum non rediget relaxatione, quia nullum est vinculum: *v. n.* 1344.

1665 At juramentum adjectum contractibus validis, initis ex errore aut dolo concomitanti circa accidentia, obligat: potest autem à Judice relaxari ob injuriam dolo. Conflat ex dictis.

1666 Illud tamen est notandum, quod ad hoc ut contractus, vorum & juramentum ex errore, aut dolo antecedenti circa qualitates accidentales, fiat invalida, qualitas esse debet expresse apposita pro conditione contractus, voti, & juramenti; quod si non sit expresse pro conditione apposita, valida erunt.

1667 Idem dicendum est de matrimonio, item de religione, professione religiosa, ordine sacro, quæ matrimonio æquiparantur ratione electionis status.

Unde, qui ducit Bertam sub expressa conditione, si sit virgo, invalide contrahit, si conditio non verificetur, licet sit qualitatis; quia tunc deficit consensus, qui est de essentia contractus, & obligationis. Sic de voto, juramento, &c.

1668 Si vero ducat Bertam, putans esse virginem, sed hanc qualitatem non apponat expresse pro conditione contractus, valide contrahit; quia ex regularitate contingentibus & ex modo, quo consensus in contractibus & obligationibus dari solet, præsumitur, quod qui conditionem, quoad qualitates accidentales, expresse non ponit, absolute conferatur, *ut in mat. de imp. erroris.* Et hoc maxime in contractibus, in quibus eligitur status perpetuus; confertur quis absolute illum velle, etiam si quoad accidentalia aliter reperatur, quam creditur, dummodo quoad substantialia fiffat.

DE INTERPRETATIONE JURAMENTI.

1669 CUm P. Tamb. mihi facem pro claritate præbente procedam, asserendo regulas.

I. REGULA.

SI de intentione jurantis constet, non est standum interpretationi; secus interpretandum, ut servata proprietate verborum, quamvis minor possit, obligatio inducatur: quia juramentum est onus, quod homo sibi contra libertatem imponit; unde jurans præsumitur minus voluisse suæ libertati nocere.

1670 Hinc jurans religionem ingredi, non tenetur ad magis strictam. Et jurans servare alicujus communitatis statuta, non tenetur ad futura, sed ad præterita.

1671 Item non obligatur ad incognita, aut ad aliena, de quibus non cogitavit. Et Bonsen. addit: *Jurans non obligatur ad ea, de quibus si cogitasset, ea non intendisset in alios, quæ promittebat includere, sed excludisset. Nec etiam obligatur, si id accidat, quod si fuisset juramenti tempore, pro temerario haberetur.* Eadem ex pluribus jutibus confirmat Pirhing. *in Comp. Can.* Pariter discurras de voto.

1672 *Juransfacere certo tempore* (ait Bonsen.) *tenetur facere*, nisi pars remittat, *aut nisi velum ad illud tempus juramentum alligare voluerit.*

1673 Juravit certo quid facere certo tempore, illi te alligando, v. g. ultimo die anni, post sex menses ante ultimam diem anni: certus ille tibi dilatat solutionem ad aliud tempus, puta ad alios sex menses supra annum: tu dilationem acceptasti; elapsa ultima die anni, non teneris solvere ex vi juramenti, sed illud finit, quia non extenditur ultra intentionem juramenti, nisi novum juramentum de solvendo juxta dilationem post annum emiseris.

II. REGULA.

1674 *Obligatio juramenti facti homini est personalis.* Quia essentialiter utitur ex intentione juractis.

1675 Hinc obligatio juramenti non transit ad hæredes jurantis, etiamsi ille non solum prosit, sed probabiliter juraverit.

Obligatio vere contractus transit ad hæredes, quia *est realis*, & res transit cum suo onere; unde hæres non solvens contractum juratum detinetur, non peccat peccato perjurii, sed injustitiæ, & contractus est validus. Si autem contractus esset validus, ad id teneretur.

1676 Similiter, si jurans solum teneatur vinculo juramenti, hæres ad nil tenetur; unde hæres non tenetur soscire mutuanti usuras juratas ab eo, cujus est hæres, nec pecuniam ab eo juratam latroni pro liberatione, quia ille solum vinculo juramenti ad tales solutiones tenebatur.

1677 Deinde, si suscipiens officium, juret aliqua servare, eo decedente, obligatio eadem servandi non transit ad successorem, nisi *ex jure* aut statuto sit annexum officio, & nunc successor ad eadem observanda teneatur, non ratione juramenti sui prædecessoris, sed ratione statuti, aut legis obligantis singulos in tali dignitate constitutos ad ea servanda.

III. REGULA.

1678 *Juramentum est intelligendum juxta naturam actus, supra quem cadit.* Quia ex Reg. 42. *juris in 6. Accessorium sequitur naturam principalis.*

1679 Ex qua tria sequuntur. 1. Quod quoties dicitur esse actus, licitum est juramentum; quod iure fori mere venale, & hac sine necessitate, ob desectum judicis: *v. n.* 1559.

2 Quod cuncta licitum est uti æquivocatione, & amphibologia. & mendacium salvatur, licitum sit uti juramento. Diana *loc. c. tr. 6. ref.* ac Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 5. n.* 22.

Demum 3. Quod juramentum essem facile habeat sensus, intelligentias, conditiones, & restrictiones, quos secundum naturam, jura, restrictionem, aut acceptationem hominum habet actus, cui adjacet.

1680 Hinc, qui residentiam juravit, potest non residere in casibus à jure permissis: & qui jurat observare statum ejus universitatis statuta, non tenetur servare ea, quæ legitima consuetudine sunt abrogata, aut quæ major pars non curavat.

Si insuper ad illa teneatur sub pœna solum, aut culpa gravi, vel levi, prout ipso obligante quia tale juramentum minus adhibit, sed solum firmat obligationem, quæ illos adstrat.

Hac ratione Judices, & alii quibus ingressu officii jurant, *non* ubi gantur, nisi pro qualitate obligationis, quæ faciunt juramento adest. Idque ex recepta regula 2.

1682 Item, qui aliquid hoc juramento promisit absenti, non tenetur, quousque is, vel alius sub nomine acceptet; quia promissio non obligat, quousque per acceptationem firmetur.

1683 Qui sublato ute juravit nunquam ludere, est intelligendus se ludo immoderato, minime de moderato, nisi exprimat hoc facere, ut se privet honesta illa recreatione ob mortificationem; quia licet ludus moderatus sit actus virtutis Euttapeiæ, melius tamen est ab eo ob mortificationem abstinere.

1684 Qui absolute juravit nunquam ludere, non intelligitur per intergressum pecuniam; obligatio enim juramenti est stricte interpretanda, ut minus obliget. Ita Tamber. *tr. 3.* & Anton. à Spir. S. *tom. 1. tr. 1. disp. 5. sect. 3. num.* 144.

1685 At melius dicendum est alterum, nempe, quod juravit, ne pecuniam amitteret, vel re in rixas, aut blasphemias protumperet. Si primum, obligatur abstinere à ludo et iam per interpositam personam. Bonac. *tom. 2. disp. 1. part. 19. nu. 5.* Mirum, si secundum; quia in primo casu utrobique idem finis; non sic in secundo, & ex *Reg. 72. juris*

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

1686 Pariter, qui juravit nunquam ludere, ludere potest alieno nomine, si ficis servetur, ut esset, si finis sit pecunias non amittere. Secus, si finis non servetur, ut esset si finis fuerit vitare temporis jactutam. Quod si finis sit vitare blasphemias, & rixas, tunc, ut abstineas, requiritur, quod expetens sis, te ludendo alieno nomine, & pecunia, solitum in rixas & blasphemias prorumpere.

1687 Si juravit puellæ eam ducturum in uxorem, si nondum esset, nec per alium acceptavit, potes non implere, & propria auctoritate juramentum infringere: quia hæc est natura promissionis in utilitatem nondum factæ, ut non jam acceptetur non obligari, & retractari possit. Si sit acceptata, potes Religionem ingredi, ex jure Canonico *cap. ex publico, de convers. conjugat.* Ubi sponsus etiam in sto matrimonio rato concessitur facultas per biennium ad ingressum Religionis, à sponsa absolute consentiat ante matrimonium. Secus est dicendum, si promissio jurata sit de alia re, v. g. pecunia, &c. & sit acceptata

Hic

1688 Hic distinguere oportet juramentum promissorium proprie dictum à juramento promissorio, quod habet rationem voti: Illud habet eandem rationem voti, quod est factum in gratiam solius Dei, & non alterius: Illud est proprie dictum, quod est factum in gratiam hominis.

1689 De primo discurrendum est sicut de voto. Hinc bonum gratiam sponsæ Dei promisit puellæ eam ducturum in uxorem, non tenet ex le juramentum; quia est impedimentum majoris boni, nempe cælibatus. Quod si non sit impedimentum majoris boni, ut si jures dare certam eleemosynam pauperi in gratiam solius Dei, tenet, & obligaris, etiam ante pauperis acceptationem, quia Deus statim acceptat.

1690 De secundo, puta, si jurasti eam ducturum in uxorem in lus, aut parentum gratiam, jam dictum est n. 1682. & 1687.

1691 Alumnus Seminarii, qui juravit ad patrium, etiam Anglicanam, regredi, aut statum Clericalem suscipere, eo non obstante, potest religionem ingredi; quia hic status uti majoris perfectionis semper conseruo excepitos: *v. num.* 1686.

1692 Si sub juramento promisisti alteri dare equum, aut hunc equum, non potes compensare, dando rem alterius speciei, v. g. pecuniam, aut alium equum; quia hæc est natura promissionis, ut sit adimplenda in specie promissa, unde non sufficit æquivalens.

1693 At licet in rebus diversæ speciei non sit locus compensationi, adest locus retentioni, donec debita solvantur. Nec retinens hinc est perjurus, quia ex jure juramentum solvendi novum hanc facitam conditionem: *Nisi æquivalens exceptionem habeas: Et nisi te juste impediens.*

1694 Si autem sub juramento promisisti solvere centum aureos, centum coros tritici, non potes uti compensatione non solvendo, si alter tibi debeat tot dem aureos, aut coros tritici, quia compensatio est quædam solutio, & satisfactio: quod est vitare, tam in debitis post, quam ante juramentum contractus, quia juramentum est interpretandum simile omnium à jurante, ea intentione, quæ sibi utilior, & commodior.

1695 Quod si, quando juravit, habuit expressam intentionem non intendi compensatione, & eam declaravit, non potest compensatione uti. Si vero non declaravit, sed tacite retinuit, potest compensatione uti; quia promissio illa sub ea qualitate, non intendi compensatione, eam non fuerit declarata, non fuit à creditore acceptata, adeoque non obligat.

Examen Ecclesiast.

1696 Qui juravit non revelaturum secretum, non tenetur, quoties habet ius manifestandi.

1697 Rectores, &c. qui jurant servare secretum super iis, quæ in confessorio tractantur, sub mortali tenentur, juxta gravitatem rei, quæ tractatur. Aperire aliquid, quod non cedit in damnum, aut præjudicium Reipublicæ, publici officii, aut rei.., esse venialis ait Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 5. disp. 1. sect. 21. n.* 150. cum Sanch & Palao.

1698 Cherales, qui jurant servare taxam à Principe præscriptam, ad illam tenentur; & si plus accipiant, restituere debent. Nec obstat consuetudo in contrarium, si sit, quod officiales plus recipiant etiam, & Principes non consentiat, *sed* fciens punitat.

1699 Juramentum, quod medici emittunt de servando Decreto S. Pii V. quod *est*, ut infirmum moneant de Sacramentis, & tertia die non visitent, si confessus non sit, est intelligendum, prout Decretum S. Pii est in usu. Ant. à Spir. S. *tr.* Qui addit, Decretum S. Pii hinc confevrudin: abrogatum.

1700 *Scholasticus interrogatus, an locutus fuerit cum aliqua ex oppositoribus, aut illius domum fuerit ingressus, potest respondere negative, si verba aut ingressus domus non fuerint subreptionis causa, quæ hæc esse debet mens Judicis interroganti*s, Ant. à Spir. S *cit. sect.* 9.

CONDITIONES IN JURAMENTO.

1701 PRimissio, & inde juramentum ei adiacens, plures conditiones generales facile involvit. 1. *Si petero*; quia impossibile nemo tenetur. 2. *Si licite*; quia promissio non est vinculum iniquitatis. 3. *Salvo jure, & auctoritate Superioris*; quia nemo potest se obligare in præjudicium Superioris, unde hic è materia præjudicii alii potest juramentum irritare. 4. In promissione mutua, *Si alter fidem servet, ex Reg. 73. juris in 6. Frustra sibi quis fidem postulat ab eo servari, qui fidem à se præstitam servare recusat.*

5. In dotatione, *Si alter ingratus non existat.* 6. In sidejussione, *Si principalis excutiatur*: Unde, qui sub juramento sidejussit, non obligatur solvere, nisi prius principalis excutiatur. 7. *Si ei, in cujus gratiam facta est promissio acceptaverit, aut saltem tacite non remiserit.* 8. In quavis promissione, aut juramento, *Si res non fuerint mutabiliter mutatæ.*

1702 Hinc, qui cum juramento promisit, nuptas puellæ dotii, Virgini, bonæ famæ, forte, &c. si hæc evasit nuper, non habent dotem competentem, detonate, maiæ famæ

infirma, non teneteris illi stare. Nec qui promisit contractum societatis; si socius notabiliter vivosus, & molestus evadat, &c.

1703 Imo non teneris implere juramentum de ducenda in uxorem muliere, cum qua es fornicatus, si illa evadat fornicatria, vel accidat aliud impedimentum contrarium legi dispensationis: sic si evadat leprosa, paralytica, vel notabiliter deformis. Si vero eam duxisti, non potes dimittere, *c. Quemadmodum de juriur.*

IV. REGULA.

1704 *Juramentum non confertur factum in praejudicium tertii, C. veniens, tam contingat. De jurem. & C. quamvis pactum, De pactis in 6.* quia esset illicitum.

1705 Hinc, qui juravit solvere censum Petro creditori polleriari, debet ea solvere Paulo creditori anteriori, si alia non habeat.

1706 Item licitum est revelare secretum naturale juramento firmatum, si sit grave alteri, aut sibi nocivum. Diana *p. 6. tr. 6. resp. 60. Tamb. tom. 1. n. 21.* Quia nemo intendit se obligare alteri ad secretum naturale in concursu graves mali proximi, & maxime propri. *Nemo enim magis proximus est* (ait Diana) *quam quisque sibi.* Tum quia secretum illud est veluti quoddam depositum apud me occultatum, quod non teneor eum tanto incommodo servare occultum.

1707 Suaderur à pari. Non minus nancte habet quis jus ad famam, quam ad secretum; & tamen licitum est detegere crimen occultum alterius, v. gr. quod famulus sit fur, &c. ad vitandum grave malum proximi, & maxime proprium. *Cæ. DD. cum Com.* Ita et dicendum in casu secreti naturalis, quoniam sicut nemo habet jus ad famam cum damno proximi, & innocentis; sic nemo habet jus ad secretum naturale cum damno proximi, & innocentis.

1708 Hoc autem est intelligendum cum triplici limitatione. 1. Si secretum non concernat bonum publicum, puta fidei, Regni, Patriæ, exercitus; sed particulare, quia bonum publicum est præferendum privato. 2. Si non sit alia via ad malum vitandum. 3. Quod revelerur illi, cui prodelle, & non obelle potest.

1709 Non tenetur juramentum præjudicans juri Superioris, *c. Veniens. De jurejur.* Nec contrarium juri, *c. ad nostram ibid. Contra* utilitatem Ecclesiæ, Greg. XIII. *Const. 93. inter Apostolicas.* De non testificando contra alterum, *c. constitut. De Testibus.*

1710 Tenet juramentum factum in damnum proprium, si potest sine peccato servari, Conc. Lateranense 3. *tit. de juram. c. 3.* Sed potest relaxari, *ibid. c. 1.*

DUBIUM IN JURAMENTIS

1711 RElaxatur, ut in Votis, *infra à nu. 1902.*

CESSATIO JURAMENTI

1712 CEssingit, ut in Votis, *infra à nu. 1906.*

1713 Juramenta inutilitatem hominum præstita, irritare possunt eorum, qui habent potestatem dare nativam. *Dixi*, si sit eis subjecta voluntas juranris. *Indirecte*, si sit eis subjecta materia juramenti.

1714 Hinc Papa potest irritare juramenta de renunciando Beneficio, de non alienandis rebus Ecclesiæ, &c. quia sunt de materia subjecta dispositioni Papæ.

1715 Superior Regularis juramenta subditorum, quia ratione Voti obedientiæ, eorum voluntas est plene Superiori subjecta.

1716 Vir respectu uxoris, uxor respectu viri, & dominus respectu servi; ii juramenta illis præjudicent, aut sint de materia illis subjecta, ut dicimus de Votis.

1717 Juramenta vero promissoria hominis cujus voluntas non est alteri subjecta, de materia, quæ pariter non est alteri subjecta, nec præjudicans, facta homini, & ab eo acceptata non possunt commutari, etiam in melius, nec dispensari nec irritari, nisi ipse pars consentiat aut remittat: *sic in nu. 1689.* Quæ remissio proprie non est relaxatio, quia non est actus jurisdictionis spiritualis; nec irritatio, quia non est actus potestatis dominativæ; sed reducitur ad irritationem, quatenus est actus dominii in materiam promissam, utpote acceptatam.

1718 Potestas relaxandi juramenta competit soli Superior, & Judici Ecclesiastico, quia est actus jurisdictionis spiritualis, cui nam juramentum est actus religionis. Unde licet Princeps temporalis circa res, in quas est dominus, possit remittere, seu irritare juramenta, non minus quam quilibet privatus circa alias res, ut in casu injuriæ, metus, vis &c. de quibus supra; relaxare spectat ad potestatem Ecclesiasticam. Ant. à Sp. S. Paulus *dis. 3. de juram. p. art. n. 4.*

1719 Ex Conc. Tiberiano, *Pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Puella quoque sub puerilis ætatis in domo Patris, illa nescente, se juramenta constrinxerit, & si Pater fuerit, ut audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt.*

1720 Causæ relaxandi juramentum sunt, fuisse extortum cum injustitia, injuria, vi, metu; vel fuisse emissum cum temeritate, seu perturbatione, aut levitate; vel quia fuit emissum in favorem excommunicati.

JURAMENTA IN DEI GLORIAM PRÆSTITA

1721 POssunt commutare, dispensare, & irritare, qui possunt respective vota.

1722 Juramentum in Dei gloriam emissum potest quis in melius propria auctoritate commutare.

1723 Confessarii Regulares habent potestatem comutandi juramenta, & vota sæcularium, & exteriorum, ac in iis dispensandi, exceptis quinque reservatis; quæ tamen in nullo deficiunt, quinadiam non sunt reservata de quibus infra de votis. Et exceptis juramentis promissionis à tertio acceptatis, e Priv. Pauli III per Bullam 7. *Cum inter tenues*, 3. Junii 1545. quod vota, extensa ad juramenta à Gregor. XIII. Rod. *tom. 3. q. 63. Diana p. 3. tr. 2. resp. 9. Tamb. tom. 1. lib. 3. cap. 7. §. 2. n. 8. & Ant. à Sp. S. in direct. regul. tr. 2. disc. 3. n. 80. v. n. 1962.*

1724 Insuper resciudere possunt tractatus, & juramenta relaxare, ab uxore, aut filio familias, ex metu gravi reverentiali ... aut precibus importunis emissa ad favorem mariti, aut parentis: ut dejussio pro marito, aut patre; promissio de solvendis eorum debitis: renunciatio hæreditatis juramento firmata. Diana *p. resp. 20.*

1725 Ubi sit, quod duplex sit reverentia, una simpliciter, & in gradu positivo, altera minor, & in gradu superlativo. Prima est, quando persona patris talis conditionis est, ut ei debeatur reverentia simpliciter, ut si sit ignava, aut vilis, ita ut filius audeat dicere: *Nolo*: tunc ad constituendum metum reverentialem gravem non sufficit sola præsentia, sed requiritur, quod præcedant verbera, aut minæ. Secunda est, quando persona patris est talis conditionis, ut ei debeatur reverentia minima: & tunc sola præsentia ejus sufficit ad constituendum metum gravem.

1726 Ac nec Episcopi, nec Regulares dispensare possunt in juramentis, quæ adjacent actibus ex se perpetuis; hujusmodi est juramentum professionis fidei: juramentum, quo quis confirmat professionem religiosam jam emissam; matrimonium jam initum, & Ilium Sacerdotis jam susceptum. Tamb. *cit.*

1727 Si jurasti in Dei gloriam, & charitatissimum certum dare elemosynam determinato pauperi, potest pauper obligationem remittere: quia in hoc juramento tacita adest conditio: *Dummodo si pauper, in cujus contra-*

dum promissa facta est, rem promissam acceptare non recusat. Si vero nullum determinasti pauperem, nn lusisti, qui obligatione remittat. Ant. à Spir. S. *de juram. tr. 5. disp. 1. sect. 28. n. 152.*

RESTRICTIO MENTALIS

1728 ET duplex, pure mentalis, & est, *quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur præcise per animum internum*: ut si quis requisitus, an illa transierit, Petrus respondeat: *Illuc non transivit*: per solum actum internum mentis intelligens, *seu mansionem*. Non pure mentalis est, *quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur, non per solum actum internum, sed per aliud additum externum, quod sit limitativum verborum, & consignificativum cum illis*: ut cum D. P. Franciscus I. ministros justitiæ requisitus, an illac transiisset delinquens, positis intra manicam manibus, respondit: *Illuc non transivit*; plenam responsionem ex verbis, & actione externa componens.

1729 Amphibologia, & æquivocatio est, quæ importat sensuum diversitatem; quod si verba determinare unam habeat significationem, & alia addatur per purum actum internum mentis, dicitur æquivocatio per purum reflectionem mentalem, ut liquet in primo exemplo. Si vero verba, & signa externa, ex se habere possint plures sensus, & significationes, dicunt æquivocatio externa, non pure mentalis. Hæ præmissis,

1730 Dico 1. Restrictio pure mentalis, & amphibologia, seu æquivocatio facta per reflectionem pure mentalem, est illicita, quia includit mendacium, quod est ab intrinseco malum; hinc enim habetur mendacium, quando locutio externa est cæformis menti: talis est locutio cum restrictione pure mentali; unde, situ, qui pisces comedisti, interrogatus, an comederis, respondeas, *non comedi* mente sola addendo, *carnem*, mendaces, & laudabis juramentum, es nejurus; qua locutio ina ablata est generalis, ac proinde est deformis conceptus mentis, qua ænt propositio cum addito particulari; hinc amphibologiam, & æquivocationem cum restrictione pure mentali damnavit Innoc. XI. in tribus *prop. 26. 27. & 28.* quas vide *in tom. 5. n. 1757.*

1731 Dico 2. Restrictio non pure mentalis, sed externa, & amphibologia, seu æquivocatio per verba, aut signa externa per se æquivoca, est licita in omnibus casibus, in quibus quis habet jus ad occultandum secretum; non est autem licita in aliis casibus. Prima pars probatur; quia talis locutio externa, licet haud-

DE JURAMENTO JUDICIALI

1740 CAritatis gratia, hoc quæsito me expediam.

QUÆRES.

AN à perjurio, & à mendacii excusetur reus, qui Judicis interroganti veritatem tacet, aut ambiguis & æquivocationibus utitur?

Et primo. Ob Holidiratem ex Judicis præsentia cæsatam.

Secundo. Si non præsertim infamia, semiplena probatio, nec gravia indicia extent.

Tertio. Si præsertim semiplena probatio, causa tamen sit capitalis, aut ex gravioribus; puta mortis, jacturæ honoris, aut simili.

Hæc est summa de eo, quia de talibus satis agitur *in 2. de denunciationibus n. 2.* præsertim *à n. 92.*

AD PRIMUM

1741 RESP. cum distinctione: Vel enim Holidiras est talis, ut plenam advertentiam malitiæ gravis pejurii impediat, vel non. Primum potest contingere quatenus ex Judicis præsentia, & inexpectata ejus interrogatione, excutitur in reo vehementissima passio ira, timor, pudor, &c. quæ in tali casu excusat à peccato mortali, ut communiter docent Doctores, & ex dictis *tract. 1. de Act. hum. n. 73.* constat. Secundum potest contingere quatenus ex Judicis præsentia, & inexpectata ejus interrogatione, excutitur in reo vehementissima passio ira, timor, pudor, &c. quæ in tali casu excusat à peccato mortali, ut communiter docent Doctores, & ex dictis *tract. 1. de Act. hum. n. 73.* constat. Tertium potest contingere quatenus ex Judicis præsentia, & inexpectata ejus interrogatione, excutitur in reo vehementissima passio ira, timor, pudor, &c. quæ in tali casu excusat à peccato mortali, ut communiter docent Doctores, & ex dictis *tract. 1. de Act. hum. n. 73.* constat.

Ita Vill. Holzm. Less. Ronc. Elb. Pal. Sporer, Viva, Mazzot. Salm. Tol. Sanch. Bon. Reg. Bus. Dic. Ter. Cast. Laym. Bonac. Dian. Trull. Sa, Azor. Sylv. Nav. Ang. Sum. Rod. Med

epist. Paul. ad Hebr. *Non tales decet, ut te prudens ex judicium, negare ne te apud aliud debeat: sed debeat ne vide Prosperum contra Collatorem cap. 21.*

1746 Ut igitur rem, propositis de piano & facie sequentibus, colligamus, respondeo, quod Judex sit legitimus, requisita, quæ ad rectitudinem ordinis, & ad [illegible] vel [illegible] ad [illegible] ad [illegible] ad

lutem animæ, & corporis. Unde est actus Religionis.

1766 Potest fieri dupliciter, per deprecationem, & per imperium.

1767 Ut sit licita, tres requiruntur comites, *Veritas, Judicium, & Justitia*.

1768 Veritas consistit in hoc. 1. Ut adjuratio fiat per verum Deum, & per res vere sacras; unde is foret peccatum falsos Deos, &c. effectui mortalis. 2. Ut res non petatur fidè, sine animo obtinendi; & tunc esset venialis.

1769 Judicium consistit in hoc. 1. Quod adjuratio fiat prudenter, minimè leviter, & sine occasione; & tunc esset venialis. 2. Quod Deus, & Sancti non adjurentur imperative, sed deprecative; nec dæmon deprecative, sed imperative; quod esset mortale, nam imperium supra Deum, & Sanctos esset injuria, & contemptus, deprecatio erga dæmonem, esset amicitia, & submissio.

1770 Justitia consistit in hoc, quod res, quæ petitur, sit honesta; nam si mala, adjuratio esset peccatum mortale, aut veniale, juxta gravitatem, aut levitatem malitiæ rei.

1771 Possumus adjurare. 1. Deum per se ipsum, per Christum, per Matrem Virginem, per Sanctos ut fibi charos, & per sacra Mysteria, & passionem.

1772 Non potest autem adjuratio fieri per creaturas inferiores, nisi sint specialiter Deo charæ; sic Exodi cap. 32. adjuratur Deus: *Recordare Abraham, Isaac, Jacob servorum tuorum*. 2 Possumus adjurare B. Virginem, Sanctos, & Angelos, per Deum, & Jesum Christum. 3 Dæmonem, & creaturas, per Deum, & Jesum Christum, B. Virginem, Sanctos, & sacra Mysteria.

1773 Creaturæ rationales adjurari possunt directè; irrationales verò, ut animalia nociva, tempestates, fulgura, &c. non nisi indirectè, quia cum non sint rationis capaces non possunt per adjurationem directè indici, & moveri ad gratiandum, quod petimus, sed in quantum à Deo moventur contra nos in pœnam, vel à dæmone in vindictam, ut nocerent, nos eas adjuramus, deprecando in ordine ad Deum, vel imperando in ordine ad dæmonem, ut sic Deus misereatur, & dæmon à nocendo desistat: & hoc pacto dicuntur creaturæ indirectè adjurari.

1774 Creaturas irrationales (*recte ait Joseph. Augustin.*) *Posse etiam improprie adjurari per immediatam efficientiam supernaturalem ipsi per ipsas, explicitam: imperium metaphoricè dictum, sicut Christus Dominus imperavit ventis & mari; hæc autem spectat ad virtutem miraculorum*.

1775 Licitum est Exorcistæ tractare cum dæmone, & ea omnia petere, quæ ad suum munus, finem, & expulsionem conducunt, puta de causa ingressus, numero spirituum, &c. & petere ab eo signum, quo exisse ostendat: *v. num.* 385.

1776 Quemlibet verò alium tractatum, ob vanitatem, & curiositatem, puta, si petat scire occulta, &c. esse mortale, tenet Castropal. non plus quam veniale, Sanchez, & Cajet. apud Tambur. *lib. 3. cap. 8. §. 2. num. 5.* At melius dico cum Tambur. cit. esse mortale, si id fiat sæpe, & per longos sermones, quia tunc ostenditur amicitia, & benevolentia; quando Apost. 1. ad Cor. 10. ait: *Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum*. Venialè verò, si fiat raro, & per breve tempus; quod sequitur ex verbis Pauli, ex quibus graviter familiaritas, & amicitia prohibetur.

1777 Licitum est cogere dæmonem, ut maleficium tollat, aut ignem, quo durante duratpactum de vexando creaturam; quia id non est uti ope dæmonis in obsequium nostrum; sed nos defendere, & cogere, ut destruat opera sua.

1778 Eadem ratione licet imperare dæmoni superiori ad coercendum pariter dæmonem inferiorem; licet namque in nostrum utilitatem excellere clavum clavo. Debent *de Inquis. p. 2. dub. 228. sect. 28. n. 18.*

1779 Non potest licitè Exorcista dæmoni exposcenti concedere, aut permittere, ut immittatur in alium hominem; quia non est dominus vitæ proximi: bene verò, ut immittatur in equum, si ejus dominus sit dives, & plures habeat, ut pro reparatione salutis obsessi amissio equi alterius non censeatur valde, notabile damnum. Secus si esset cum valde notabili alterius damno, Tancred. *tit. 1. de Relig. dif. de adjur. num. 67.* quia nemo tenetur cum gravi sui damno alterius salutì succurrere. Tambur. verò cit. cum Castropal. tenet id licere etiam cum gravi damno bonæ temporalis alterius; quia putat, talem obsessum esse constitutum in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia.

1780 Licet obsessum in dæmonis contemptum expuere, & levitèr percutere. Si autem dæmonem te injuriis afficientem ita accensus gravitèr in obsessi percutis, peccas mortaliter; & si obsessus est Clericus, excommunicationem incurris, nisi inadvertentia, aut ignorantia excuset; quia cum dæmone Clericum, suadente diabolo, percutis, eique injuriam facis, non minus quam excommunicatus es (*recte ait Tamb.*) si canem in sinu domini contra te latrantem, advertenter cum domino esse confodias.

1781 Qui exercizat, esse debet Sacerdos, aut saltem Exorcistatus Ordine intignitus, & de Ordinarii licentia.

1782 Si laicus id faciat publicè, frequenter, cum populi admiratione, & Superiore contradicente, peccat mortaliter. Secus si privatim, aut si publicè, raro, sine admiratione, & contradictione, & ex fide, ac fiducia in Deum; maximè si haberet hanc gratiam gratis datam eos expellendi, Tamb. *lib. 3. cap. 8. §. 2. n. 24.* duummodo non sit idiota, & ignarus, quia exponeretur periculo, ut deciperetur à dæmone, aut aliqua superstitione interetur.

1783 Nec diceretur usurpator jurisdictionis Clericalis, licut nec talis dicitur laicus, qui Missæ inservit, lumina accendit, & urceolos cum vino & aqua Sacerdoti porrigit, quod est officium Acolyti; nec qui indignos ab Ecclesia expellit, quod est proprium Othiarii; non alia ratione, nisi quia munera Minorum Ordinum laici non exercent ex officio. Clerici verò ad illos promoti exercent ex officio. Hinc Christus Matei 16. generaliter de veris & bonis Christianis loquens: ait; *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient*. Et Matei 12. *Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alii, &c. alii gratia sanitatum in uno spiritu*.

1784 Rite autem prohibetur à Superioribus, etiam Sacerdotibus, officium Exorcistæ sine eorum licentia exercere, ne quis ignarus, imperitus, aut pravæ vitæ, audeat cum periculo superbitionis, deceptionis, & contemptus, peragere munus, ad quod scientia, pervitia, mortificatio, & maxime vitæ rectitudo requiritur.

De adjuratione, agunt Tanci. Tamb. *cit.* & Cletcatus *c. 45.*

CAPUT III.

DE VOTO.

DEFINITIO.

1785 VOtum, est *promissio deliberata & voluntaria facta Deo de melior bono*. Propositum, est *sola voluntas faciendi bonum*: Promissio huic voluntati addit voluntatem obligandi alteri, & in casu voti se obligandi Deo.

1786 Hinc hæc promissio, si cadit super materiam præceptam, novam obligationem inducit.

1787 Præterea, qui à Confessario monitus, ut à peccato, v. g. fori cautionis, desistat dicit: *Promitto me illud amplius non committurum*; regularitèr non emittit votum, sed solum manifestare vult suum firmum propositum, quia communiter non intendit in casu Confessionis se obligare ad novum peccatum, sed ad idem contra sextum præceptum.

Quod si velit expresse se obligare in casu [illegible] tum contra præceptum humanum promissionis à se emissæ, tunc emittit votum, quia est promissio facta Deo cum animo se obligandi nova obligatione libera, seu novo præcepto humano à se libere imposito.

Obligatio autem, quam communiter habet qui liber homo ad vitandum peccatum, est obligatio necessaria, quæ supponit præceptum, unde ortum, non facit præceptum: Votum verò facit, imo est præceptum novum, acoque, qui habens votum castitatis fornicatur, peccat contra duo præcepta, contra præceptum divinum Decalogi de numero sexto, & contra præceptum humanum voti, libere ab ipso homine sibi impositum, in confessione aperiendum, qui contra duas virtutes, nempe contra castitatem, quam præceptum divinum respicit, & contra Religionem, quam respicit votum.

1788 Qui astantibus dixit: *Si Deus me sanitate restituerit, jiam Religiosus*, non fecit votum, Gobat. *tom 3. de voto num.* 1. quia ea fuit sola animi ostentio facta astantibus, non promissio obligatoria directa ad Deum. Et licet similia verba nulli homini directa, in humanis negotiis nullum pactum, & nullam obligationem strictam inducat, ita in re nostra.

1789 Dicitur, *deliberata*, quatenus vovens debet plene advertere, & cognoscere materiam, quam vovet; deliberatio enim importat advertentiam, & cognitionem materiæ, cum libero, & expedito interiorum sensuum usu. Hinc, si quis exiltens Panormi, putans D. Jacobum de Compostella distare non plus, quam per centum milliaria, vovisset ad illum accedere, non teneret votum ex defectu deliberationis circa substantiam voti.

Similiter vota facta cum semiplena advertentia, seu deliberatione, v. gr. ex repentino animi motu, non valent. Aut si quis careret omnino vigilantia, vel habens sensus internos vehementissima passione iræ, &c. perturbatos.

De errore, & ignorantia dicetur, ut de

juramento, *à num.* 1653. Error circa vim voti v. g. quod obligat sub veniali, quod obligat sub mortali, & quod possit relaxari, quod relaxari non potest, irritum reddit votum, ex defectu consensus, quia est error circa substantialia, Cohar *tom. 3 de voto, n. 109. num.* 1656. & 1822.

Dicitur: *Voluntarius*, hoc est cum libero voluntatis.

1790 Dicitur: *De meliori bono*, in ordine ad unum oppositum. Hinc votum nubendi absolute loquendo non tenet: quia matrimonium non est bonum melius castitate sibi oppositæ. Dixi *absolute*, quia id, quod absolute est minus bonum (seu oppositio, ex circumstantiis hic & nunc potest esse majus bonum, *ut in num.* 1816.

Hinc votum docendi pauperem, vel meretricem, causa pietatis emissum, est invalidum, Ant. à Sp. S. *to. 1. disp. 2. sect. 13.* quia est impeditivum castitatis, quæ est bonum melius, & Deo gratius, secensito titulo misericordiæ.

Validum autem est emissum hac cum conditione: *Voveo, casu quo velim nubere, ducere pauperem*, quia per hoc votum non obligatur quis ad matrimonium, sed quod eo libere assumpto sit electurus matrimonium Deo gratius; quale est pauperis.

Dicitur facta Deo: *ut in n.* 2017.

DIVISIO VOTI.

1791 Dividitur in solemne, *& est illud quod acceptatur ab Ecclesia*, aut vorum cassitatis factis Ordinibus annexum, & professioni Religiosæ: Et simplex, *quod talem solemnitatem non habet, sed emittitur privata authoritate.*

Subdividitur in absolutum, *quod fit ex amore ad materiam, quam vovet*; ut si voveas castitatem, ex amore castitatis: Conditionale, *quod fit sub conditione, ex affectu feliciter ad habendam, vel non habendam conditionem*: v. g. voveo castitatem, si Deus me liberet ab hac tempestate: Et Pœnale, *quod fit in pœnam*; ut voveo jejunium, si fuero.

Item in reale, *in quo promittitur res externa*, ut eleemosyna: Personale, *in quo actio persona, vel ejus omissio*: ut peregrinatio, vel omissio ludi: Et mixtum, *in quo utraque*: ut peregrinatio cum eleemosyna.

CONDITIO.

1792 IN votis apponi solita, si sit *de præterito*, aut *de præsenti*, non reddit votum conditionale, sed absolutum: quia non suspendit obligationem: tum si sit futura necessaria: ut *Voveo eleemosynam, si cras sol oriatur*; quia hæc habetur pro impleta. Unde debet esse de re contingenti, ut votum sit conditionale.

Conditio impossibilis reddit votum nullum, cum non possit poni in esse. Solum in matrimonio, & in ultimis voluntatibus, habetur pro non adjecta, & non reddit actum nullum; quia pro his ita jus disposuit, non hic in votis.

Votum sub conditione turpi, si conditio habeat rationem finis voti, quatenus ex voto obligari intenditur; ut votum dandi certam eleemosynam pauperi, si hæreditas injusta obtineatur, est nullum, ex *n.* 1802. Validum vero, si non se habeat ut finis, sed ut pura conditio: *ut Voveo ingredi Religionem, si meus pater bona sua dissipabit*. In primo enim casu conditio se habet ut finis, in secundo ut causa impulsiva, & occasio: *v. n.* 1805.

1793 Votum conditionale non obligat, nisi conditionali adimpleta; quæ non sufficit, ut admpleatur in æquivalenti, ut in contractibus, sed adimpleri debet in forma specifica; quia interpretatio voti est stricte facienda, ut minus obliget.

1794 Vovisti Religionem, si tua soror nuberet: mortua est tua soror, teneris ad Votum, si tua intentio fuit de non deferendo eam destitutam, quia tunc materialiter se habent ad tuam intentionem nuptiæ; non teneris, si præcise nuptias ob aliquod speciale motivum intendisti. Mendo *in sept. ver. Votum num.* 55.

1795 Vovisti certam eleemosynam dare, si eo anno fieres Judex Prætoris; factus autem es Judex Magnæ Curiæ, teneris ad votum, si intendisti gradum Judicis Prætoris tanquam viam, & dispositionem ad gradum Judicis Magnæ Curiæ. Secus si tua intentio fuit absolute, & præcise ad illum intenta, vel ob aliquod speciale motivum, vel quia alium gradum ob tui insufficientiam, vel alicrum æmulationem, non sperabas.

Idem dic de voto dandi certam eleemosynam Ecclesiæ, si tuus Parochus Ecclesiæ N. & his factus Parochus pinguioris Ecclesiæ. Ant. à Spir. San. *tom. 1. tr. 5. disp. 2. sect. 26. n. 374.* In dubio de intentione, sive positivo, sive negativo, non obligaris, quia standum est pro libertate.

1796 Impediens conditionem voti, non peccat, si conditio pendeat à propria voluntate, quia non se obligavit ad conditionem, sed ad votum, conditione libere apposita. Si conditio pendeat à voluntate alterius, & sic mala, *ut Voveo Religionem, si pater meus bona sua in ludis, & cum moveretur*

hæc dissipabit, potest impediri, quia mala sunt impedienda: at conditione adimpleta, tenetur ad votum, ut supra dictum est *n.* 1792.

Si conditio pendeat à voluntate alterius, & non sit mala, seu prohibita, non potes sine peccato impedire, quia tunc remisisti obligationem voti in alterius voluntatem; unde in eo voto adest pactum virtuale & implicitum de conditione non impedienda. Et tunc peccas impediendo conditionem; at non obligaris voto; quousque conditio apponatur, peccas autem impediendo vi aut fraude. At non peccas, si precibus, & rationibus uteris, ut ille conditionem non apponat, quia libertum illum relinquis.

Si quis vovet Religionem ingredi, si pater intra annum consentiat, & ipse votum non manifestat: elapso anno quamvis pater consentiat, non tenetur ingredi Religionem. Et idem est, si vi, aut dolo impediat, ne pater consentiat; quia vera conditio non fuit impleta. Antron. à Spirit. San. *ibi.*

IN VOTO POENALI

1797 VEr. gr. *Voveo jejunium, si lusero, si non recitavero divinum Officium.* Quoties transgressio in conditione caret culpa, puta per inadvertentiam, infirmitatem, &c. caret pœna, quia pœna est imposita ob culpam transgressionis in conditione, nempe ob ludum, ob omissionem Officii divini. Imo si recordaris conditionis, & non recordaris pœnæ, culpabiliter, inquam, omittis Officium, at non recordaris jejunii, non teneris ad pœnam, quia oblivio naturalis æquivalet ignorantiæ invincibili pœnæ, quæ excusat à pœna.

Eadem ratione, si licite te votum emisisse, ac nescias, si sub pœna aliqua, peccas quidem contra votum, sed non teneris ad pœnam.

Item, quoties conditio cadit, quatenus est inepta, indifferens, impossibilis, &c. cadit pœna, quia pœna est accessoria conditioni positivæ, aut negativæ, videlicet actui, aut emissioni, quæ vitari intenditur, & ad quam vitandam fit votum pœnæ.

1798 Quod est verum etiam in voto pœnali duplici, ubi scilicet tam pœna, quam ipsa conditio, est materia voti; v. gr. *Voveo non ludere, & si lusero, voveo jejunium.* Tunc si cadat votum de non ludendo per dispensationem, aut ob aliam causam, cadit votum de jejunando.

Ex quo habes, quod in voto pœnali conditio voti, quæ vitari intenditur, est finis principalis voti pœnæ, & hæc est illi accessoria.

Si pœna apponatur sine determinatione quoad vices.

HÆC SIT REGULA.

1799 SI pœna est ex ordinariis, & moderatis, quæ iterari solent, intelligitur incurri toties quoties: Si vero est ex gravissimis, quæ iterari non solent, ut est peregrinatio, ingressus Religionis, &c. tunc in prima transgressione incurritur pœna, minime in sequentibus. Quod est verum, sive votum sit de sola pœna, v. gr. in casu ludi, *ut Voveo jejunium, peregrinationem, si lusero*, sive sit de ludo vitando sub pœna: *ut Voveo vitare ludum sub pœna jejunii, peregrinationis*, &c. Callropal. *tom. 3. tr. 15. disp. 1. punct. 18. p.* 141. Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 12. §. 7.* Ant. à Spir. San. *tom. 1. c. 5. disc. 2. sect 27.* Quia interpretatio tunc est facienda ex communi hominum more, & verisimili intentione voventis; homines enim non solent pœnas gravissimas, & extraordinarias, sibi toties quoties sunt in culpa, imponere, bene vero ordinarias, & moderatas.

Tum quia timor singularis, gravissimæ, & extraordinariæ pœnæ, potest hominem à ludo perpetuo continere, licet post ejus incursionem cesset, adeoque potest sub una tali pœna perpetua ludi vitatio promitti.

Ex quibus rationibus, non improbabile putant citati Doctores, votum de pœna, sive fit in casu ludi, sive de ludo vitando, sive fit ex gravissimis, sive ordinariis, intelligi prima vice. Pro hac sententia adducunt Sà, Dianam, Trullench, & Layman, & exemplum de voto jejunandi in vigilia alicujus Sancti, quod intelligitur de prima vigilia, nisi aliud exprimatur.

METUS IN VOTIS.

1800 QUi vovet motus timore periculi à causa naturali provenientis, ut ex tempestate, morbo, &c. vovere dicitur ob metum intrinsece incustum. Qui vero movetur timore periculi à causa libera provenientis, v. g. à latrone, &c. vovere dicitur ob metum ab extrinseco incustum.

1801 Vota omnia, etiam solemnia, facta ex metu non incusso ad finem ea exturquendi, sunt valida, etiam si metus sit gravis, injustus, & ab extrinseco inculsus; quia tunc vovens à nemine impellitur, sed sponte illud eligit tanquam remedium mali imminentis. Similiter est validum, quando eligitur tanquam conditio oblata ad malum vitandum, immo est validum, etiam si metus gravis sit juste incussus ad illud exturquendum; quia tunc

vene fine injuria votum proponitur sub conditione, non sub conditione : ut nempe voveas, si mutuum, cui libere causum dedisti, exigere velis. Si autem sit ex metu gravi injuste incusso ad finem illud exterquendi, est invalidum jure Ecclesiastico, & naturæ, nisi in juramento firmatum, cum Deus illud non acceptet, redditque vim injustæ coactioni, adeoque ut non ferentur, non indiget relaxatione. Exempla habes de metu in matrimonio, *vid. n.* 1645.

MATERIA.

1802 VOTUM sit validum, debet esse possibilis, nec mala, vana, inutilis aut indifferens; ut si quis decidisti exequias, voveas amplius non equitaturum; quia passus es in mari, non amplius navigaturum: quia displicet Deo talia promissio: immo peccatur venialiter, nisi sit de re mala mortaliter, nec congaudescit, si mutatis circumstantiis fiat bona: nam ex reg. *juris* 18. *in 6. non firmatur tractus temporis, quod carpit non subsistit.*

1803 Si res sit bona, conjuncta tamen cum causa mala, & tu illam voveas ut bonam, tenet votum: ut si voveas eleemosynam, si non capiaris in furto, si obtineas proficuum ex aditu tecto, quod gaudes: quia tunc finis vovendi est salus, proles &c. quæ in se sunt bona, & dona Dei; adulterium vero non est finis ei effectus à voto intentus, sed concomitanter se habet; quod si res mala sit finis, aut effectus à voto intentus, utique invalidum est votum.

1804 Votum, si ei adjungatur finis, aut circumstantia mala, se tenens ex parte materiæ soli, v. g. si voveas eleemosynam ad obtinendam vanam gloriam, est invalidum. Validum erit, si se teneat ex parte voventis; ut si ex vana gloria voveas eleemosynam, huic vovendo peccet: quia in primo casu votum, quod eli cides Religionis, & cultus Dei, ordinatur tanquam medium ad vanam gloriam, quæ est mala, & inde Deo ingrata: in secundo casu, vana gloria se habet concomitanter, & ut causa impulsiva, non ut finis.

1805 Causa impulsiva, seu occasio voti dicitur illa, quæ existit, aut putatur existere, quando fit votum, & hominem ad vovendum excitat: finis vero voti est ille, qui à vovente intenditur chariti, & hic occasent deficiente adhuc perstitit.

Si ex mjulum de infirmo, qui occasione desumpta ex infirmitate, vovit recitare quolibet Sabbatho Rotarium Virginis, vel ob Virginis cultum, qui est finis intrinsecus, vel ut salutis restitutor, & in ea conservetur, qui est finis extrinsecus: infirmitas est causa impulsiva: cultus, aut salus, est finis.

1806 Finis intrinsecus est ille, qui essentialiter est actus actus, ut cultus in oratione, & recitatione Rotarii. Finis extrinsecus est ille, qui est separabilis ab actu, & solum est ejus finis, quatenus est ab operante intentus. Sic est finis in voto de recitatione Rosarii.

1807 Votum Muhercularum Panormi ferì solitum de commorando toto die Festo alicujus Sancti in ejus Ecclesia, & non comedendo, nisi quod ab aliis ex sponte defertur, est nullum, uti de materia inepta; quia est experientia comperta, quod nulla ex his careat cognatis, qui cibos affluentes deferant, & sic in Ecclesia tanquam in taberna bibunt, & comedunt: quod non cedit in cultum, sed in maximam Dei, & Sancti irreverentiam. Valeret tamen erit votum, si postquam Sanctum invisernt, domum regredant, ibique, uti eis placet, jejunent.

1808 Votum Mulieris de non eundi, seu filandi die Sabbathi ob Virginis decorem, non teret, si habeat animum alia opera servilia patrandi. Leander *de voto tr. 2. disp. 4. q. 11. quia non cedit in cultum ab eo obstrictus, cum liceat ei si velit operibus servilibus manum mercis à domini mercatoribus emere.*

1809 Votum agitandi fauces, aut prophanas earum representationes in honorem alicujus Sancti exhibendi, non tenet, Mendo *n. 62.* quia minime Sanctorum cultum, sed immodestias, & indecora refert.

1810 Verum omissionis rei bonæ esset, si omissio dispenat ad majus bonum, ut votum non eundi. At non tenet, si omissio sit operis præcepti, aut conducti; quia esset rei malæ aut indifferentis, ait Mendo *n. 66.*

1811 Quis post votum non fornicandi, videns se in quadam orratione mulieris tentationibus agitatum, ut hinc liberaretur à tegnedum, quod fornicandum, illud ipsemet commutavit in melius, videlicet in votum Religionis. An valide?

Respondeo. Invalide, Mendo *vide Votum n. 70.* cum Sanchez, & Suarez, quia in his circumstantiis commutatio non est in melius; nam primum votum habet pro fine vitare, & non patrare peccatum, quod est bonum melius, quam non Religionis. Immo talis commutatio in votum Religionis opponitur illi fini, & committens interdit tollere istum finem peccati, qui est finis malus, qui vitat naturam voti Religionis, ex se melioremj unde in illis circumstantiis invalidum est votum Religionis & obligat primum votum.

1812 Quidam sortur vovit se servaturum castitatem, in sua tamen patria, & arte; postea venit in meritiam, ibi conditam esse legem Principis, ut nullus artem ibi exercat celebs, nisi alicui Magistro famulando: an possit eubere?

Posse, ait Gobat *tom. 3. de vot. n. 10.* quia conditio, dependenter à qua vovit, est reddita impossibilis: promissio namque dependens ab alieno arbitrio, censetur de re impossibili, quando alter consentire non vult: ita ille.

1813 Votum Religionis non obligat, quoties ex aliqua causa professio emitti non potest sine peccato; quia votum non est vinculum iniquitatis.

1814 Votum de non assumendo Sacerdotium, ex humilitate emissum, est validum. Gobat *tom. 3. de vot. n.*

1815 Votum de bono impeditivo majoris boni, est invalidum, & veniale: esse impeditivum majoris boni, non est esse impeditivum boni majoris cujuscumque, & boni absolutè considerati; sic enim nulla fere vota valerent, cùm semper sit invenire majus bonum, quàm sit ipsum votum factum; sed *est esse impeditivum majoris boni, quod secum habet tunc, quando votum.* Hinc validum est votum Religionis Ioctoris à facultati factum, invalidum verò esset si fiat à Religioso Religionis observantiæ.

1816 Si quod est per se minus bonum, sit per accidens majus bonum, tenet votum; unde, licet regulariter votum de ruhendo non teneat, quia est impeditivum cœlibatus, qui per se est majus bonum: tenet tamen: 1. si te videas pronum ad lapsum, & continentiam sibi moraliter impossibilem; quia tunc (ait Paulus) *Melius est nubere, quàm uri*: 2. si non valeas sine gravi periculo aut infamia relinquere sponsam, vel liberos ex conceptos, 3. si inde speretur magnum bonum Reipublicæ, puta pacis, &c. Tamb. *de vot. c. 15. §. 3. n.*

1817 Votum abstinendi ab hoc opere servili, non furandi à Petro, non forn candi cum tali muliere, est validum, Ant à Spir. S. *sum. 1. p. 5. disp. 2. sect. 3 n. 249.* cum Sanch. contra Taner, quia abstinentia ab hoc actibus, licèt sit circa rem individuam, est præcepta, adeoque bona.

1818 Idem dico de voto, amore continentiæ emisso, non fornicandi, in si cum tali mulierc; quia hoc est votum non fornicandi cum aliis: Et particula exclusiva, *aut*, non inclusiva votum fornicandi cum tali, quod esset psalum; sed solùm tacit, quod votum non

te exterdat ad valem irdividuam mulier quod non irportat malitiam, cum votum sit liberum, & dependeat ex institutione voventis.

Dixi, *amore continentiæ emisso*: quia si emittatur amore mulieris, quam à voto excludit, votum est invalidum, & peccaminosum, uti de re mala; quinèrùs esset recitatum ad magis firmandum amorem, seu concubinatum cum muliere illa.

OBLIGATIO VOTI

1819 PENDET ex quantitate materiæ, & qualitate intentionis; in materia gravi, v. g. in recitando Officium Virginis, potes te obligare leviter, sicut per multos potest Confessarius imponere pœnitentiam gravem pro peccatis gravibus, obligando præsentem solùm sub veniali. Ita a fortiori vovens; quia sicut in ejus libertate fuit obligatio quoad substantiam; ita & quoad modum. Potest igitur in materia gravi te obligare leviter, si id expresse intendat, alioquin censetur se obligasse graviter: quia præsumptio fit ex regulariter contingentibus: *vide n.* 1852.

1820 In materia levi non potest cadere obligatio sub mortali, nec ratione voti, nec ratione præcepti; quia ejus impositio est irrationabilis: nam materia levis est incapax obligationis gravis. Diana *part. 5. tract. 5. res.* 52.

1821 Potest tamen materia in se parva esse magna ratione alicujus circumstantiæ, aut finis magni, & sic eliet capax obligationis gravis; unde si voveas recitare quolibet die unum *Ave Maria*, in Virginis deventurum, est materia parva, & omitterdo, non nisi venialiter peccas, quia ejus omissio est mediocris devotionis defectus, sicut omissio unius Psalmi in Officio, quod pariter in laudem Dei recitatur. At si voveas illam orationem pro gravi tentatione ledenda, pro qua cames experimis in medicinam; tunc potes ad eam te graviter obligare, quia est materia gravis, ita ut urgente gravi tentatione, & periculo cadendi, mortaliter pecces, si omittas: *v. n. 1851. & tom. 2. n. 12.*

1822 Votum ex errore emissum, non obligat, si error fuerit circa substantiam, aut conditionem substantialem rei promissæ, vel circa finem, seu motivum vovendi. Hinc qui vovit dare calicem, quem putabat argenteum, non tenetur dare, si competiat esse aureum: & votum celebrandi Missam pro salute infirmi non obligat, si sit

mentum; aut sanus: *vide num.* 1789.

1823 Votum negativum, v. g. non habendi vinum die Veneris, obligat ad tot peccata, quot vicibus frangitur: nec sic votum positivum, v. g. jejunandi die Veneris: undecumque peccas; quoties eo die vinum bibis; non tamen quoties comedis, vel de praecepto affirmativo, & negativo, cui votum aequivalet, discriminaris.

1824 Unde si vovisti jejunare in pane, & aqua, solum peccas prima vice bibendo vinum.

1825 At si vovisti hac die jejunare, & comedisti carnes, solum in peccasse prima vice, tenet Art. à Spir. *S. tom. 1. tr. 1. disp. 2. fol. 25. n. 362.* cum Tamb. & pluribus.

Peccare vero toties, quoties carnes comedis, dico cum Castrop. & Suarez: disparitas est, quia primum votum non est negativum de abstinentia à vino, sed affirmativum de jejunio sub mortificatione panis, & aquae, quare jejunium per primum vini potum fit impossibile: secundum est de jejunio absolute, & quia jejurium includit pro altera parte essentiali praeceptum negativum de abstinentia, quod per primam transgressionem non fit impossibile, ideò peccas, quoties bibis.

Imò in mea sententia, quòd dispensatus ad carnes, ex quo tribi quadragesimales et nocentior sit dispensatus ab unica comestione; iste qui peccavit prima vice comedendo carnes, tenetur servare sub mortali formam jejunii quoad unicam comestionem; quia jejunium non importat unicam comestionem, ut accessoriam, sed aeque primo unicam comestionem & abstinentiam à carnibus.

1826 Alieno voto nemo obligatur, nisi ratificaverit; unde parentes, qui filium Religioni voverunt, tenentur solum illum vere, & non fictè persuadere.

1827 Vota realia impleri debent de proprio. Si non habes, non tenetis mendicare. Si vero alius, sive rogatus, sive sponte, velit solvere, quamvis tu possis ex tuo, valet. Vota tamen personalia non adimplentur, nisi per voventem; unde si non potes, non tenevis per alium; res namque, non actio alterius potest fieri tua.

1828 Votum mixtum, ex parte, qua est personale, non potest per alium adimpleri; bene vero ex parte, qua est reale.

1829 Qui non potest quoad partem personalem, aut quoad realem adimplere, non tenetur commutationem facere in aliud, quod potest. Imo, si ambae partes non sint aequè intentae, sed una accidoria, qui non potest principalem, non tenetur ad accessoriam: *v. dm. 1834.*

1830 Votum nunquam peccandi mortaliter, tenet; quia est de re moraliter possibili, sed non est confundendum ob facilis violationis periculum.

1831 Votum nunquam peccandi venialiter; est invalidum, quia est de re moraliter impossibili: aliqui volunt, quòd obliget ad vitanda mortalia, & venialia graviora. Votum de certo veniali, v. g. mendacium mentiendi, tenet. Non fit votum vitandi omne vechum otiosum; aut omnem distractionem mentionis, quia spectata hominum imbecillitate, est moraliter impossibile.

1832 Si concurrant duo vota incompossibilia, impleri debet, quod est melius: si sint aequalia, quod est prius: si non recorderis, libera est electio. Ratio primi, quia votum est de meliori bono. Ratio secundi, quia prior tempore, est potior in jure. Sit exemplum. Petrus vovit jejunare in pane, & aqua, cuilibet festa feria, item vovit in vigilia D. Rosaliae accedere ad mortem ad invisendam Sanctam: hoc autem anno vigilia D. Rosaliae contingit feria 6. & haec duo sunt si incompossibilia: in hoc casu adimplere debet votum jejunii, quia est de meliori bono: nam est utilius animae, utpotè magis macerativum corporis; hinc ad redimenda peccata saepè S. Scriptura consulit jejunium. & eleemosynam. Tum quia iter sex aut octo milliarium non excusat a jejunio.

1833 Si materia, quae ab initio fuit possibilis, & apta, evadat impossibilis, aut inepta in generatim, extinguitur votum; si ad tempus, suspenditur pro illo tempore. Si evadat impossibilis quoad partem, tunc si non potest commodè dividi, ut est aedificatio Templi, non tenetis ad partem; si potest commodè dividi, tenetis ad partem, quam potes; unde si non potes jejunare totum novennarium, cuod vovisti, & potes aliquibus diebus, teneris ad illos: *v. n. 454. & n. 1841.*

1834 Si materia potest dividi, sed una pars sit principalis, alia accessoria cessante obligatione principali, cessat obligatio accessorii; quia ex reg. juris Canon: *Ad effectum materiam sequi competit principalis*; hinc si vovisti peregrinationem Romanam in Cilicia, & ibi aliquid offerre, si peregrinatio evadat impossibilis, non teneris ferre cilicium, nec oblationem mittere; non enim sunt intenta per se seorsim, sed dependenter à principali, ut ejus modi: *v. n. 1829.*

1835 Votum disjunctivum, cujus una pars est materia apta, altera inepta, ut votum de

recitando Rosarium, aut de dando eleemosyna de furto, est invalidum; quia in voto disjunctivo obligatio cadit aeque primo supra utramque materiam, cum libertate eligendi utramlibet: adeoque cùm altera sit inepta nullum est votum.

1836 Si vovisti dare Ecclesiae bovem, aut equum, ad nil teneris, si tempore voti, aut antea equus perierit; quia tempore voti altera pars erat impossibilis. Si verò perierit post votum emissum, teneris ad superstitem, quia cùm obligatio cadat supra utramque partem, & votum in principio fuerit validum, teneris ad alteram. Potes tamen dare pretium partis, quae perit, si non sit facta electio; quia libera est tibi electio. Si autem equus perit absque tua culpa post factam electionem ejus, non teneris dare rem superstitem, nec pretium rei destructae; quia facta electione, teneharis solùm ad rem electam, & cùm illa perierit sine tua culpa, ad nil teneris, quia res est facta impossibilis.

1837 Similiter, si post votum disjunctivum Religionis, aut castitatis, ingressus es Religionem, & ab ea ejectus fuisti, non teneris ad castitatem, quia altera pars est reddita impossibilis post ejus electionem. Gobat *de*

[illegible] *tom. 3. n. 72.*

cere votum reale defuncti, qui votum disjunctivum emiserat, cujus una pars erat personalis, & altera realis, si ille, dum viveret, partem personalem non elegerat. Ant. à Spir. *S. tom. 1. tr. 3. disp. 2. fol. 22.* Castrop. *disp. 1. de voto punct. 12. n. 18.*

1839 Obligatio voti realis transit ad haeredes, si illi bona haereditatis receperint. Imper (salva legitima haeredis, quae non potest a testatore gravari debito voluntatio, quale est votum, aut legatum pium) nec haeres tenetur illud solvere, nisi juxta sufficientiam haereditatis: *v. n. 2063.*

1840 Item Monasterium, si constituatur haeres voventis, ob ejus mortem, tenetur illius vota realia adimplere: minime si constituatur haeres ob professionem Religiosam ab eo emissam; quia per professionem Religiosam extinguuntur omnia vota, tam personalia, quàm realia. Vota autem tempore haereditatis extincta non tenetur solvere haeres. Si autem vota fuerint à testio acceptata, probabilius est, quòd teneatur Monasterium solvere. Conn. contra Castrop. *de voto disp. 1. punct. 16. n. 7.*

1841 Si vovisti aliquid faciendum determinato tempore, tunc si votum fuit factum cum intuitu ad tempus; ut si vovisti jejunare feriis sextis, audire factum Sabbatis; en transacto cum, aut sine culpa, cessat obligatio: quia est praefixus terminus. Nec praevenire teneris, si impedimentum praevidisti, quia ad id non obligasti, nec solet esse haec intentio voventis.

1842 Si votum non fuit factum cum intuitu ad tempus, sed tempus designatum fuit ut terminus; ut si vovisti Religionem ingredi intra annum: tunc obligatio non cessat: quia tunc non est determinatum tempus ad finiendam obligationem, sed ad praescribendum terminum, ultra quem non differatur: unde etiam post illud debes implere. Mendo *in epit. ver. votum n. 60.*

1843 In dilatione datur parvitas materiae. Imo publica necessitas aut utilitas permittit dilationem in voto, quamvis gravi, aut reservato. Gobat *tom. 3. de voto n. 87.*

1844 Item satisfacis, anticipando, si votum non fuit emissum intuitu, sed ex devotione talis praefixi temporis, ver. gr. feriae sextae.

1845 Si non determinasti tempus, teneris implere, cùm primùm commode potes.

1846 Ly, *Cùm primùm*, intelligitur non physicè, sed moraliter, hoc est data temporis opportunitate, & occasione, juxta prudentis arbitrium.

Quantùm ad peccatum mortale, Cajet. Nav. & alii apud Ant. à Spir. *S. tom. 1. tr. 3. disput. 2. fol. 18. n. 320.* absolutè tenent, executionem talium votorum, quibus non est tempus praefixum, posse differri, qua ratione vovens voluerit, dummodò non sit periculum oblivionis, vel non adimplendi. Castrop. docet, dilationem sex mensium posse dari opportunitatem, esse notabilem, & inde mortalem. Ledesma in voto Religionis, dilationem duorum, vel trium annorum putat non esse mortalem, si non sit periculum oblivionis, aut non implendi.

Sed rectius Tamb. *lib. 3. cap. 12. §. 1. n. 10.* docet, in voto Religionis esse considerandam aetatem: nam si vovens sit decem annorum, utique dilatio trium annorum non erit notabilis; secùs si quadraginta annorum: *v. n. 1852.*

1847 Si determinasti tempus, v. g. dandi eleemosynam mense Augusti cum intuitu temporis, si anticipasti tempus praevidens impedimentum, non teneris praevenire: quia obligatio est affixa tempori. At si incepto tempore illo, v. g. mense Augusti praevidens impedimentum pro fine mensis, teneris praevenire, quia jam es intra tempus obligationis: sicut die se-

flio, qui prævidet impedimentum auditionis Sacri, tenetur illud prævenire.

1848 Si vovisti rem determinatam, v. gr. hunc calicem: si postea non tenetis ad aliam; quia fuit præfixa individua materia. Si vendidisti: teneris ad pretium; quia eadem materia virtualiter manet.

1849 Si non determinasti quantitatem, satisfacis, dando quantum velis, dummodo non sit tam parvum, ut videaris irridere votum; quia nemo præsumitur se obligare, nisi ad id, quod est decens, & commodè potest.

1850 Si pluries votum de eadem re renoves, si frangas, unum peccatum committis: quia non est votum distinctum, sed confirmatio voti. *v. n.* 1984.

1851 In votis contrahentibus statum Religiosum, & in votis, seu præceptis annexis Ordini Sacro, non potes te obligare leviter; sed tibi liberum est, eum statum eligere, quo electo, sub gravi ad illa teneris: quia qualitas obligationis ibi est ab Ecclesia præscripta.

1852 Votum licite habeat rationem præcepti humani, in quantum est onus libere impositum ab homine: obligatio tamen illud adimplendi est de jure naturali, & divino: Tagnan. *in lib. 2. pag. 476. De jure naturali*; nam ratio naturalis dictat, fidem promissam hominibus esse servandam: ita potiori jure Deo illorum supremo Domino. Item *de jure divino*, Deut. 23. *Cùm voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus*

1853 Ut votum valeat, requiritur ætas sufficiens ad mortale, nempè usus rationis, exceptis votis solemnibus Religionis, quæ sunt invalida ante annum 16. expletum, ex præscripto Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. tam pro viris quàm pro mulieribus.

1854 Vota impuberum, & Religiosorum facta non requisito consensu positivo patris, aut Prælati, sunt valida, si non sint præjudicialia patri, aut Prælato, vel Religioni; secus si sint præjudicialia.

1855 Castitas est virtus prohibens omnem delectationem voluntariam veneream, tam internam, quàm externam: ita & votum castitatis. Imo voto castitatis ligatus, etiam si sine sua delectatione alium ad pollutionem suis tactibus impellat, aut solùm impudice tangat, tenetur circumstantiam sui voti explicare, quia contra suam castitatem peccat; nam castitas omnem actum venereum & luxuriæ prohibet.

1856 Voto ingrediendi Religionem non satisfacis, si ingrediaris animo egrediendi, quia est colludio. Bene verò, si vero animo permanendi ingrediaris, postea tamen ante professionem egrediaris, quia tibi Religio non placet. Si vovisti ingressum & professionem, probabile est, cum Diana *p.* 2. *tr.* 17. *res.* 1. Castrop. *tom.* 3. *tr.* 16 *disp.* 1. *punct.* 4. *n.* 7. & *alii*, te posse licitè egredi, si expertus sis Religionem propter asperitatem non esse tibi accommodam: quia tale votum intelligi debet juxta formam juris communis. Trid. *sess.* 25. *c.* 15. quod annum probationis sub nullitate professionis requirit pro experimente, ut si Religionem non placeat, sit liberum egredi, quæ conditio est virtualiter inclusa in voto; ita ut *cap.* 12. Trid. suspendat omnes renunciationes intra dictum tempus factas.

1857 De voto castitatis, & Religionis quoad actum conjugalem: vide in matrimonio.

1858 Qui vovit Religionem, non tenetur omnes adire, si una, aut altera respuatur; sed al quot, putà tres, aut quatuor. Tanc. *de juram. pag.* 101. *n.* 39. Bulem. Et time, si respuatur, est liber a voto: quia implicitè conditionem includit: *Si Abbas recipere velimus*. Idem dico, si unam ingressus, ejiciatur.

1859 Qui vovit ingressum in determinatam Religionem, si ab illa non admittatur, non tenetur ad aliam.

1860 Qui post Religionis votum cognoscit se impedimentum habere, ob quod non fit admittendus, vel admissus sit expellendus, non ligatur voto.

1861 Non emisit votum Religionis, nec tenetur eam ingredi. 1. Qui ein fit votum volendi Religionis ingressum; sed satisfacit eligiendo semel actum bonæ voluntatis. 2. Nec qui emisit votum volendi in sæculo vivere: sed ei satisfacit negative se habendo, non eligendo scilicet actum volendi in sæculo vivere, nec contrarium: unde ambo possunt matrimonium contrahere.

1862 Qui verò vovet se mansurum in [illegible], seu extra Monasterium non mansurum, vovum ingrediendi Religionem, & in ea perseverandi promittit: quia non potest quis in Religione mori, nisi eam ingrediatur, & in ea perseveret. Ita Leander *de voto tr.* 2. [illegible]

Qui

1863 Qui fecit votum promittendi, aut vovendi castitatem, non fecit votum castitatis; unde potest commutari, aut dispensari.

1864 Qui fecit votum peregrinationis Romam nudis pedibus, si non possit nudis pedibus implere, tenetur accedere modo, quo potest; quia non pendet ab eo modo substantia voti, & qui non potest accessorium, tenetur ad principale, qui verò non potest principale, non tenetur ad accessorium. Hinc, qui vovit ire pedester, tenetur ire equester, nisi eam circumstantiam ut principalem vovisset, putà ob subeundum eum laborem, vel ob vitandas expensas equi. Mendo *n.* 63.

RELIGIOSUS CREATUS EPISCOPUS,

1865 An Ut Cardinalis, quoad habitum tenetur uti colore sui Ordinis, licet ait. possit figura Episcopali. Est autem à die confirmationis electionis facta à Pontifice liber ab aliis votis præter tria essentialia, & a præceptis Regulæ ita ut non teneatur amplius ad jejunia, aut lamentorum & reliquis observationibus præscriptis in Regula, Pott *var. Ejusc. n.* 11. Rodr. *var. Epist. c.* 65. Thomas Delbene *de Inquis. p.* 1. *dub.* 316 *fol.* 67. Butemb.

Prob. *ex Institutum* 18. *n.* 1. per illa verba: *Statutum est, ut Monachus, quem electus renuntiat à jugo Regulæ, & Professionis Monachalis absolvit, & Sacra Ordinatio de Monachis Episcopos facti, eadem lege nunc habeo.*, *ita etiam filii benedictum postea pure renunciandi facultatem habeat.* Itaque ratione dignitatis Episcopalis.

1866 Idem dicunt de Episcopis titularibus, & addunt, quòd si Episcopus Episcopatum resignet, aut ob culpam deponatur, dummodo non degradetur, non teneatur ad regularem observantiam redire; quia retinet eminentiam Episcopalem. Secus de Religioso Cardinali, qui si non est Episcopus, & renunciet, tenetur ad Regularem observantiam, & obedientiam redire.

1867 Non est autem liber à tribus votis essentialibus; quia non definit esse Religiosus, sed solum est exemptus quoad aliquos effectus paupertatis, & obedientiæ, juxta decentiam status. At non dispensatur obedientia, sed mutatur in obedientiam Papæ; nec paupertas, quia non acquirit domin. una honorum Ecclesiæ, sed administrationem, liberam tamen quoad suam sustentationem, & caulas pias: *Est enim* (ait D. Bonav. *in 4. sent. distinct.* 38. §. *Ad illud num.* 4.) *dominorum non dominus, sed dispensator, &c. familiæ in usu abundantiæ non est dispensativus; quia omnem ibe-*

Examen Ecclesiast.

dentiam, quam debebat prius suo Superiori, debet Papæ.

RELIGIOSUS MINIMUS

1868 Creatus Episcopus, tenetur ad vitam quadragesimalem, Peyr. *tom.* 3. *priv. cap.* 14. *num.* 3. Mortoya, Ledes. & Vasquez contra Pellis. Tagund. Diana *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 50. Bard. *res.* 125. *n.* 29. quia est votum illis essentiale compossibile; patet ex verbis professionis; *Novo flore, & perdurare tam tempore vitæ meæ sub vita, & regula Fratrum Ordinis Minimorum, perseverantes vivendo sub voto paupertatis, castitatis, & obedientiæ, & quadragesimalis vitæ.* Hinc Peyr. *cit. n.* 2. retert, Imperatorem Inquisit. Hisp. prohibuisse quodlibeta Lareddæ, donec corrigantur, in quorum dixit, votum vitæ quadragesimalis non esse essentiale in Ordine Minimorum. Debemus igitur eodem modo dicturere de hoc quinto voto pto Minimis assumptis, quo discurrimus de aliis tribus pro aliis Religiosis.

1869 Tum quia (ut refert Peyr. *cit. n.* 3.) tres Summi Pont. Paulus V. Greg. XV. & Urb. VIII. cum tribus Minimis assumptis hoc voto dispensavere. Et præsertim Urb. VIII. in examine Petri Francisci Castellari pro Episcopatu Capuliensi, cum interrogaret, an factus Episcopus teneretur ad votum vitæ quadragesimalis, & cùm dixisset, non teneri, respondit Papa: *Ecce, teneris eum*; & parùm defuit, ut excluderetur, noluit tamen cum eo disputare. Idem est dicendum de ejectis.

RELIGIOSI PERPETUO EJECTI,

1870 Ut damnati ad tridentea, tenentur omnino ad castitatem. Eorum verò vota paupertatis, & obedientiæ non sunt extincta quoad substantiam, sed suspensa quoad executionem, & actum secundum, ratione status, cui eorum executio non conpatitur; unde non tenentur obedire Superiori regulari, nisi quoad regressum, si evadant, ut redeant; minimè quoad alia, quia extra Religionem carent Superiore regulari, & per ejectionem nequeunt constitui extra ejus subjectionem.

1871 Ejecti, bonorum, quæ obtinent, solum habent usum, & administrationem, non dominium, quod acquirunt, non Monasterio, cujus non sunt membra, sed Ecclesiæ, in qua habent beneficium; vel Episcopo loci, si id non habeant, & non sint exempti. Si autem beneficium non habent, & sunt exempti, acquirunt Papæ.

1872 Ejectos, & damnatos ad tridentea non teneri ad præcepta regulæ, docent cit.

DD. quod etiam Pellizz. & Bord. extendunt ad recitationem Divini Officii, quatenus hoc est unum de obligandis, & præceptis regularibus ; & quatenus consuetudo recitandi est intra, non extra Religionem. Sed eos ad divinum Officium teneri, docent Rodr. Bonac. Gav. Navar. Suarez, & alii: *v. n. 4-7.*

1871 Item dicunt, ejectos non teneri ad alia vota præter essentialia, excepto voto de non procurandis, aut acceptandis dignitatibus extra Religionem, quod semper durat, ex Decr. Urb. VIII. die 21. Maji 1635. Suarez autem, & Bonac. volunt, teneri, etiam ad alia vota specialia.

1874 Ejectus per sententiam, si ante ingressum habebat votum simplex Religionis, post ejectionem non tenetur ingredi alium Ordinem ex vi prioris voti ; quia fuit exemptum per professionem solemnem. Port.

ÆRE ALIENO GRAVATUS.

1875 QUi prius Religionem vovit, tenetur ingressum differre, si brevi tempore solvere possit ; secùs si non possit, nisi intra longum tempus, & cum periculo damnationis. Potens solvere, si ingrediatur, & profiteatur, professio est illicita, quia contra justitiam creditorum, sed valida, & tunc nec Monasterium tenetur solvere, nec ipse tenetur laborare, aut egredi ad solvendum. Gobat *cum aliis tom. 3. de voto num. 29. & seqq.* quia professio Religiosa extinguit omne debitum civile. Insuper est æquivalens cessio bonorum : *v. n. 1253. ad 1258.*

QUÆRES

1876 *Latens quidam Ordinis Minorum fuit pro Novitio admissus ante annum 18. & professionem emisit anno sequenti contra constitutiones Religionis, & summorum Pontificum Clem. VIII. & Innoc. X. præcipientes, ut nullus prolatus approbetur, qui 20. ætatis sux annum non explevit, & sequenter, quod non profiteatur, nisi post 21. Et quia id fuit scienter factum tam à Novitio, quam a Superiore ; ideo quæritur, An sua professio sit nulla, & inde liber à votis?*

1877 NAvar. & Castill. apud Peyr. *de Prat. q. 3. cap. 1. §. 6. num. 166.* tenent, talem professionem esse nullam, & ad nil obligare. Quia quando datur alicui potestas ad aliquid faciendum, & simul præscribitur forma, forma non reservata, actus est irritus.

1878 Resp. tamen, laicum, qui polt 16. suæ ætatis annum expletum, licet ante 21. professionem emisit, esse validè professum, & teneri ad vota, non obstante scientia defectus & Constitutionum, Bord. *resol. 121. nu. 14.* Pellizz. *tr. 3. cap. 1. num. 37.* Rodr. Port. & aliorum Peyr. quia illatæ Constitutiones solùm prohibent, non irritant professionem antea factam ; nulla enim est apposita clausula irritans, sicut apponit expressè Trident. contra professos ante 16. ætatis annum completum : ac proinde ejus professio tenet, juxta illud ex cap. *Ad Apostolicam de Regul. Mutrafalla tenent, quæ fieri prohibentur.* Tum quia Pontifices cit. expressè id prohibent non in ordine ad validitatem professionis, sed in ordine ad habilitatem ad labores, ad quos pro Monasteriorum servitio laici sunt destinati.

Idem est etiam proportionaliter pro aliis Religionibus dicendum ; quoniam extat Declaratio S. C. Concilii 2. Novembris 1582 quam refert Peyr. *de Rel. Prat. q. 3. c. 1. §. 6. n. 160.* Superiores verò, qui scienter admisit, incurrit in pœnas contra male recipientes per cit. Pontifices fulminatas.

1879 Ad rationem in oppositum. Resp. formam illam, quod requiratur annus 20. non esse substantialem, sed accidentalem ; ac proindè, ejus defectus non invalidat actum, in rebus namque moralibus forma illa dicitur substantialis, sine qua actus valere non potest in cujus præscriptione ponitur decretum irritans expressè, v. g. *eorum decretum, aut quidquid contrarium, &c.* vel saltem implicite, v. g. *aliter fieri non possit : ut in n. 157.* Bord. *rel. 138. n. 5.* forma verò illa dicitur accidentalis, quæ caret aliquis clausulis ; & cùm hoc secundum pareat in præmissis verbis Constitutionum, sequitur, quòd talis forma non sit substantialis, sed accidentalis ; & propterea ejus defectus non invalidat actum.

1880 Hac ratione S. Congr. Conc. cit. pro quibusdam juvenibus ante annum 18. professis in Ordin. Minim. ubi præscribitur, quòd *capiantur, dummodo ad minus 18. annum attingant* ; sancivit, eorum professionem esse validam, his verbis. S. Congr. Conc. *censuit professionem illorum esse validam, &c.*

INTERPRETATIO VOTI

1881 ESt strictè facienda, ut minus obliget, ex *cap. Ex parte, de jureju.* Quia votum est onus : quod homo sibi contra libertatem imponit ; unde habet vim legis positivæ humanæ : ——

1882 Pro tollenda autem æquivocatione particulæ *strictè, & benignè*, habeas, quod interpretatio voti fieri debeat strictè voto, benigna voventi : quia strictio est ad favorem voventis, & ut magis eum obliget judeque

vota sunt intelligenda secundum proprietatem verborum, communem usum loquendi patriæ, hominum acceptationem, & legum dispositiones.

1883 Qui vovit quotidie quid dare pauperi, si hodie non dat, tenetur illud dare cras, quia hæc fuit intentio rationabiliter interpretativa voventis.

1884 Qui vovit singulis mensibus communicare, non peccat, si per duos, aut tres dies differat : quia parum pro nihilo reputatur ; & hæc intentio præsumitur in emissione voti.

1885 Si fuisti in mora, sive inculpabiliter, sive culpabiliter, & inde accidit difficultas notabiliter ex parte materiæ pro executione : non teneris, aut saltem suspenditur votum ; quia intentio voventis non præsumitur fuisse de re obligando in eventu talis difficultatis. Gobat *tom. 3. de voto n. 246.*

1886 Qui Panormi existens vovit se bis visitaturum B. Virginem Drepani, non satisfecit, si uno accessu duos accessus ; quia ex communi acceptatione per duas visitationes intelliguntur duo itinera, seu duæ peregrinationes, Gobat *cit. n. 241.*

1887 Parochus incola, qui simul, aut successive vovit peregrinari Romam, & B. Virginem Laureti, satisfacit, si accedat Romam, & inde Lauretum ; quia hæc est intentio tacita voventis. Gobat. *cit. n. 256.*

1888 Votum abstinendi ab ovis, non obligat ad abstinentiam lacticiniorum, nec è converso, nisi expressè comprehendat ; quia ova, & lacticinia distinguuntur. Voto audiendi Missam quotidie, satisfit, si die festo audiat tantum unam, sicut cæteris diebus, quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies transeat sine Missa. Votum de recitando Rosarium impletur per tertiam partem, quia hæc nomine Rosarii solet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane & aqua obligat sub mortali ad abstinentiam vini, aliorum ciborum, nisi excuset parvitas materiæ. At si semel illud fregisti bibendo vinum, aut comedendo alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Ecclesiæ, quia jejunium in pane & aqua prohibiti, quod per primam vini potationem, &c. est tibi tactum impossibile. Nec impletur per panem coctum cum parva quantitate olei, nec per machetones coctos cum sola aqua, quia in casu, licet materia olei sit parva, non est panis, & aqua ; in 2. licet sit farina, in usu hominum non sunt panis ; impleret tamen si panem coquas cum sola aqua, sicuti si ganeum asses.

1890 Qui emisit votum virginitatis, integritate carnis voluntariè dependita ; adhuc tenetur ad votum, quia virginitas, ex Scoto *in 4 dist. 1. q. 6. lit. C. est virtus rationem ad servandam puritatem mentis, & corporis.* Hinc virginitas non distinguitur à castitate peipetua quoad absolutum, nempe prout importat propositum continendi perpetuò, sed solùm quoad connotatum, nempe prout connotat integritatem carnis, & carentiam actus præteriti ; adeòque integritate carnis semel depcidita, virginitas, licet non possit obligare quoad connotatum, potest obligare quoad absolutum. Scotus *in 4. distinct. 31. quæst. unic. lit. C.*

1891 Juvenis studiis applicatus emisit votum Religionis, ex aliquo autem defectu scientiæ non est admissus pro Clerico ; vel post votum factus est irregularis, ut non possit ascendere ad Ordines : non tenetur ingredi Religionem in statu laicali ; quia votum cessat, quando notabilis mutatio superveniat, quæ rem promissam in alio statu moraliter diverso constituat. Et onerosum esset obligare ex voto ad assumendum statum laicalem in Religionem eum, qui poterat esse Sacerdos. Eadem ratione ille, qui in adolescentia vovit Religionem, deinde factus senex, vel debilis, non obligatur ingredi Religionem ; quia est notabilis facta mutatio.

QUÆRES I.

1892 *Petrus dicens post plures annos conjugi filios desperans, vovit dare majorem partem bonorum cuidam Ecclesiæ : ut quam post votum filium susceperit, quæritur. An votum teneat?*

Resp. tale votum superveniente filio, cessare ; 2. quia est notabilis facta mutatio ; 2. quia donatio etiam facta Ecclesiæ, supervenientc filio, ruit. Suadetur ; donatio facta alteri, quam loco pio, ex communi ruit hac ratione ; quia nemo præsumitur rem suam alteri donare in casu supervenientis filii, nisi expresserit se non revocaturum ; etiam supervenientibus filiis : unde tales donationes semper inhibunt implicitam conditionem : *si melius non sit filius* ; quæ ratio æquè militat in casu nostro de donatione facta Ecclesiæ, etiam si sic voto aut juramento firmata. Non obstat ratio opinionis oppositæ ; quia Ecclesia non succedit loco filiorum, sed in defectu filiorum.

Quod si vivente patre, filius, qui supervenit, moriatur, revivisset donatio, quia facta in tali donatione dicitur involvi implicita conditio, *Si filius non sit* ; & ideò superveniente filio, donatio expirare ; ita m expiratione dici debet involvi aliam implicitam condi-

tionem: *Si filius superveniens non maneatur vivanta patre*, & isto præmoriente filio, comatio debet resurgere, & quidem talis est affectus donatoris, ut non velit Ecclesiam privare re promissa, nisi intuitu filiorum: *v. n.*

QUÆRES II.

1893 *Quis emisit votum peregrinandi Romam: accidit, ut exoptatum Jubilæum anno 1700. ob occurrentia, tandem illud differre. Quid?*

R Esp. satisfecisse. Gobat *tom. 3. de voto n. 241.* Castropal. *tract. 15. disp. 2. punct. 12. num. 9.* qui adducunt exemplum de Sacerdote, qui potest satisfacere Sacro ex voto per Sacrum, ad quod tenetur ex stipendio. Ratio est, quia talis rationabiliter præsumitur intentio voventis. Idem dicunt, si accesserit recreationis causa, sed animo satisfaciendi etiam suo voto.

Quòd si votum fuit de accedendo pedester; & ex occasione famulatus accesserit equester, non satisfecit, si intentio fuit de patiendo molestias itineris pedestris cum intuitu principali ad devotionem. Potest tamen petere commutationem quoad modum eundi pedester. Satisfecit vero, si modus accedendi pedester fuit cum intuitu ad expensas minuendas, & si ad devotionem, non tamquam motivum principale, sed accessorium, ex intuitu minuendi expensas.

QUÆRES III.

1894 *Quis post votum peregrinandi ad certum locum habitationem plus distantem, ita ut peregrinatio evidenter differtur. An teneatur ad votum?*

R Esp. teneri, si excessus difficultatis sit levis, puta si in peregrinatione decem dierum excessus esset per unum, aut alterum diem.

Non teneri autem, si excessus sit notabilis, puta per aliquot tres, aut quatuor dies, quia est notabilis facta mutatio ex parte materiæ, quam si prævidisset, non vovisset. Sed tunc suspenditur votum, ita ut, si redeat, ad priorem, aut propinquiorem habitationem teneatur ad illud. Gobat *cit. n. 245.*

E converso, si incipiat habitare in loco voti, satisfacit, si è domo ad Ecclesiam vicinandam pergat, & votum perficit. Gobat *cit. n. 246.*

QUÆRES IV.

1895 *Quis debuit visitare D. Rosaliam in monte, postea vovit visitare Sanctissimum Crucifixum in monte D. Rosaliæ. An utrique voto satisfacere possit unico actu, seu accessu?*

R Esolutio est desumenda ex intentione voventis. Si igitur, quando secunda vice vovit, cogitavit ad laborem accessus, vel utrique voto diversos dies executionis assignavit, certum est, eum non satisfacere unico accessu: licet è contra certum est, eum satisfacere, si quando secunda vice vovit, intendit unico accessu adimplere. At si non cogitavit distinctum laborem, tunc (quidquid dicat Diana *p 3. resol. 6. ref. 86.*) si vera incidunt eadem die, tunc utrique satisfacit unico actu, putà uno accessu. Id posset accidere, si visitatione D. Rosaliæ vovit pro die ejus Natalis 4. Septembris, visitationem vero Crucifixi pro prima feria sexta Septembris, & eadem anno dies quarta Septembris elicit primâ feriâ sexta.

Si autem vota non coincidunt eodem die, tunc non satisfacit unico actu, videlicet uno accessu, quia vota distincta important obligationes distinctas, adeòque votum superveniens distinctum actum exposcit.

1896 Nec obstat dicere, quòd unico actu auditionis Sacri satisfieri possit duplici præcepto: quia partes nobis fayet, unica namque auditione Sacri satisfacimus duplici obligationi, & præcepto, si coincidant eadem die, ut si die Dominico contingat festum Apostoli: minimè si diverso die. Ita in re nostra, qui vovit audire Sacrum quolibet die Sabbati, & tunc aliquo Sabbato contingat festum de præcepto, utique unico Sacro utrique obligationi satisfacit: at qui vovit audire Sacrum non determinando tempus, non satisfaciet, unita auditione, præcepto, & voto, nisi quando vovit, id cogitaverit, seu intenderit.

In dubio de distincto labore, & obligatione, interpretandum est pro distincto labore, &c. quia regulariter sic vota distincta emittuntur.

QUÆRES V.

1897 *In periculo naufragii vovit Religionem: modo dicit, quòd si tunc Sacerdotium venisset in mentem, hoc, non Religionem vovisset. Quid?*

R Esp. Gobat *tom. 3. de voto n. 308.* teneri ad votum, si plena consideratione Religionis vovit, non teneri, si periculum fuit ita repentinum, & præsens, ut non reliquerit illi spatium cogitandi, nisi de Religione, & remisse, idque ex defectu plenæ deliberationis, quia ad valorem voti requiritur saltem tanta deliberatio, quanta ad peccandum mortaliter, ad quod requiritur tantum spatii, quantum sufficit ad discernendum inter duo, nempe inter bonum, & malum: ita ad vendum requiritur tantum spatii, quantum sufficit ad discernendum inter duo, v. g. inter Religionem, & castitatem, aut saltem inter Religion's carentiam: Si tamen consideravit Religionem, & ejus rigorem, ac asperitates, dicendum est validum votum, quia plene deliberavit.

QUÆRES VI.

1898 *Qui vovit ingressum Religionis, si ejus frater Panormum veniret. Expellatur dextram an sit, & sinistra: dic 1. An possit urbare?*

R Espondeo pendet ex dictis à n. 1791. & infrà de votis reservatis conditionalibus, à n. 1009. nam ly *si*, vel fuit vera conditio intenta, & ejus amore emissum votum, & tunc votum non est reservatum, sed conditionatum, & post tam longum tempus cadit, & qui vovit, potest rubere; quia non potest rationabiliter præsumi, quòd intentio voventis fuerit expectare tam longum tempus, nisi expresserit, aut nisi circumstantiæ sint tales, ut id suadeant: imo rationabiliter præsumitur oppositum: tam præsumptio hic ex regulariter contingentibus.

1899 Si particula *si*, valuit pro *quando*, utique votum erit reservatum; sed ejus valor, & obligatio non incipit, nisi adveniente tempore præfixo, aut tempore rationabiliter conferendi intentionem voventis.

Dixi: *aut tempus confumi, &c.* quia vel adventus fratris fuit intentus, ut causa impulsiva, seu per accidens, & tunc tenetur Religionem ingredi, aut prævenire, ne postea impediatur, aut reddatur inhabilis, consideratæ ætate voventis, juxta dicta in locis cit. quia tam longa expectatio non potest præsumi, nisi exprimatur.

Vel adventus fratris fuit intentus, ut causa, & motivum principale voventis, seu ita ut votum fuerit emissum dependenter ab illo: quod potuit esse, quatenus per præsentiam fratris intendebat se expedire a cura Matris, Sororis, & Neptis, &c. quod sine illo commode obtinere non valet. Et tunc paritèr votum cadit eadem ratione, quia non potest præsumi, quòd ejus intentio fuerit expectare per tam longum tempus, nisi expresserit, &c. Unde tunc conditio reputatur, ac si cessasset. Votum autem conditionale (ut docet communis) cadente conditione, sub qua est emissum, cadit *v. n. 1805.*

Totius resolutionis ratio est: quia votum ejusque valor, & obligatio, omninò pendet ex intentione voventis: *n. 1891.*

Consultius tamen erit, si petat dispensationem, saltem ad cautelam.

QUÆRES VII.

1900 *Puella, quàm facilis ad vovendum, tam constans, & facilis ad votum violandum, fœminarum naturalis confessarius laudavit, præsertim nullum intuere votum inconsulto confessario, vel si quod viderat ex inconsulto, irritum fore. Hic non abhuit, votum Religionis emisit, & paulo post confessori juxta mentem pœnituit: Quid respondebit*

R Gobat. *tom.* [illegible] hæc puella, quando vovit, fuit immemor pacti cum confessario inita, vel memor. Si immemor, votum est nullum; quia mutatio voluntatis non debet præsumi, sed probari; unde cùm hoc non possit probari, præsumitur habitualiter permanere voluntatem non obstringendi se voto sine approbatione.

Si memor, & plene consensit, validum est votum; quia jam mutatio probatur.

1901 Si pactum fuisset sua vota non subsistere, nisi à confessario ratificata, utique non obligaret votum ante ejus ratificationem: Ac ea secuta, votum esset reservatum; quia talis conditio æquivaleret conditioni à natura, vel à jure appositæ, juxta *n. 1791.* At inconstantia daret causam ad dispensationem faciliter obtinendam.

Dixi: *& plane inconstans.* Prudens enim confessarius advertere debet, an in tali voto fuerit in puella plenus voluntatis consensus, an veto sola intellectus consideratio, & firma adhæsio in illud, quamvis puellæ ex errore, aut scrupulo appareat voluntatis consensus: in hoc namque casu non erit votum, quia non liberum, & voluntarium; nam talis consideratio, & firma adhæsio intellectus, est actus naturalis potentiæ naturalis. Ad quod discernendum facimus *dicta a pag. 21. ad 22.* & infra de peccato mortali.

DUBIUM IN VOTIS.

1902 Si rationabiliter dubites, an voveris, vel juraveris, an fuerit vera promissio, vel simplex propositum, ad nil teneris, quia possidet libertas. Si sis certus de voto, & dubites, an impleveris, teneris implere: quia possidet votum, utpotè prius: *v. n. 40.*

1903 Si sis certus de voto, sed dubites, an habueris usum rationis, & perfectam deliberationem; si vovisti ante septennium, non obligaris, quia possessio stat pro libertate, & in illa ætate non præsumitur sufficiens deliberatio. Si post septennium, obligaris, quia possessio stat pro voto: nam tunc præsumitur usus rationis, nisi constet oppositum.

1904 Si dubites de materia, teneris ad alteram partem; potes tamen eligere, quod minus

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS FACULTAD DE TEOLOGÍA

est; unde si vovisti te non habiturum copulam cum muliere, & dubites, an intellexeris de copula licita, potes nubere. Si vovisti jejunium, & dubites de abstinentia à lacticiniis, teneris jejunare, sed non abstinere à lacticiniis. Demum, si dubites, an votum habuerit aliquam imperfectionem, qua non sit reservatum, & proinde dubites, an sit reservatum, te posse tenere, quod habuerit imperfectionem, & quod non sit reservatum, ait Tamb.

1905 Aliquando tamen non potes eligere minus, quando ex communiter contingentibus, ex usu loquendi, aut aliis adjunctis, colligitur te promisisse majus. Unde, si vovisti calicem, & dubites, an argenteum, vel stanneum, debes argenteum, saltem quoad cuparn; quia hic venit nomine calicis.

OBLIGATIO VOTI CESSAT.

1906 VEl ex natura rei, vel ex authoritate humana.

EX NATURA REI CESSAT.

PRimò, si materia evadat turpis, indifferens, aut impeditiva majoris boni. Secundo, si evadat impossibilis, etiam sibi fuerit ex tua culpa.

1907 Tertiò, per mortem voventis, non minùs quàm obligatio matrimonii; eò maximè, quia vovens usque ad mortem obligare se intendit. Hinc, si Religiosus professus resurgeret; licitè nubere posset, nisi esset sacris initiatus: quia character Ordinis est indelebilis ab anima, unde ille resurgeret verus Sacerdos, si sacerdos fuisset. Mendo n. 61.

1908 Quarto, si cesset finis. Unde, si vovisti dare eleemosynam Catharinæ pauperi, & hæc evadat dives; vel ad reparandum Ecclesiam, & hæc propter infideles reparari non permittatur, vel periculum supervenirat, ut urbs ab iis capiatur, ad nihil teneris.

1909 Item adolescens nobilis secundogenitus emisit votum Religionis, ne ob exiguum patrimonium committeret aliquid suæ conditioni indecorum; ille, mortuo fratre majori, factus est primogenitus; non tenetur ad votum, si vivere sine dedecore ob exiguum patrimonium non fuit causa impulsiva, nec finis accessorius, sed principalis, licèt partialis: quia tunc per acquisitionem Majoratus cessat causa finalis principalis partialis, & cessante fine principali partiali, cessat votum. Ant. à Spir. S. *tr. 1. tr. 5. disp. 2. sect. 28.* cum Sanchez *n. n.* 1832. 1833. 1834. Non cessat autem excellatione causæ impulsivæ, *v. n.* 1805.

1910 In dubio, an causa fuerit motiva, & finalis, vel impulsiva: standum est pro voto, quia possidet. Mendo in Epit. ver. Votum, *n.* 4. contra plures apud Gobat *tom. 3. de vot. n.* 391.

NOTABILI MUTATIONE SUPERVENIENTE.

1911 QUæ mutatio non debet se tenere ex parte voti, sed præcise ex parte materiæ voti: non enim debet consistere in hoc, quòd supervenerit aliqua causa, quæ si extitisset tempore voti, votum non fuisset emissum; sed in hoc, quòd sit circa materiam, taliter, ut materiam promissam in re aut in hominum existimatione diversam constituat; & tunc habetur, quando res judicio prudentis est constituta in statu moraliter diverso, aut notabilis est difficultas ex parte rei promissæ. Ant. à Spir. S. cit. qui inde infert cum Navar. Tanc. Anton. & aliis.

1912 *Si quis post votum Religionis sacrilega temeritate matrimonium, si post multos annos matrimonii ejus uxor moriatur, non teneri ingredi Religionem ex vi voti, etiam si in convento sine viris sufficienter ad anus Religionis sustinendum; facta est enim magna rerum mutatio: difficillimum enim esset hunc hominis situs, & familiam deserere, & alterum sexum se subire. Sed sic docendum est, si post sex menses matrimonii ejus uxor moriatur.*

1913 Illud est verum, obligationem voti aliquando suspendi ad tempus, quando causa cessationis non est perpetua, sed temporanea.

QUÆRES

1914 *Mulier post votum Religionis matrimonium contrahit, post plures annos marito mortuo relicta est dives sine filiis. An teneatur Monasterium ingredi?*

REsp. Teneri, si non evaserit infirma, nimis debilis, aut annum quinquagesimum excesserit, non teneris, si secùs. Gobat *tom. 2. tr. 3. c. 38. n. 94.*

Ratio primi; quia nuptiæ sacrilegè celebratæ non fuerunt vinculum voti; nemo enim de sua malitia commodum reportare debet, *cap. ... intelligimus de translat.*

Ratio secundi; quia tunc est notabilis facta mutatio ex parte materiæ.

AUTHORITATE HUMANA CESSAT VOTUM

1915 TRipliciter, commutatione, dispensatione, aut irritatione.

COMMUTATIO.

1916 *Est translatio voti in aliud opus æquale, aut parùm minus, sub eadem obligatione.* Fieri potest extra Confessionem. In melius fieri potest authoritate propria. Æquale fieri debet authoritate Ecclesiastica. In nonhiliter minus fieri non potest, nisi commutans velit & possit advigere dispensationem. At in manifestè æquale posse fieri authoritate propria, probabile putat Gobat *tom. 3. de vot. n. 358. cum multis.*

1917 Qui potest dispensare, potest commutare, non è converso, quia commutatio est pars dispensationis.

1918 Vota omnia, exceptis quinque reservatis, commutare possunt Episcopi, ex privilegio Regulares, & Confessarii per Bullam, aut Jubilæum. Alii Confessarii possunt peccata contra vota absolvere, nisi sint casus reservati; non possunt tamen commutare: *v. n.* 1712. & 1962.

1919 Vota Novitiorum, etiam in sæculo emissa, & compossibilia cum Novitiatu, commutari possunt, & dispensari à Prælatis. Imo commutari possunt in labores, & asperitates Novitiatus, etiam ex sola voluntate Novitii, quia in melius, ait Pelliz. Et tamen non extinguuntur, sed suspenduntur; ita ut, si Novitius è Religione egrediatur, revivisc.nt. Idem dic de prælato, si professionem annullet. *v. n.* 1987.

1920 Per professionem Religiosam ipso jure extinguuntur omnia alia vota realia, aut personalia, ante professionem, sive in Novitiatu & de superioris licentia, sive in sæculo emissa, etiam reservata, *ex cap. scripturæ de voto 4.* Quod est extinguri potius per viam plenissimæ solutionis, quàm commutationis. Pyrhing. *in tom. 4. sect. 34 § 5.*

1921 Non extinguuntur tamen vota realia à tertio acceptata; quia tranfiere in contractum. *v. n.* 1924.

1922 Si facta commutatione velis implere primum votum, potes, quia est facta in tui favorem, & includit implicitam conditionem: *Si tibi placuerit.* Insuper postquàm à materia subrogata ad commutatam redisti, potes iterum ad subrogatam redire. Castrop. *de vot. d. 2. p. 18. n. 13.* quia per reditum ad commutatam non renunciasti potestatem utendi subrogata; tunc renunciasses, quando per novum votum ad commutata redisses. Ant. à Spir. Sanct. *de vot. sect. 42. n. 106.* Si materia, in quam primum votum fuit commutatum, evadat impossibilis, inepta, indifferens, aut impeditiva majoris boni, non teneris redire ad prius votum, si commutatio fit facta authoritate Ecclesiastica; quia hæc subrogat aliam materiam, & simul extinguit obligationem priorem. Tenetis redire ad prius, si sit facta authoritate propria; quia hæc non transfertur obligatio in materiam subrogatam, sed solum fit soluto Deo per æquivalens.

Votum non perendi commutationem, aut dispensationem, nisi à Summo Pontifice, potest commutari, aut dispensari. Votum juramentum sit sequens sive concomitans votum, nempe, sive dicas: *Juro me jejunare, sicut voveo*, sive, *Voveo, & juro me servaturum*; quia juramentum nisi aliud facit, nisi confirmare promissionem Deo factam. Castrop.

1924 Vota, & juramenta in favorem tertiæ personæ edita, commutari possunt, si non sint acceptata: minimè, si sint acceptata, quia acceptatio facit ea transire in contractum, & acquirit jus tertio, ac proinde commutatio cedit in præjudicium tertii.

1925 Ita communis contra de Lugo *in disp. 29 de just. n. 11.* Qui teneat, posse commutari, quia principaliter tenduntur in Deum tamquam finem, cujus gratia fiunt: Pauper verò est finis cui, ac proinde accessorius, & minus principalis. Unde si votum, ut respicit Deum, potest commutari, aut dispensari, ita ut respiciat tertium: quia hic est accessorium, & sequitur naturam principalis.

1926 Hinc votum, aut juramentum dandi certum annuum determinatæ Ecclesiæ, ab ejus Parocho acceptatum, posse commutari, aut dispensari ea invito, & à fortiori posse ad aliam Ecclesiam commutari, ex majori proclivitate voventis, cum talis commutatio localis sit in æquivalens. At non est recedendum à sententia negativa communi.

DE CAUSA COMMUTATIONIS.

1927 AD licitam commutationem *in melius* non requiritur causa: *si non in melius*, requiritur causa, sed longe minor, quàm ad dispensandum; quia dispensatio obligationem extinguit, commutatio verò eam de una in aliam materiam transfert, & solùm aliquantulùm minuit.

1928 Causa potest esse repugnantia parentis, aut viri etiam in illis, quæ iis non præjudicant. Levitas voventis, Inconstantia, Fragilitas cum periculo violandi, Indifferentia, &c. Et sat est, quòd sit talis, quantum sufficit, ne vovens dicatur imprudenter mutasse propositum. Et generaliter causa, quæ sufficit ad dispensandum, à fortiori sufficit ad commutandum, etiam cum commutatio dispensatio admittatur. Imo ex pluribus, ad commutandum in æquale sufficit major inclinatio voventis: *v. n.* 1958.

1929 Commutatio facta sine causa est sinplenda quoad excessum, si fit facta in minus.

Quan-

1931 Quando fit per Bullam, aut Jubilæum, non requiritur causa, seu sufficit ipsum privilegium: Imo in Bulla accedit subsidium temporale.

DE PRAXI COMMUTATIONIS.

1932 NOn præsti certa regula tradi, sed id est prudentiæ commutiendum. Et quidem, 1. Non est necesse, ut votum personale commutetur in actionem personalem, & reale in realem. 2. Nec ut fiat in favorem ejus Sancti, aut Ecclesiæ, in cujus gratiam est factum, licet sic conveniens. 3. Nec ut materia subtroganda sit perpetua, sicut est votum. 4. Nec excellentia virtutis materiæ subrogandæ est considerandæ in se, sed in ordine ad voventem.

1933 Hinc, si vovisti disciplinam in sanguine ad motus carnis compescendos, melius est, si commutatio fiat in jejunia, quàm in orationes; cuia licèt oratio in se sit excellentior jejunio, in ordine tamen ad ipsum voventem melius est jejunium.

1933 Attendi igitur debet in commutatione voti, & subrogatione materiæ, ut cultus Dei (nisi dispensatio misceatur) aqualiter, aut parùm minus, quantum humana fragilitas permittit, servetur, cum respectu tamen ad salutem voventis, ita ut ea materia eligatur, quæ sit magis conducibilis ejus saluti: & conveniens est, ut confessarius commutans, plures materias ejus optioni offerat.

1934 Illud tamen est certum, ut non possit subrogare materiam alias præceptam, aut ad quam ille alias sub gravi obligatione tenetur; quia id cederet in notabilem divini cultus jacturam. Gohat *tom. 2. tr. 3. n. 302.*

1935 Consultius est, omnia vota in frequentiam Sacramentorum commutare, quia sunt cæteris operibus meliora ad utilitatem spiritualem voventis.

1936 *Votum jejunii in tanc, & sanc.* commutat Tamb. in eleemosynas, aut in recitationem integri Rosarii, & disciplinam, vel in confessionem, & communionem.

1937 *Votum eleemosynæ*, commutat Bardus in servitium Hospitalis aut diebus, quæ putantur sufficere ad compensandam eleemosynam, & e converso.

1938 *Votum assumendi Sacerdotium*, aliqui commutant in recitationem quotidianam Officii B. Virginis, aut septem Psalmorum cum Litaniis, & in confessionem ac communionem bis in mente, & in faciendum celebrari Sacrum singulis mensibus, & ut voveat castitatem, vel ut jejunet singulis sextis feriis, si nolit castitatem servare. Bardus loco Officii Virginis, aut septem Psalmorum, imponit onus recitandi quotidie Horas Canonicas, aut frequentiam Sacrarum Aularum.

1939 *Votum simplex, & absolutum castitatis, aut Religionis*, non esse capax quæ commutationis, sed admittendam esse dispensationem à Papa, aut ejus delegato, tenet Sanchez. Adde esse observatum, ut neque vi Jubilæi possit commutari, nisi exprimatur. Cæterùm, si in aliquo Jubilæo daretur facultas illud commutandi, posset commutari.

1940 *Votum Castitatis*, Bardus. & Suarez commutant in castitatem conjugalem, in confessionem, ac communionem singulis mensibus, in faciendum celebrari decem Sacra singulis annis, in recitandum quotidie tertiam partem Rosarii, & in jejunium singulis sextis feriis.

1941 *Votum Religionis*, commutant in statum Sacerdotalem, aut castitatem conjugalem, & in recitationem Divini Officii quotidie, aut integri Rosarii, in jejunia Religionis illius, in aliquas eleemosynas singulis annis in honorem Sancti Fundatoris illius Religionis, & in Confessionem, ac Communionem bis in mense.

1942 *Votum Religionis*, non commutatur æqualiter per assumptionem ad Episcopatum. Leander de voto, contra Henriquez: quia licèt status Episcopalis secundùm se sit perfectior, status tamen Religionis in ordine ad voventem est melior, quoad ejus utilitatem spiritualem. Hinc *in cap. per tuas de voto*, Innoc. III. requisitus ab Episcopo Gratianopolitano, qui ante susceptum Episcopatum votum ingrediendi Religionem emiserat, respondit: *ita tuam assumptionem juvare conscientiam, regimen vestræ Ecclesiæ, & votum diffinitum retinuit.*

1943 Hæc ratione, *Votum de non procurando Episcopatum*, est validum, sic & *votum de eo non accipiendo*, si fit recta intentione emissum, videlicet dummodò utilitas Ecclesiæ, & præceptum superioris non urgeat.

1944 Votum ingrediendi Religionem strictiorem, æqualiter commutatur in votum præstandi, & perdurandi in laviori, Leander *de voto tr. 2. disp. 16. q. 50.* Imò est in melius, dummodò in laviori vigeat observantia Regularis, nam si sit collapsa, commutatio erit illicita, & invalida.

Item æqualiter commutari in votum præstandi Religionem Canonicorum Regularium, docet Bardus *in Bullam §. 2. tr. 7. c. 3. sect. 2. §. 7. n. 44.* quia est vera Religio, & in communi vivit.

IN VOTO PEREGRINATIONIS

1943 COnsiderandò sunt labores itineris, & pericula, juxta longitudinem peregrinationis; inprimis expensæ, quas vovens esset facturus in accessu, & in mora per loca: hæc enim omnia vovens implicitè Deo obtulit.

Quæ computatio expensarum non est plus æquo extendenda, non enim computari debent expensæ, quas facere vellet vana ostentatione in vestium ornatu, equorum, ac famulorum comitatu, &c. quia talis vanitas, & excessus Deo non placet. Nec est plus æquo restringenda, ut computentur expensæ, quas faceret solus, aut cum uno, vel altero socio, ut vult Ledesm. cum Henr. & aliis apud Leandrum *de voto disp. 16. quæst. 44.* Sed est faciendæ de eventis, quæ vovens juxta decentiam sui status, & moralem ejusdem consuetudinem, in simili itinere erat rationabiliter facturus. Ita docet Leander. *cit. quia res æstimanda sunt moraliter, & prout sunt re ipsa fuisset.*

1946 Hinc, si Princeps judicio prudenti erat peregrinaturus publicè, majori erit computatio expensarum: quia majori comitatus, &c. Minor, si privatim; minor, si cum uno, vel altero socio, quàm si cum quatuor; sic servata proportione differatur de persona privata. Imo nullæ erunt computandæ expensæ, si nullæ essent futuræ, ut si ille peregrinaturus esset non equester, sed pedester, ante mendicando: tunc enim solùm computantur labores, & pericula itineris.

Labores, & pericula commutantur in opera pia, puta orationes, jejunia, &c. per quæ persona exercetur, & fatigatur. Expensæ, non est necesse, quòd mittantur ad Ecclesiam, & locum, quo eras peregrinaturus; sed possunt commutari in totidem eleemosynas elargiendas Ecclesiæ, pauperibus, & ad alia pia opera applicari.

1947 In commutatione expensarum dedici debent expensæ, quas tunc vovens erat domi facturus; quia illæ non sunt Deo dicatæ.

1948 Insuper ipsæ expensæ (si rationabilis causa adsit) possunt in alia pia opera commutari, puta orationes, jejunia, &c.

Semper tamen in commutatione voti peregrinationis adhi debent Confessiones, Communiones, & visitationes Sanctorum, ad quos erat peregrinatio directa.

DIFFICULTAS EST

1949 *An in commutatione sint æstimandæ expensæ, quas vovens erat pro regressu facturus?*

Affirmant, nisi vovens haberet animum non redeundi, Leander *cit. q. 47.* Bardus, Sanchez, & alii apud ipsum; quia tacitè reditus in voto includitur. Et probant *ex c. Magna devotionis 7. de voto in lib. 3.* ubi Innoc. III. vult habendam esse in commutatione rationem laboris, & expensarum, tam pro accessu, quàm pro regressu, his verbis: „Tibi, prout te, & „ famulis tuis, licentiam concedimus votum „ peregrinationis taliter commutare, ut expensas, quas faceras in eundo, morando, & „ redeundo facturus, alicui Religioso commit„ tas, &c. laborem etiam laboribus recommi„ tens.

1950 Negant Henriquez *lib. 7. c. 30. num. 5.* Rodr. *sum. 1. c. 100.* Graffius *lib. 2. dec. 30. num. 10.* Angles apud Leandrum *cit.* Gobat. *tom. 1. tr. 3. c. 9. n. 300.* hanc sententiam (quam sequor) totam verat; quia votum peregrinationis completur per accessum; & licèt vovens fuisset redi turus, reditus omninò accidit: quia poterat mutare propositum, & non redire, sed ibi manere: votum namque non fuit de reditu, sed de accessu.

1951 Non obstat textus, quia casus ibi est de peregrinatione Hierosolymitana, & in circumstantiis, in quibus Pontifex toto conatu studebat ad comparandas eleemosynas, auxilia, & media pro valido succursu pro liberatione Terræ Sanctæ ab infidelium manibus, ita ut etiam Cruciatam publicaverit; & ideò voluit, ut haberetur ratio expensarum reditus.

Insuper eodem textu disponit, ut dictæ expensæ transmitterentur in subsidium Terræ Sanctæ. Idem *in c. 8. & seq.* Innoc. III. eadem causa idem disponit, quod ipse Leander *cit.* observat, *& eamdem in q. 50.* fatetur non esse opus, ut in commutatione voti peregrinationis Hierosolymitæ eleemosyna eò transmittatur: & ad textum respondet, recensitam dispositionem tunc factam fuisse: *quia ut gibus necessitas succurrendi expeditionis bellicæ in illius Terræ Sanctæ subsidium, quæ necessitas cum hodie cessaret, non est necessaria ea vota commutanda, & ita inter alios commutari possit.* Ita Leander.

1952 Ita & ego dicam textum non obstare nostræ sententiæ, quòd in commutatione voti peregrinationis, solùm fiat compensandæ expensæ pro accessu, minime expensæ pro reditu: quia casus, & circumstantiæ, quibus loquitur textus, sicut non habent locum in aliis casibus peregrinationis, ita

non

non faciunt, ut eadem dispositio textus extendatur ad alios casus. Textus igitur non præbet doctrinam generalem: sed particularem illius voti commutationem.

1953 Idem tamen probo, ut sicut expensas pro reditu non computas, ita neque deducas: quia alias in re nequè computarentur expensæ pro accessu: nam, eum soleant esse æquales, compensarentur pro expensis pro reditu.

EXEMPLUM.

1954 PEtrus Panormi emisit votum peregrinandi ad Sanctam Domum Laureti, ibique offerendi cereum Virgini.

Præmissum votum sic commutatum. Labores, & pericula itineris, & visitationem commutatam in jejunium, & Rosarium, Confessionem, Communionem, & visitationem Ecclesiæ, aut Capellæ B. Virgini dicatæ Panormi, omnibus quolibet mense pro eo tempore, quo fuisset peregrinatio quantum ad accessum duratura, puta per tres menses: & in oblationem cerei semel eidem Ecclesiæ Panormi faciendam. Quòd si non esset habilis ad jejunium, disciplinas injungerem, & Rosarium multiplicatem.

Quantùm ad expensas, computatem expensas, quas erat rationabiliter facturus in itinere, & mora, solùm in accessu, & in loco præexecutione voti, non in reditu, deductis expensis, quæ eo tempore fuisset domi facturus: ita ut, si in accessu erat expensurus centum, & domi quinquaginta, injungerem ei, ut solveret quinquaginta in eleemosynam pro beneficio dictæ Ecclesiæ Panormi, vel pauperum.

Quòd si erat peregrinaturus non equester, sed pedester, tunc nullam haberem rationem ad expensas, quia nullæ fuissent, sed ad solos labores, & pericula peregrinationis pedestris, quæ cùm sint majora, præmissa pia opera duplicarem: quæque pariter duplicarem in casu peregrinationis equestris, si ob necessitatem, aut rationabilem causam oporteret expensas itineris in pia opera commutare.

Quòd si Votum fuisset etiam de elargiendo dictæ Ecclesiæ Lauretì domum stabilem, puta calicem centum aureorum; tunc conveniens est, ut calix ad eamdem Ecclesiam Lauretì transmittatur expensis ipsius commutantis, detrahendo scilicet ex quinquaginta aureis supra computatis pro expensis itineris, quinque, V. G. aureos, quantum sufficeret pro transmissione Calicis.

Dixi, *communes*, &c.; nam non est necesse, nisi domum illud fuerit à Rectore, aut Procuratore nomine dictæ Ecclesiæ Lauretì acceptatum, quoniam certum est, votum ad favorem tertii emissum posse commutari, si nondum fuerit ab illo acceptatum. Unde dictus calix posset alteri Ecclesiæ elargiri, imò in alia pia opera, rationabili causa exitente (ut dictum est) commutari.

QUÆRES I.

1955 *An commutatio* [illegible] *alii sit recundanda* [illegible] *bona materia, &c. si fiat &c.*

REsp. Si commutatio fiat post impletam conditionem, esse attendendam utramque materiam, puta *non ludi*, quæ est materia voti, & *eleemosynæ*, quæ est materia pœnæ in voto non ludendi sub pœna cereæ eleemosynæ; qua conditione posita, materia pœnæ transit in rem absolutè promissam.

Si commutatio fiat ante impletam conditionem, volunt aliqui, quòd non sit attendenda materia pœnæ; quia cùm non sit purificata conditio, non est jam promissa. At probabilius puto esse attendendam: quia votum non ludendi relatum ad pœnam est gravius, quàm non sic relatum: gravius namque est sic promittere, *Votum non ludere sub pœna cereæ eleemosynæ*; quàm solùm: *Votum non ludere*. Materia tamen pœnæ tunc non est accipienda secundùm totam suam gravitatem, sed judicio prudenti; quia cùm non jam sit incerta, sed pendeat à futuro eventu, multùm deficit à sua gravitate. Tamb. *tom. 1. lib. 3. cap. 16. §. 6. num. 7.*

QUÆRES II.

1956 *Petrus post quàm abstinuit commutationem voti de jejunio à quodam Religioso: emisit votum castitatis, putans posse ab eo, aut alio Religioso commutari. An hoc votum possit*

REsp. Gobat *tom. 3. de vitio num. 371.* hoc votum esse validum, & posse commutari.

Est validum ad differentiam voti castitatis emissi cum errore, quòd possit relaxari aut absolutè commutari: quia in illo error est quòd votum possit relaxari, aut commutari absolutè, & ideò est irritum: non sic in hoc. Petrus enim non putavit, quòd possit commutari absolutè, sed quòd possit commutari à Religioso, & sic est validum, *v. n. 1789.*

Potest autem commutari, & non est reservatum, quia voti obligatio pendet ex intentione voventis, & non potest plus se extendere. Unde, quia Petrus hic putans emisit votum castitatis cum levamine commutationis, quando ex causa opportuerit, non potest eo privari levamine.

DE-

DISPENSATIO

1957 *Si remissio, &c. relaxatio voti, sive in totum, sive in partem, manens Deo.*

CAUSÆ AD DISPENSANDUM

1958 POssunt esse, 1. Æres querilis, repertirà delinquio, aut metus, etiam ab intrinseco, in emissione voti, 2. Dubium de voto, aut de intentione obligationis, 3. Levitas, nimia facilitas voventis, & multiplicitas votorum, 4. Infirmitas, debilitas, necessitas, aut nimia difficultas ad exequendum, 5. Inquietudo, & scrupulorum molestia ex voti adimpletione, 6. Nimia fragilitas, facilitas, seu frequentia violationis, 7. Si votum est impeditivum boni communis; 8. Si cedat in detrimentum proprium, aut familiæ, ut peregrinatio. Ant. à Spir. Sanct. *tom. 2. tr. 5. disp. 2. sect. 36. n. 455.* Mendo *Epit. mor. tr. 1. n. 32. v. n. 1918.*

1959 Sanum consilium est, ut in dispensatione, aliqua commutatio misceatur.

1960 Dispensatio sine causa est invalida, quia non est dispensatio, sed dissipatio.

1961 Dispensare possunt in votis, & juramentis, Papa in omnibus etiam solemnibus, & castitatis: sed tunc dispensatus non remaneret amplius Religiosus; quia status Religiosus constituere non potest sine sua forma substantiali, cujusmodi sunt tria vota solemnia. Fagnanus *in lib. 3 de statu Monachorum. n. 43.* Unde non teneretur ille ad divinum Officium: nec ad præcepta Regulæ, quia mutaret statum. Communis. Vide infra in *mater. de voto.*

1962 Dispensare, & commutare possunt in omnibus votis (exceptis votis solemnibus, & quinque reservatis) & in quinque reservatis, in casibus, in quibus non fuerint reservati, *ut à num. 1958.* Episcopi, Capitulum sede vacante, Prælati Regulares in suos subditos, & Novitios circa vota, quæ intrarunt, vel novitiatu emiserunt: & ex privilegio erga sæculares, Confessarii Regulares: *ut in n. 1723.* Explici cum differimine.

1963 Primo. Confessarii Regulares id possunt etiam extra sacramentum. sed solùm pro foro interno conscientiæ: Episcopi verò etiam pro foro externo.

1964 Secundo. Quòd Episcopus potest aliis potestatem commutandi, & dispensandi delegare, quia ejus potestas est ordinaria, non sic Confessarius Regularis, quia est delegatus ex privilegio, & delegatus non potest subdelegare, nisi in delegatione exprimatur. Potest tamen uti hac forma; *Committo tibi hoc votum in casu quo sic tibi dictus tuus confessor*, quia hoc non est delegare, sed alterius prudentia uti ad materiam subrogandam.

1965 Tertiò. Episcopi dispensare non sunt in quinque reservatis, quando urget necessitas, seu magna causa, Pontifex adiri non potest, & periculum est in mora. Ratio est: quia Episcopi ante reservationem habebant potestatem ordinariam in iis dispensandi cum suis subditis, Gobat *tom. 3. de vitio numer. 328.* Post reservationem autem per Sacros Canones Summo Pontifici factam, fuit restricta Episcopis dispensandi facultas. In casibus autem extraordinariis, præmissis conditionibus concurrentibus, ne desit remedium, præsumunt Episcopi de voluntate Pontificis, sic exposcente bono Ecclesiæ regiminis.

1966 Tamb. de voto, Ant. à Spir. Sanct. *tr. 5. disp. 2. sect. 39.* adducentes pro se Basilium, Lessium, Suarez, Sanchez, Castropal. & Trullenchum, dicunt, Episcopum dispensare posse, dictis conditionibus concurrentibus, 1. Si quis voto castitatis ligatus, morti proximus, ni Bertum duceret, filios illegitimos relinqueret, aut orientur inter cognatos graves discordiæ, vel similia, 2. Si quis voto castitatis ligatus, virginem violavit, cujus honor, nisi eam ducat, reparari non potest; & si Pontificis dispensationem expectet, prudenter timet grave damnum animæ, corporis, aut famæ, aut aliud grave dimnum, vel ne interim ab alterius cognatis impediatur. Ita illi.

1967 Illud est certum, quod in casibus, in quibus potest Episcopus dispensare, non plus dispenset, quam necessitas exigit; unde mortua ea uxore, non potest aliam ducere, sed tenetur votum servare. Et ea vivente facilegè peccat contra votum, si aliam mulierem cognoscat; aut si solus, vel extra vas propriæ uxoris se polluat, aut tactibus impudicis ejus, periculo pollutionis se exponat.

1968 Item vota reservata ejus, qui est sub potestate dominativa, ut est filius respectu patris, &c. licet possint à patre irritari, non possunt per hoc ab Episcopo dispensari; quia potestas dispensandi est diversa à potestate irritandi, & Episcopis non competit, nisi per epichejam, præmissis conditionibus concurrentibus.

1969 Abbatissæ & Priotissæ non possunt in votis suarum subditarum dispensare, nec ea commutare. Possunt tamen irritare, quod est plus; quia licèt non habeant potestatem jurisdictionis, habent potestatem dominati-

vam

vam in subditas, tam directe quoad earum vota, quàm indirecte quoad materias quas volunt tes, quàm indirecte quoad materias

darur jurisdictio ad dispensandum in votis, Mendo *in tract. ver. votum num. 19.*

Episcopus non potest dispensare cum hæredibus in votis defuncti, Mendo *ver.* o, quia hæredes ad id tenentur, non vi voti, sed pacti, aut in[illegible] ès

IRRITATIO

1972 F[illegible] annullarie vota falla dispensare do[illegible]

[illegible]. Distat à dispensatione, & commutatione, quia hæc fit a potestate jurisdictionis, quam habet superior nomine Dei. Hinc fit, 1. Quòd irritatio fieri possit a laicali, dispensatio vero, & commutatio, non nisi à persona Ecclesiastica, 2. Quod irritatio sine causa sit illicita, sed valida, quia fit ratione dominii, & nomine proprio, unde vota sunt emissa cum tacita conditione consensus ejus, qui habet dominium, dispensatio verò sine causa sit illicita, & invalida, quia fit ratione jurisdictionis, & nomine Dei, qui non approbat solutionem voti temere factam.

1973 Irritatio est duplex, 1ndirecta, *qua fit ob aliquod, quatenus est subiectum materiæ voti*; & indirecta, *qua fit ob aliquod, quatenus est subiectum materiæ voti*. Vota directè irritata numquam reviviscunt, quia sunt extincta in radice: Vota verò indirectè tantum irritata reviviscunt, quando desinunt præjudicium afferre, unde sunt solùm suspensa.

1974 Irritatio fieri potest per procuratorem. Ant. à Spir. S. 412. cum Castropal.

1975 Ad indirectè irritandum non requiritur causa, sed sufficit præjudicium, aut quòd materia non sit in potestate voventis.

Ad directè irritandum licitè, requiritur causa. Sufficit, quia pater filium voto gravatum sentit. Tamb. Unde, sine causa irritans, non peccat, nisi venialiter. Lessius y Castropal. contra Ant. à Spir. Sanct. *de voto tr. 5. disp. 2. num. 418.* cum aliis, qui neque veniàliter peccare dicunt.

SUMMUS PONTIFEX

1976 NOn potest directè irritare vota omnium Christianorum, Leander *de vo. tr. 1. disc. 16. §. 2. adq. 8.* quia non habet potestatem dominativam in omnes, sed jurisdictionis, licet supremam, quæ sufficit ad gubernandam Ecclesiam, alioquin nullus homo posset obligari alteri homini, nisi sub tacita conditione: *Si papa placuerit.* Unde potest in omnibus Christianorum votis dispensare, aut ea commutare. Item non directè irritare vota Clericorum peculatium, quia neque in illos habet potestatem dominativam, nisi circa res Ecclesiasticas, & circa concernentia ad illas.

1977 Potest directè irritare vota Religiosorum, & Monialium, quia hi specialiter Papæ subduntur ratione voti obedientiæ. Unde Summus Pontifex est supremus omnium Religiosorum Prælatus, adeòque potestatem dominativam habet in Religiosos omnes.

1978 Aliorum autem vota solùm potest indirectè irritare ratione materiæ, quatenùs potest per potestatem præceptivam votorum executionem impedire. Leand. *tr.*

PATER.

1979 ET in ejus defectu avus paternus, tunc; & in horum defectu mater potest directè irritare vota filiorum impuberum, etiam castitatis, & religionis, ratione imperfectionis ætatis, quia, in his tacita est conditio: *Si Pater consentiat.*

Impubertas finem habet in maribus anno 14. completo.

1980 Iavò potest ea irritare post pubertatem, si sint facta tempore impubertatis, & non confirmata tempore pubertatis, implenda tamen tempore pubertatis. Sanch. quia hæc potestas irritativa fundatur in imperfectione ætatis; sub qua fuit votum emissum. Vide in matre de imped. Ordinis.

1981 Potest directè irritare vota filiorum puberum, quamdiu manent sub potestate patris, & non sunt emancipati, si illa præjudicent patriæ potestati, talia sunt vota, quibus domus perturbatur, aut filius infirmari timetur, &c. ut longa peregrinatio, immoderata jejunia, &c. Non potest irritare vota ioli non præjudicantia, ut votum jejunii, orationis, moderatæ eleemosynæ de proprio pecunio, Religionis, &c. quia filius pubes non emancipatus, solùm in prioribus non est sui juris, benè vero in posterioribus.

1982 Idem potest curator durante minoritate quod vota spectantia ad bona temporalia, aut gubernationi domus præjudicantia. Tutor datur pupillo usque ad annum 14. completum; Curator datur minori ab anno 14. ad 26. completum.

QUÆRES

1983 *Mulier nobilis filium infans vovit se eam duturam Deo in Religione, si eam obtineat. Eam obtinuit, & votum executavit: filia post se Eam obtinuit, & votum executavit: filius post se Eam obtinuit, & votum executavit: Relictamque vovit: Pater nec consensit, nec dissensit, sed tacuit: Falla est pubilis pubes, tunc pater cujusmodi eam, ut jam uxorem, duxit uxorem (matre nihil exprimente) Fu-*

erit irritavit. Contraxit pueila sponsalia, sed non consecuta exitu, ut inexcogitabiles sint inde exortæ lites; talium, ut maximum desiderato, excessum dolore affecit, unus post unum, intra quindecim dies, obiere parentes; & puella, eadem die, qua pater ad sepulturam, solam, & omni humano ope destitutam se sensit, ad Monasterium confugit. Quid dicendum?

DIcam, patrem potuisse post pubertatem irritare votum puellæ in impubertate emissum, ob tacitam conditionem, quæ in eo fuit: *si pater consentiat*: Quod votum puella (ut supponitur) non ratificavit post pubertatem. Nec ex dicendis obstaret licentia, si eam dedisset: *ut in n. 1986.*

Graviter peccavit mater, quia ob suum votum, max me à puella post lepennium ratificatum, tentabatur fuasionibus serii, & non fictis, tum apud puellam, quam apud patrem veti adimplemonem curare, quod redit um fit, sed positive utique suum eniitum desiderium de ea danda nuptus ostendit, & callida arte fmafit, ut inde pater, absque ulla causa, nisi sanguinis passione, ad irritationem voti procederet. Hinc forte infortunia. Sæpe mulier fuit causa ruinæ.

Quod si vir prolem fœminam inhians, una cum uxore, Deo in Religione daturum vovisset similiter irritando, graviter contra votum peccasset: *v. n. 1826.*

RATIFICATIO VOTI

1984 UT habeatur, & novam obligationem inducat, tria requiruntur. *Primo, ut voluens sit conscius debilitatis prioris voti. Secundo, ut velit se de novo obligare firmiter, perinde ac si nunquam obligatus fuisset. Tertio, ut ita disponat, voce, vel saltem mente, præterita repetat, seu certe approbet.* Ita Tamb. *tom. 1. p. 114. cum Com.* Aliquin dicitur, *voti renovatio*, seu *repetitum*, quæ notam obligationem non inducit, sed votum, uti erat, relinquit: *v. n. 1860.*

1985 Si quis oblitus voti, v. g. Religionis, in impubertate emissi, votum Religionis post pubertatem emittat, verum votum reservatum emittit, quod non potest à parte irritari; quia est votum à priori distinctum, & independens ab illo.

PATER

1986 SI licentiam dedit filio vovendi, & promisit se non revocaturum, seu votum confirmavit; si votum sit personale, potest valide irritare; quia per promissionem & confirmationem non potuit à se abdicare propriam potestatem in filium; non tamen licite, sed peccat moraliter; licet Castropal. velit, quod peccet venialiter ratione infidelitatis, nisi juramentum adjunxerit; si vero solùm licentiam dedit, & promissionem non addidit, non peccat irritando; quia licentia semper intelligitur sine præjudicio propri. juris, Castrop.

Si autem votum, quod pater non irritare promisit, sit reale, non potest pater valide illud irritare; quia per licentiam simul, & promissionem, rem illiam filio donavit, & hæc potestate abdicavit; quod facere potuit, Tamb. *tom. 1. lib 3. cap. 6. §. 2. n. 15.*

1987 Electus à Religione, si in sæculo habeat filium, non potest eorum vota irritare; quia per professionem Religiosam amisit potestatem dominativam, Sanch. 4. *Decal. c. 35. n. 50.*

MATER

ETiam patre mortuo vota filiorum irritare non potest, nisi tertia lit, aut ceteris. Com.

RELIGIOSORUM

1988 VOta (minime Nuntiorum) irritare directè possunt Papa, Generales, Provinciales, & Superiores locales absoluti, nempe Abbates, Priores, Guardiani, Præsidentes, excepto voto transeundi ad Religionem strictiorem, *ex cap. licite de regularibus*; quia quoad hoc Religiosus est subditus tantum Pontifici. Posse tamen illud commutare, aut Gobat *tom. 3. de voto, n. 205. & n. 1919.*

Prælates inferiori non potest directè irritare votum subditi à Superiore ratificatum.

DOMINUS

1989 VOta illa solum irritare potest servi directè, quæ præjudicant ejus servitio; in aliis enim servus est sui juris. Minime, non potest dominus irritare vota servi tempore servitutis emissa, post eam tamen impleuda; quia ei non præjudicat. Nec potest irritare vota servi ante servitutem emissa, sed solum potest ea suspendere, quantum ad id, quod ejus servitio obstat.

VIR

1990 VOta uxoris tempore subjectionis emissa, & ipsi præjudicantia, potest directè irritare, ell communis. Minime, non præjudicantia. Castrop. contra Sanchez, qui tenet etiam ea posse irritare ratione totalis subjectionis uxoris erga virum, unde ejus vota censeantur semper sub conditione emitti: *si vir non contradixerit.* Excipitur votum Religionis, quando potest impleri, invito viro, nempe quando vir adulteravit, &c. quia in eo uxor non subditur viro, Sanchez.

1001 Potest directe irritare vota uxoris tempore subjectionis emissa, de re post subjectionem implenda, Bonac. quia sunt facta tempore, quo uxor est sub potestate viri. Non potest tamen irritare vota ante subjectionem emissa, tempore subjectionis implenda; sed solum suspendere, si ipsi præjudicent. Idem dic de vovis ab uxore, stante legitimo divortio, emissis; quia tunc nonest in illis subjecta; unde facta reconciliatione suspendi possunt a viro, non irritari.

UXOR

1002 VOta viri sive ante, sive matrimonii tempore emissa, non potest directe, sed solum indirecte irritare, quoad materiam promissam, si sibi, seu statui matrimonii præjudicet, qua ea uti non licuerint quoad voluntatem uxori; sed solum quoad materiam, si sit præjudicans; nam vir est caput uxoris, non uxor viri.

Unde uxor potest indirecte irritare votum viri de gestando habitu Tertii Ordinis Sancti Francisci; sed vir, decedente uxore, tenetur illum deferre.

1003 Votum viri de uxoris licentia emissum potest uxor indirecte irritare; quia licentia concessa præsumitur ad sui beneplacitum. Si vero non revocate promisit, nec licite, nec valide potest irritare, quia per promissionem acceptam cessit suo præjudicio; ob quod tantum habebat jus irritandi. Sit exemplum de voto fervi, quod promissi dominus non revocare. Sicut enim dominus potest integram libertatem fervo donare, quam donatam & acceptatam revocare non potest; ita de libertate circa partialem materiam est dicendum, Tamb. de voto.

QUÆRES.

1004 *Duo conjuges post consummatum matrimonium, mutuo consensu vota absoluta castitatis Religionis emiserunt, An possint ea irritare, & Episcopus dispensare?*

Dico 1. Si mutuus consensus habeat rationem pure licentiæ, tunc potest ab ipsis licite revocari, & votum irritari; quia (ut dictum est) licentia concessa præsumitur ad beneplacitum. Episcopus autem potest dispensare non in voto absolute, sed ad petendum debitum; etiam si Pontifex possit adiri, nisi is, qui licentiam dedit, velit præstare, quæ requiruntur, ut vovens ingrediatur Religionem; tunc namque non potest Episcopus ad petendum debitum dispensare, Tanczed. *lib. 8. de matr. disp. 11. d n. 2.*

1005 Si autem mutuus consensus habeat rationem contractus, quando scilicet ultra licentiam intervenit pactum, *facia, ut facias, votum, ut votas*;

Dico 2. tunc non posse Episcopum dispensare, neque ad petendum debitum, nisi in casu necessitatis, puta ob periculum incontinentiæ, aut in edificationem, & fultentatione filiorum, & Pontifex non possit adiri. Quod si conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuam obligationem, qua se obligarunt ad mutuo vovendum; tunc potest Episcopus dispensare solum ad petendum debitum etiam si Pontifex possit adiri; quia per illam remissionem, esti illicitam, matrimonium restituitur in statum primum, quoad liberam facultatem eo utendi. Tenetur tamen ad castitatem conjugalem, & altero mortuo conjux, qui remanet, tenetur votum implere, nisi adsit periculum incontinentiæ, aut aliquod impediens Religionis ingressum, Tanczed. *cit. n. 5.* Addi vero tenetur ratione voti castitatis, non ratione voti Religionis, quorum discrimen habes *cit. in n. 1817.*

1006 Dico 3. nec votum posse irritare votum uxoris, nec uxorem votum viri emissum mutuo consensu per modum contractus, Tanczed. *l. 9. de matr. disp. 40. quæres 1.* Leander *de voto disp. 16. qu. 134.* cum communiori, contra Palacium, & alios.

Probatur. 1. *auth. cui ex cap.* Quod Deus 35. *quæst. 5.* quod est D. Augustin. *Quod Deo pars consensu vovisses, perseverare usque in finem reddere debuisti, à quo proposito si ille lapsus est in saltem instantissime perseverta.* 2. Ratione; quia per mutuum consensum, & contractum, videntur cedisse juri suo revocandi, adeoque nec licite, nec valide possunt hujusmodi vota irritare.

1007 Si autem post hujusmodi vota, conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuam obligationem, qua se obligarunt ad mutuo vovendum, seu mutuo consensu tradant mutuam corporum potestatem, tunc valide possunt talia vota irritare, imo & licite, si sit causa. Ita eadem, quia per talem remissionem licet illicitam, *ut unam* 1075. restituuntur in esse restitutum ad pristinum statum. 1. Quia talia vota sunt facta tempore subjectionis. 2. Quia talis mutuus consensus, cessio juris & obligatio, est contractus humanus, qui nec ex se, nec ex jure aliquo positivo perpetuitatem induit; unde sicut dicto mutuo consensu inirus, ita potest mutuo consensu dissolvi; quo dissoluto, conjuges ex ei voti castitatis possunt reddere, non petere ante irritationem; facta vero mutua irritatione, restituuntur in pristinum, ita ut possunt reddere, & petere, Leander *cit. q. 131.*

Ubi

Ubi pondera, in casu distingui mutuum obligationem ad vovendum, & mutuum votum, adeoque adesse duos contractus, unum inter ipsos conjuges ad vovendum, alterum inter ipsos conjuges, & Deum, cui votum emittunt.

VOTA RESERVATA PONTIFICI

1008 SUnt quinque: *Castitatis perpetuæ, vestis similibus Religionis, & ritum peregrinationum, Jerosolymam, Compostellum, & Romam devotionis causa.* Ut sint reservata, debent esse absoluta, & perfecta: si in aliquo deficiant, licet sint valida, non sunt reservata.

1009 Generaliter loquendo, non sunt reservata quinque vota etiam castitatis, & Religionis. 1. Si sint conditionata. 2. Si pœnalia. 3. Si sint emula ex metu etiam lesi. 4. Si sub obligatione solum venialis. In quibus casibus tenent in ratione voti, & solum cadent à reservatione: v. n. 2010. & 2011.

Quinto, si adest dubium de eorum valore, sive dubium sit juris, quatenus v. g. quæ sit ætas, an sit vere votum. an vere reservatum? Sive facti, quatenus dubium est, An ad fuerint veræ promissio, plena deliberatio, intentio & alia ad voti, & reservationis rationem necessaria. Gobat *tom 3. de voto*, nu 930. cum communi; quia reservatio, utpote odiosa, & gravis, est restringenda ad casus certos, perfecte voluntarios, & graviores: v. n. 1789

2000 Et specialiter non sunt reservata, vota castitatis imperfectum, nempe castitates conjugales. Non petendi debitum. Non fornicandi. Non nubendi. Virginitatis pro prima vice. Votum emptellum promittendi castitatem. Votum adumendi Ordines sacros Votum castitatis, de quo est dubium, an sit validum. Votum castitatis emissum ex metu etiam levi incusso ad illud extorquendum, & votum integræ castitatis, sed ad tempus, ad quod rationabiliter præsumitur ætas hominis pervenitura. Item votum castitatis, quod unus conjugum fire alterius licentia emisit; quia non est castitatis perfectæ, nam manet cum obligatione reddendi debitum. Vota utriusque conjugis non petendi debitum,.

2001 Reservatum tamen est votum castitatis emissum usque ad ætatem sexagenariæ per decem annos; quia cum ætas hominis regulariter ad octogesimum annum non perveniat, tale votum censetur perpetuum.

2002 Reservatum non est votum Religionis imperfectum, videlicet votum ingrediendi Religionem non approbatam. Et votum Religionis ad tempus, eo modo, quo dictum est n. 810 castitatis.

2003 Votum ingrediendi Religionem Equitum Militarium S. Joannis, non potest commutari, sed est reservatum; quia est vera Religio, emittens tria vota substantialia, obedientiæ, paupertatis, & castitatis perfectæ.

2004 Votum vero ingrediendi alias Religiones militares equitum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, non est reservatum, sed potest commutari, quia de illis est dubium, & quæstio, an sint veræ Religiones: & equites emittunt votum castitatis imperfectæ, nempe conjugalis, Rot. *in form. part. 1. de voto* Leander *de voto q. n. 736*

2005 Qui autem emisit votum Religionis, non satisfacit ingrediendo Cardinem, vel unum S. Jacobi, Rodr. *in comp qu 9 Reg ref 40. n. 10.* quia, qui Religionem vovent, communiter intendunt illam vivendum in communi, & à tumultu, strepitu, ac curis secularibus alienum.

2006 Votum Religionis strictioris potest commutari in laxiorem; quia votum Religionis absolute est reservatum. Item votum perseverandi in Religione, prout distinguitur à voto ingrediendi; nam votum Religionis reservatum est, quo quis vovet ingredi Religionem, & in monasterio eam sine fraude experiri, aliter ex justa causa egredi. In his tamque casibus non commutatur substantia voti, sed qualitas

2007 Vota item peregrinationum non ex devotionis causa, sed ob alium finem, v. g. ad oscula pedes Pontificis, non sunt reservata. Si quando vovisti, alium finem expresse non cognitasti, præsumeris vovisse ex devotionis causa. Qualitates peregrinandi, ver. gr. pedester, &c. commutari possunt, quia universaliter circumstantiæ extrinsecæ in votis reservatis non sunt reservatæ; sed substantia, v. g. peregrinationis, est reservata.

2008 Executio voti reservati potest commutari, aut dispensari quoad tempus, dando dilationem, quæ debet esse prudens, & non tanta, ut impediat executionem.

2009 Vota vere conditionalia, aut pœnalia in materia reservata, perficiata conditione, esse reservata, tenet Pontius, quia tunc evadunt absoluta. Non esse autem reservata, probabile putant Leander, Tambur. & alii; quia, cum sint emissa sub conditione, incolumen consensum imperfectum, utpote dependentem ab eventu futuro, nec purificatio conditionis facit, quin consensus fuerit imperfectus.

2010 Dixi: *vere conditionalia*, quia si particula *ſi*, ſignificet tempus, & æquivaleat particulæ *quando*, votum eſt abſolutum pro præfixo tempore, & reſervatum: unde in hoc voto, *Voveo caſtitatem, ſi libere à tempeſtate, ab infirmitate, &c.* ſi per particulam *ſi*, intendas tempus executionis voti, votum eſt abſolutum; ſi autem intendas ſalutem, &c. pro conditione, votum eſt vere conditionale. Ad quod dignoſcendum, non poteſt aptior dari regula quam ex affectu voventis; ſi namque vovilti ex affectu ad materiam voti, particula, *ſi*, æquivalet particulæ *quando*. Si vero vovilti ex affectu conditionis habenæ, puta ſalutis, &c. ut regulariter contingere ſolet, eſt vera conditio.

2011 Item conditio, ut votum cadat à reſervatione, debet eſſe voluntarie adiecta, quatenus ejus amore, vel horrore, ſeu intuitu quis vovet: non ſufficit, ſi ſit naturaliter, aut ex juris diſpoſitione inſita. Unde votum caſtitatis ab impubere emiſſum, licet ſit conditionatum, hac conditione: *Si pater conſentiat*, poſt pubertatem non poteſt à Confeſſario diſpenſari, aut commutari, ſed eſt reſervatum, quamvis pater poſſit illud irritare. Hac ratione vota ſolemnia Religionis ſunt reſervata, quamvis includant tacitam conditionem, qua Papa poſſit illa relaxare, juxta *dicta n* 1981. *& 1977.* Gobat *tom 3. de vot. n.* 325. *vid. & nu.* 1959.

2012 Si quis voveat ſub diſjunctione duo reſervata, caſtitatem videlicet, vel Religionem, neutrum commutari poteſt, quia utrumque eſt reſervatum.

2013 Si quis voveat ſub diſjunctione duo vota, quorum unum eſt reſervatum, alterum non reſervatum, v. gr. caſtitatem, vel jejunium, utrumque poteſt commutari; quia tunc præterillam libertatem, quam habet eligendi jejunium, caſtitas non eſt abſoluta, & perfecte promiſſa: *v. n.* 1825.

2014 Facta tamen electione reſervati, ſcilicet caſtitatis, omiſſo non reſervato, nempe jejunio, ſi partem reſervatam elegiſti per novum votum, erit reſervatum: minime, ſi abſolute elegiſti ſine novo voto: quia tunc electio illa non eſt votum, ſed ſimplex voluntas, & propoſitum eam partem ſervandi præ alia, adeoque votum illud tunc non eſt reſervatum, ſed remanet in ſua natura, ſicut prius.

2015 Idem dic, ſi altera pars non reſervata evadat impoſſibilis, v. g. ſi vovens ſit impotens ad jejunandum, non enim tunc proinde altera pars, quæ eſt caſtitatis, evadet reſervata; quia illa impotentia non mutat voti ſubſtantiam, ſub qua erat antea; per accidens namque eſt alteram partem eligi non poſſe.

QUÆRES I.

2016 *An materia ſubrogata pro voto reſervato ſit reſervata? vovit quis abſolute caſtitatem: ſed à Pontifice loco caſtitatis jejunium impoſitum fuit, An hoc jejunium poſſit commutari?*

Esse reſervatum, & incommutabile, teneri Canoniſtæ: nam ſubrogatum ſortitur naturam ejus, cui ſubrogatur. Non eſſe reſervatum, ac proinde commutari poſſe, imo & diſpenſari ab Epiſcopo, aut Regularibus, docent Theologi, Sanch., Caſtrop. & alii: quia materia reſervata jam fuit à Pontifice in non reſervatam translata, & fundamentum Canoniſtarum eſt verum in favorabilibus, non in odioſis.

QUÆRES II.

2017 *Puella vovit B. Virgini perpetuam Virginitatem, An votum ſit reſervatum?*

Resp. Si puella promiſit Deo, votum eſt votum, & reſervatum. Si non cogitavit de Deo, vel ſi cogitavit, non cogitavit de promiſſione facienda Deo, ſed ſolum habuit intentionem honorandi B. Virginem, & illi ſeſe obligare; votum non eſt reſervatum, Gobat *tom 3. de vot. n.* 21. *&* 327. quia non eſt votum votum: verum namque votum *eſt promiſſio facta Deo*, & cultus latriæ; dictum autem votum eſt cultus hyperduliæ: *v. n.* 260.

2018 At in dubio (ait Gobat) præſumendum eſt, profeſſionem eſſe factam Deo, quia ita regulariter fit. Unde promiſſio facta alicui Sanctо, non eſt propriè votum, niſi præmittatur Deo, de implendo, quod Sancto promittitur. At quia vulgo, & ſecundum communem uſum vocatur votum, cadit ſupra illud privilegium commutationis, diſpenſationis, &c.

De voto aguri Scotus *in 3. d. 39. queſt. un. lit. O. in 4. d. 27. queſt. un. lit. A. d.* 38. *queſt. un. lit. A B C.* Mallr. *diſp. 11. qu. 3. §. 50.* Bonac. *tom. 2. pag.* 278. Joan. la Cruz *pag.* 29. Buſemb. *lib. 3. n. 2. 4.* Mendo *in opin. ver. votum*, Alnza *ver. votum*, Cleric. *c. 46.* Caſtrop. Tanet. Lander, Aut. à Spir. Sanct. & Fagnanus ſæpe citatus.

DE III. PRÆCEPTO DECALOGI.

Sabbata ſanctifices.

2019 In veteri Teſtamento erat divino cultui deſignatus dies Sabbati, qui in novo fuit abrogatus, & pro eo ab Eccleſia inſtitutus dies Dominicæ. Item præcepto Eccleſiaſtico ſunt aſſignata alia feſta Domini, atque Sanctorum. Hoc præceptum præcipit ceſſationem ab operibus ſervilibus, à medio noctis ſequentis, & obligat ſub mortali: *v. n.* 166. *& pag. 6. prop.* 32. ab Innoc. XI. *damn.*

2020 Opus ſervile dicitur, *quod ſpectat principaliter ad laborem corporis, & regulariter fit ab operariis, ac ſervis, & licet fieri poſſit à dominis, potius ſit à ſervis*; ut arare, fabrilia agere, & alia artis mechanicæ opera, quæ laborem corporis ſolum requirunt.

2021 Ultra hæc ſunt jure Canonico etiam ſub mortali prohibita quinque opera non ſervilia, ſeu actus forenſes; mercatus, judicium civile, aut criminale, juramentum judiciale, emtio proceſſus, & actus judiciales, exceptis illis, qui ob pietatem ſunt.

2022 Quoad mercatum, attendenda eſt conſuetudo locorum. Clericates *c. 47. nu* 34. Item teſtes poſſunt examinari die feſto, & juramentum ſit datum die præcedenti, vel ſi cauſæ expeditio immineat, ob bonum commune, Clericatus *cit. n.* 37. & judex poteſt amicabiliter partes componere.

2023 Artes liberales dicitur, *quæ principaliter ſpectant ad animum*, ut organa pulſare, choreas agere, digladiare, *&c.*

2024 Inter opera ſervilia, & artes liberales, ſunt opera media, quæ non prohibentur, etiam ſi fiant ob lucrum, venari, piſcari, litem agere, *&c.*

2025 Comœdiæ non ſunt opera ſervilia. In locis tamen locorum, uti Romæ, diebus feſtis prohibentur; quia ille, & ſimiles ludi, maxime animum à Deo avertunt, die quo fideles debent erga eum occupari.

Die feſto pugnare non eſt peccatum, Mendo *n.* 4. quia non eſt opus ſervile.

2026 Qui pluribus diebus feſtis per modicum tempus opus ſervile exercet, non peccat mortaliter, etiam ſi modica illa ſimul notabile tempus conſtituant, quia præceptum eſt affixum diei, adeoque opera illa non continuantur mortaliter; bene vero, ſi eodem die feſto per interpoſitanas vices parva opera illa exerceret, quæ ſimul conſtituant quantitatem notabilem temporis.

At non peccat mortaliter, qui eſt cauſa, ut plures ſucceſſive laborent, etiam ſi totum diem occupent, dummodo ſinguli per modicum tempus laboraverint; quia opus unius non continuatur moraliter cum opere alterius: & ſicut non peccant mortaliter operarii ſic laborantes, ita nec dominus præcipiens ſic eos laborare.

2027 A peccato excuſat. 1. Conſuetudo, ſic ſæpe excuſantur barbitonſores, *&* in pluribus locis nundinæ. 2. Utilitas, nempe timor amittendi magnum lucrum. 3. Neceſſitas, ſive communis, ſive privata, propria, vel aliena, v. g. ſi ſine gravi incommodo, detrimento, aut periculo opus omitti non poſſit. 4. Pietas in Deum, ut Templum ædificare, parietes paramentis ornare, minime illæ ſpoliare. Nec licet parietes fabricare, &c. niſi neceſſitas urgeat. Si cauſa ſit dubia, petenda eſt diſpenſatio ab Epiſcopo: Cornus etiam licentia eſt petenda in cauſa neceſſitatis, ſi opus ſit publicum.

2028 *Hinc excuſantur Piſtores, Macellarii, Pharmacopolæ, Inſtauratores tectorum, viarum, &c. quæ moram non patiuntur, Coquinarii, Piſcatores Thunnarum, &c. qui certo tantum anni tempore id paſſunt. Vindemiatores tempore vindemiæ. Sartores pro vobis neceſſariis in nuptiis, funeribus, &c. ſi alter ſatisfacere non poſſunt. Agricolæ, ſi laborent ad præcavendum damnum ob pluviam, aut tempeſtatem, quod prævident. Nautæ, ſi navem ſolvant, aut ſolvi præcipiant. Nautæ, ſi navem ſolvant, aut ſolvi præcipiant, quod prævident

Sicut è contra, non licet facere opus servile gratis; quia per hoc non cessat esse opus servile.

Plures inter liberalia comprehendunt pingere, non licet autem colores terere. Similiter licet characteres, seu typos componere, minime tamen imprimere, quia componere magis expolit applicationem mentis, quam exercitium corporis; unde non est servile, sed liberale opus, quod non solent efficere servi.

2032 *Licitum est iter agere, jumenta ducere, sanare, fonare, quia servilia non sunt. Item ad ustandum otium, & recreationis gratia licitum est venari, aucupari, piscari saltem in flumnibus, & mulieres acuipingere*, aut alio modo manibus laborare, ne tota die otio vacent. Mendo *in Epit. verf. festis dies, n.* 6. Item licet iter agentibus jumenta supellectilibus onusta ducere, & ferratis laminas ferreas pedibus imponere ob necessitatem.

2033 Probabile est, dominum posse licite die festo injungere mancipio infideli opera servilia, etiamsi in sui commodum, licut quilibet potest ea injungere infantibus, & perpetuo amentibus, quia non subjacentur legi Ecclesiæ; & eadem ratione licite potest dominus infideli ministrare carnes die Veneris. Caterum pure llandum est sententiæ negativæ, si labor mancipii sit in commodum ipsius domini; quia tunc servus laborat ut instrumentum comini, adeoque moraliter domino opus servile imputatur. Diana *p. 5. tr. 14. resp.* 7. Famulos laborantes diebus festis jussu domini peccare, si absque gravi detrimento recusare possint, vel eos deserere. Secus, si grave detrimentum paterentur, v. g. quia alium non reperirent, cui inservirent, tenet Clericatus, *c. 5. num.* 8. cum S. Ant. *p. 2. tit. 9. cap.* 7. §. *ult.*

2034 Licitum est advocato die festo informare Judices in scriptis, & cribus convenire ad consilia, ac personas ad officia eligere, quia non sunt opera servilia, nec aliunde prohibita: *v. prop.* 32. ab Innoc. XI. *damn.*

2035 Ex Decl. S. Congr. Rituum 11. Martii 1690 Festum Annuntiationis B. Virginis, si contingat feria 6. in Parasceve, transfertur una cum præcepto & Officio ad feriam 2. post Dominicam in Albis; unde tunc, & non feria 6. tenentur fideles abstinere à servilibus, & audire facium.

ex Decl. ejusdem S. C. R. 13. Septemb. 1692. si festum S. Joseph contingat feria 5. Maundatæ. Officium Sancti est transferendum ad aliam diem juxta Rubricas, præceptum vero audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus, non est transferendum, sed servandum eadem feria 5. Adeoque celebrandæ sunt Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis.

Scotus *in 3. d. 37. quæst. un. litt. D.* Masirius *disp. 11. q. 4. n. 71.* Bonac. *tom. 2. pag.* 327. Joan. la Crux *pag.* 47. Tamb. *tom. 1. l. 4. c. 3.* Leand. *tom. 3. tr. 1.* Bulemb. *l. 3. tr. 3. dub. 1.* Mendo, & Clericatus citati.

DE IV. PRÆCEPTO DECALOGI.

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.

2036 Filii, & subditi respective præstare tenentur parentibus, ac Superioribus, amorem, reverentiam, & obedientiam, ita ut, si in his graviter deficiant, peccent mortaliter, & debeant in confessione circumstantiam aperire, quia contrahunt malitiam specie distinctam, nam peccant contra pietatem. Pietas est charitatis species, quæ ab illa distinguitur per hoc, quod respiciat Parentes, Patriam, & Consanguineos.

2037 *Filius moraliter contra amorem peccat. 1. Si parentibus signa odii ostendat. 2. Si mortem, aut grave malum illis exoptet. 3. Si necessitate corporali, aut spirituali urgente, possit, & non subvenire: v. n.* 179. 4. *Si cum sit hæres, bonum totæ, legata, & testamenta non impleat.*

2038 *Contra reverentiam. 1. Si verbis contumeliosis, &c. graviter offendat. 2. Si eos etiam leviter percutat. Imo etiam si manum ad percutiendum deliberate elevet. 4. Si Pauperes agnoscere nolit & dispeciat. Si vere ex justa causa nolit eos apud se habere, & solum externe se nosse dissimulet, modo de necessariis iis provideat, à gravi peccato excusatur; quia in tali casu parentes non sunt rationabiliter inviti. 4. Si in foro externo eriam de vero crimine accuset, excepto crimine hæresis, proditionis Patriæ, & conspirationis in Principem: v. tom. 2. n.* 268.

2039 *Contra obedientiam, si in iis, quæ ad bonos mores, & gubernationem onus spectant, ubi res gravis est, sit inobediens. 2. Si contra expressum Parentes voluerentem ducat uxorem plane se indignam. 3. Si non servit parentibus inconfulsis. Si tamen consulus, illi vero denegaverit, posset ius innitis nubere, si sponsa sit se digna, nam in electione sui status est sui juris.* Bonac. & Bulemb.

2040 Filii puberes, minores tamen 25. annis ex jure communi sunt sub parentibus etiam si conjugati, & Sacerdotes. Jure tamen Castellæ, conjugati eximuntur post benedictionem Ecclesiæ.

In casu extremæ necessitatis, filius prius tenetur succurrere Patri, quam suis filiis. Mendo, *ver. Parentes, n.* 3. quia plus illi debet.

PARENTES

2041 Præstare tenentur filiis influxum onem, seu educationem, bonum exemplum, correctionem, & alimenta, ita ut si graviter defecerint, peccent mortaliter, etiam si proles sit spuria.

2042 Mater tenetur prolem altere usque ad annum tertium. Deinde tenetur eam alere pater usque ad emancipationem, & eidem dare filiæ, etiam volenti Monasterium ingredi.

2043 Pater tenetur alimenta præstare filio secundum conveniendam status.

2044 Mater tenetur per triennium lactare filium naturalem, aut spurium. Quod si non possit, tenetur pater solvere expensas. Post triennium tenetur pater illi alimenta dare, etiam ex reditibus Ecclesiasticis, si alia bona non habeat, & filium spurium dotare. Si pater non valeat, obligatio cadit in matrem; & in hujus defectum, tenentur avi, & alii ascendentes, primo loco ascendentes patris, secundo loco ascendentes matris. Si vero tales filius facilius adjutos possit sibi conjulere, & habeat unde sustentari, tunc non tenentur parentes ad alimenta. Mendo *ibi.* quia jus naturæ expolit, ut in cessitati provideatur; adeoque hac cessante, obligatio natura is cessat.

2045 Et addit Mendo: *Si dubitetur, quisnam è duobus sit pater filii illegitimi, uterque tenetur pro medietate eum alere; si unus nolit, alter non tenetur integra alimenta præstare, quia filius non habet integrum jus contra illum. Si autem alter sit dives, aut nobilior, tenetur plus præstare, quam unus nobilis, aut dives, qui ex æquo tes, & nobiliores debent filios præstantiores supplendare alimenta.*

2046 Parentes mortaliter peccant, si expellant filios hospitali, nisi ea alere non possint, aut nisi adsit periculum infamiæ, aut gravis damni. Si proles sit ex fornicatione, ut infra de Irreg. N. talium.

2047 Si pater, qui filium hospitali exposuit ad vitandam infamiam, aut periculum damni, sit dives, utique non peccavit mortaliter; sed difficultas est. *An teneatur restituere expensas alimenti Hospitali?* Affirmant Sanchez, & Navarrus apud Tamb. *tom. 1. lib. 5. c. 3. §. n. 4. & 5.* & talem volunt debere fieri animum, quando exponit. Probabile putat Tambur. *circum* Henr quez, & Dicastillo, quod non teneatur; idque *ex præsumpta voluntate funtatorum, qui in Hospitalium erectione videntur ejusmodi generis necessitatibus voluisse consulere.* Addit tamen Tamb. lentenitam Laym. id posse præstum, si Hospitale sit dives; secus si pauper.

2048 Regulariter non tenetur mater adultera declarare, quod proles primogenita sit spuria; quia bona fortunæ, quibus proles legitima privaretur; cedunt bono famæ, quo mater privaretur; nam esset altioris ordinis. Tum quia viro vivente, aut fratre, &c. immineret inde grave damnum matri. Quod si imprudens mater declararet prolem esse spuriam, non teneretur proles ei fidem adhibere; quia cum talis declaratio repugnet naturali pietati maternæ, non videtur carere suspicione averlionis ab uno, & specialiteris cum alio: *v. n.* 39.

2049 Conari autem debet mater damna legitimæ proli alio modo compensare, vel spurium suaviter inducendo, ut fiat Ecclesiasticus, si sit idoneus, vel de bonis propriis plus legitimæ proli distribuendo.

2050 Facilius à restitutione excusatur pater spurii; quia vel damnum ab adultera compensandum credit, vel quia raro potest certo scire, prolem suam esse, & non alterius: *v. num.* 40.

LEGITIMA

2051 Debetur filiis legitimis, tam ex bonis patris, quam ex bonis matris. [illegible], filii, si carent descendentibus, debent legitimam ascendentibus, nempe patri, aut matri, si adsint, quæ non debetur nisi post obitum. Legitima, jure Cæsareo, si filii sint quatuor, aut pauciores, est tertia pars bonorum (deductis ære alieno, & expensis pro funere) æqualiter dividenda; si vero sint quinque, aut plures, est media pars bonorum: de aliis autem partibus extra legitimam patens potest disponere ad sui placitum, pro quo sunt duo carmina.

Quatuor, aut infra, dant natis jura trientem, videlicet tertiam partem.

Semissem vero dant natis quinque, vel ultra, videlicet dimidiam partem.

2052 Hic autem est sermo de bonis liberis ab ipsis nempe parentibus acquisitis, minime de bonis vinculatis, ab Avis scilicet, aut Proavis in testamento relictis cum vinculo, ita ut, vel tali forma, & conditione successor transeant ad hæredes: de his namque hæredes non possunt in testamento disponere ad sui libitum, sed juxta vinculorum formam.

2053 Legitima non debet accipi à toto cumulo hæreditatis, si sit debitis gravata; sed accipi debet ex eo, quod superest, deductis ære alieno. & expensis funeris, Bonac. *tom. 2. pag. 206. n. 1.* Constat ex ejus definitione; legitima enim definitur: *Pars quædam accepta à tota hæreditate, deductis prius ære alieno & expensis funeris.*

Vota autem realia, & legata à testatore relicta, sunt quidem ab hærede solvenda, at non prius deducenda; prius enim ex toto cumulo hæreditatis (soluto ære alieno, aut expensis funeris prius deductis) est accipienda legitima. Ratio disparitatis est; quia vota, & legata oriuntur ex liberali dispositione defuncti, quæ nocere non debet hæredi necessario; debita vero oriuntur ex justitia commutativa, quæ nocere debet hæredi; nam nemo potest ex bonis alienis ditari; debita autem sunt bona aliena, adeoque nocent hæredi: *v. à n. 2839.*

2054 Testator non tenetur dare legitimam filiæ jam dotatæ, Molina *tom. 1. de justitia, tr. 2. disc. 177. pag. 678* quia dos æquiparatur legitimæ. Imo nullam actionem habet filia dotata in officium testamenti; solum petere potest complementum legitimæ ab hæredibus, vel legatariis, si dos fuerit ex minor.

2055 *Plures sunt casus, in quibus pater potest filium exhæredare. 1. Ob ingratitudinem, gravem injuriam inlatâ patri, vel ejus vitæ insidias si fit, aut manus injecerit. 2. Si negaverit, hoc est uxorem patris carnaliter cognovit. 3. Si cum gravi dispendio parentum bona dilapidavit. 4. Si testamentum à parente condi impedierit. 5. Si carceri detento succurrere negavit fide jussoris ante annum 25. vitam egerit luxuriosam. Quæ & similes causæ valent, quando filius aliunde superest, unde vivere, alioquin patet teneri necessaria alimenta præstare.* Com. Scot. *in 4. d. 19 q. un. lit. C. in 4 c. 6. q. 10 lit. I. KK.* Mattrius *in Theol. mor. disc.* Bonac. *tom 2. Joan. la Cruz, Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. 2.* Busemb. *l. 3. tract. 3. c. 2.* Clericatus, *cap. 49.* Mendo *cit.*

FRATER

2056 Tenetur alere fratres, aut sorores pauperes, etiam si sint uterini. Item tenetur sorores dotare, si non sint à Patre dotatæ, Molina *de just. tom. 3. disc. 224* Surdus *de alim. tit. 1. q. 25. nn. 6.* & fratri decedenti ab intestato illi succedunt, Rot. *p. 16. recent. dec. 38. n. 14.* Clericatus *c. 51.*

OBEDIENTIA

2057 Tenetur virtus moralis inclinans ad implendum Superioris imperium.

2058 Virtute voti obedientiæ tenetur Religiosus Superiori obedire quoad omnia, quæ præcipit secundum Regulas, & constitutiones Ordinis, sive directe, & explicite, sive indirecte, & implicite.

2059 Ea dicuntur indirecte, & implicite in Regula contineri, quæ sunt valde necessaria, sine quibus Regula commode observari non potest. Adeoque non potest Superior quævis corporis macerationes præcipere, quamvis ad pleniorem Regulæ observationem ordinentur, Busemb. *lib. 2. c. 1. dub 3.*

2060 Hinc non tenetur subditus obedire in iis, quæ sunt contra Regulam, nisi Superior sit talis, qui possit in ea dispensare, & causa legitima adsit.

2061 Nec in iis, quæ sunt supra, seu præter Regulam, ut essent notabiles macerationes, nisi præciperentur in pœnam culpæ, aut delicti; tunc namque tenetur subditus obedire.

2062 Et subdit Busemb. *cit. Nec refert, quod Regulæ jubeant in omnibus obedire: id enim non de obligatione vota, sed obedientiæ perfectione intelligitur.* Ita Suarez, Sanch. *6. mor. c. 2.* & Layman.

2063 Si Superior in iis, quæ præcipere potest, præcipiat: *In virtute sanctæ obedientiæ: In virtute Spiritus Sancti: In Nomine Jesu Christi*, aut simili forma, tenetur subditus sub mortali obedire, quia intendit obligare quantum potest. Sub veniali, vel nullo, si alia forma uratur, Busemb. *cit.*

2064 Caveat tamen Superior, ne sit levis in præcipiendo *in virtute sanctæ obedientiæ*, quæ hoc est præceptum formale obedientiæ, & Superioris gladius, qui non nisi raro, ex gravissima causa, & eximia prudentia, est evaginandus, juxta dicenda de cautum referuatione, & excommunicationis fulminatione.

2065 Nec peccat non obediendo, si rationabiliter credat Superiorem non fuisse præceptum, si veritatem scivisset, Alarius *n 20.*

2066 In dubio, an res, quæ præciptur, sit licita, vel an adsit justa causa præcipiendi, subditus obedire tenetur, Alarius *pag. 328. nn. 55.* Busemb. *cit.* Quia Superior est in possessione præcipiendi; & nemo est spoliandus jure certo per superveniens dubium.

2067 Non tenetur tamen obedire, si prudenter timeat grave malum, aut damnum ex impletione præcepti oriturum, Alarius *numer. 19.* Busemb. *cit.* quia in dubio

favendum est ei, de cujus damno agitur.

Omnino vide dicenda in peccato mortali, de inobedientia formali, & *supra n. 203.*

REGULA S. P. DOMINICI

2068 Nec Fratres, nec Sorores obligat sub culpa mortali, aut venali, sed solum ad pœnam: nisi propter præceptum, aut contemptum. Constat ex initio Const. & docet D. Th. 2. 2. *a. 186. art. 9. ad 1.* Fagnan. *lib. 3. c. Explicari 3. de observ. jejun. pag. 618.*

2069 Pœna solet esse in ipsa constitutione taxata, ita ut transgressor debeat ex se pœnam implere; & tunc, si non impleat, neque venialiter peccat; quia non tenetur sub culpa. Si vero ea pœna præcipiatur à Superiore specialis præcepto, tunc non implens, culpa non caret; quia tunc præceptum est ab homine, & subditus ex vero tenetur Superiori obedire; nam pœna illa (ut supponitur) est explicite, aut implicite in Regula: *v. n. 2057.*

2070 Contemptus habetur, quando suis agit contra Regulam, in quantum renuit subjici ordinationi Regulæ, D. Thom. 2. 2. *q. 186.*

2071 Non erit autem contemptus, si contra Regulam agat ex concupiscentia, ira, aut alia passione, etiam si frequenter; frequentia enim non importat formaliter contemptum, sed solum dispositive, in quantum, qui frequenter contra legem agit, disponitur, ut tandem contra legem agat; renuens legi subjici, juxta illud Prov. 18. *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit*: & tunc est contemptus formalis. Prologus Constit. Ordin. Præd. Lit. N. Vide infra, de contemptu formali.

De Regula Clarissarum infra, cum de jejunio.

De voto Obedientiæ, fuse agunt Donatus *tom. 3. tract. 17.* & Pellizz. *de Monialib. cap. 4. & 18.*

DE V. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non occides.

2072 Homicidium est injusta hominis occisio. Eodem præcepto prohibetur mutilatio: *Quæ est membri amputatio*, & omnis læsio corporis.

HOMICIDIUM SUI IPSIUS.

2073 Nemini licite directe se ipsum occidere, aut mutilare; quia solus Deus est nostræ vitæ, ac membrorum nostri corpotis Dominus. Hinc peccaret mortaliter, qui se ipsum castraret ad tentationes fedandas.

Imo peccaret mortaliter, qui filios etiam consentientes castrant, ut sint aptiores cantui, Caramuel *in theol. fund. à n. 163.* Hoc vero à peccato excusant plures Doct. Tamb. *lib. 6. §. 1.* Mastrius *disp. 17. n. 16.* Quia in horum castratione habetur utilitas; nam inde fiunt sonori cantores pro servitio Reipubl. cæ, & Ecclesiæ ad divinas laudes, quæ utilitas compensat nocumentum illud corporis, & æquivalet necessitati; unde sicut pro necessitate corporis licitum est membrum abscindere, ita pro præfata utilitate, castratio. Adde in praxi hoc in toto Orbe Christiano permitti.

2074 Non licet damnato ad mortem per sumptionem veneni, illud ipsum sua arbitrio capto tempore sumere, Mendo *cit. Homicidium*, quia ei est homicidium directum, & positivum sui ipsius.

2075 Homicidium negativum, seu indirectum sui ipsius, tunc habetur, quando quis aliquid facit, vel omittit, ex quo mors sequitur. Potest esse licitum ex bono, & sufficienti fine. Licitum namque est, pro salute Patriæ, Reipublicæ, Principis, aut alterius personæ Reipublicæ plus necessariæ, mortis se exponere.

2076 At non licet mortis se exponere ob rem alterius usus privati, in quo non reluceat ratio publici boni, nisi fortasse ita charus, quod censeatur (ut vulgo dicitur) *alter ego*; quia ordo charitatis id vetat. Et multo minus licet pro rebus bonis servandis.

2077 In nulle autem casu licet vitam spiritualem animæ periculo exponere.

2078 Damnato ad mortem non licet finere se mori ex inedia, Mendo *cit.*

2079 Licet autem se exponere periculo remoto, ubi est spes evadendi; sic licet se longæ navigationi committere. Item licet se diversis macerationibus, & jejuniis affligere, quamvis graviter timeat mortem antipati, Mendo *cit.* quia est cooperatio valde indirecta, & remota. Non licet autem ita indirecte se macerare, ut adsit periculum proximum mortis, aut amissionis salutis.

2080 Aliquando licet aliquam causam ponere, ex qua ind. recte sequatur mors; & sic licet tempore pestis infectis servire cum certo vitæ periculo, quia directe intenditur bonum publicum. 2. ad evitandum incendium se ex alto præcipitem dare; quia hic directe intendit vitare mortem dirutem.

QUÆ-

QUÆRES,

2081 *An in bello navali liceat militibus, quibus nulla est spes hostes vitandi, navim incendere, aut perforare, & mari se committere, ne cum navi, & opulenta præda in hostium manus deveniant?*

NEgant plures, quia est directa occisio sui, quæ nunquam licet. Mallenius, *disp. 3. n. 21. & disp. 22. n. 104.*

Id autem licere, ex non esse directam sui occisionem, tenent Busemb. & Tamb. *in dec. l. 6 c. 2. §. 2. n. 8. cum multis. Quia sine directa sui occisione, potest 1. quis se objicere telo, vel ictui ad servandam vitam amico, aut Principis, vel ejusdem injuste domanti ad mortem vices subire. 2. potest in naufragio tabulam, quam pro se arripuit amico cedere 3. potest pulverem incendere ad exercendum turrim, & prædendos hostes, quamvis sciat, se obruendum. Sic lib. 1. Machab c. 9. Eleazarus, ut rumpat igneam hostium Elephanti impositam everteret, Elephanti se supposuit, eumque gladio confodit, cujus lapsu ipse quoque corruendus erat, & oppressus: ita patuit in casu proposito.*

2082 Ratio est; quia ea actu directe non intenditur mors, sed bonum publicum, ne hostis potiatur navi cum opulenta præda, quibus augeantur ejus vires in grave damnum Patriæ, & Principis. Tum quia hoc præceptum includit duo, unum de non occidendo, & est negativum, quod semper obligat, ita ut nunquam, & in nullo statu liceat alicui directe se occidere; aliud de vita conservanda, & est affirmativum, quod proinde non obligat ad propriam, vel alterius vitam cum valde gravi incommodo conservandam.

HOMICIDIUM ALTERIUS.

2083 LIcitum est occidere aggressorem suæ, vitæ, vel alterius. Item in defensionem honoris, castitatis, vel alterius virtutis, ac bonorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status sui, & suorum; dummodo defensio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio est; quia hæc non est directa occisio, sed justa defensio; quilibet enim jure naturæ habet jus ad tuendam suam vitam honorem, & bona.

QUÆRES,

2084 *An liceat privata auctoritate tyrannum occidere?*

SI nomine tyranni intelligatur ille, qui est legitimus Princeps; sed tyrannice, & directe, regit, non licet, & oppositum asserere est hæresis damnata à Concil. Constantiensi *sess. 15.*

Si intelligatur ille, qui non est legitimus Princeps, sed invasor; absolute affirmant licere plures Doctores apud Dianam *p. 5. tr. 4. resol. 21.* quos sequitur Mastrius *in theolog. mor. disp. 8. q. 2. a. 27.* Si majora non timeantur mala; quia licet occidere hostem, & hic est hostis gerens quasi continuum bellum cum Regno.

Dico cum Filliuccio *tom. 2. tr. 28. c. 1. nu. 14.* solum licere, dum actu Regnum invadit, minime postquam invaserit, præsertim si Regnum pacifice possideat, quia tunc res tam gravis non est remittenda privato judicio, sed spectat ad publicum totius Regni, seu capitum. Hanc sententiam tenet Diana *ex.* ritè addens, priorem non esse consulendam; nam est reverà periculosa: *v. n. 298.*

MODERAMEN INCULPATÆ TUTELÆ.

TUne habetur, quando defensio, aut vitatio mali, aliter, seu alia via haberi non potest; sed aggressoris occisio est unicum & singulare medium ad illam.

Hinc 1. Si dum te defendis, aggressor fugiat, non licet eum insequi, & occidere. 2. Si potes mortem vitare fugiendo, teneris fugere, ut teneatur Religiosus, nisi ex fuga prævideas te occisurum. Nobilis, & miles non tenetur fugere; quia fuga ei cedit in amissionem honoris, & grave dedecus. 3. Si aggressor, injuria jam illata, v. g. alapa jam infixa, actu fugit, non licet eum occidere, quia id esset vindicta privata.

2086 Dixi, *bonorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status*; quia modicum incommodum in amissione boni temporalis non est mensurandum cum gravissimo damno vitæ aggressoris: nec est amissio unius, vel alterius aureï: imo & plurium, quot attenta conditione personæ, quæ invaditur, non sunt necessaria naturæ, aut statui; ac proinde pro ejus conservatione non licet aggressorem occidere: *v. n. 409.*

2087 In qua re (addit Cardenas) si vir, qui fugere non tenetur, nempe nobilis, aut miles, invadatur à fure, qui intendat pallium modici valoris, v. gr. unius, aut quatuor aureorum, ab eo eripere, potest ille se defendere opponendo gladium; & tunc, si fur desistat, & fugiat, non potest tum insequi, & occidere; si vero fur etiam suum gladium contra dominum rei educat, tunc vir ille potest se defendere defensione occisiva, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ; quia tunc est defensor non rei materialis, sed honoris, & vitæ,

vitæ; nam tunc fur evadit aggressor, non solum contra rem materialem, sed contra ejus honorem, & vitam. Demum si pallio jam ablato fur fugiat, non potest dominus eum insequi, & occidere; quia cum jam injuria sit illata, non esset defensor honoris, & vitæ, sed rei temporalis exiguæ, quam non licet vita furis compensare.

2088 Religiosus potest à fure se defendere, clamando famem, aut fugiendo, minime defensione occisiva; quod si honello modo se defendere non valet, pallium furi relinquat, & eum Deo commendet: *v. in prop. 20. & 21. ab Innoc. XI. damn.*

2089 Non licet viro honorato occidere infamatorem, qui nititur calumniam inferre, aut infamias. Nec licet alicui se defendere defensione occisiva, contra injuste impedientem, ne hæreditas adeatur, ne bona, quæ actu non possidemus, obtineamus, & in similibus casibus. Ratio, inquam, est; quia id cedit in maximum Reipublicæ discrimen, eli enim usurpato juris Reipublicæ, quæ præterea Judices & Tribunalia plura constituit, ut populorum injuriæ punitione compensentur, & jura, ac bona illæsa serventur; & si quilibet pollet privata authoritate ad præfata mala impedienda alium occidere, cum hujusmodi injuriæ, vexationes, &c. sint quotidianæ, quotidiana essent homicidia, & sic publica quies, & pax maxime perturbaretur.

Immo, si in his casibus, potest authoritate publica malum impediri, cessat moderamen inculpatæ tutelæ, sine quo nullo pacto est licita occisio alterius; occisio, inquam, in his casibus non est unicum medium, cum possit malum alia via reparari; demum nulluseffet de sua vitata securus: quia in cautis, litigiis, & actionibus humanis, homini proprii commodi amore obcæcato non deficiunt prætextus, atque colores, quibus censetur inhibitus, injuste impeditus, &c. *v. propos. 17. & 18. ab Alex. VII. damn. & in propos. 30. & 33. ab Innoc. XI. damn.*

2090 Non licet uxorem, sororem, aut filiam in adulterio deprehensam occidere, nec adulterum, quia injuria est jam illata, & nemini licet injuriam jam illatam privata authoritate reparare; quoniam id spectat ad jus publicum: hinc leges civiles, quæ id permittebant, sunt correctæ à Jure Canonico.

2091 Hinc adulteri reperti in fragranti crimine possunt se defendere contra maritum occidere volentem, etiam defensione occisiva, potiori jure, quam banniti.

2092 Banniti enim, seu proscripti à Principe cum licentia eos impune occidendi, possunt contra aggressores se defendere, etiam defensione occisiva. Tamb. *in dec. lib. 6. cap. 1. §. 1. num. 8.* quia per sententiam Judicis non amittunt jus ad vitam tuendam; verum tamen est, quod possint sine peccato occidi.

2093 Si autem vir videat adulterum accedentem ad violandum sui eorum, si alio modo impedire non possit, potest se opponere gladio; & si ille fugiat (ut est verisimilius) non potest illum insequi, & occidere: quia jam injuria est impedita. Quod si adulter fur audax, & suum gladium contra virum educat, & in usu gladii perstitat, tunc potest vir se defendere defensione occisiva; tunc namque defendit honorem, [illegible] *ab Alex. VII. damn.*

2094 Puella, & mulier honesta, si in sua pudicitia, & castitate opprimatur, non debet se occidere, aut mutilare, v. g. linguam, &c. quod si aliquæ Sanctæ fecerunt, ex ignorantia, aut interiori Spiritus Sancti flamma egerunt, *n. 3073.* Neque tenetur oppressorem occidere. Debet tamen se defendere clamando, & quantum debiles ejus vires permittunt, se opponendo; quod si alia via se defendere non possit, non tenetur, sed potest se defendere defensione occisiva: *v. n. 2083.* tunc namque: *Si invita violabitur, virginitas duplicabitur ad coronam.*

2095 Qui occidit hominem pro defensione suæ vitæ *ut in n. 2083.* cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec peccat, nec evadit irregularis. In aliis autem casibus, licet non peccet, fit irregularis ex defectu lenitatis. Ita ex jure.

2096 Qui occidit Clericum deprehensum in fragranti crimine cum uxore, matre, sorore, vel filia, non est excommunicatus, sed peccat peccato homicidii. Mendo *ver. Adulterum, n. 2.* Quia Ecclesia [aut ipse] parcit tam diro dolori, nolens alium superaddere. Si debens, non contrahere irregularitatem, si occisus non sit Clericus: quia in hoc æquiparantur. Ita ille.

2097 Non posse quem in defensionem proximi ejus aggressorem occidere, nisi ille proximus sit ei Superior, aut cognatione conjunctus, tenet Tamb. *tom. 1. lib 6. c. 1. §. 1. n. 11.* quia charitas æque militat pro vita aggressoris ac aggressi.

2098 At Mendo *ver. homicidium, n. 9.* inquit: *Ut defendat quis innocentem, aliter occidendum, seu ejus bona ingenua, si alia via nequeat eum liberare, potest aggressorem occidere, cum proximi unum sint mihi cum per charitatem. At non tenetur ex justitia quis (nisi ex officio ei incumbat) sed ex charitate, sub levia-*

Q U E R Æ S.

2099 *An liceat prævenire, occidendo illum,*

R [illegible]

cap. 2. §. 1. n. 15. & Azor. d. lib. 2. cap. 1. qu. 12. non affirmativum tenent, quando quis aliter vitam propriam defendere non potest ab aggressore armis contra se irruente. Dian. armis: *si quis impetrasset sufficientibus, aut injusta processu, non esset licitum occidere falsum testem, vel judicem iniquum*, juxta contrariam opinionem damnatam à Sacr. Congr. d. anno 1665. Mastrius *disp. 11. n. 110.*

DE MANDANTE, ET CONSULENTE.

2100 MAndans fieri homicidium, si ante executionem expresse vel tacite mandatum revocavit, & revocatio in notitiam mandatarii pervenit: si mandatarius ad hunc homicidium exequatur, mandans non est homicida, nec irregularis, neque est excommunicatus, si occisus sit Clericus. Consulens vero homicidium, si revocato consilio, qui illud recepit, homicidium exequatur, est homicida, irregularis, & excommunicatus, si occisus est Clericus; idem de onere restitutionis pro furto. Ita communior contra Dian. *p. 2. tract. 5. resp. 83. & par. tract. 2. resp. 14. &* Tambur. *lib. 6. dec. cap. 4. §. 5. n. 3. 4.* Ratio est, quod excessum : si ille erat determinatus ad homicidium, & ipse, ex his verbis, non intendebat, nec consentiebat. V. infra tract. *De restitutione.*

Excusatur autem consulens, primo, si consilium revocavit addendo preces importunas : & videns, quod hæc non sufficerent, monuit accidendum, ut caveat. 2. Si ille, cui fuit datum consilium, & facta suasio homicidii, aut furti, per seipsum erat determinatus ad illud; tunc inquam consulens non erit homicida, irregularis, aut excommunicatus, nec tenebitur ad restitutionem pro furto, nisi forte Scotus *in 4. d. 15. qu. 2. litt. G. disp. 3. litt. E. d. 33. q. 2. litt.* C. Mastrius *in Theol. mor. disp. 11. quæst. 6.* Bonac. *tom. 2.* Joan. la Cruz *pag. 67.* Tamb. *lib. 9.* Bulemb.

RESTITUTIO PRO HOMICIDIO.

2102 OUi fuit causa homicidii voluntarii injusti, mutilationis, aut vulnerationis, restituere tenetur læsa, aut ejus hæredibus, expensas pro curatione vulneris, & lucrum, quod cessat ex officio, quod læsus exercere non potest, detractis expensis, quæ pro eo facere solebat. Ad nil autem tenetur, si occisor fuit provocatus ad pugnam, aut si injustum aggressorem occidit : *n. n. 2112.*

2103 Pro vita, membro, cicatrice nil est restituendum, quia sunt bona superioris ordinis, quæ pecunia æstimari non debent, sed solum est vindicta petenda, nisi exinde sit damnum secutum, ut in puella, quæ ob deformitatem ex cicatrice contractam non potest nubere pari; illi debet damnum juxta prudentis æstimationem compensari. Lessius *de just. lib. 2. cap. 9. dub. 23.*

2104 Si quis innocens damnetur à Judice ob homicidium occultum ab alio patratum, non tenetur homicida refarcire damna innocentis, Tamb. *lib. 6. cap. 4. §. 1. cum de Lugo*; quia non fuit causa physica, aut moralis status damni; nisi usus fuisset armis ipsius innocentis, aut alio modo [illegible] homicidio patrato in duello, nisi occisus fuisset

2105 Qui à latronibus rapinas asservit latronum Duci, qui inde fuit ab illis occisus, non tenetur ad restitutionem, & id licet vindicta; hæc vero, si hæc conditione, Tamb. *dictum §. 4. n. 5.* Dian. *p. 4. tr. 5. res. 63.*

2106 Hostiensium non tenetur ad restitutionem pro bonis ipsorum latronibus, quæ ceperunt in Sacro militiæ, v. g. pro Nilla, quæ ceciderunt in eisdem; docet Lessius *de just. lib. 2. c. 9. dub. 24.* contra Tamb. *cit. §. 3. n. 8.* & 21. qui affirmat, quia opera ipsa nulla habent meritoria pœnæ.

Q U E R E S I.

2107 *Pœna ipsa occisoris extendenda sit ultra pecuniam, bona, & famam ejus?*

R Ejic ad me, lector, si pergas esse curiosus, hæc non vero, si impedia, Tambur. *cit. §. 3. n. 14.* ex de Lugo *de just. disp. 11. sec. 3.* quia ex secundo, non se potest extendere ultra pecuniam, æstimatam ab æquo judicium.

Q U A E R E S II.

2108 *Quæ sint homicidium, aut inde irregularitatem causæ, & quæ excusent, non potest hic tam prolixe tibi pervenire, Tambur. cit. §. 4. n. 1. ex de Lugo cit. disp. 8. sect. 2. n. 36. qui tres tantum assert, alias innumeras, cum præsentes non possunt.*

Q U A E R E S III.

2109 *Quæ sint, quæ ex causa excidat omne damnum homicidæ, & an non, & quis judicet possit restituendum damnum, quod patravit?*

R Ejic pedes, De Lugo *cit. disp. 11. sect. 6.* Tamb. *cit. §. 3. n. 12. & 13.* qui remittit ad ejusdem *litt. E.* locum habet in damnis præteritis ultra id quod meruit, & non in futuris.

CONFESSARIUS

2110 ULlus confessarius, confessionis est, ut pro peccatis à pœnitente confessis injungat Missas, Communiones, elemosynas, & similia opera ad alios usus, v. g. quod Missas dicat, Communiones, & Rosarium recitet pro tali anima, & pro qualibet re determinata mercede singulis annis suæ vitæ, addendo pro primo anno injuncta, & subsequenti tempore, & mortis, juxta circumstantias, quæ debet imponere, prout & confessarii Clerici, Sacerdotes, & ex hoc facto, studio, & facilitate alliciuntur, & cum occasioni hæc pia, & sancta opera reperiantur, licite exercere debent, ac habebunt laudem, finem, &c.

HOMICIDIUM CASUALE.

2111 QUi culpa, seu pœna meritorum [illegible] ictum occidit, vulneravit, &c. si [illegible] gitur, [illegible] irregularis, non [illegible] ut vulneratus ad voluntarium in causa.

2112 Si vero non fuit in culpa, quamvis [illegible] prudens potuerit advertir, aut de eo dubitavit; vel si advertit, sufficientem diligentiam adhibuit, & prævenit, opponendo, & quemquam ipsorum in viam prosternit, verbis, aut facto legis appositis transgressores monuit : Pierre tenetur [illegible] irregularitatis non incurrere, si dedit operam rei licitæ, ex qua lecta est mors, v. g. si Clericus arma gerens, aut ad venationem pergens, casu occidit aliquis. Porro licet ex Communibus, sic declarata sint irregularia Clericis, qui gestant arma habenda, cum occidit latenti, qui causa [illegible] ignara Clericum quasi quærentem occidere latronem, & falso intendens.

2113 Probabilius mihi videtur, cum Diana. Bonacina, Sanchez, & aliis, esse in hoc conflictu irregularitatem non incurrere ob [illegible] ignorantiam, quia licet [illegible] ignorantia [illegible] tamen [illegible] tollit à facto voluntarium, [illegible] causat à pœna. Tutius Clericus habet locum pro loco sanctuario, in quo [illegible] advertentia, aut mentalis negligentia, quando homicidium in quovis opere illicito.

2114 Esto, quia ex tempo occidit unum hominem pro malo domum, aut rixam Clericum pro malo Clerico, ab irregularitate, & [illegible] ctu ab excommunicatione non incurrit Pastor no, Eusebius, & Tamb. ex quo ecclesiæ exterminationem [illegible] non est voluntarius, nec [illegible] intendebat occidere individuum, v. g. Petri; unde petens homicidium [illegible] non [illegible] non [illegible] ex [illegible] irregularitate, & pro Clerico contra.

2115 Probabilius mihi est, quod de irregularitate, aliquæ excusatione [illegible] si occidat Clericum; cum [illegible] ordinarie [illegible] ex [illegible] Pastor, Eusebius, & alii, quia [illegible] Pastor ex [illegible] [illegible] humana, & hæc est in Petro, [illegible] irregularitas; si [illegible] [illegible] in occasione [illegible] Clerici pro alio : [illegible]

2116 Probabilis ex opposita opinione [illegible] quando ex [illegible]

[illegible]

unum sufferens pro alio, & forsan unus calcaret pro alio, non peccaret peccato externo formaliter, licet aut desiderio, quia ipse vir de re sua unius hominis est interes, alia non interes quemadmodum, in re furtiva materia, & alterius unius calcis est interes, alia non interes quemadmodum, &c. ut supra.

ABSOLUTUS.

2126 NOn licet penitenti absolutio ante sententiam judicis, aut excommunicationem, quæ est ab homine, nisi in casibus, [illegible] in bulla Cœnæ) prohibentibus absolvere, nisi prius absolvatur ab excommunicatione generali, quam tamen absolutionem potest ipse confessarius impertire in foro conscientiæ, dummodo penitens sit paratus stare mandatis Ecclesiæ ad vitandum scandalum, quod cum non sit cum vehementi suspicione incursus in excommunicationem, non tenetur ad recursum, quia non tenetur ad majus, cum sufficiat minus probabiliter operari.

2127 At Cardenas d. 13. n. 8. quarto, An Petrus judgment Ecclesiæ pro prenda vita sua peccaverit absolvendo?

Resp. S. licet ita sit examinatus, peccat propter [illegible] absolvendo, si ad evitandum [illegible] Ecclesiæ [illegible] Sed S. respondet [illegible] Petrum, qui debuit, [illegible] ad recognoscendum [illegible] ut [illegible] ad recognoscendum [illegible] ut [illegible] ad [illegible] ut [illegible] ad [illegible] ut [illegible] ad

fendendus filius. Pater autem non est solicitus de influenda, & defendenda patole, quam ex fornicatione habet : v. vel [illegible] non sit legitima. 2. vel quia non est proles sit sua, cum sit ex vago concubitu; vel quia non habitat perpetuo cum prole, & femina. Unde ad reflam prolis educationem requiritur, ut proles sit nata ex determinata femina, [illegible] *negi[illegible]que concubitores &c. Regnum Dei possidebunt*: v. *in pag. 5. prop.* ab Innoc. XI. *damn.*

2140 Unde fornicatio est peccatum mortale: Et oppositum est hæresis damn. *in Clem. Ad nostram, de hæreticis.*

2141 Qui committi copulam cum soluta, non sufficit, si dicat: *Commisi grave peccatum [illegible] cum soluta*; sed debet explicare in confessione copulam; quia sic non explicat peccatum, quod fecit; nam etiam toti lacius impudici cum soluta, aut morosæ delectationes internæ de ea sunt gravia peccata contra castitatem. Tum quia copula est actus principalis completus, ad quem cæteri tanquam dispositiones præviæ ordinantur: v. *in pag. 2. prop. 25.* ab Alex. VII. *damn.*

2142 Copulam cum infideli addere simplici fornicationi malitiam specie distinctam in confessione aperiendam, tenet Nav. & de Lugo. Negant Diana, Filliuc. Mastrius, & Tamburr. qui a nulla apparet ratio [illegible] ecta, bene tamen major gravitas, ob quam refervari solet, & puniri. Nec id probat prohibitio matrimonii cum infideli: [illegible] trimonio habetur major conjunctio, quam in copula furtiva; & inde habetur periculum subversionis conjugis, & prolis.

STUPRUM

2143 F *Si defloravit puellæ virginis, ipsa invita*, [illegible] luucidcitur invita, quando vi, aut dolo, timore, aut ficta promissione matrimonii, &c. decipitur, & inducitur ad copulam; & tunc est speciale peccatum ob injuriam, quam stuprator infert puellæ, & parentibus: unde tenetur in foro conscientiæ illam ducere in uxorem, aut juxta fur possibilitatem, & prudentis arbitrium dotare, ut esset virgo: ad quod non tenetur in foro conscientiæ, sed solum in foro externo, si ipsa libere consenserit precibus, sine vi, aut decepttone; tuto probabile est, tunc esse simplicem fornicationem, & propterea non esse necessario explicandam circumstantiam virginitatis ablatæ, seu amissæ, quia quoad hoc mulier est libera, & *volenti ac consentienti nulla fit injuria*. Sanc. *de matr. lib. 7. disp. 12.* Clericatus *c. 68. n. 1.* Mendo *in epit. ver. Luxuria n. 7.* Leander *de pæn. disp. 8. § 2. qu. 25.* contra Ledesm. Graffium.

2144 Si stuprum remansit occultum, & matrimonium æque opulentum non impedivit, stuprator non tenetur dotare, quia nullum est damnum illatum.

2145 Clericatus *c. 68.* ex Antonello *c. 30.* loquendo de casibus, in quibus stuprator non tenetur dotare, ait, elle sequentes. 1. Si virgo non vivebat honeste, nec servato verecundiæ pudore. 2. Si puella post stuprum patiatur se ab aliis carnaliter cognosci.

ADULTERIUM

2146 F *Si maritatus concubitus cum persona conjugata*: est contra castitatem, & justitiam, ob injuriam conjugis, qui est ejus corporis dominus. Unde conjugatus conjugatam cognoscens duo adulteria committit, in confessione exprimenda, ob duas injurias, & injustitias, unam proprio, alteram alterius coniugi illatam: v. n. 2177.

2147 Malitia adulterii contrahitur etiam si maritus in adulterium uxoris consentiat; quia mutia si conjugi non absolute consideratio, sed ut subest statui matrimonii, ob quem habet jus in conjugem. & debetur ei fides conjugis; cui juri, & injuriæ cedere, & renunciare non potest: (sicut (ut exemplificat Cardenas) si juder laicus Clericum ad suum Tribunal trahat, etiam ipso consentiente, imo requirente, est excommunicatus; quia adhuc injuriam committit in Clericum; nam injuria non fit Clerico absolute considerato, ut persona Petri est, sed ut subest statui Clericali, ob quem habet jus immunitatis, & ei debetur honor a laico, cui Clericus cedere, & renunciare non potest: hic per adulterium uxoris injuria irrogatur marito etiam consentienti in adulterium: v. *in pag. 5. prop.* 10. ab Innoc. XI. *damn.*

2148 Marius, si dum uxorem cognoscit, de alia cogitet, & se delectet, malitiam adulterii interni contrahit in confessione exprimendam. Pro restitutione: v. n. 2049.

2149 Si sponsalibus initis, & matrimonio non celebrato, sponsa rem habeat cum alio, tenetur in confessione aperire, se elle matrimonio promissam; quia committit injuriam sponso, ac inde contrahit specialem malitiam: non sic sponsus, quia in eius fornatione hominum non censetur ille gravem injuriam inferre. Negant etiam alii de sponsa.

Per-

2150 Persæ adhibenti ea, quæ Circenses sunt, 2. Separatio thori, 3. Et lumen, & amentia, & omnia detenta. 2. Requiritur ex, & sic contrahit enim malitiam specificam, aliquam enim fuga voluntaria. 3. Quod adhibito sit causa expendæ libidinis, vel incendi matrimonium. Ita ibi Sanchez. 1. Reptum 2 Sopra adhibito; quia Reptum semper est cum violentia, sopra vero cum quacunque malitia; una etiam non excludente, qui est peccat. Tum quia raptus addit abductionem à domo, & injuriam, quod in stupro non est. Tum quia raptus addit malitiam caritatis, v. gr. indignando raptum in sororem, cum est raptus, & non stuprum, quod est secus. Sanc.

2151 Plagium est secretio hominis libere in proprium.

2152 Ad raptum non requiritur vis absoluta, sequestratio, sed sufficit ea quæ sit relativa, importuna precibus, ac inducentia, aut ficta promissione, Clericatus *c. 69. n.* 15. ex Navar. Mendo ver. *Raptus n. 2.*

2153 Pœna contra raptorem ex jure Canonico fuit: 1. Infamia, adeoque est irregularis, ut non possit Ordines suscipere, & Beneficia. 2. Excommunicatio ipso jure, ex Trid. [illegible] de ref. c. 6. [illegible] Pius V. Constitutione decimo tertio. 3. Ut raptor de Civitate, vel dependentia Principis, & exercitio Ordinis; quæ tamen ex parte tantum servantur. Clericatus *ut supra.*

Vide infra de num. ver. *Raptor.*

SACRILEGIUM

2154 F *Si peccatum luxuriæ, qua persona sacra, aut alis est persona voto castitatis Deo dicata, vel locus sacer violatur.* Si ambæ personæ, quæ peccant, sunt sacræ, est du-

plex sacrilegium in confessione exprimendum ob duas injurias, & irreverentias numero distinctas: *n.* 2146. & supra de sacrilegio *à n.* 550. *usq; 580.*

PECCATUM CONTRA NATURAM

2163 E. *Si illud, quo fit feminatio modis repugnantibus institutum naturæ.*

Juxta horum modorum diversitatem, quatuor sunt species peccati contra naturam, mollities, seu pollutio, inordinatus concubitus, sodomia, & bestialitas.

POLLUTIO

2164 E. *Si voluntaria seminis effusio extra vas.* Est ab intrinseco mala; quia opponitur generationi: *v. n.* 2120.

Et ex ipsis Ethnicis Martialis lib. 9. Epigr. 42. sic Pantilum se polluentem objurgat:

Hæc nihil esse putas? Scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis esse tuo.
Ipsum crede tibi naturam dicere rerum;
Illud quod digitis Pantice perdis, homo est.

Vide *prop.* 49. ab Innoc. XI. *damn. pag.* 5. Item *n.* 230. 2174.

2166 Si in pollutione conjugatam, conjugatam, voto castitatis ligatam, &c. quis cogitet, debet circumstantiam exprimere; quia illa speciem malitiæ contrahit ex objecto: *vid. n.* 2184. & 69.

2166 Qui actionem facit, ex qua prævidet se pollutionem passurum, non peccat, si actio sit in se licita, adsit justa aut honesta causa eam exercendi, & alios habeat effectus licitos & honestos, ob quos exercetur, dummodo non consentiat voluptati, Tamb. *lib. 7. Decal. c. 7. §* 2. Mendo *ver. Pollutio*, Clericatus *n.* 73. *n.* 6. *vide n.* 2169. & 2180.

2167 Pollutio in somnis involuntaria non est peccatum; quia est effectus naturalis. Si autem postea de ea, dum es vigil, complaceas, complacentia erit mortalis.

2168 Hinc non peccat, qui pollutionem involuntariam in somnis jam cœptam non impedit, si voluntarie in ea non complaceat, nec consentiat, Mastrius *disp.* 11. *n.* 129. Clericatus *n.* 73. *n.* 4.

2169 Pollutio autem in somnis potest sæpe oriri ex causa præterita; & tunc, si pollutio secutura videatur ex causa illicita, aut otiosa, non necessaria, nec honesta, quæ sit causa proxima ex natura sua ordinata ad Venerem, ut sunt tactus, & aspectus impudici, verba turpia, lectio, aut auditio turpium; tunc erit peccatum, licet non sit directe intenta, dummodo sit prævisa; quia est voluntaria in causa, & indirecte volita: *vide sum. n.* 188. Si vero res illa sit tantum causa remota, ut esus calidorum, nimia comestio, agitatio ex itinere, &c. tunc pollutio sequens non erit peccatum mortale, nisi sit directe, & expresse intenta; quia tunc est effectus per accidens, quatenus sequens ex causa remota, non ordinata de se ad Venerem: effectus autem per accidens non imputatur causæ cum patiente: *v. n.* 2215.

INORDINATUS CONCUBITUS

2170 C. *Consistit in modo non ordinato, seu in copula licita, seu illicita;* potest esse mortalis, si fiat cum periculo impediendi pollutionem; sin minus, erit venialis, immo si adsit sufficiens necessitas absque periculo, nullum erit peccatum in copula licita; quia procuratur jus proprium modo potibili.

SODOMIA

2171 P. Erfecta, & propriè dicta, *est actus libidinosus conjunctarum inter masculos, in vase non naturali.* Unde ad sodomiam perfectam requiritur copula, & quod peccetur contra sexum, & debitum instrumentum. Hinc copula masculi cum fœmina intra vas indebitum, & fœminæ cum fœmina cum effusione seminis, est sodomia, sed imperfecta, & impropria; quia in prima non habetur identitas sexus. In secunda habetur identitas, sed non habetur vas indebitum, nec inter fœminas dari potest copula propriè dicta.

2172 Diana, Mastrius, & alii tenent, complexum duorum masculorum, quorum unus, supercubet supra alium, sicut supra mulierem etiam cum affectu ad indebitum sexum, & cum effusione seminis, non esse sodomiam, sed simplicem mollitiem, cum cooperatione alterius masculi, & quod sufficiat in confessione dicere: *Pollutus sum tactibus impudicis alterius hominis, & illum pollui faciens*, Mendo *ver. Luxuria n.* 18. quia circumstantia incubandi non mutat speciem.

2173 Pariter simplicem mollitiem esse dicunt, si quis se polluat inter coxendices, brachia, seu alias partes fœminæ, quæ non sint vas præpositerum, & sufficere, si dicat: *Pollutus sum tactibus impudicis mulieris.*

2174 In pollutione cum alio exprimi debet status illius. Et in sodomia, an sit cum masculo, vel muliere parrata, quia lædit diversa honestas.

2175 In nostra Diœcesi Panormitana sodomia est reservata; ad quod non requiritur frequentia, sed sufficit, si *semel* committatur; quia in reservatione non solum di-

ffertur, *Nisi secus fuerit in similibus reservationibus*, sed etiam *semel* committatur.

2176 Reperitur autem, ita actus sodomiticus inter masculos cum effusione seminis in vas præpositerum, quia aperitur foramen reservatæ vasis sodomia perfecta, non imperfecta; unde non venit sodomia facta inter fœminas, aut viri cum fœmina.

2177 Sodomia impuberis, si lædant intra vas, est reservata; quia est perfecta sodomia, nec tutæ reservationi obstat incapacitas, quia malitia simplex existens: *v. n.* 1779.

2178 Probabiliter mihi est, quod partium complexi tendatur sub reservatione, nisi ex improviso. 1. Quia est complexus eadem delicto libidinoso ventilatus; nec datur peculiaris sodomiæ pars, sed etiam commixtiones quia tam agens, quam patiens dicuntur ad commixtionem sodomiticam concurrere.

2. Quia circumstantia agentis non mutat speciem, sed solum aggravat intra eandem speciem; unde circumstantias agentis, aut patientis, non licet ex necessitate explicandas. Sic probabiliter Diana plumbus in loco, mense *p. 11. n. 9. 10. 11.* & *n.* 7. *p.* 9. *n.* 9. cum plurib. quia utraque contra naturam peccat, & eadem ætatis peccata committit. Et quamvis agens se polluat, patiens non pollutionem cooperatur. Ellesmius explicandas, tenet Layman *de pœnit. tr.* 8. *c.* 3. *n.* 6. Quia agens se polluit, non se cognoscit. Cornejo *tom.* 1. *disp.* 2. *punct.* 2. *n.* 2. *vers.* Secundo, tenetur hanc circumstantiam intra, tam pro patiente, quam agente, quia agit ad eam cooperatur inflictam, &c.

2179 Probabile autem putat Tamburc. cum aliis, quod tam reservationi sodomiæ non veniat patiens, nisi explicandas, sed solum agens; quia reservatio est odiosa, adeoque debet restringi ad sodomiam, quæ ex communi omnium conscientia est perfecta, quæ est ex parte agentis, non patientis, licet enim perfectissima sit, quod patiens ex parte sodomiæ, ut tamen non concedunt omnes. Tum quia pœna major patientis est ex parte pudoris.

2180 Copula sodomitica non parit affinitatem; quia affinitas solum oritur ex copula naturali.

2181 Si vero copula sodomitica sit cum consanguinea, debet explicare circumstantiam incestus, Lacroix, *Conrad. Busembaum sodomiticæ*, quia pejus, propterea in consanguinea, quam extranea, quamvis eadem sit sodomia, quoad speciem, quia per accidens contrahit speciem adulterii, &c. An autem debeat explicare qualitatem consanguinitatis, contingentia notitiæ scitum, vel affinitatis, & gradum, *v. g.* cum fratre, augnato, &c. Respondeo, *ut in n.* 2153. & 2154.

BESTIALITAS

2182 E. *Si coitus hominis cum bestia:* quod est gravissimum peccatum inter omnes luxuriæ species; quia non fervat identitatem speciei. Non sunt ex necessitate explicandæ species animalium, nec an sit mas, aut fœmina; quia est differentia tantum materialis in genere entis, non in genere moris.

2183 Ad hanc speciem reducitur coitus cum dæmone succubo, vel incubo; quia corpus à dæmone assumptum, non est vere corpus humanum: debet autem in confessione exprimi; quia ex superadditur malitia contra Religionem, cum sit commercium cum dæmone, Dei & nostro inimico. Debet tamen exprimi, an dæmon fuerit sub specie fœminæ, viri conjugati, aut voto castitatis ligati; quia tunc peccatum contrahit illam speciem malitiæ, ob affectum ad talem personam.

2184 Copulam cum fœmina mortua non esse peccatum fornicationis, nec bestialitatis, sed simplicis mollitiei, tenet Diana *par. 9. tr. 9. resp.* 1. cum Tamb. quia fornicatio, & bestialitas est actio viventis cum vivente; unde solum est pollutio cum inanimato instrumento, uti esset cum statua; inanimatum autem instrumentum, quo quis se polluit, non facit mutationem speciei, adeoque hanc circumstantiam non esse ex necessitate aperiendam, sed sufficere, si dicat: *Me pollui.*

2185 Dico tamen, quod si talis non sistat in sola copula cum mortua, sed ulterius dirigat affectum, & cogitationem ad mulierem illam, ut erat viva (quod est verisimilius) tunc contrahit eam speciem malitiæ internam, quam objectum habet in se, nempe adulterii, incestus, &c. uti de pollutione dictum est.

2186 Mollities, sodomia, & bestialitas habent malitias specie distinctas; quia peccata non distinguuntur specie præcise per oppositiones ad diversas virtutes, sed etiam per oppositiones ad diversas honestates ejusdem virtutis: sic contra quamlibet virtutem sunt duo peccata specie diversa, unum per excessum, alterum per defectum; ut prodigalitas, & avaritia contra liberalitatem: mollities autem, sodomia, & bestialitas naturæ opponuntur, sed per dissonantias diversas, & contra honestates diversas; quis enim non videt, diversam dissonantiam, inclinationem, & repugnantiam naturalem esse in bestiali concubitu, quam in sodomitica, & diversam in hoc, quam in simplici mollitie? ac propterea distinguuntur spe-

rie consistat in genere rei, sed etiam in genere moris: *v. in pag. 2. propos. 23. ab Alexan. VII. damn.*

2187 Prædictis speciebus addi solet

IMPUDICITIA,

NIhil consistit in tactibus, aspectibus impudicis, verbis obscenis, cogitationibus, & hujusmodi.

2188 Tactus impudici sunt illi, qui de se ordinantur ad Venerem: hujusmodi sunt oscula, tactus mammillarum, & partium inhonestarum, qui de se sunt dispositiones ad Venerem, ac proinde sunt peccata mortalia, & contrahuntur eandem speciem malitiæ, quam habet actus venereus, ad quem de se ordinantur, in confessione explicandum, nempe incestus, adulterii, & licet actus perfectus non sequatur, *numer. 2274. v. pars. 3. propos. 40. ab Alex. VII. damn.*

2189 Tactus autem, & aspectus de se impudici à peccato excusatur, si fiant ex necessitate, v. g. medendi, aut aliqua honesta causa pura mundi, &c. licet exinde sequatur delectatio sensualis venerea, aut pollutio; dummodo non adsit consensus voluntatis, nec sit mens in tactibus, licet prævisa: quia necessitate, aut honesta causa excusante, delectatio illa sensus, & pollutio, quæ sequitur, est effectus naturalis, & per accidens; homini autem prosequenti suum jus non imputatur effectus per accidens, & præter intentionem secutus, Busemb. *tr. 4. c. 2. dub. 1. n. 5. & 6.* Si vero quis expertus sit, se sæpius accidisse in expressum consensum mortalem, non obstante necessitate, & honesta causa, debet se à tali causa abstinere. Idem dico de Confessario, qui audiendo peccata turpia in confessione experitur motus venereos sensibus: hic non tenetur à confessione abstinere, nisi adsit periculum consensus, quod colligitur, si sæpius expertus sit consensisse: *v. n. 2166.*

2190 Non est eadem ratio de aspectibus, & tactibus; quia tactus proxime habent connexionem spirituum vitalium, non sic aspectus, unde solum aspectus partium inhonestarum sunt de se impuncti, ac proinde aspectus mammillarum, curiositatis causa, sunt venniales, nisi adsit periculum delectationis venereæ.

2191 Aspicere congressum animalium, & maxime viri cum femina, aut illum studiose sentire, vel voluntarie cogitare, est mortale ob periculum proximum delectationis venereæ. Sanchez si ex abrupto, & casu repentino. Malleius *disp. 11. n. 134.* Clericatus *c. 73. n. 18.* Idem dic de aspectu studioso mammillarum nudarum.

2192 Eadem ratione mortale est pertractare pudenda brutorum, non solum ex fine veneree se complacendi, sed etiam solius curiositatis causa videndi semen, Diana *p. 9. n. 8. resp. 31.*

2193 Aspectus mulieris pulchræ cum sola complacentia de ejus pulchritudine non est de se peccatum, nisi ad malum finem ordinetur, Cajet. *tom. 1. opuscul. 14. quæst. 3.* quia pulchritudo est donum naturæ à Deo: nisi adsit periculum delectationis venereæ, propter quod non debet homo in hujusmodi aspectibus diu immorari: *v. n. 2274.*

2194 Verba turpia, & lectio turpium curiositatis, aut divertionis causa, sunt venialia, si non adsit præsumptum periculum, aut scandalum aliorum; à mortali autem erunt excusa, si non fiant per transitum, sed quis per legendum tempus in iis immoretur; quia tunc regulariter adest periculum delectationis venereæ, & scandali aliorum.

OSCULA.

2195 OScula considerari possunt ratione modi, vel ratione finis. Eadem respective dic de tactibus, & amplexibus.

Ratione modi, osculo alia sunt superficialia, & instantanea, alia pressa, & morosa.

2196 Ex parte finis sunt quadruplicis generis. 1. Sunt oscula data in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa; hujusmodi esse soleant osculæ superficialia, & instantanea.

2. Sunt oscula ob delectationem veneream. Delectatio venerea est, quæ percipitur ex motu substantiæ seminis, vel ex per se ordinatis ad illud.

3. Sunt oscula ob delectationem sensualem.

4. Sunt oscula ob delectationem sensibilem. Et quamvis difficile sit, delectationem sensualem & sensibilem distinguere, earum tibi reddam, si attendas.

2197 Delectatio sensualis est illa, quæ consurgit, & seruitur in carne ex commotione spirituum generationi inservientium circa par-

[illegible] osculo residet.

[illegible]: tactu objecti mollis, & morbidi proportionati potentiæ decisulativæ, & sensui tactus, præscindendo ab omni delectatione venerea, & sensuali, & a fine copulæ. Ubi (ut vides) delectatio sensus is supponit, & subsequitur commotionem spirituum; delectatio vero sensibilis ab illa præscindit, quod si commotio spirituum adsit, delectatio sensibilis, quæ in osculo residet, eam præcedit ut causa.

2198 Hinc fit, quod delectatio sensualis ex osculo, inter solutos, est v[illegible] & mortalis; quia delectatio sensualis, quæ consurgit, & sentitur in carne ex commotione spirituum generationi inservientium, per se, & ex natura sua est ordinata ad copulam, seu ad motum seminis.

2199 Non obstat, quod sit Galenus *lib. 14. de usu partium c. 9. & 10. Veneream delectationem sola est, quæ ex motu substantiæ seminis percipitur.* Quia ibi loquitur de delectatione consummata, quæ oritur ex effectu completo, qui est venus. Ac non inde sequitur, quod delectatio sensualis, quæ ex commotione spirituum in carne consurgit, non sit formaliter veneréa; nam est causa apta nata motus seminis; actio autem in genere moris habet pro objecto effectum, & ab eo formaliter specificatur, ut constat exemplo actionum, & causarum suarum, infra *n. Qui rejiciuntur tenentur.*

2200 Adeoque Doctores communiter concludunt, delectationem veneream esse illam, quæ percipitur ex motu seminis, vel ex per se ordinatis ad illum, pura ex commotione pertendorum; sive hæc habeatur ex osculis, tactibus, amplexibus, sive ex cogitatione cogitæ, &c. Verricelli *tr. 4. qu. 1.* Diana *p. 4. tr. 4. resp. 136.* Filliuc. Villal. & Com. apud ipsos.

DIFFICULTAS

2201 UTrum solum remanere possit de osculis, ob de rectationem sensibilem, quæ in ipso osculo residet. Et quamvis olim plures scripserint, hujusmodi oscula esse tantum venialia, seclusio periculo ulterioris consensus, & pollutionis: modo sit omnino tenendum esse mortalia; quia oppositam propositionem damnavit Alex VII. *ut in pag. 3 prop. 40.*

2202 Non dicas, Alexandrum nomine delectationis sensibilis intellexisse sensualem. 1. Quia est voluntarie dictum: quoniam etiam ante damnationem Doctores semper delectationem sensualem à sensibili distinxerunt, ut videre est apud DD. *num. 2200. ex.* 2. Quia Pontifex aliquid novi, & quod Doctores docebant, damnavit: Non sit autem novum, sed indubitatum semper fuit, delectationem sensualem voluntariam inter solutos esse mortalem, Verricelli *cit. num.* 1. Et in delectatione venerea non dari parvitatem materiæ, modo dicemus. Ratio vero intrinseca est, quæ sequitur.

2203 Dico 1. osculo pressa inter personas solutas ejusdem, & maxime diversi sexus, sunt peccata mortalia, Verricelli *cit.* Filliuc. *tom. 2. tr. 30. cap. 1. num. 179.* Leffius, & Salas apud ipsum.

Ratio est, quia ex osculo pressa naturaliter oritur delectatio naturalis sensibilis, quæ est formaliter, & intrinsece venerea. Suadetur: Ex contactu etiam pressa oris ad os naturaliter oritur delectatio sensibilis, quæ ex natura sua est provocativa, & excitativa spirituum partium libidinosarum generationi inservientium, ex qua commotione naturaliter consurgit delectatio sensualis, de *num. 2197.* per se, & ex natura sua proxime, & immediate ordinata ad motum seminis; igitur delectatio illa sensibilis, quæ ex osculo pressa oritur, est intrinsece venerea, utpote per se, & natura sua ordinata ad motum seminis, licet non tam proxime, & immediate, uti delectatio sensualis, causa namque per se causæ, est per se causa causati; quod sufficit, ut in genere moris formaliter, & intrinsece ab illa specificetur.

Unde D. August. *lib. 4. de Civit. Dei cap. 16.* inquit: *Cum sine motibus rerum libidinosarum cum libido auferat, nec cujus vel libido sit adsciat, non sine fetet animæ cogitare, nisi ita, quæ absque partis corporis excitantur: unde n. 2210.*

Et quo fit, quod hæc propositio: *Oscula pressa exercita inter salutos ejusdem, & maxime diversi sexus, sine modo sine sunt licita*, sit falsa, & erronea; quia alias esset vera hæc propositio: *Oscula exercita inter salutos ejusdem, & maxime diversi sexus, cum delectatione sensuali sunt licita:* quia hæc virtualiter continetur in priori.

2204 Probatur 2 tertio: Tactus namque pressus mammillarum secundum communem & indubitatam sententiam Verricelli *cit. n. 12.* est venereus, & mortalis, ita ut in jure, *c. 1. §. 1. Quibus modis feudum amittatur* Vasallus tangens mammillas dominæ privetur feudo; & non alia ratione, nisi recta; quæ validius procedit in osculis pressis, cum sint tactus magis proportionati sensui, & allectivi carnis.

2205 Hinc de osculis pressis meminem facit Ovidius epist. 2. *Oscula qui longas jungere pressa moras*, eaque esse naturaliter cum delectatione & suavitate conjuncta, ait Juvenalis satyra 6. *Ac mollia semper oscula delectent.* Unde Donatus in illud Terentian: *Si Thais mea* vocat suavia, & libidinosa, his verbis: *Tria esse osculandi genera; osculum scilicet, basium, suavium; osculo offerorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum, vel amantum.*

Sicque, quæ urbanitatis causa dantur, aut quæ more patriæ, dicuntur *pura Oscula.* Quæ eb pudorem adhibentur, ut inter patentes intimes, *Basia.* Quæ eb delectationem sensibilem, *Suavia.*

2206 Insuper gratis dato, quod delectatio sensibilis non sit intrinsece venerea, & libidinosa, negari in praxi non potest, quin talis sit extrinsece ratione periculi proximi; nam in praxi regulariter & ordinarie est cum commotione spirituum partium pudendarum, & inde cum delectatione sensuali conjuncta.

2207 Unde Plutarchus *de amor.* inquit: *Formosa osculari jucundissimum esse; tangere autem non sine periculo licere.* Clymacus *gradu* 15. *Tx sólo tactu corpus coinquinatur, nihil quippe sensûs isto gravatur, nihil patitur læsionis.* & S. Basilius *l.b. de virg. Sicut tactu longinquo, subitæ bullæ, & ulcera nascuntur; sic bullæ in corde, & inflammationes e contactu generantur.* Idem ibid. *Formosarum oscula cavere oportet, non secus, quam animalium venenatorum morsus: diffundit enim virus ex osculo per omne corpus.* Et S. Theodor. Studita mulierum tactus cavendos monet, ait: *Avertavit quis oculos suos mulierem, & incensus libidine, fœdus contraxit.*

2208 Non dicas. 1. Oscula præsta separari posse à delectatione sensuali, ut in persona maxime frigida, adeoque illa oscula & delectationem sensibilem non esse venerea, & [illegible]

Quia maxime frigidus, quamvis liberetur à commotione extrinseca carnis, non liberatur à commotione intrinseca sensus, & potentiæ appetitivæ sensitivi interni, nec liberatur, in cujus, 2 bullis in corde, de quibus Basilius.

Et oppositum est casus metaphysicus, & theoticus; minime physicus, ac practicus. Quem si in practice expetas, gratias Deo agas: sed tua praxis (quam non credo) mihi inserviet pro doctrina non potest, utpote singularis, & per accidens: quoniam judicium est de regulariter contingentibus formandum.

2209 Non dicas. 2. Te esse ea mie timoratum, assiduis macerationibus exteriorum, atque in vita contemplativa periculum.

Quia præsumptuosum potius te dicam, & utitalem. te reprehendit Hier. in Reg. Monach. *Ne in præterita castitate confidas: Nec Sampsone fortior, nec David sanctior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod Paradisi colonum de possessione sua mulier ejecerit.* Et Augustin. *in lib. de Singularitate Clericorum: Experto credo, expertus loquor coram Deo, non mentior: Cedros Libani, Duces gregum sub hac peste cecidisse reperi, de quorum casu non magis suffecabar, quam Ambrosio, vel Hieronymi amputatio turpitudinis.*

2210 Dicta sunt vera, etiam si quis in osculis pressis non interdat, imo protestetur se nolle copulam, nec ulteriorem consensum, imo nec habere pro fine delectationem sensibilem; quia talis protestatio est contraria facto; nam delectatio sensibilis est naturaliter inseparabilis ab osculo presso, & naturalis via ac medium ad commotionem spirituum, & delectationem sensualem, ut constat *ex num.* 2203.

2211 Qua ratione ex communi doctrina, in pollutione, vel copula, non sunt necessaria exprimenda oscula, & tactus præcedentia: quia ex natura sua ordinantur tanquam via & media ad illam. Ex jure autem, protestatio contraria facto nihil operatur; unde talis protestatio, & exclusio finis, est prætextus, & color ad occinrandum sub larva farcitatis peccatum, & simplices decipiendum.

2212 Et eadem ratione, nemo dicit, non esse denunciandum Confessarium mulierem in confessione deosculantem, quamvis dicat id egisse absque malo fine; nonnisi quia habuit rationestam, quatenus osculum inter personas solutas diversi sexus est malum, & mhenestum.

2213 Ex his colliges, osculum pressum, de quo *in n.* 2203. non esse indifferens, sed indifferens esse osculum in genere, & in communi ad superficiale, & pressum.

2214 Osculum namque superficiale, & inflammatum, præsertim esse licitum, ut modo contigit, & solum est malum extrinsece ob intentionem operantis, si fiat non ex fine honesto, sed vel ob delectationem sensualem, aut sensibilem, vel ratione periculi delectationis sensualis, & consensus veneræi, quæ quis sæpe experitur.

2215 Oppones. 1. Patientem de aliis sensibus, qui in te delectationem percipiunt ex propriis objectis, quæ attingent, ut auris de sono, nasus de odore.

Respond. disparitatem esse: quia alii sensus ex propriorum objectorum attingentia percipiunt delectationem non prohibitam: osculum vero pressa, & tactus hujusmodi pressi, sunt per se nata cansare commotionem spirituum & delectationem sensualem jure divino prohibitam. Unde paritas solum tenet quoad osculu superficialia ex honesta causa (de quibus modo; quæ quidem sunt licita. Imo si delectatio ex propriis objectis aliorum sensuum sit talis, & talibus circumstantiis ata circumstantiis, ut per se, aterta qualitate personæ, sit nata causare in ea commotionem secundem spirituum, & delectationem sensualem veneream, erit patiens peccaminosa, *ut in num.* 2169.

2216 Oppones. 2. Consuetudinem primitivæ

væ Ecclesiæ in danda pace ante Communionem, de qua Apoll. ad Rom. 16. & alibi: *Salutate invicem in osculo sancto.*

Resp. Consuetudinem primitivæ Ecclesiæ fuille de osculo in danda pace, sed de osculo modesto, & sancto, quod ore clauso, superficiarium, & inflantaneo, & inflantaneæ dabatur, in signum interiæ charitatis, & pacis; de quo Cyrillus Alexandr. *lib.* 1. Glaphyr. *pag.* 169. ait: *Osculum est symbolum perspicuum, eminentisque acta benevolentiæ, & charitatis*; minime de osculo presso, & moroso, quo voluptas hauritur.

2217 Hinc S. Clemens Alexandr. *lib.* 3. *pedagog. cap.* 11. inquit: *Ore occlusio, & clauso benevolentiæ animi signandum. Est autem quoque osculum castum, veneno plenum, sanctarum similatio, & osculari, quasi etiam spinosa, sine tamen tangere, gratum dolore hominibus afferunt?*

2218 Insuper confortudo non erat, ut viri invicem deoscularentur; sed *l. ait* S. Chrysost. Hom. 26. in *cap.* 20. *Act.* 1) *In nostris, & formone feminei, cum ad Ecclesiam ascendunt, osculantur. Ipse viderat nos aspexisse in Ecclesia promiscue cum viris, sed separatum. Quia autem, hac ratione obtinente causa, hominum malitia, fervente aliquin charitate competenti est, osculum cum mulieribus est in edictum latum libellum. Ita Franciscus. Bonacina ad mentem 49. n. num.* 2221.

2219 Oppones 3. pravum osculorum ex consuetudine patræ, quæ viget in Galiis.

Resp. Pravum illatam solum posse habere vim in locis, ubi talis adest consuetudo, minime in aliis regionibus, ut in nostris.

2220 Insuper in locis ubi consuetudo est de osculis modestis, ore clauso, superficialibus, & inflantaneis, ex honesta causa, ex causa, inquam, urbanitatis, ac in signum puri affectus, & amicitiæ: Amicitia enim à Phil. 8. Eth. describitur. *Mutua, & manifesta inter aliquos benevolentia, honestatis causa.* Et ideo fuit licita.

2221 Non est autem in consuetudine de osculis pressis, morosis, & studiosis voluptatis causa, aut in quibus voluptas quæritur. Ex quo fit, ut in Gallitis, si quis cet mulieri osculum pressum, & studiosum, homicidia sequantur, & ita: *Quis est* (ait Augustin. in Psalm. 30.) *qui non irascatur, videns frenes insolentes frivolas, fidem non reservantes osculo, quod infigunt sacramentis Dei? Et in lib. de amicit. c. cap. 6. tom 4. Ipsam osculum tanta turpitudine fædant, ut si osculans mihi aliud sit quam adulterari.*

DE OSCULIS, AMPLEXIBUS,

Tactibus, verbis turpibus, & similibus extra Matrimonium.

2222 Pater Busembaum *in n. a. c. 2. dub.* 1. hæc habet:

Oscula, amplexus, compressiones manuum, & similia non obscœna, si fiant tantum officii, aut loris patriæ, aut amoris honesti, vel benevolentiæ ergo causa, etiamsi delectatio venerea subrepat (modo ea non consentiatur) non sunt peccata. Less. Filliuc. *l. c. n.* 171.

Si vero ista fiant ex aliqua veniali vanitate, joco, curiositate, levitate, petulantia, (dummodo non cum delectatione venerea, nec ejus causa: & si præter intentionem subeuntur, ea repulsa, ac tunc abstinenda ab illis) venialem culpam non excedunt. Vide Fill. hic, Lessium, Sanch. *l. cit.* Diana *p.* 4. *tr.* 4. *res.* 129. *Contrarium tamen est tutius.* Vide Tiull. *l. 6. c.* 11. *n.* 8.

2223 *Aspectus vero, & subinde etiam (rarius tamen propter periculum adjunctum) tactus, ex peculiaritia, vel curiositate, partium inhonestarum alterius corporis, ejusdem tamen sexus, extra affectum, & periculum consensus veneri, excusari posse à mortali, v. g. quando simul aliqui notant, vel latrant*; ut docet Laym. *l. 4. fect. 4. ex* Sanch. *l. c. mm. c. 6. num.* 12. 13. & *num.* 27. 28. Trull. *d.* 12. *n.* 15.

Verba turpia, lectio obscœnorum, spectatio comœdiarum turpium, cantiones inhonestæ, gestus, lusus, & dona amatoria, si tantum fiant ex curiositate, vel vano solatio, non sunt mortalia; secus tamen, si fiant, vel animo inhonesto, sive veneræ, vel cum periculo ruinæ spiritualis sui, vel alterius. Sanch. *d.* 46. *q.* 3. Filliuc. *tom* 1. *c.* 10. *q.* 3.

2224 Joannes la Cruz *in 6. præc. art.* 1. *concl.* 1. de osculis, & tactibus, ait: *Ex se ista non sunt peccata, cum licite fiant sine libidine ex mera patriæ, aut ab aliam necessitatem, etsi in eis excitetur aliqua sensualis delectatio, dum non acceptetur, sed permittatur, nec adsit periculum consentiendi in eam.* Ita Victor. & communiter, cum D. Th. *art.* 5. *Quia dicta causa est licita, & alias talis delectatio non acceptata evenit præter intentionem. Sicut nec tenentur viri spirituales abstinere se à colloquiis spiritualibus cum fœminis honestis, etsi patiantur aliquas titillationes immundas vias.* Ita Mend. *in sum.* § 18.

2225 Verticell. *tr.* 4. *qu.* 20. *num.* 18. *Die sexto, tangeni, aut osculans ex honesta amicitia, aut ex more patriæ resistere, vel*

nem, si sensibiliter delectetur, tam tamen delectationem non intendat aque principaliter, sunt ea delectatio non est venerea, imo nullaterus peccat, vel saltem venialiter tantum, Silvest. ver. delectatio, num. 7. Resella ver. Cogitatio mortua num. 4. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 56. Cornelius lib. 5. quæst. 20. num. 4. Rebellus p. 2. lib. 3. qu. 19. sect. 3. vers. Similiter, Filliuc. tract. 30. num 178. Salas 2. 2. quæst. 1. tract. 13. disp. 6. sect. 20. nu. 131. Qui docent excusari à mortali, quamvis fornicatur turpis prudendum commotio, dummodo deliberate in eam non consentiatur.

2226 Omnino tamen quoad oscula, amplexus, tactus, & similia extra matrimonium servanda, & renenda vide dicta Num. 2195. ad 2221.

QUÆRES I.

2227 *Quid dicendum de sponsis de futuro?*

Dico 1. oscula, & amplexus superficialia, facta urbanitatis causa, seu in signum benevolentiæ, & sinceri affectus, sunt licita inter sponsos de futuro. Mastrius disp. 11. q. 9. art. 3. à num. 139 ad 147. Cardenas in 1. tract. theol. tr. 5. de castitate c. 16. num. 205. pag. 576. Gobat tom. 1. tr. 10. num. 671. Alleza ver. Luxuria num. 5.

Ratio est, quia talia oscula non sunt mala ex objecto, nempe ex genere suo, & in ratione osculi; alias inter parentes, & filios, & inter alios more patriæ essent mala: v. n. 2213.

Non ex fine; quia finis est honestus, nempe sincerus amor, & urbanitas, quæ sunt virtutes morales, minime voluptas captanda: v. n. 2220.

Non ratione periculi proximi; quia hoc solum habetur in osculis pressis, ex quibus regulariter oritur commotio spirituum carnalium, & delectatio venerea: & complacentia, quæ ex recentiis pudicis osculis ex honesto motivo factis oritur, non est complacentia carnalis, sed spiritualis, & moralis, prout (ut advertit Mastrius) Potius sit voluptas & gaudium mentis, quam effectio sensitivi appetitus.

2228 Et in praxi oscula, & amplexus facta in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa, regulariter separata experimur à commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea: id, inquam, frequenter experimur. 1. In osculis more patriæ, aut à parentibus factis. 2. Inter conjugatos ipsos, quando unus debet ab alio discedere, aut ad alterum regreditur; imo etiam dum simul cohabitant, sæpe alter alterum deosculatur absque ulla commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea, in solum signum sinceræ benevolentiæ, aut in solamen ex conjunctione, & propinquitate inter ipsos orta, utpote factos unam carnem; quæ propinquitas est tanta, ut ex Genesis 1. vir relinquat patrem suum & matrem suam, & adhæreat uxori suæ.

2229 Sic ab osculis inter sponsos in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa factis, facillime separari potest omnis commotio carnalis, & delectatio venerea: per hoc enim quod sponsus consideret proximam propinquitatem, & proximæ se futurum unam carnem cum sponsa, facilitet potest osculis uti ex solo præfato fine honesto; eo maxime, quia licet copula inter ipsos futura sit venus, propinquitas, quæ ex illa oritur, est honesta, & naturalis.

Quod si aliquis sponsus sit ita fragilis, ut in hujusmodi osculis ex fine honesto factis experiatur, se sæpe cadere in delectationem carnalem, & veneream, hic utique se abstinere debet ab illis; quia in eo ratione suæ particularis conditionis est periculum proximum; sed hic casus est per accidens, ac proinde resolutioni non officit; nec pro sponso ita fragili sunt damnandi de peccato timorati, qui tale periculum in osculis non experiuntur, & lineam sinceri affectus, atque honesti motivi minime transcendunt.

2230 Dico 2. oscula, & amplexus libinosa, seu ob delectationem veneream inter sponsos de futuro, sunt mortalia, Verricelli tr. 4. qu. 23. Fernandez, Angles, Rebellus, & alii plures apud ipsum.

2231 Contra Cajet. & alios, qui volunt esse venialia. Tra etiam Joan. la Cruz in 6. præc. art. 1. n. 4. his verbis, *Imo & oscula & amplexus libidinosi sine periculo pollutionis sunt licita sponsis de futuro, eo quod sponsus habet quodam jus, licet inchoatum, & imperfectum ad corpus sponsæ, quod ad ista licentiam præbet. Et ista sunt velut principium promissarum nuptiarum.* Ita communiter, & maxime Cajet. 2. 2. q. 154. art. 4. Mend. Nav. c. 14. n. 18. & c. 16. n. 12. Ledesm. c. 2. de matrim.

2232 Ratio firma nostræ sententiæ fundatur primo in regula generali, qua quævis delectatio venerea voluntaria excludit à Regno Dei, teste Apost. ad Eph. 5. *Omnis fornicator, aut immundus, non habet hereditatem in Regno Christi, & Dei.* Ubi Lyranus: *Omnem immunditiam Apostolus damnat, ut includens omnia ad vitium luxuriæ pertinentia.* Ita Ver-

2233 Status sponsalium, seu inchoatio matrimonii per sponsalia de futuro, nec eximit à dicta regula; quia adhuc sunt vere soluti.

2234 Nec dat jus inchoatum ad corpus sponsæ, ut conflat generaliter in contractibus: inchoatio namque contractus nullum jus dat ad illum rei, nisi quousque fuerit perfectus; tunc quidem solum transfertur dominium rei, & qui non jam est dominus rei, non potest ea imperfecte uti, cum adhuc sit aliena. Licet sibi promitta. Ita Verricelli, ex Rebello.

2235 Insuper (ut bene arguit Verricelli) si inchoato matrimonii consensu fiant oscula venerea sponsis, cohonestaret etiam tactus venereos pudendorum, & delectationem de futura copula inter ipsos; quod communiter negatur; quia tactus impudici sunt inchoatio copulæ, & quia delectatio futuræ copulæ commovet spiritus generationi inservientes, & inde est quædam copulæ inchoatio; quod etiam verificatur de osculis venereis, quia etiam ex illis copula inchoatur, & etiam illa per se commovent spiritus generationi inservientes.

2236 Secundo fundatur in alia regula: *Cui non est licitus finis, non sunt licita media.* Cum igitur præmissa oscula & amplexus sint per se media ad culpam, quæ non est licita, sed mortalis sponsis; ita nec illa erunt licita, sed mortalis eisdem: v. n. 2210. & 2178.

2237 Dico 3. Oscula, & amplexus ob delectationem naturalem, & sensibilem, quæ ex ipso osculo oritur, & generaliter oscula, & amplexus pressa, sunt mortalia sponsis de futuro, Rodriquez *in sum. tom. 3. cap. 102. num. 1.* & Fernandez *per. 4. cap. 2. §. 4. & p. 3. n. 21. §. 1. n. 11.* contra Tamb. *tom. 1. lib. 7. cap. 3. §. 5. n. 61.* Diana *p. 2. tr. 17. ref. 6.* cum Fagundez, Sanchez, & aliis, qui putaverunt nullum esse peccatum.

Rationes sunt eædem *de num. 2203. ad 2214. à n. 2230.* Qui enim ponit causam per se effectus venerei cum prævisione illius, virtualiter affectum venereum procurare dicitur, licet expresse eum non intendere affectet. Et actum venereum nullum dare jus statui sponsalitio, probatum est *à n. 2223.*

2238 Dico 4. Dormitio sponsorum de futuro in eodem lecto, imo & eorum cohabitatio, & pernoctatio, est mortalis ratione periculi proximi. Sequitur ex dictis. Hinc S. Cyprianus epist. 62. ad Pomponium ait: *Caste ipse consentias, ipse complexus, ipsa consabulatio, & osculatio, & conjacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dederoris, & criminis confitentur?*

Et in Diœcesi Neapolitana reservatur contra parentes permittentes, his verbis: *Sponsi, & sponsæ post contracta sponsalia, & ante matrimonium legitime celebratum, carnalem inter se copulam habentes. Nec non parentes, consanguineos, aut affines omnes, ac singuli eandem carnalem copulam, vel sponsorum cohabitationem, & pernoctationem permittentes.*

QUÆRES II.

2239 *Quid dicendum de conjugibus?*

Resp. oscula, & amplexus pressa, & venerea, atque tactus impudicos intra conjugales, extra actum conjugii, non esse mortalia, E non sit periculum pollutionis. Est communis. Idque ratione tactus conjugii, qui dat jus ad finem, nempe copulam. Esse tamen venialia, in quantum sunt ob solum delectationem exercita. Ob rationem *à n. 2280.*

QUÆRES III.

2240 *An in delectatione venerea deliberata detur parvitas materiæ?*

Respondeo non dari, Call rop. *tom. 1. tr. 3. disc. 2. punct. 10. n. 4.* Dian. *p. 5. tr. 5. resp. 5.* & Doctores communiter, qui oppositam sententiam improbabilem vocare solent. Et quidem eam damnavit Clemens VIII. in Officio S. inquisit. ut referunt *cit.* Auctores.

2241 Firma ratio intrinseca est, quam adducit & refert Verric. *tr. 4. qu. 16. n. 11.* ut sequitur:

„ Hanc delectationem veneream, quantumvis levem, esse inchoatam pollutionem, ostendit ex Galeno *lib. 14. de usu partium c. 9.* & 10. dicente, *delectationem veneream fieri ex motu humoris feroſi, qui est substantia, & materia seminis, cum per venas, & arterias spermaticas, per modum hederæ protensa, & venis, ad vasa pudenda descendere incipit, & per commotionem spirituum genitivum incalescit tanquam per causam efficientem instrumentariam.* Sed hoc totum spectat ad inchoationem pollutionis, & ad motivum à Regno Dei excludentem, *1. Corinth. 6.* quare (ut recte arguit Rebellus) ea venerea delectatio suapte natura, & ex fine operis ordinatur ad pollutionem, imo est inchoata pollutio: totus autem motus pollutionis secundum singulas sui partes est mortalis; nulla enim inchoatio actus mortiferi, etiam in aliis rebus, venialis est, sed mortifera, cujusmodi est inchoatio occisionis, rapinæ, furti notabilis, &c.

2242 Et deinde concludit, oppositam sententiam esse improbabilem, falsam, erroneam, temerariam, periculosam, ac scandalosam.

QUÆRES IV.

2243 *An plene advertens in se cogitationes, & motus graves cum delectatione sensuali, & illis nec consentias, nec positive resistat, negative, & permissive se habeas, pecces, & quamvis?*

IN hac re, & materis, perdifficili quidem, ac delibrata, tres sunt sententiæ.

2244 Prima affirmat, eum peccare mortaliter, quamvis certo credat se non consensurum. S. Antoninus 1. 2. *tit.* 5. § *in fine*, Bonac. *de matr. qu.* 4. *punct.* 7. Recardus, Valentia, & alii apud Vertic. *tract.* 17. *n.* 1. Cujus rationes sunt. 1. Quia tunc generatur sub mortali tales motus reprimere, posset sine mortali in magna delectatione veneræ perseverare. 2 Quia tales motus ex natura sua ad pollutionem disponunt. 3. Quia qui tales motus permittit, illos interpretative vult; unde fieret qui illos intendit, mortaliter peccat, *ex num.* 2198. ita qui illos interpretative vult.

2245 Secunda sententia docet, non peccare mortaliter, sed venialiter, nisi adsit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis. Cajet. *in sum. tract. de Matrim. verif. Magna tamen*, Diana *p.* 2. *tr.* 17. *resp.* 33. Medina, Cordula, & alii apud Verricelli *tract. num.* 1. Sanch. *sum. lib.* 1. *cap.* 2 *num.* 14. hanc vocat communem, & D. Bonav. *in* 2. *distinct.* 24. *part* 2. *art.* 2. *quæst.* 2. *num.* 75. quamvis primam sententiam teneat, hanc probabilem vocat.

2246 Huic sententiæ adhæret Tamb *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 2. ut sequitur.

„ De hac re non ego loquar, sed Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 2. *part.* 10. § 1. „ (legatur Joannes Sanchez, qui fuse idem probat *disp.* 21.) qui sic habet: *Esse fu-* „ *pradicta sententia affirmans esse peccatum,* „ *quando voluntas non reprimit, neque coercet,* „ *cum possit, valde probabilis est: tamen probabi-* „ *liter mihi videtur, non peccare mortaliter eo* „ *tantum tempore, quo non reprimit hos turpes motus,* „ *sed mero negative se erga istos habet, dummodo* „ *absit periculum pollutionis, aut alterius* „ *gravis consensus.* Tenent hanc sententiam Caietanus, Navarrus, Toletus, Philiarcus, & „ alii plures, quos refert Salas, *& ideo ipse* „ *naturam suam mentem declarare, satis insinuat* „ *vel esse pro hac sententia, ut loremi patebit.*

„ *Probabilissimam esse affirmat* Therm. Sanchez, *qui hanc reputat probabilissimam in rigore metaphysico, practice tamen aliam dicit esse* „ *veram. Præcipua ratio, quæ me movet, est,* „ *quia hujusmodi motus à natura provenunt, ita* „ *ut omnes coercere sit impossibile, aliquos difficillimum. Non est igitur credendum de divinæ bonitate, salutem æternam hominum his periculis exposuisse: esset enim salus æterna cujuslibet hominis non levi periculo exposita, si cum à natura sit in motum proclivis, excitatus sit, non statim non admittere hos motus, sed etiam illos exprimere, cum possit: obligaretur sane mecha-* „ *nicum non difficilia ad eximendum. Ergo videat hos motus conservare, ea quod in loco tali, vel tali modo decumbat, teneatur à talibus cubilibus abstinere, imo surgere, & se aliqualiter verberare, quod certe est difficillimum, & pauci eam tutam. Deinde peccabit mortaliter, si non evitet causas, ex quibus cognoscit hujusmodi motus pravos insurgere; nam si postquam excitati sunt, tenetur illos reprimere, à fortiori tenebitur eximere, ne excitentur: tenebitur ergo sub mortali summam non adhuc, nec videre, aliaque similia omittere, quæ in communi sententia venialia sunt, nisi solum venialia. Denique argumenta contraria sententiæ non urgent.*

Hæc Castropalaus, qui respondet ad quinque argumenta, quibus fundatur prior sententia, quæ hi liber, lege. Illud fatetur cum communi, esse venialé (lege Joannem Sanchez, *loc. cit.* qui *num.* 3. nec esse venialé contendit) si, cum possis, non reprimas; neque excusationem habeas, cur non reprimas; quia negari non potest, illos motus esse decordinatos, & ad copulam inclinare. Excusatio autem sufficiens esset ea, quæ est necessaria, vel utilis tibi, vel alteri: ut audire Confessiones, legere, studere, urbane loqui cum fœmina, equitare: & multo magis excusabit timor, ne dum attendis ad vehendum positive reprimere, crescat tentatio; tunc enim, imo & semper in ejusmodi tentationibus consultissimum remedium est, statim avertere cogitationem ad alia objecta non illicita, præsertimque te maxime afficiunt: id enim tunc non solum est negative se habere, sed certe resistere. Quæ omnia, & quamvis providentur pollutio, sed non credentur, nec sit periculum consensus, dicta à nobis sunt satis, *supp. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. *n.* 48.

2247 Ita ex Castropal. *tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 2. *punct.* 12. qui sic habet:

„ Notandum item est, si eh eatsam necessariam, vel utilem ibi, aut alteri, non re- „ primis hujusmodi motus, quales sunt, audire confessiones, legere, studere, loqui urbane cum fœmina, equitare, timet incidendi in turpiores delectationes, vel „ urgentius tentandi, nullum peccatum committis, etiamsi adsit periculum pollutionis, „ modo absit periculum consensus, quia tunc „ pateris has delectationes, non actus. Ita Azor. *tom.* 1. *institutionum moralium lib.* 4. *cap.* 6. *quæst.* 5. ... ias plures referens 1. 2. „ *disp.* 6. *sect.* 2. *num.* 31. Sanch. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 2. *n.* 12. Vasquez *disp.* 108. *cap.* 2. *in fine*, Coninch. *disp.* 34. *de matrim. dub.* 12. *n.* 111. Lessius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 94. *& dub.* 15. *n.* 118.

2248 Rationem, cur adsit peccatum veniale, dat etiam Verricelli *cit. n.* 1v. his verbis:

„ Sectiens turpem motum cum delectatione, quamvis omnino certum sit nullum subesse periculum, neque consensus, neque pollutionis; tamen nisi aliqua causa excusetur (de qua infra) venialiter peccat, eos pravos motus non comprimens: ita omnes contra Jo. Sanch. *disp.* 21. *num.* 4. Ratio est, quia talis motus cum delectatione venerea, est de se inordinatus, & turpis, & ex natura sua allicit ad consensum, & disponit ad pollutionem, tamen remote, ergo tenetur voluntas eos positive comprimere: tum quia id omnium fidelium sensus offendit, qui passim se accusant de negligentia in resistendo; sed si motus essent sine ulla prorsus delectatione, tunc puto nullatenus de ipso curandum, ut recte docet Jo. Sanch. ubi supra, *num.* 8 & infra probabo.

2249 Ipse tamen Doctissimus Verricelli *cit. num* 4. *ad* 21. tenet, hanc secundam sententiam esse probabiliorem absolute loquendo, rarissime vero tutam in praxi, ait proinde,

2250 Quantum ad primam partem, solvit argumenta in oppositum, dicens, tunc non reprimere motus illos turpes, & delectationem veneream non voluntarie præterire, esse materiam gravem, quando adest periculum proximum consensus, aut pollutionis. Nec ea disponere ad pollutionem, nisi remote, si non sint voluntarie, & libere procurata. Nec aliquid dici interpretative, aut virtualiter volitum, nisi quando quis potest, & tenetur impedire.

2251 Et Castropal. qui absolute absque distinctione de veritate speculativa, & practica, secundam sententiam tenet, *tom.* 2. *tr.* 2. *disp.* 2. *punct.* 10. § 5. *n.* 4. addit: *Admitto gratis, in contractibus istam esse judicium sacile, & expressi tractos præsumptum consensum, ac in peccatis nequaquam; nunquam enim sibi licet aliorum peccata velle, licet tamen illa non impedire, vel Deus peccata permittit, non tamen illa vult.*

2252 Ibid. addit, mortale esse hos turpes motus velle, aut procurare, quia sic sunt initium, & causa pollutionis; in nunc vero illos non procuratos, nec volitos permittere. Et voluntatem non esse sub mortali obligatam impedire quamlibet pugnam appetitus sensitivi, sed illam, quæ sit talis, ut constituat voluntatem in periculo proximo ad consentiendum.

2253 Quantum ad secundam partem de veritate practica, Verricelli *cit. à num.* 16. inquit.

„ Dico septimo, in praxi raro excusatur à peccato mortali, qui veneris delectationibus, ac tactibus turpibus positive non resistit, & comptimente negligit, vel saltem formalem displicentiam de illis non habet. Unde consultissimum, imo fæpe necessarium est, de his tanquam de dubio peccato se accusare ante sacram Communionem. Ratio est; quia non resistens parvis motibus, & delectationibus, frequenter vere, & formaliter, nedum interpretative consentit, non cognoscit autem le consentisse, quia actu reflexo non advertit consensum; unde tunc mortaliter peccat, non ex eo quia non resistit, sed quia vere, & formalissime consentit; unde recte docuerunt gravissimi Doctores, ut Joan. Gerson. Cancellarius Parisiensis, Gregorius de Valentia, Thomas Sanchez, Sayrus, & Alphonsus Rodriquez, rem esse satis periculosam, neque tutum esse communicare sine confessione: referam in re tanti momenti verba Doctorum.

2254 Alphonsus Rodriquez, *exercit. spir. p.* 3. *tr.* 4. *c.* 4. *docet*, fæpissime doctissimos viros latere, an subsit peccatum mortale; unde S. Bonaventura, *in speculo disciplinæ* acriter reprehendit eos, qui ex verecundia putantes non esse mortale, omittunt hæc contteri, & fæpe sacrilege communicant.

2255 Denique, tertia sententia tenet, eum non peccare mortaliter, si saltem aliquam displicentiam habeat, licet omnino delectationem veneream non reprimat, nec ejus causam removeat, dummodo certus sit, se non consensurum. Ita plures Doctores à D. Bonav. *cit.* relati, eique adhæret Sanchez *in sum. l.* 1. *c.* 2. *n.* 13.

2256 Hæc sufficiant ex gravissimis Doctoribus retulisse, nam plurium meorum Magistrorum exemplo motus, in hac re, malo discipuli munere fung, quam Magistri.

2257 Illud certum est, eum peccare mortaliter, si adsit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis, etiamsi credat se non consensurum in delectationem veneream, & pollutionem; quia [ut recte ait Ver-

Verricelli) eodem præcepto, quo quis tenetur pollutionem vitare, tenetur etiam causas per se influentes in illam auferre, nisi causa aliqua necessaria excuset: *n.* 2189.

2258 Ad dignoscendum, quod urgeat periculum proximum: primum signum est, experientia, qua quis in limili commotione & delectatione positus; expertus est, sæpe sæpius consensisse aut pollutionem secutam esse. Secundum, si commotio & delectatio sit gravissima, ac ita vehemens, & naturaliter irrita, ut judicio prudenti advertat, ei esse proximam pollutionem. Ad hoc juvant etiam dicta de occasione proxima.

2259 In casu igitur periculi proximi, tenetur quis sub mortali positive resistere, & pravos motus reprimere, utendo remediis, de quibus modo: *n.* 2165.

QUANTUM AD SIGNA

2260 Consensus præsumi, vel non, ab eo, qui positive non resistit, extra casum periculi proximi.

Sunt à viro prudente (ut docte innuit Verricelli) considerandæ quatuor. 1. Qualitas personæ, An sit timoratæ, vel laxæ conscientiæ. 2. Qualitas delectationis venereæ, An fuerit levis, vel gravis: brevis, vel diuturna. 3. Causa, An rationabilis, ut auditio Confessionum, studium &c. Vel ittationabilis, ut curiosus aspectus, turpis lectio, aut locutio, &c. 4. An aliquam ejus delectationis displicentiam habuerit, vel nullam.

2261 Si sit persona timoratæ conscientiæ, ni potius mallet mori, quam sædari: tunc si cogitatio, motus pravus, & delectatio fuit levis, probabile est non fuisse consensum; quia vir timoratus haud ita facilitter in consensum fuit.

2262 Idem dicit 1. Verricelli *cit. num.* 3. & 5. Si fuit gravis, & diuturna, causam tamen non removit ex rationabili motivo, ut studio necessario, auditione Confessionum. Et tunc licet ratione probabilitatis, quod non adfuerit consensus, non tenentur confiteri: consultum est, ut confiteatur.

2263 Idem etiam dicit. 2. Si causam non removit sine rationabili motivo; ut esset aspectus curiosus, lectio, &c. ipse tamen displicentiam delectationis habuit: *Quia displicentia est quædam resistentiæ, quæ quamvis sit ineffica ad tollendam delectationem, efficax tamen est ad tollendum consensum.* Ita ille cum Sanchez.

Et scitum dubium esse de consensu, & inde, quod tenentur confiteri, si displicentiam non habuit.

Huic autem secundo dicto, nullo pacto adhæreo: quia aliud est loqui de motu turpi, & delectatione naturaliter ortis; aliud de ortis ex causa libera, non necessaria, de qua *n.* 2189. ut est curiosus aspectus, lectio non necessaria, &c. tunc quidem, gravi motu turpi, & delectatione urgente, tenetur quis causam removere; quia cum nulla subsit ratio, quæ cohonestet non remotionem causæ, reputatur dicta supertius 2250. de delectatione libera, & procurata.

2264 Denique addit Verricelli *cit.*

Sic si diu restitisti, frustra tamen, quia adhuc durant, experientia tamen didicisti eos pravos motus à seipsis cessare; neque veritaliter peccet, si non curat. Ita S. Th. 2.2. q. 35. *ar.* 1. *ad* 4. & in primam ad Corinthios, c. 6. q. 6. Curiel. 1. 2. q. 74. *ar.* 8. *dub.* 2. §. 1. *ibid.* Pesantius *art.* 10. *dis.* 5. Azorius *tom.* 1. *lib.* 4. c. 6. q. 5. Joan. Sanch. *in selectis disp.* 21. *n.* 11.

Qui etiam scrupulosus est, & scrupulis eruebatur cum resistere incipit, & causam amovere; si resistere non curat, excusandus est, & probabile est non consensisse. Ratio est, quia justissima causa non resistendi, aut causas delectationum non amovendi, est evitare scrupulorum cruciatum. Alia vide infra de requisitis ad peccatum mortale.

DE ARMIS AD PUGNANDUM contra tentationes carnis, & pravos motus.

2265 Primo, est fuga occasionis fatitio pugnæ, teste Aug. *serm.* 250. *de Temp. Apprehende fugam, si vis obtinere victoriam: nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere.* Et Hier. *Epist.* 22. *Dum parvus est hostis, interfice.*

2266 Secundo, est fuga otii; otium namque est omnium libidinum seminarium. Hinc Ezech. cap. 16. dicitur: *Iniquitas Sodomæ, superbia, fornitus panis, abundantia, & otium.*

Adeoque tunc quis animum alio divertat, aut se occupet in lectione librorum, vel operationibus, & exercitus manualibus, &c.

2267 Tertio, est imploratio Auxilii Divini, & Intercessionis Sanctorum: scripsum namque est Sapientiæ *cap.* 8. *Cognovi, quod non possum esse continens, nisi Deus det: adibam adita Dominum, & deprecabar eum illum.*

Imploret igitur divinum auxilium, se lignet signo Crucis, Orationes jaculatorias ad Deum dirigat. *Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Ne permittas me Domine à te separari.*

Ad Christum Crucifixum mentis oculos convertat: *Tu Domine Deus meus, & Jesu dulcissime, pendes in patibulo, & ego metuebam operam dare? Moriar, moriar, priusquam te Redemptorem meum offendam.*

Ad Virginem confugiat, dicendo: *Sub tuum præsidium, &c. Virgo singularis, inter omnes mitis esto nostris fletibus, mitesque, & suaves.* Ter signo Crucis in fronte, ore, & corde se signans, dicat: *Per sanctam Virginitatem tuam & immaculatam Conceptionem tuam, Purissima Virgo, munda me, & castum mihi.*

Ad Angelum Custodem: *Angele Dei, qui custos es mei, &c.*

Ad Sanctos, maxime ad B. Hieronymum, orazione, qua ipse utebatur: *Tumus accidens in opprobrium, si à carne superatus fuero; num ergo Domine, ut hoc opprobrium à me auferas, & si me à carne tentari permiseris, ima me permixtus succumbere.*

Quarto, est consideratio quatuor Novissimorum: *Memento finem, quod delectat, æternum quod cruciat.* Sint tibi in mente hæc tria verba, (quæ tradit Verricelli;) *Nunc, Statim, Nunquam: Nunc* possum mori? *Statim* descendere in tartarum? *Nunquam* inde exire.

Quinto denique juvant mortificationes externæ, & disciplinæ.

DELECTATIO MOROSA

2268 *Si delectatio deliberata de actu turpi, quæ præcise consummatur interius, vel est consensus voluntatis in motus illicitos appetitus sensitivi.* Unde dicitur morosa, non à tempore mora; quia cum conflitat in actu intrinseco, potest consummari in instanti; sed ex mora rationis, & advertentiæ sufficientis, ut sit peccatum; adeoque si per longum tempus decurrat in delectatione actus pravi, v. g. copulæ, quam cogitas, sed non plene advertas ad malitiam gravem ipsius delectationis, nec plene consentias in ea detineri, non erit delectatio morosa, nec peccatum mortale. Omnino, *n. dicta à n.* 2260.

2269 A desiderio differt: quia desiderium aut consentus in copulam illicitam, v. g. est actus voluntatis efficax, qui consummari intenditur in ipso opere externo fornicationis; delectatio vero morosa de eadem copula, quam mente quis cogitat, sistit solum, & consummatur interius, & non transit ad volendum exequi id, de quo quis delectatur.

2270 Difficultas est, an in delectatione morosa explicari debeat in confessione persona cum ea quam delectatio versata est, nempe, quod sit conjugata, conjunctæ, Deo sacra? Affirmat magis communis opinio; quia delectatio morosa habet ex natura sua causalitatem in actum externum, ac proinde contrahit speciem malitiæ actus externi: v. gr. adulterii, incestus, aut sacrilegii.

2271 Ita Cajet. 2. 2. q. 154. *art.* 4. Rodr. *in sum. tom.* 3. *c.* 101. *m.* 2. Bonac. *de matr. qu.* 2. *punct.* 8. *n.* 18.

2272 Probabile autem est, non esse explicandam circumstantiam personæ, sed sufficere, si dicatur: *Delectatus sum tantis de copula illicita filiam cognatam, non desiderando.* Ita Verricelli q. 5. Caltrop. *tract.* 2. *disp.* 2. *punct.* 10. § 4. Diana *par.* 7. *tr.* 7. *ref.* 48. Vasques, Reginal. Tannerus, & alii apud Verricelli *cit.* qui hanc opinionem probabiliorem vocant, dicentes, præter malitiam contra castitatem, non habere aliam malitiæ speciem cum ipso opere.

Ratio est (docte ait Verricelli) quia objectum delectationis morosæ non est opus externum, ut ponendum à parte rei cum proximi injuria; sed est ipsa cogitatio operis, seu opus quatenus cogitatum delectat: ergo cum cogitatio ipsa non sit injuriosa conjugi, verbi gratia, aut consanguineæ, &c. non habet ea delectatio malit am adulterii, aut incestus, &c.

2273 Tum quia in tantum id debet explicari in desiderio, & gaudio copulæ illicitæ; quia desiderium est voluntas efficax actus externi veneri, qui desideratur, & gaudium est voluntas efficax approbativa actus externi veneri patrati, ac proinde specificantur ab actu externo; delectatio vero morosa est voluntas inefficax, quæ sistit, & consummatur in sola interiori delectatione, sine ordine ad actum externum, ac proinde non est de ejus causa.

2274 Confirmatur; quia delectatio morosa solum tendit in actum veneream mente conceptum, minime in circumstantiam personæ conjugatæ, &c. adeoque solum contra castitatem opponitur, & sola castitas per eam violatur, minime jus conjugale, consanguineæ, aut sacræ; & consequenter delectatio morosa non variatur specie ex variatione personarum, nisi tendat in personam, seu opus externum, ut subest formaliter illi circumstantiæ; puta si quis delectaretur de copula, ut est copula conjugata, sacræ, *&c. v.* 2. 2. 2186.

2275 Idem est dicendum de aspectibus, quorum delectatio venerea sistit solum interius, & non transit exterius ad desiderandas mulieres, quæ affectu venereo aspiciuntur. In tactibus vero impudicis, & osculis, explicanda est circumstantia personæ tactæ; quia sunt actus externi, adeoque per eos non sistitur in sola delectatione interna.

2276 Delectatio vero de copula sodomitica, contrahit speciem malitiæ sodomiæ in con-

confessione explicandam ; quia est de copula innaturali , quæ est extra genus copulæ naturalis.

2277 Ligatus voto castitatis , si morose delectetur , debet circumstantiam suæ personæ explicare , quia peccat contra votum ; *ut in nu.* 1855 De conjugato affirmat Vasquez ; quia in matrimonio præstatur tantùm conjugi non collocandi corpus , nec mentem in aliena . Negat Castrop. *tom 1. tr. 2. disp. 2. punct. 10. §. 5. n. 4.* Diana *p. 5. tr. 13. resp 99.* Gaspar Hurtados , & Verricelli *tr. 4. q. 5. n. 5.* quia quod in matrimonio præstetur fides de non collocanda mente in aliena , etiam sine desiderio procedendi ad externa , non probatur . Ita ille.

DELECTATIO COPULÆ CUI LICITA?

2278 PEndet ex hoc principio : *cui est prohibitus finis , sunt prohibita media , seu : cui non est licita operatio , non est licita voluptas inde derivata :* & è contra: *cui non est prohibitus finis , non sunt prohibita media , &c.* hoc præmisso,

2279 Conjugati morosè se delectantes de copula præterita , vel de copula cogitata in præsenti , in absentia alterius conjugis , absque periculo pollutionis , non peccant mortaliter , sed venialiter ; quia in statu conjugii non est prohibita copula , ita nec eius delectatio .

2280 Peccant autem venialiter ; quia opus conjugii ob solam delectationem exercitum , est peccatum veniale ; nam opus conjugii est à natura institutum ad duos fines , ad procreandam prolem pro conservanda specie , qui est finis principalis , & ad sedandam libidinem ; qua ratione nullum peccatum committit , qui opus conjugii exercet ob delectationem , si eam ordinet ad procreationem prolis tanquam finem principalem; peccat tamen venialiter , qui ob solam delectationem illud exercet , quia exercet more brutali , perverendo ordinem à natura institutum ; & consequenter voluntaria , & deliberata cogitatio , quam habent conjugati de copula præterita , si non habeat aliud motivum , nisi solam delectationem , non potest à venali excusari , *v. prop. 9. ab Innoc. XI. damn.*

2281 Vidua morosè se delectans de copula præterita habita in statu conjugii , peccat mortaliter ; quia viduæ hic , & nunc in statu viduitatis est prohibita copula , ita & delectatio de copula . Eadem ratione peccant mortaliter , sponsi de futuro , si delectentur de copula futura ; licet enim talis copula non sit mala in ratione effectus , & ut ab operante procedet ; est mala in ratione objecti , respectu ejus , cui ob scitur , si objiciatur in statu , & impote , quo sit ei prohibita ; hac ratione pollutio nocturna involuntaria non est peccatum , & delectatio voluntaria de illa est mortalis.

2282 Diana *pars. 3 tract. 5. resol. 87.* Bonac. & Tambur. cum multis tenent . 2. Viduam licite gaudere posse de copula conjugali præterita , & desiderare futuram ; sic pariter de soluto , & sponso , nullo tamen modo in præsenti delectari : quod intelligunt de puro desiderio ; minime de desiderio conjuncto cum aliquo affectu actuali malo , vel de desiderio , quod sit causa efficax pollutionis , & de gaudio , non prout confunditur cum delectatione , sed prout coincidit cum approbatione , ita ut idem sit gaudere de copula conjugali præterita , ac eam approbare . Ratio est , quia delectatio morosa ex se influit ad libidinem , & motus sensuales parit ; non sic approbatio , & purum desiderium . 2. Licitum esse de pollutione naturali nocturna , & involuntaria non delectari , sed de ea habita gaudere , & eam desiderare ob aliquem honestum finem , nempe ad sedandas , vel ob sedatas tentationes carnis , ad exonerandam , vel ob exoneratam naturam , ob sanitatem , &c. quia tunc talis pollutio neque objective est mala ; nam sic gaudens , & placens , non gaudet , & placet de pollutione , sed de sanitate : idem dicunt de desiderio . Id de pollutione negant Sotus , & Rodriquez in Summa , quia pollutio est ex objecto mala .

2283 Id certum est , nullo pacto licere pollutionem nocturnam , & naturalem procurare , etiam ad sanitatem obtinendam ; quia tunc esset voluntaria in causa , & ab intrinseco mala .

2284 Si die Sabbati delecteris de comestione carnis , aut illam desideres , præcisa per intellectum , seu non intellecta die Sabbati , non peccas ; quia separas malitiam , dum præscindis circumstantiam prohibitionis , seu sub qua est prohibitio . Peccas vero , si desideres comedere carnes pro die Sabbati , etiam si postea retractata voluntate , non comedas ; quia tunc non præscindis , sed concernis circumstantiam diei Sabbati : in primo , inquam , casu , dies Sabbati habet rationem temporis , quo exilit , & sit actus desiderii ; & ideo non transfundit malitiam in actum ; quia concomitanter se habet : in 2. se habet ut terminus se tenens ex parte objecti , ut ejus circumstantia , & ideo transfundit malitiam in actum .

2285 In qua re datur regula : in objectis malis , quia prohibitis , de iis per se consideratis delectari non est peccatum mortale , nisi delectatio fiat de re ipsa : secus in objectis prohibitis ; quia malis , ut est adulterium , homicidium , &c. quia in primis potest objectum præscindi à malitia , non sic in secundis .

2286 Complacentiam seu delectatio de actu peccaminoso , est peccatum , & contrahit eandem speciem , & qualitatem malitiæ actus . Si vero sit de modo , aut aliqua circumstantia in se non peccaminosa , ver. g. de dexteritate , industria , inventione , &c. in sufrando , &c. non est peccatum mortale , & aliquando neque venniale .

DESIDERIUM REI ALIENÆ.

2287 ES peccatum contrahens malitiam injustitiæ furti , si sit de re aliena obtinenda via illicita , & cum damno domini : secus si videns , v. g. vestem Petri , similem deberes , vel eandem , emptione , donatione , aut alia via licita , obtinendam . Decimo namque præcepto prohibentur in concupiscentia , quæ septimo præcepto prohibentur in facto ; unde eo prohibetur deliberata voluntas aliena usurpandi , retinendi , aut damnum inferendi .

Scotus *in 2. d. 42. q. 4. lit. L. in 3. d. 15. q. un. lit. H. in 4. d. 15. q. 2. lit. LL.* Mastrius *in Theol. moral. disc. 11. q. 7. & q. 8. n. 151.* Joan. la Cruz. *par. 87. 6. præcept.* Bonac. *tom. 2. pag. 265. pag. 366 pag. 377.* Tamb. *to. 1. pag. 183. & 297.* Busemb. *lib. 1. tr. 4. cap. 2.* Diana in pluribus locis, Castrop. Verricelli cit. Clericatus *c. 118.*

DE VII. PRÆCEPTO. DECALOGI

Non furtum facies.

CAPUT I.

De Justitia, & Jure.

2288 DE jure pro lege sumpto dictum est , cum de legibus : modo jus *est potestas legitima ad aliquam rem obtinendam , vel retinendam , aut ad aliquam functionem faciendam.* Est duplex , in re , & ad rem . Jus in re *est illud quod per ipsam rei traditionem acquiritur .* Jus ad rem *est illud , quod aliquis justo titulo habetur ad rem , ut eius traditio fiat .* Jus in re dat actionem in ipsam rem , ita ut habens jus in re , habeat actionem ad eam sibi vendicandam , à quocunque possideatur . Jus ad rem dat actionem in personam , ut rem , quam v. g. vendidit , donavit , &c. tradat . Præcipua juris species est dominium .

DOMINIUM

2289 E*st facultas disponendi de re tanquam sibi subjecta :* est duplex , jurisdictionalis , & proprietatis . Dominium jurisdictionis *est potestas gubernandi sibi subditos , præcipiendo , prohibendo , præmiando , vel puniendo.* Dominium proprietatis *est facultas de re aliqua disponendi tanquam sua .* Hoc est duplex ; plenum , seu perfectum ; *& est facultas libere , & licite disponendi de re etiam in proprium commodum , & quoad omnes usus , à lege , vel conventione non prohibitos .* Imperfectum . *est illud quod vel habet proprietatem rei sine fructibus ,* & dicitur dominium directum ; *vel habet fructus sine proprietate ,* & dicitur dominium utile . Tale habet usufructuarius , v. gr. dominus , fundi , &c. cujus habet tantum utilem , & fructum ; rei tamen dominium retinet penes eius dominum directum .

2290 Usufructus *est jus utendi re aliena , & percipiendi ejus fructus , salva ejus substantia .* Sic usufructuarius est maritus respectu dotis uxoris , cujus dominium & proprietas penes uxorem , aut ejus filios residet .

2291 Jus utendi *est facultas utendi re aliena , non tamen percipiendi fructus , & salva ejus substantia .* Hinc qui habet jus utendi equa , ea uti potest ad arandum , at non potest de eius pullo disponere ; qui vero habet ejus usumfructum , potest utrumque ; unde usufructuarius disponere potest de fructibus rei tam pro se , quam pro aliis , vendendo , donando , &c. non sic usuarius .

2292 Usus facti *importat nudum usum rei , absque jure , aut dominio utentis .* Differt ab usuario , quia usuarius habet jus utendi , ita ut si ab usu rei impediatur , potest illum ex justitia exigere ; non sic , qui habet simplicem usum facti . Ita Religiosi omnes in particulari , Franciscani vero tam in particulari , quam in communi habent simplicem usum facti , sicut volucres Cœli circa res , quarum pro sustentatione propria egent .

2293 In iis rebus , quæ ipso usu consumuntur , v. gr. in cibo , potu ac vestitu , separari potest usus à dominio , ut conflat in Franciscanis , qui quidem possunt uti pane ad manducandum ; at non possunt de illo disponere , alteri vendendo , donando , &c. imo usum , quem habent , dependenter à voluntate domini habent , qui est Summus Pontifex , qui in se dominium suscipit eleemosynarum , & rerum omnium pro eorum necessitatibus sublevandis à fidelibus submissarum .

2294 Jure naturæ omnia sunt communia . Un-

Unde dominia fuerunt introducta, & distincta jure gentium post Adæ peccatum, ut sic pax & humana societas conservaretur.

USUFRUCTUARIUS

2295 NOn potest usumfructum sine consensu proprietarii donare, vendere, aut alio modo alienare: quod si faciat, illum amittit, & proprietario redit. *ex l. Si usufructu, vers. & si exercuerit ff. de jure dotium*; quia est ius personæ inhærens, quod inde non potest in alium transferri, alias posset usufructuarius senex illud juveni concedere, quod est in præjudicium proprietarii.

2296 Quamvis autem usufructus alienari non possit, potest ejus commoditas, & utilitas alienari, & sic licite usufructuarius fructus vineæ vendit; quia id non est vendere ulumfructum, sed fructum vineæ, adeoque emptor fructum vineæ percipit, minime nomine proprio, sed usufructuarii: *de nu.* 379. Castrop. *de justitia tr. 31. disp. un. punct. 23.*

2297 Fructus pendentes, & non recollecti per usufructuarium in ejus vita, cujusvis sint generis, sive naturales, sive industriales, sive civiles, ad proprietarium spectant. *ex l. Si usufructuarius 13. ff. quibus modis usufruct. amittit.* Franch. *d. c.* 168. Ant. à Spir. S. *de jure, & dom. tr. 10. disp. 2. sect. 3.* & Molin. & Sanchez.

2298 Ulthrulus est de fructibus naturalis, & non exactis; quo quibus quidem variant Doctores, qui tamen distinctione conciliantur.

Vel enim sunt naturales, & præcepti. Et hi ad usufructuarium spectant, & ejus hæredes, *ex Fomigeratæ l. Defuncta, ff. de usufructu*, Castillo *de usufructu, cap. 27. num. 10.* Antonel. *de temp. leg. 46 nu 9.* Barbos. *in leg. divortio num. 22.* In hujusmodi namque fructibus tempus perceptionis attenditur, & quod sint à solo separati per usufructuarium, aut per alium nomine ipsius, Antonel. *cit. nu. 5.* Castillo *cit. nu. 3.* Qui idem docet, etiam si fructus essent perceptioni, & recollectioni proximi, *ex l. Defuncta.*

2299 Vel sunt fructus civiles, qui de die in diem percipiuntur. Et illi etiam ad usufructuarium spectant, ejusque hæredes post illius mortem, itaut possit eos alteri cedere, legare & in testamento, aut alio modo de illis disponere, Rald *c 1. in fine de pace ten. in usibus feud.* Franch. *dec. 168. n 13. & Addit. nu.* Peregrinus *cit. 40. nu.* 100. In hujusmodi namque fructibus non attenditur separatio a solo, sed solum cessio obligationis, itaut sicut, quoddin naturalibus operatur separatio, in civilibus operatur cessio obligationis. Et sicut in naturalibus tempus separationis attenditur, civilibus tempus, quo incipiunt deberi: cum igitur contractus initi stati debeantur de die in diem, de die in diem usufructuario cedunt; adeoque licet non essent pro illa data temporis exacti, usufructuarius acquirentur, ejusque, ac ejusdem hæredum luero pro illa rata temporis cedunt. Usufructuarius, inquam, est verus, & realis fructuum maturatorem dominus; unde cum prædicti fructus sint maturati tempore illius domini, pro eo remanent non exacti, & pro ejus hæredibus, eo mortuo.

DOMINII PROPRIETATIS ACQUISITIO.

2300 [illegible] *fiant primi occupat-*

manufacta, hæc enim tunc longius abessent, quando veniens conspexerunt redeuntes; sunt sui domini, neque restituenda, sic capiuntur.

2301 Columbaria est licita, adeoque ad nil tenetur dominus pro columbarum esu.

2302 Fetæ, & volucres venatione captæ in fundo alieno, sunt capientis, quia nec sunt pars fundi, nec ibi suam naturalem libertatem amiserunt, ac proinde unius sunt, & ita primo occupantis. Si autem rectus fundi consilium in venatione, non sunt capientis, sed domini fundi.

2303 In venatione, si fera, aut volucres sic ita leviter vulnerates, ut fugere possit, tunc, si alius eum fugientem capiat, est capientis, quia naturalem libertatem non amisit. At si vulneravit, quantum satis fuit ad capiendum, & vulnerans esset eum fugientem insecuturus, & sine dubio capturus, est vulneratus, nec aliud potest illum prævenire, quia adest moralis certitudo comprehensionis. In dubio, an qui vulneravit, esset capturus, est capientis, quia censetur suam naturalem libertatem habere. Si vero ita laqueo sit irretitus, ut fugere non possit tunc, si alius eum dissolvat, non est dilvolventis, sed ejus, qui laqueum paravit, quia per illum instrumentum eum quasi manu apprehendit, & volucres naturalem suam libertatem amisit.

2304 Thesaurus *est vetus alicujus pecuniæ,*

cujus non extat memoria, ut jam dominum habeat. Si inveniatur casu in fundo proprio, est inventoris; si in alieno, dimidium est inventoris, & dimidium domini fundi. Si inveniatur arte magica, totus est Fisci Regii in pœnam delicti, sed post sententiam. Si in loco publico vel sacro, dividi debet cum fisco, vel Præsato, cujus est locus. Si non casu, sed data opera quis fuit licentia domini effodiens cum inveniat in fundo alieno, tenetur totum reddere domino, deductis expensis. Hæc de jure naturæ, communi, & canonico, atque in foro conscientiæ. Pro foro autem externo attendenda sunt pragmaticæ, & consuetudines propriæ Regnorum, quæ solent totum Principi concedere.

2305 Sciens, in alieno fundo esse thesaurum, potest fundum communi pretio sine illo onere temere, quia thesaurus non est pars fundi, nec vendito fundo, spectat ad dominum fundi. Addocit Tambur. parisiensem de Pharisæopola, qui emere potest vili precio fascem lignorum, ubi cælestis cognovit herbam gratiosam communiter ignotam. Nec obstat lex unica. *Cod. de thesaurus*, quod thesaurus in alieno fundo inventus dividendus sit, ut dimidium sit domini fundi, quia supponit ensu dominum fundi, tempore quo sit inventio thesauri, Castrop. *tom. 6. dis. un. punct. 17.* Tamb. *tom. 1. l. 8. c. 1. § 3.* Quia plures, & fusc.

2306 Ad acquirendum autem dominium rei, quæ antea alicujus erat, requiritur semper titulus, & regulariter traditio. In aliquibus casibus in jure expressis non requiritur traditio; ita 1. In beneficiis ecclesiasticis sufficit sola collatio, & acceptatio, 2. In donatione, aut venditione facta Ecclesiæ, Civitati, aut locis piis, 3. In legatis, 4. In hæreditatibus.

2307 Titulus, in quo fundatur novum dominium rei, quæ antea alterius erat, jure communi & humano est multiplex, videlicet belli, præscriptionis, conjunctionis, aut alicujus contractus civilis.

BELLUM

2308 QUando justum, dictum est *n. 103.* In bello justo, bona capta, si sint immobilia, sunt Principis; si mobilia, jure gentium sunt capientium; jure tamen civili sunt prius ponenda in communi, & postea à Capitanen dividenda militibus, juxta merita, ut sic animosiores fiant; nisi adit confitendo ut unusquisque, quod capit, retineat, vel ut mobilium pars cedat Principi, aut communi.

Exeuntur milites tiremum, dum navium Turcarum ascendentes, aliquid pro se surripiunt; nam Princeps non præsumitur rationabiliter invitus, sed potius permittere ad animandos milites, qui pro eo propria exponerunt vitam, eo maxime quia major pars illi cedit. Hinc Duces vident, simus, & dissimulant; expresse autem non concedunt, ne libertate militari, licentia data, omnia pro se surripiant. Bonac. *disp. 3. de contract. q. 2. p. 2. n. 9.*

2310 Cæterum praxis est, ut quidquid devetur in prime superioritatis navis, vulgo *supra coverta*, sit militum.

2311 Repressalia sunt licita, si certo constet, à civibus unius regionis esse illatum damnum civibus alterius regionis, quod non posse aliis via compensari.

2312 Si bellum sit injustum, bona capta parricularium sunt restituenda, non communitati, sed propriis dominis, si fieri possit.

Si bellum sit ex utraque parte injustum, nunc hinc inde capta non sunt restituenda, sed compensantur. Alarius *lib. 3. tract. Bellum. n. 4.*

Si bellum putarim justum constet postea fuisse injustum, tenentur ad restituendum bona, quæ extant; aut in quæ facti sunt ditiores si non extent.

2313 In bello justo, licet hostes, quos inocentes putas, aggredi, quia ipsa aggressio est defensio. Secus. Non licet tamen eos ex intentione occidere: licet verò spoliare, aut capere ad debilitandum hostem, nec est onus restitutionis.

2314 Mobilia, imo & immobilia in bello justo capta, si compensationem damnorum excedant, non sunt restituenda, sed retineri possunt punit eius titulo. Molina *disp. 117.*

2315 Urbs hostilis non debet in prædam datis nisi necessarium judicium ad expediendum bellum, ad milites animosiores reddendos, & hostes terrendos. Molina *cit. 112.* Et tunc ea in prædam data, omnia bona possunt diripi, etiam innocentium; quia justitia belli non tenetur illud discutere, sed tota Urbs hostilis præsumitur. Cajet. *tract. Bellum vers. 4.*

2316 Bona Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum non possunt diripi, nec occupari, quod si fiat, sunt restituenda, & reparanda damna: quia non tam membra Reipublicæ temporalis, nec hostes, ac inde ob delictum Civitatis, aut Principis, eorum bona occupari non possunt. Occupari tamen possunt vi munita intra Monasteria deposita ab hostibus. Mendo.

2317 In bello justo licet Urbem incendere, si aliter capi non potest, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur: quia non recte occidantur. Sotus *de just.*

2318 Item possunt à Principe repeti expensæ pro recuperatione factæ.

2319 Hostibus victis licitum est tributa imponere in compensationem, aut pœnam.

2320 Obsides, vulgo *Ostagi*, si sint de numero nocentium, violata ab hostibus fide, possunt occidi. *v. n.* 85.

2321 Capti in bello justo possunt fugere, at non possunt dominis insequentibus vi resistere.

2322 Post adeptam victoriam, non licet innocentes occidere: fiunt tamen servi, capti in bello cum infidelibus.

2323 Clerici, & Religiosi possunt sacramenta ministrare. Item urgente necessitate mœnia, & portas custodire; imo ad id compellendi bello tenentur, *ex c. & omnis.* At non licet propria manu pugnare, nisi se defendendo: *v. n.* 713.

2324 Si aliqui ad Ecclesiam confugiant, ut inde pugnent, possunt à prælatis hostes ex adverso invadi, occidi, & extrahi, quin violetur immunitas; quia illi inde pugnando se reddiderunt immunitatis exteres: ita Merdo. n. 7.

Similiter si Princeps sit Clericus, potest ex justa causa indicere bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requisita parare: at non potest propria manu pugnare.

2325 Licitum est bellum indicere hæreticis ob solam hæresim, in quantum turbant pacem Ecclesiæ, & Reipublicæ. Patharis ob barbariem. Infidelibus, si immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel si fidei prædicatores nolint admittere, vel eis transitum ad alias provincias denegent. Et Idololatris ob solam idololatriam, & juris naturæ violationem. Ita Merdo *in Epit.* n. 10.

2326 Miles peccat mortaliter, si fugiat, aut suam stationem relinquat, etiam si inde vitæ periculum; nisi nulla sit spes, ut possit conservari.

2327 Militi ægrotanti debetur stipendium.

2328 Capitanei non possunt titulo compensationis pro stipendio dimidiato, aut male soluto, tot militum ficta nomina scribere, quot sufficiunt ad supplendum stipendium, Arsdekin *cons. 2. p. 2. tr. 6. qu. 1.* contra Lessium, quia est contra regulas compensationis, ob maximum, & evidens damnum Reipublicæ, & Patriæ, quæ inde periclitari posset.

2329 Arsdekin *cit. dub. necess. 1.* Principem Parmensem aliquibus Pattibus Societatis respondisse, non esse faciendum scrupulum Capitaneis ob quatuor, aut quinque *plagas mortuas*, 1. *Usu in militia recepta Capitaneos compensandi locum mortuum pro duobus*; aut *tribus familis*, & *unum pro signifero*, *cui famulos alenda habeat*.

At hoc secundum notatum non est componendum cum primo, quia esset defectus notabilis militum, circa quem non potest rationabiliter præsumi indulgentia Principis.

2330 Non possunt Commissarii capitaneis & militibus aliqua oppida onerare, ut ab aliis quæ se redimunt, pecuniam accipiant. Arsd. *cit. n.* 6. Quia tenentur justitiam distribuitivam servare, ut æque, quantum fieri potest, loca graventur; tunc autem ob pecuniam ab aliis acceptam, magis sellena loca gravarentur, quod est injustum, nisi pecuniam illam in gravatorum levamen impendant.

2331 Pabulatio non est licita militibus, & aliis in terra non hostili, amicorum scilicet, aut subditorum ejusdem Principis, si pabula sufficientia adverhantur, aut possint emi, quia non plus juris habet miles ad aliena pascua, quàm ad alienum panem. Ita Lessius.

Si autem pabula, quæ dicuntur, non sufficiant, & non possint ob inopiam emi; quamvis non desint, qui dicant, adesse receptam consuetudinem libere pabulandi, quando pro utilitate Provinciæ bellum geritur, in quantum hoc onus sit commune, & compensetur emolumentis perceptis, & percipiendis, ut refert Arsdek *cit. q. 7.*

2332 Rectius dico cum eodem; tunc licita est pabulatio ratione extremæ necessitatis, quia omnia sunt communia, cum hoc tamen, ut rem primùm exequi potest, fiat compensatio illi, qui enorme damnum ex pabulatione illi, qui enorme damnum ex pabulatione ratio est; quia extrema necessitas transfert absolutè dominium in indigentem, in rebus ordinariis, quæ pugnum bonum privatum alterius concernunt: in rebus verò extraordinariis, seu magni pretii, non transfert absolutè dominium, sed solùm dat jus, ut indigens subleveter; quod obtinere potest per mutuum, aut commodatum. Rationem præstat æquitas, & prudentia, omnium moderatrix legum, quæ rec fuisset, ut ob extremam necessitatem indigentis depauperentur familiæ, hoc namque cedit in grave Reipublicæ damnum: inde est contra bonum publicum, quod privato prævalet.

QUÆRES

2333 *An milites, & bona mobilia extraneorum occisorum, aut relicta fugiendo, licite occupentur à capitaneis, militibus, & ipsis hostes capientibus?*

Certum est ex dictis, posse belli jure bona hostium, sive publica, sive immobilia, occupari, & ipsos hostes captivos fieri servos, aut captivos, si fiat Christiani, sine præmio.

2334 Dico non posse occupari, si constet alios bona extraneorum, sed evidenter esse propria subdita, Molina d. 2. 22. Con. 1. quia hoc nullum habet jus in illos, cum non sint partes Reipublicæ hostilis.

Unde, si quando bona mobilia esse hostium, bona mobilia incognitorum devenientia in potestatem, quòd sint bona extraneorum, tenetur dominus reperire bona, quæ olim sua erant, antequam tertius fieri dicitur.

Idemet ille locorum status tenentur ad restitutionem, ut nemo eos à fiant. Quòd si non constet, possunt eadem, quasi ad finem specialem considerare, ut sint bona alicui.

PRÆSCRIPTIO.

2335 *Est usucapio, ad acquirendum dominium rei alienæ per possessionem ejus certo tempore à lege definito cum titulo.* Ad hanc perficiendam sunt tres conditiones requisitæ. 1. *Bona fides*, ut quis putaverit quem sibi tradere, seu vendere alienum.

Unde ex Reg. 2. de Regulis juris, *Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit*, v. g. Petrus, Petrum percutiens, eique ensem, &c. Quamvis peccaverit, suspicatus, &c. Contumacia infestus, non tamen omnino à bona fide excusatur.

2336 Res immobiles, ut sunt villæ, prædia, castella, turres, &c. requiritur longum tempus annorum cum titulo, & bona fide. Nisi sint res furtivæ, de quibus infra.

2337 Res immobiles, ut sunt prædia, domus, &c. inter præsentes, qui simul in eadem civitate, aut territorio habitant, perficitur tempus decem annorum cum titulo, inter absentes, qui simul in diversis territoriis habitant, tempus viginti annorum, si alter titulus. Recte addit Pirhing. tit. 2. *num.* 306. §. 2. Quòd si præsentes sit per partem temporis præsens, per partem absens; sit servanda proportio inferius. *De præscribile*; hi tamen, ut sint absentes requisitur, absentia, & non cum impedimento absentiæ, ut qui quasi perpetuo, absente tempore absens, intendentem inter ad eum præscriptionem impetrantem.

2338 Res mobiles, & res vi possessæ non-

disponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem præscriptionis constituit. Fagnanus *lib. 3. c. 8. quia n. 53. pag. 338.*

2344 Qui sunt domini incapaces, uti Religiosi, non possunt circa res corporales præscribere. Item res sacræ rem non possunt præscribi. Servitus non potest præscribi, libertas vero à servitute mancipii præscribitur per spatium annorum viginti. Debita præscribuntur per spatium triginta annorum: *v. d. n.* 344.

CONTRA ONUS MISSARUM

2345 PRobabilius mihi est contra Tamb. quòd non possit dari præscriptio. 1. Quia sicut onus Missarum non potest contra Sacerdotem præscribi, quatenus non patitur æquitas, ne, qui bona fide putavit se servum, advertens se non esse servum, inserviture perduret; ita nec Sacerdos, aut hæres potest contra onus Missarum præscribere, quatenus pietas Christiana non patitur, ut animæ defunctorum in Purgatorii carceribus detentæ, omnino destituantur sacrificiis illis, quibus ipse in hac vita aut sui pro ipsis confulserunt, & Sacerdotes, aut hæredes inde gaudeant, unde ipsæ plorent. 2. Quia ex pure res pupillaris durante statu pupillari præscribi non potest, animæ autem Purgatorii, quoad suffragia eis debita, sunt pupillæ, quia sicut pupilli ob defectum ætatis, ita animæ ob defectum status rem suam gerere non valent: unde sicut negligentia, aut carentia tutoris non potest cadere in detrimentum pupilli, ita nec negligentia, aut carentia hæredum, &c. in detrimentum animarum, adeoque contra eas non datur præscriptio, nam præscriptio est introducta in pœnam negligentium jus proprium: nulla autem negligentia potest imputari animabus, cum alia voce clamare non valeant, nisi illa Job *cap. 19. Miserimini mei, &c.*

EXEMPLUM PRÆSCRIPTIONIS.

2346 SUnt novem anni, ex quo Petrus bona fide, & titulo successionis possidet domum quandam. & percipit fructus: modo scit ille Pauli, præsentis, ad quid tenetur?

Dico tenetur restituere domum, quia non jam est elapsum decennium; item & fructus illos ultimos, qui non compleverunt triennium, si extent, aut id, in quo ex illis factum est ditior: non tenetur autem restituere fructus sex annorum priorum, quia cum pro eis sit elapsum tempus triennii, jam sunt præscripti: tenetur inquam restituere fructus à triennio in-

[illegible] tenetur [illegible]

CONJUNCTIO

2347 R[illegible] cumitgere quatenus mollis. Per alluvionem, adjunctionem, confusionem, & admixtionem.

ALLUVIO

ESt duplex, [illegible] insensibiliter fundo alterius adjungitur, quæ pars fundi unius vi fluminis in alterius fundum transfertur. Augmentum sensibile factum per latentem alluvionem, est ejus cui adjungitur per parentem, est ejus, cujus erat.

Insula per alluvionem de novo nata. Si sit nata in alto mari, quod sub nullius dominio sit, est primi occupantis. Si in medio fluvio duo dominia dividente, dividitur inter eorum dominos. Si in eodem fluvio, sed propè eorum agrum, est tua. Si propè agrum tui vicini, est illius.

ADJUNCTIO

2348 ESt, qua res unius adnectitur rei alterius, ut si pars vestis unius consuatur vesti alterius, seu gemma annulo alterius. Adjunctio est rei, quæ discerni potest, & separari, alias erit confusio, vel admixtio.

Res adjuncta est domini, cujus erat, eique restituenda, quia discerni potest, & separari.

Ædificia, & plantæ solo alterius bona fide adjuncta sunt domini fundi: qui tamen tenetur solvere expensas. At si mala fide adjunxit, nil sibi debetur.

CONFUSIO

2349 ESt, quæ res unius rei alterius conjungitur, ita ut non possit discerni pars, quæ unius sit, & non alterius: ut cum vinum unius miscetur cum vino alterius, aut unius cum bona alterius, ex quibus panus interitur. Si confusio est facta casu [illegible] utriusque domini, est res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente, res est ejus, cujus est major pars, cum onere reddendi æstimationem partis materiæ alterius: quia pars minor erit accessoria, ac proinde sequitur principalem. Idem dic de pretiosa pictura in vili tabula alterius: tunc, inquam, tenetur pictor reddere pretium tabulæ. E converso si pictura sit vilior. Si sint æquales, resolve ut modo de admixtione, *n.* 2351.

AD-

ADMIXTIO

2350 ESt, qua res unius conjungitur rei alterius, ita ut quamvis possit physice pars unius assignari, non potest facilitèr dignosci. Ut cum triticum, aut pecunia unius miscetur cum tritico, aut pecunia alterius.

Si admixtio est facta casu, vel de utriusque domini consensu, est res dividenda pro rata.

Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente; tres regulas tradunt Doctores, Tamb. *tom. 1. l. 8. c. 3. §. 4. d. n. 18.*

2351 Prima est. Si pars, quam admiscs, sit notabilis, & animum expellum habuisti non acquirendi dominium cumuli, cumulus in tuo hordeario non erit in tuo solo dominio, sed utriusque, & teneris restituere ex cumulo pro rata; quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi.

2352 Secunda. Si pars sit notabilis, & voluntatem habuisti acquirendi dominium, tunc eris dominus totius cumuli, ita ut res alterius per conjunctionem transierit in tuum dominium, ut non teneatis eam in individuo restituere; quia ita te habes, ac si rem alterius, v. gr. frumentum consumpseris, aut pecuniam expenderis: unde solum teneris ad æquivalens, uti quando rem alterius confudis. Idem dic, si eam voluntatem nec includis, nec excludis; quia tunc adest voluntas implicita.

2353 Tertia. Si pars alterius cognosci facilèr potest, sed non separari sine totius destructione, ut si filis alterius tuæ vestis sint immixta & intexta fila argentea alteries: tunc videndum est, quod sit principalius, *ut in n.* 2349. Si partes sint æquales, tunc potior est ratio nolentis, aut nescientis; qui tamen, si rem pro se eligat, tenetur ad æquivalens. Semper vero favendum est rei, ne destruatur. Ita Tamb. *cit.* Vide infra *in Causis excusantes à restitutione.*

JUSTITIA.

2354 QUæ est principua virtus ex quatuor Cardinalibus, definitur: *Constans, & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi:* dividitur in legalem, distributivam & commutativam. *Legalis est, quæ inclinat ad observantiam legum, quæ sunt ad bonum commune ordinata. Distributiva est, quæ inclinat ad distribuendo subditis bona communia, menta honoris dignitates, & præmia juxta proportionem meritæ, & conditionis personæ. Commutativa est, quæ inclinat ad pavendam, & conservandam æqualitatem rei ad rem inter bona privata privatorum.* Le *Examen Ecclesiast.*

galis recte ordinat partes ad totum, distributiva totum ad partes, commutativa partem ad partem in mutuis commerciis humanis, & hæc est justitia propriè dicta habens pro objecto jus strictum, nempe jus proprietatis, & respicit æqualitatem arithmeticam dar, & accepti; distributiva verò solum respicit æqualitatem geometricam, quæ inter proportiones versatur, intendens præmium, aut honorem juxta proportionem meriti, & conditionis personæ; unde sola justitia commutativa, si violetur, onus restitutionis parit, justitia autem distributiva, si violetur, non parit onus restitutionis ratione sui, sed ratione justitiæ commutativæ, si ei sit adjuncta.

EXEMPLUM.

2355 SI quis mille aureos relinquat puellis in Monte Pietatis detentis distribuendos justa cujusque inopiam, tunc ille, cui incumbit dilligibeendi cura, formam justitiæ distributivæ servare tenetur, hoc modo, ut pecuniam non nisi puellis ibi detentis distribuat, tali forma, ut ea sit proportio pecuniæ, quam una puella accipiet, ad pecuniam alteri tradendam, qualis reperitur inter inopiam unius, & alterius, si inopiæ ratio sit habenda; quod si distribuendo talem non servet proportionem, contra justitiam distributivam peccat limul, & contra commutativam, ob pecuniam, quæ eo obveniebat ex donatione alterius: cum enim donator hanc proportionem in distributione servari voluerit, perinde est, ac si singulis certam pecuniæ summam assignasset. Ita Malthius.

Scotus *in 1. d. 17. q. 2. lit. LL. in 3. d. 34. qu. un. lit. L. in 4. d. 15. q. 2. lit. M. d. 46. q. 1. lit. B.* Malthius *in Theol. mor. disp. 3.*

CAPUT II.

De Contractibus.

2356 COntractus *est factum, ex quo ultro citroque oritur obligatio, seu est reciprocus consensus duorum, aut plurium signo sensibili expressus*: alterius partis deficiente consensu, nullus est contractus.

2357 Contractus est invalidus. 1. Si contrahentes sint inhabiles, aut si eis non concedatur libera administratio suorum bonorum, aut si eis resistat jus positivum; unde invalide contrahunt Religiosi, filiifamilias, qui scilicet sunt sub patria potestate, & non jam emancipati, exores, furiosi, prodigi, pupilli. Pupillus pubertati proximus, & mi-

nor habens curatorem, contrahentes sine tutoris, aut curatoris authoritate, valide contrahunt in suum commodum, minime in suum incommodum; alterum sibi obligant, sed alteri non se obligant.

2358 Secundo. Si contractus celebretur sine solemnitate substantiali à lege requisita, sub clausula irritante; imo tunc contractus est invalidus; etiamsi fuerit initus cum ignorantia solemnitatis; hinc matrimonium contractum cum aliquo impedimento dirimente etiam ignorato est nullum; quia talis solemnitas, & conditio à lege requisita, se ieiet ex parte formæ contractus; forma autem est de essentia rei, seu contractus; adeoque sine illa etiam ignorata res subsistere non valet.

2359 Tertio. Contractus initi ex metu gravi injuste incusso ab alio homine ad finem eos extorquendi, sunt invalidi jure naturæ, etiam si interius, qui metum passus est, consensum habuerit; & consequenter per eos non transfertur dominium, aut usus, Villalobos, Diana, Leander, & alii contra Castropal. & de Lugo. Ratio non est, quia deficiat libertas, & consensus; quia licet eum non tollit metus gravis juste incussus, ita nec injuste incussus: sed ratio est, quia si contractus meticulosus esset validus jure naturæ, ex injustitia oriretur justitia, quod involvit; obligatio, inquam, quæ est actus justitiæ, oriretur ex contractu per injuriam extorto, adeoque injusto. Tum quia, qui per metum gravem injustum contractum extorquet, si ex eo aliquid habet, tenetur sub mortali id restituere, etiamsante sententiam judicis; quod non esset verum, si contractus non esset invalidus jure naturæ.

2360 Dices: ex communi doctrina baptismus, & cætera sacramenta, matrimonio excepto (de quo in n. 1649.) valide suspipiuntur, non obstante metu gravi injuste ab alio homine incusso, ad finem illa extorquendi.

Resp. disparitatem esse, quia Sacramenta (matrimonio excepto) non sunt tadices, nec actus justitiæ, nec inducunt obligationem justitiæ, sed Religionis, aut alterius virtutis; & ideo ad eorum validitatem non requiritur consensus, qui sit contractus, sed sufficit consensus liber, & voluntarius simpliciter, sicut ad meritum, & peccatum, qui consensus stat cum coactione, & metu gravi explicato: contractus vero est rad x justitiæ, & ex eo oritur obligatio justitiæ, unde ad illum requiritur consensus, qui sit contractus, qualis non est consensus coactus, sed perfecte voluntarius, & liber; nam coactio, & injuria, cum sit actus injustitiæ, non potest causare consensum, qui sit radix justitiæ.

2361 Clericis & Religiosis est prohibita negotiatio per se ipsos, minime facta per alios; quia Clem. I. in vita, & honest. cleric. apponit particulam *personaliter*; tum quia si fiat per alios, non habetur distractio, ad terrena, quæ est finis legis.

Negotiatio est, *cum quis rem sibi comparat eo animo, ut integram, & non mutatam eamdem vendendo, vel permutando lucretur*. Quæ est valde distractiva, & indecens, & ideo prohibita Clericis.

Non est eis prohibitum, si emant pecora, quæ pascua suis seminata vendant, vel gregem alant, ut fœtus duo, tantum vendant, quia vendunt fructus suorum prædiorum, aut suarum rerum. Nec si emant agnum cum fructibus immaturis, cosque vendant. Nec si id quod ad proprios usus emerant, postea mutato consilio, carnes vendant. Ita Busemb.

2362 Contractus validus obligat in conscientia; & si lædatur, ad restitutionem.

2363 Contractus alii sunt nominati, qui habent proprium titulum, seu nomen, ut empto, mutuum, &c. de quibus modo: alii innominati, qui proprium titulum non habent, sed explicantur his verbis, *do, ut des: facio, ut facias: do, ut facias: facio, ut des*.

De vi, metu, dolo, aut errore in contractibus: *v. à n. 1645. ad 1668.*

PROMISSIO

2364 *Si actus, quo quis sponte & liberaliter polliceatur alteri aliquid dare, vel facere*. Promissio vera, & libera, quæ non est simplex propositum, seu ostensio animi, & voluntatis aliquid faciendi, fed qua unus alteri obligatur, idque ostendit per signa externa, & in materia licita, patiter & donatio, si sit acceptata, obligat in conscientia, & sub mortali, si materia sit gravis, Scotus *in 4. d. 28. q. 1.* contra plures venentes non peccare mortaliter, sed solum esse mendacem, & infidelem. Non obligat autem ante acceptationem, etiam si sit facta Ecclesiæ; nisi sit facta Deo per modum voti, quæ obligatio ex altetius partis consensu dependet; nec obligat promissio mere interna; quia contractus obligatorius debet esse signis extern s expressus: *v. dicta de juramento, & voto*.

DONATIO

2365 *Si datio liberalis, seu translatio dominii alicujus rei non debitæ ex justitia in alium*; quod si non fiat liberaliter, sed pro retributione, erit *venditio*, aut unius pro alio *commutatio*, si fiat solo verborum officio, & fit

fit acceptata, dicitur imperfecta; si fiat vero cum rei traditione, dicitur perfecta, & transfert dominium in re. Ante acceptationem potest revocari, etiam si sit facta per publicum instrumentum.

Conditio impossibilis, aut turpis ei appositæ, habetur pro non adiecta.

2366 Donatio omnium bonorum inter vivos est invalida jure civili; quia est nimis prodiga, & privat potestate testandi. At si sit facta Ecclesiæ, non potest jure civili impediri, Mendo *verbo donatio, n. 11.*

2367 Donatio non solum acceptata, sed etiam tradita, revocari potest ex jure civili in pluribus casibus, & 1. Donatio facta inter vivos, ob egregiam ingratitudinem donatarii, nimirum si donatarius atroces injurias donatori intulerit, si eum verberaverit, si fecerit grave damnum in ejus bonis attulerit, aut si inopia laborantem non aluerit; donatarius autem non tenetur ad restitutionem, nisi post sententiam; quia hæc est pœna, unde ingratitudo debet à judice probari.

2368 Secundo, donatio facta causa mortis potest a donatore usque ad mortem revocari sicut legatum, & testamentum; quia includit implicitam conditionem, *nisi revocetur*.

2369 3. Si donatio facta à patre sit tanta, ut non relinquat filiis, quantum petit legitima eorum proportio, dicitur inofficiosa, hoc est contra officium pietatis, & hæc si est facta alicui ex filiis, revocatur tantum usque ad legitimam aliorum; si sit facta extraneo, animo defraudandi filios, revocatur tota; si non sit facta animo defraudandi filios, vel sit facta Ecclesiæ, aut causæ piæ, revocatur usque ad filiorum legitimam.

2370 Si vero donatio facta à Patre, aut mare, non excedat id, de quo disponere possunt, non tenetur filius in partitione hereditatis illud computare; quia talis donatio confirmatur morte. Imo si sit donatio remuneratoria, quæ facta extraneo valeret, etiam ab initio valet, nec indiget morte confirmari, Silv. *ver. Peculium*, Mendo *ver. fidei n. 20.*

2371 4. Si donatio facta à Rege enormiter Regnum lædat, potest ab ipso, aut successore revocari. 5. Prole caren s, si magnam partem bonorum donavit, revocare potest, superveniente prole.

2372 Donationes inter vivos inter conjuges sunt prohibitæ à jure; cujus ratio est, *ut æqualem amorem conjugalem sine pretio fiant*. Valent tamen. 1. Si fiant causa mortis, seu in tempus soluti matrimonii. 2. Si fiant ob causam piam, aut sint remuneratoriæ. 3. Si uxor donet marito causa dignitatis obtinendæ, aut publici muneris [illegible] ndi. 4. Si maritus condonet dotem aut lac [illegible] nteraderem, ten ob ipsum causam augeat uxoris dotem. Vel si aliquid annuum, aut mensale donet uxori ob vestimenta, & alias necessitates. Vel si ingrediatur Religionem, & in ea profiteatur. 5. Si sit dives, & modice donet.

2373 Donatio inter sponsos de futuro valet, si non fiat in tempus futuri matrimonii.

2374 Qui invalide matrimonium contraxit, potest, quæ donavit uxori, revocare; quia ex errore, & motivo matrimonii donavit; debet tamen compensare damnum pudoris.

Vide *n. 1892. de largit. man. à n. 990. & 10. 2. n. 130. ad n. 136.*

Scotus *in 4. d. 30. qu. 1. lit. B. & E. dist. 1. q. 2. lit. I.* Mastrius *in 7 theol. mor. disp. 4. qu. 1. & 2.* Joan. la Crux *7. præc. pag. 103.* Bonac. *tom. 2. pag. 556 pag. 744.* Tamb. *tom. 2. pag. 240. 254.* Bilum. *lib. 3. tr. c. c. 3.* Diana *p. 1. tr. 8.* Clericatus *c. 145. n. 17. 18.* Mendo *ver. donatio.*

MUTUUM.

2375 Quid secundum nominis [illegible] quam idem est, quam. *de vace 1 [illegible] pit*, definitur: *Contractus, quo res numerata, transfertur, vel manet sua constantia dominium, & usus à mutuante in mutuatarium usque ad certum tempus transfertur. cum obligatione restituendi eandem, vel similem in specie, & bonitate.*

2376 Commodatum est, *quo usus alicujus rei alteri gratis concreditus sine translatione dominii.* Qui usus si pretibus peteritis concediatur, dicitur *Precarium*.

Qui pecuniam alicui commodat, non ad usum, sed ad compam, potest 'ocium accipere; Clericatus *c. 20. num. 16.* quia non est mutuum, nec commodatum, sed locatio materialis pecuniæ.

2377 Depositum est, *quo aliquis alteri custodiendum traditur sine usu, sive cum pretio, sive sine pretio.*

2378 Locatum est, *quo alicui traditur usus alicujus rei sine translatione dominii ad tempus, sed adhuc aliqua pretio annuum solvendo.* Qui dictum usum rei, ver. gr. domus concedit, dicitur locator, qui eum recipit, dicitur conductor.

2379 Emphyteusis est *contractus rei immobilis, cujus tantum dominium utile, sua indirectum transmittitur in accipientem, retento directo apud concedentem, cum facta certa pensione proprietatis annuatim solvenda in cognitionem domini directi.* Qui accipit, dicitur *Emphyteuta*, qui concedit, *Proprietarius*.

2380 Feudum est *contractus rei immobilis*,

cujus tantum dominium utile, seu indirectum transfertur in accipientem, retento domino directo apud concedentem, cum onere non aliquid solvendi, sed exhibendi directo domino fidelitatem, & obsequium personale. Unde feudum differt ab emphyteusi, solum quia in hac debetur pensio realis, in illo fidelitas, & obsequium personale; feudum concedi solet Vasallo à Principe ob ejus merita, aut præclara gesta, & si concedatur hæreditarium, transfertur ad hæredes. Qui concedit, dicitur *infeudator*, qui accipit, *feudatarius*.

2382 Emphyteusis, & feudum differunt à locatione. 1. Quia locatio, seu conductio fieri potest tam de re immobili, quam mobili; illa vero solum de immobili. 2. Quia in locatione nullum dominium, sed purus usus rei transfertur; in illis vero transfertur dominium utile. 3. Quia emphyteusis fit ad longum tempus, quod non sit minus decennio ex jure: locatio vero fit ad brevius tempus, alioquin erit emphyteusis. Differunt à venditione, & emptione; quia in his transfertur omne dominium rei tam directum, quam indirectum; in illis vero solum dominium indirectum, seu utile. Denique differunt à libello; quia contractus libellarius, seu datio ad libellum dicitur, quando emphyteuta, vel feudatarius rem, quam in emphyteusim, vel feudum accepit, simili contractu tradit tertio; adeoque dicitur sub emphyteusis, & subfeudum, ad quod si ad decennium fiat, requiritur consensus domini directi.

2382 Si res conducta absque culpa conductoris aliquo casu fortuito reddatur inutilis, non tenetur conductor solvere pensionem, nisi pro rata temporis, quo ea usus est. Si supervenias sterilitas, & sit tanta, ut colonus nihil recipiat ex prædio conducto, liberatur à pensione; si sit parva, non venit in considerationem; si sit magna, dat jus minuendi pro rata pensionem, nisi aliter conventum sit, vel nisi sterilitas unius anni compensari possit fertilitate alterius anni, ut observari solet in locationibus ad plures annos. *Sterilitas* tunc dicitur esse, quando detracta æstimatione expensarum, & seminis, non supersunt fructus, qui sufficiant ad solvendam dimidiam pensionem.

*** Conductor, si ob justam, & urgentem causam sit coactus rem conductam deserere, v. gr. ob pestem, &c. ante tempus determinatum supervenientem, non tenetur integram pensionem solvere, sed pro rata temporis, quo ea usus est.

2384 Potest conductor ante tempus determinatum expelli, si re conducta abutatur, damnificando, vel mercatrices adducendo, aut aliud turpe toi exercendo cum scandalo: aut si domus reparatione indigeat, remittendo pensionem pro rata: & demum, quando debitam pensionem non solvat.

2385 Si res perit in mutuo, mutuatario perit: in depósito autem, accommodato, & locato, deponenti, accommodanti, & locanti perit, quia res domino perit, nisi peccat culpa depositarii, & aut nisi sit depositarius ex publico officio, qui in omni eventu tenetur ad damnum; unde si latro simul te spoliet veste, quam habes accommodata, & pecunia, quam habes mutuatam, teneris restituere pecuniam, non vestem. De culpa vide infra de restitutione.

2386 Pignus *est contractus, quo aliquis rei traditur ob majorem creditæ fecuritatem*. Unde habet rationem depósiti in gratiam depositarii. Differt ab hypotheca; quia *pignus* est de re mobili, *hypotheca* de re immobili, ut vinea, domus, &c. quæ obligatur creditori, sed remanet apud debitorem.

2387 Non potest quis uti pignore, sicut nec depósito, nisi de consensu expresso, vel tacito domini; quia pignus datur ad securitatem, & depósitum ad custodiam, non ad usum.

2388 Habens in pignus prædium, si illud colat, tenetur, deductis expensis, & laboribus, fructus computare in sortem principalem sui crediti; quia res domino fructificat. Excipitur. 1. Pignus datum pro dote; quia maritus recipit fructus ad sustinenda onera matrimonii. 2. Si pignus sit res feudalis, & detur habenti dominium directum; quia res domino fructificat. Vide quid restituendum, *ver. Possessor bonæ fidei.*

2389 Item excipitur contractus *à godere*, ut si tibi danti Petro pecuniam ad fruendum, det is Petro domus pariter ad fruendum, usquequo pecunia tibi reddatur, non teneris fructus domus in sortem principalem computare, sed potes illi sua, usquequaque pecunia tibi reddatur; requiritur tamen, ut pro pecunia data sit tibi locatum cessans, aut alius justus titulus exigendis; alioquin erit usura, & lucrum ex mutuo; quia circa pecuniam non datur dominium utile distinctum à directo, cum non sit ex se fructifera. In rebus autem, in quibus datur dominium utile à directo distinctum, hectus semper est contractus *à godere*; quia est quidem contractus locationis: unde licite Petrus dat Paulo domum ad habitandum, & Paulus Petro viridarium ad fruendum: tunc namque Paulus uti conductor domus dat pro annua pensione Petro fructus viridarii: *v. mem.* 2403.

Si

2390 Si quis vero pecuniæ, quam depositum habet, indet, & lucretur, non tenetur lucrum restituere, quia est fructus mere industrialis.

2391 Fideiussio *est contractus, quo quis pro persona, seu pro re alterius spondet, aut obligatur, promittendo ipsi, aut fidejubendo, si alter non soluat.*

Principali non solvente, non tenetur fidejussor pro creditoribus solvere, donec per viam justitiæ exigantur; quia talis promissio auferret libertatem.

Et creditor prius debet in judicio agere contra debitorem, nisi is manifeste non solvatur, aut fugiat.

Fidejussore solvente, tenetur debitor ei solvere, & compensare damna, ratione fidejussionis facta.

Obligatio fidejussionis transit ad hæredes, Bonac. Moralis tract. Matrimonium tom. 2. q. 6. p. 3.

Fidejussor alio non gravetur, qui non habet bona, aut qui non habet aliunde subsistentiam honestam consonam. Unde fidejussore non potest Religiosus, mendicus existens, quia neque potest fidejussor pro matrim., Auth. Si quis autem, Cassiod. var. lib. 11. cap. 39.

Nec minor. Ideo is minor contrahat, invitatus ab eo contractum, nec fidejubet, si advertat, tenet. Molina tract. 2. q. 32. a. 3.

Si vero is major sit, v. g. 22. annis, & Molina ubi sup. 4. quod duplex q. 44. Bonac. tom. 2. disp. 8. Theol. tom. 3. tract. 3. p. 4. q. 6. Cornelius a Lap. in cap. 22. Matth. v. Fidejussor.

TITULUS II.

DE CONTRACTIBUS.

2392 Est *lucrum quæsitum*. Quod est injustum acquirat lucrum ex re non amplius sua. Tum: quia pecunia ni mutata non est pretiosior numeranda; nam (ait Scotus) pecunia non est ex natura sua fructifera, sed solum ex industria utentis, qui in mutuo non facit suam industriam esse alienius: *v. in pag. 5. prop. 41* ab Innoc. XI. *damn.* Hinc ulcita est mala, ac prohibita jure naturæ, & divino. Ezech. c. 18. *Ad usuram non commodaverit, & Lucæ 6. Mutuum date, nihil inde sperantes.* Dicitur *ex mutuo*; quia si lucrum aec pias non ex mutuo, sed aliquo justo titulo, qui contingat in mutuo, non committes usuram.

TITULI JUSTI LUCRI IN MUTUO.

2393 Primo, *ratione damni emergentis*, exigi potest hic re lucrum; cuia hene ficium alteri præstare cum tuo damno, est pretio æstimabile, & dignum compensatione. Requiritur, ut damnum timeatur rationabiliter evitandum, & quod lucrum tantum sub tuo proderum expetas, nam prohibitum manet damnum lucrantium damno proximi. Si tu ex usu creditum, quo pro servitione vini utenda Oblatus parvenit, cogaris mente Petrum illud carius exire, dicet is pro damnum illo majori pretio.

2394 Secundo, *ratione lucri cessantis*, quia à proximo impetrat non te abstinere in gratiam mutuantis, est pretio æstimabile, nam ocellat lucrum, quod inde speratur.

Tres conditiones requiruntur. 1. Ut lucrum cessans sit in spe certa, non probabili tantum, quod eventi, quando proximus ob negotiationis amplitudo, aut proximæ applicabilia. Non licet licitum in potentia remota; quia est nihil tam in re, quam in spe, adhuque non est restituendum.

2. Ut in mutuante sit vere voluntas parata ad negotiandum, ut verum sit dicere: *Possum negotiari, & vellem negotiari, quod non facio ex gratuito animo*; quia negotiatio quæ me recredo remittere ampio se habet, ac si non esset. Si revera negotiandi esset, & vere mutuante petierat, licet de potiori, ut si non esset, qui mutuum petierat, vellet negotiationem, ratione negotiationis, negando locum, cessantis clientes; quia tunc vere mutuans labore, pericando negotium, & lo laboris vi mutuo. Si vero ita res disponitur, ut si non esset, qui mutuum peteret, vere vellet negotiationem, potest exigere lucrum; quia vere remissa in gratiam mutuantis, & vere mutuans est cessit, ut lucrum cessat.

3. Ut non existat, nisi quasi ultimatus ipse lucri cessantis, dedolis, expensis, & periculis. Unde si lucrum est certum, parva exigua sequitur. Si sit ipse probabilis, debet exigere mutuo in ea spe, juxta est mutuum est probabilis expertis; quia ipse mutuo lucrandi occasionem nisi velit cessare. Optimum regulum dat Lessius, videlicet, ut tantum remittat mutuatario de lucro cessante, quantum debilus pro contractu alterius mutuo ex talis loco speraret, unde si speres, quod vites locuturus quinquaginta pro centum, pro quantum aliquotiens laboris (pauperi) petere à mutuatario exigere decem. Potest Petrus ei, ut ex gratia lucrum pro recipiat.

2395 Si habeas duas portiones pecuniæ, unam in capsa otiosam, aliam negotiationi expositam, aut proximo expendendam; tunc si casus obtulit, & lucrum exigas, mutuum committis, secundum mentem negotiationi destinatum. Quia ex hac non ex alia lucrum cessat.

2396 Tertio, *ratione periculi*, exigi potest lucrum proportionatum, judicio experti. Tutius est, quod sortem recipias, quando te Mercatura finibus negotiationem alle-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE HUMANIDADES

curarent, videlicet tria, aut quatuor pro centum quolibet anno. Si totum pignus acceptili, cessat periculum.

2397 Quarto, *ratione fidejussionis*; quia sicut potest tertius suscipere onus assecurationis mutui, & inde lucrum assecurationis à mutuatario exigere; ita potest in se suscipere ipse mutuans, quod onus assecurationis est pretio æstimabile. Potest tamen mutuans se offerre pro assecuratione sui mutui, ut non possit obligare mutuatarium ad eligendum ipsum, & non alium in fidejussorem; quia cum eius pretio æstimabile impositum mutuo ex vi mutui est iniusta: hac ratione usura est mutuare obligando mutuatarium ad remutuandum: *v. de facietate*.

2398 Quinto, *ratione gratuitatis*, licet aliquid recipere, etiam si illud speres, & animum talis spei mutuatario manifestes, Sectus *in 4. dist. 15. q. 2. lit. O.* quia non accipis ratione mutui, sed titulo gratitudinis, qui est titulus virtutis, & illud speras, speras honestum. Non licet autem illud exigere tanquam debitum ex gratitudine; quia tunc mutuatarium obligas, & non relinquis omnino liberum, ut in primo casu; adeoque onus imponis vi mutui.

Si vero ultra ostensionem animi de spe gratitudinis, adhibeas preces importunas, aut figna, aut apprehendere facias mutuatario timorem, ie amplius non mutuaturum, si non fit gratus; vel si deduceas gratitudinem in pactum ut dicas: *Da tibi mutuum cum pacto, ut sis mihi gratus*, usuram committis; quia preces importunæ causant insolubilitatem, & pactum tollit rationem gratitudinis, quæ est pura obligatio naturalis, & inducit obligationem justitiæ: *v. n. 1220. & in pag. 5. propos. 42. ab* Innoc. XI. *damn.*

2399 Sexto, *ratione pœnæ conventionalis*, ut mutuatarius solvat, v. gr. quinque pro centum, si tempore præfixo non reddat mutuum; quia in contractibus prona iuste imponitur inconstanti, & licet cessibet se servare indemnem. Requiritur autem, quod sit in mora culpabilis; unde si mutuatur solubile per hebdomadam, aut revera mutuatarius sit impotens, excusatur à pœna, nisi factus sit impotens; quia prodige vixit: futurum motum prævidere.

2400 Septimo, *ratione conventus innominati, do, ut des*. Exemplum: Petrus dat tibi centum hoc pacto, ut tu mutuetur intra decem annos, tum tibi, cumque hæredibus reddere debeas: si autem vivat, teneat reddere illa centum, & alia centum, nempe decem pro singulis annis, licitum est contractus; quia par est utriusque periculum amittendi, & spes lucrandi: hic autem non est contractus mutui, sed sortis, qui est licitus.

2401 Octavo, *ratione promissionis, & obligationis mutuandi*; licite potes lucrum à mutuatario accipere, si te illi obliges ad mutuandum, quando voluerit, Pasqual. *qq. mor. canonic. centuria 3. pag. 3.* Tamb. *sum. 2. lib. 9. c. 1. cap. 3. §. 2. num. 5.* Molina, Teler. & alii. Ratio potissima est; quia obligatio, quam quis in se suscipit ad mutuandum, ex una parte est gravamen distinctum, & separabile à mutuo; nam regulariter datur mutuum sine obligatione mutuandi: ex alia parte est pretio æstimabilis, adeoque licite vendi potest. Quod sit pretio æstimabilis, probatur ratione infolubili: Si mutuo obligando mutuatarium ad remutuandum, ex communi, & certa doctrina, usuram committis, non alia ratione, nisi quia obligatio ad remutuandum est gravamen à mutuo distinctum, pretio æstimabile: *vid. num. 2414.* Igitur obligatio ad mutuandum est gravamen distinctum à mutuo pretio æstimabile; & consequenter, si est verum, quod usuram committas, si hujusmodi obligationem mutuatario imponas, verum esse debet, quod usuram non committas, si lucrum exigas, ex quo hujusmodi obligationem in te suscipias.

Quæ obligatio assumpta est tanti oneris, ut si ex una parte quis requirat ab alio pecuniam ad licitam negotiationem cum probabili spe gui lucro, v. gr. de ter ginta pro centum; & ex alia parte, is, qui se obligavit ad mutuandum, petat mutuum, & ille aliam pecuniam non habeat; teneatur negotiationem rejicere, & mutuare petenti, non obstante lucro majori lucro cessante; alioquin peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem præteriti lucri, quod forte à mutuatario ratione hujus tituli recepit; unde si se obligando talem animum non habeat, sed oppositum, contractus erit usurarius, & mutuum paliatum: *vid. n. 2254.*

Tum quia nunc extitus, quo per quotes Sacerdos pro Missa iuste stipendium accipit, est obligatio, quam assumit ad Missam applicandam pro hac determinata persona, cum pollet pro alia. Item potes aliquid exigere pro remissione, cum te obligas alicui ad quid intra annum vendendum.

2402 Ex hoc titulo lucrari potes quinque pro centum quolibet anno, quia tanti à prudentibus æstimatur obligatio suscepta mutuandi; hæ accipi possunt pro rata parte singulis mensibus: quod etiam contingere potest, quando mutuum accipitur ad menses.

2403 Totum corroboratur ex Montibus Pietatis, ubi depositates pecuniam ad mutuandum, possunt licite exigere à Monte quinque per centum pro singulis annis, ex hac obligatione, quam in se suscipiunt ad mutuandum. De quo modo.

2404 Non potes lucrum exigere *ex sola exclamate mutuandi*, quia licet non sis obligatus ad dandum mutuum, supposito tamen, quod rogatus, aut misericordia motus velis mutuum dare, obligaris ex lege divina ad non faciendam mi fericordiam vitiatam. Ita loquitur Scot. *in 4. dist. 15. q. 2. lit. 9.*

2405 Item non potes lucrum exigere *ex obligatione non repetendi mutuum usque ad certum tempus*; quia quando vendis obligationem non repetendi mutuum usque ad certum tempus, nil vendis, nisi tempus, quod non est tuum. Tum quia concessio dilationis temporis est mutuo intrinseca: *v. in prop. 42. ab* Alex. VII. *damn.*

9. RATIONE MONTIS PIETATIS.

2406 MOns Pietatis *est summa aliqua pecuniæ, vel rerum, &c. in communi pecora, destinata ad mutuandum indigentibus, capitali fulta*. Tres habet conditiones. 1. Ut mutuum detur ad certum tempus. 2. Ut mutuatarius det pignora sufficienda apud administratores, quæ, mutuatariis præfixo termino non solventibus, venduntur, retenta à Monte portione sibi debita, reliqua ipsi mutuatario reddita. 3. Ut mutuatarius pro rata pecuniæ mutuatæ, & temporis, quid solvat singulis mensibus pro Ministris, conservatione domus, & Montis.

2407 Montes Pietatis sunt duplicis generis. Alii sunt erecti ex eleemosynis Monti libere donatis & legatis ad effectum mutuandi pauperibus, seu indigentibus: talis est Mons magnus Panormi. A ii vero in defectum eleemosynarum sunt erecti ex pecuniis à civibus apud ipsum depositis ad finem mutuandi indigentibus: tales sunt plures Montes in ditione Summi Pontificis.

2408 Mons utriusque generis *exigere* potest à mutuatariis duo, aut tria pro centum, quantum sufficiat, ut servetur indemnis: quæ inferuntur pro laboribus, & stipendio Ministrorum, ac pro expensis necessariis ad conservandum Montem.

2409 Quod si de expensis necessariis procellu temporis aliqua summa superfit, restituenda est mutuatariis, & quia illi non cognoscuntur, restituenda est pauperibus. Item fieri potest compositio per Bullam Cruciatæ, ubi adest. Sed melius est, si tollantur ipsi populo, dum nuendo impositorum lucrum judicio prudenti, minimum si exigeba tur tria, exigantur duo, usque quo satisfactum sit.

2410 Officiales Montis pecuniam distrahentes in alios usus, quam pauperum, ad quos est destinata, incurrunt excommunicationem Pauli V. Papæ relevatam per Bullam de anno 1615. *Onerosa*.

DIFFICULTAS EST

2411 AN *Mons Pietatis, aliquid pro expensis, possit à mutuatariis exigere quinque pro centum?*

Certum est, id non posse Montem Pietatis primi generis; id nunque prohibet Leo X. in Concil. Lateran *sess. 10.* quia sic Mons iterum repararet vi mutui, & simul defraudaret piam intentionem legantium, qui suam pecuniam apud Montem deponunt, ut inopum gentium miseria subleveture, non ut gravetur lucro Montis. Hac ratione (ait Pontifex) licitum esse Monti se servare indemnem, adeoque tantum exigere, quantum requirunt pro expensis necessariis ad Montem; non est autem licitum inde lucrari.

2412 Difficultas solum habet locum in Montibus secundi generis, pro quibus

Resp. Pasqual Montem posse exigere quinque per centum, quæ tenetur solvere ipsis deponentibus pecuniam, qui licite possunt tale lucrum reportare ex pecuniis apud Montem depositis, Pasqual, *in dec. mor. dec. 182. & 186. & in qq. mor. cent. 3. à pag. 1. ad 14.* D. Ant. Bonac. & alii apud ipsum. Ratio est; quia ex una parte potest Mons exigere à mutuatariis id, quod ob eorum commodum solvere tenentur, ut servetur indemnis, quoniam non debet ob eorum commodum pati damnum: debet autem solvere quinque pro centum ipsis deponentibus, nam isti suas pecunias non deponerent ad mutuandum, nisi viderentur lucro; alioquin cellaret publicum bonum indigentium pauperum sublevandæ; & enormes usuræ, præsertim Hebræorum, excludendi: qui est finis erectionis Montis.

2413 Ex alia parte, lucrum quinque pro centum ex pecuniis suprà Montem Pietatis depositum est justum. Quia Paulus III. per Bullam incip. *Charitatis ejera*, editam 1. Jun. 1549. concedit depositentibus pecunias supra Montem Pietatis Ferrariensem: *Quod depositum absque aliqua contrahentis scrupulo percipere quinque pro singulis centenariis, etiam si alias pecunia sine ullo lucro esset citius terminatura, & non frustificatura*. Imo narrat Pontifex, id etiam cerebrum fuisse à Sede Apostolica Montibus Bononiensi, & Mutinensi.

2413 Quantum ad titulum justitiæ præfati lucri, tres assignat Paşqual. *ex.* 3. Est obligatio, quam deponens in se suscipit ad mutuandum, quæ est pretio æstimabilis: v. g. 2401. Nec refert, quod in depositione nulla fiat expressa mentio hujus obligationis, quia deponens implicite intendit finem Mutui, qui est se expenere mercaturum, eb quem finem ut provideat de mutuo, effert lucrum deponentibus, quod virtualiter non est aliud, quam obligare illos, ut mutuent. 2. Est finis publicæ utilitatis; in concursu autem juris privati cum publica utilitate, cedit jus privatum, quia est jus mutuatario de non solvendo aliquid ultra sortem. 3. Est ratio Supremi dominii, qua Princeps supra mutuatarium bonis certam pœnionem in remunerationem assignat, per quam quis in dubiis quoad mores ad ipsum spectat circumstantias cognoscere. Ac proinde non posse personam privatam Montem erigere, & inde lucrari, licitum nanque est cuilibet ex metu se tetvare indemnem, at non inde lucrari, nisi aliquis justus titulus adsit distinctus à mutuo. Ita fere discurrit Paşqualig.

2414 Dictis autem, Montes in plurib. Italiæ locis ejusmodi, in quantum summa, quæ mutuatur, est constituta non solum ex pecuniis depositis, sed etiam ex vectigalibus, aut aliis publicis reditibus, & tunc dici potest pecuniam deponentes lucrum quinque pro centum reportare ratione censûs realis super vectigalibus, aut reditibus publicis fundati.

COROLLARIA DEL BENE

Par. 2. dub. 259. de Inquisit.

2416 EX his sequitur, quod etiam personæ privatæ possint hujusmodi Montem instituere, tametsi pecuniam illam subvenire alicujus census accepisset, & à mutuatarius exigere quantum opus fuerit, ut se indemnem præstaret, etiam si S. vel 10. in centum ab illis exigeret; dum enim hoc totum ab illorum commodum agit, potest exigere quantum opus est, ut se indemnem præstet. Quod autem hoc totum in commodum illorum agat, patet; quia non solvunt, nisi S. vel 10. in centum, cum alioquin usuratius solverent 35. & fortasse plus.

Non obstat, quod eo plus mutuatarii Monti solvant, quo diutius sortem retinent; quia par est, ut plus adorsa Montis contribuant, qui diutius illis commodis fruuntur, quorum pignora diutius custodiuntur.

Neque obstat secundo, quod qui dant pignora minus molesta, ut caucram; vel quid aliud aureum, tantundem solvant, quantum qui dant pignora molestiora, ut vestes; quia debuit certa quædam, & æqualis ratio respectu omnium constitui, nam cum ob varias circumstantias non potuit hujusmodi servari æqualitas, sufficit generatim determinari aliquid, quod maxime videtur accedere ad justum.

Sequitur secundo, quod procurandum sit, ut passim per loca hujusmodi Montes erigantur, quia ex ipsis multiplex utilitas Reipublicæ provenit.

Primo, impeditur peccatum usuræ Deo & hominibus max me detestabile.

Secundo, pecunia remaneret in patria cum alio exportetur: solent enim mercatores esse exteri, qui patriam mutant, & facti divites ad illam redeunt.

Tertio, cives divites habent locum, ubi secure & fructuose ponunt pecuniam suam collocare, emendo scilicet census super Montes fundatos.

Quarto, pauperes in omni eventu ad sua negotia possunt ratum habere pecuniam numeratam cum modico interesse, solvendo §. 6. 7. 8. 9. vel 10. in centum, cum alioquin usuratius multo plus solvere cogerentur.

Quinto, venditis pignoribus, restituitur quod sortem, & detrimenta superat, cum usurarii totum pretium pignoris, etiamsi multo pluris valeat, sibi remaneant.

P E T E S.

2417 PAnormi mulierculæ quædam vulgo dictæ *Impregnature, & Mezzane*, pro suis laboribus ad deferenda pignora apud Montem, & mutuum à Monte ad mutuatarium, accipere solent decem grana pro uncia. Quæritur, an isticio domino possint mutuare de propriis, & sibi retinere grana decem pro uncia, quæ alias mutuatarius expendisset pro Monte? Certum est, non posse retinere omnia grana decem, quia revera cum labores (ut supponо) non adsint, nec alius inde fructus, palliareat usuram, lucrum ex mutuo recipiendo, Tol. *lib. 5. cap.* 29. At si recipiant minus, quam decem grana pro uncia, videtur, quod possint; quia tunc

tunc utiliter gerunt rem domini, quia alias expendisset decem; atque præsumitur non invitus, sed libens; adeòque recipere non vi mutui, sed vi voluntatis domini.

Dico tamen non posse: quia pignus apud mulierculam non esset ita securum, sicut apud Montem; adeòque ratione hujus periculi dominus præsumitur rationabiliter invitus.

10. RATIONE SOCIETATIS CUM TRIBUS CONTRACTIBUS.

2418 COntractus societatis, *est conventio plurium eum contribuentium ad commune lucrum*. Per ly, *aliquid*, intelligitur pecunia, res fructifera, aut animalia, panni, &c. labor, & industria: ita ut unus, vel plures ponant pecuniam; alius, vel alii laborem, & industriam; vel singuli ponant pecuniam, & industriam.

2419 Tres conditiones requirit societas, ne sit ilicita, 1. Ut fundetur in negotiatione licita, 2. Ut servetur æqualitas inter socios; scilicet, quòd expensæ, etiam pro infirmitate, à socio ob negotia societatis contractæ, damna sine gravi culpa socii facta, & lucrum sint communia; ita ut negotiatione completa, deductis expensis, & damnis sine levi culpa socii factis, & exclusa forte, nempè pecunia dominio relinquenda, lucrum, quod remanet, dividatur pro rata inter socios, ut sicut se habet sors ad sortem, ita lucrum ad lucrum: potest enim contingere, quòd plus valeat industria, & labor, quam pecunia, præsertim quando socii, qui ponunt laborem, sunt plures, 3. Ut pecunia aut periculo potentis: ita ut si pereat casu cum levissima culpa socii, ponenti pecat; quia per contractum societatis non transfertur dominium, sicut in mutuo; sed solum usus fructuarius pecuniæ in ordine ad communem negotiationem, & lucrum, taliter quòd socii non possint pecuniam in societate expositam extrahere ad proprios usus. Ex quo fit, quòd si tradas pecuniam mercatori, ut exponat ad cambia, mercaturas, &c. hoc tamen pacto, ut periculum pecuniæ sit mercatori, sed lucrum dividatur; contractus erit usurarius, quia non societatis, sed mutui. Hæc est natura pusi contractus societatis.

2420 In societate tamen fieri potest, ut quis suam sortem servet indemnem, & insuper certum lucrum percipiat, si ad contractum societatis adjungantur, alii duo contractus, assecurationis sortis, & assecurationis lucri sperati. Assecuratio, *est contractus, . . . periculum in se suscipit*. Hoc præmisso: v. g.

2421 Declarantur, & supponо te dedisse Paulo trecentum aureos contractu societatis ad negotiandum, tuamque pecuniam esse æqualis valoris cum industria Pauli. Insuper, quòd spes lucri judicio prudentis sit de sexaginta aureis.

In hoc casu ex vi contractus societatis debentur tibi una cum sorte triginta aurei, qui sunt dimidium lucri sperati; at quia in te est periculum sortis, facis, ut Paulus illud in se suscipiat, pro cujus onere's pretio, ex præfatis tribus partibus reliquis aliam partem; pro te retinendo tertiam certam, de npe lucrum decem aureorum certum, & non plus. quia lucrum incertum non plus valet, quàm tertia pars certa. Ita, proportione servata, discurras in aliis casibus.

Qui tres contractus, sicut sunt licitè celebrati cum tribus personis, ita si celebrentur cum eadem persona, quia nec unio, nec identitas personæ destruit substantiam contractus. Tum quia hi contractus assecurationis sortis, & lucri, magis proprie dici solent venditionis, qua assecuras vendit suam obligationem præstandi alteri rem suam indemnem.

2422 Hoc contractu uti possunt indigentes, ut sustententur, quia tunc lucrum certum reportabunt ex suis pecuniis sine periculo sortis, & sine usura, quia non ex mutuo; tunc namque mutuum transit in societatem cum tribus contractibus.

P E T E S.

2423 PEtrus *bona fide celebravit contractum usurarium; an possit exigere lucrum anatocismi si ignoraverit adversitas, alium contractum lucrum cum eodem, vel cum alio celebraverit?*

Resp. posse lucrum tantum exigere, quantum per contractum licitum lucratus esset: quia ex una parte talis mutuans, cùm procedat bona fide, præsumitur velle lucrum sine usura, & contrahere omni meliori modo, quo potest; adeòque cùm revera adsit justus titulus quatenus potuisset justum contractum societatis, mercis, &c. celebrare, censetur implicitè illum voluisse, etiam si nil cogitet de justo titulo, & contractu illo: ex communi regula, quando actus uno modo non valet, altero valet, censetur factus eo modo, quo valet. Ex alia parte, adest ex parte mutua-

tarii consensus in dando lucrum; ideò habetur consensus ex parte utriusque contrahentis sufficiens ad justum contractum.

2424 Non potest autem lucrum exigere, si mala fide contractum usurarium celebravit; quia licèt ignoret alium contractum justum quem potuisset inire, celebrans contractum, quem usurarium sciebat, jam expresse contrahere voluit usurarium contractu.

De ultra, agunt Scot. *in 4. dist. 15. quæst. 2. lit. N. & T.* Mastrius, *in Theol. mor. disp. 5. qu. 3.* Joan. la Crux, *pag. 171.* Tamb. *tom. 2. lib. 9. tr. 1. tom. 1. lib. 8. tr. 3. cap. 8.* Busemb. *lib. 3. tr. 5. cap. 3.* Bonac. *tom. 2. d. pag. 617.* Cardenas *disp. 23. n. 21.* Clericatus *rap. 79.* Mendo *rer. Usura.*

CENSUS

2425 Est *percipiendæ pensionem aliquam annuam, vel manifestum ex re alteri utili, & fructifera, super qua fundatur.* Qui censum vendit, dicitur *Censuarius*; qui censum emit, & exigitur, dicitur *Censualista*.

2426 Dividitur in reservativum, & consignativum. Reservativus, *est quo quis transfert rem suam in alterum, quasi dominium directum & utile, servata sibi pensione annua super eadem re.* Ut cum quis dat alteri suum prædium cum onere, ut sibi certam pensionem annuam solvat. Liquet in Beneficiis Ecclesiasticis, quæ concedi solent annua pensione reservata.

2427 Consignativus, de quo in præsenti est sermo, & Pontifices loquuntur: *Est quo quis alteri vendit jus percipiendi annuam pensionem super rebus suis fructiferis immobilibus, aut mobilibus, vel supra personam suam, manente integro dominio tam directo quàm utili, apud venditorem.*

2428 Hinc dividitur in realem, personalem, & mixtum. Realis est, *qui fundatur super re fructifera, ut domo, prædio, &c.* Personalis est, *qui fundatur in ipsa persona*, quæ se ad pensionem obligat, non ut persona, sed ut fructifera est, quatenus suo labore & industria est utilis, & potest aliquid acquirere, unde pensio duci possit. Mixtus est, *qui immediate super re, & persona fundatur*: ita ut, si res pereat, maneat obligata persona ad censum solvendum; ad differentiam census realis, in quo, pereunte re, perit etiam census.

2429 Item census alius est redimibilis, alius irredimibilis; & denique census realis, alius perpetuus, alius temporaneus: & hic alius vitalitius, scilicet durante vita, alius ad tot determinatos annos, decem, v.g. viginti, &c.

2430 Ad census jure naturæ requiruntur mutuus contrahentium consensus, & justum pretium, attentis conditione rei, in qua census fundatur, quantitate pensionis, & temporis, ad quod emitur, & aliis circumstantiis, ex quibus judicio prudenti crescat, aut decrescat valor juris ad pensionem: *v. n. 2443.*

2431 Jure autem Canonico, præsertim S. Pii V. in Bulla: *Cùm onus Apostolatus*, anno 1569. plures conditiones requiruntur, quarum præcipuæ, sine quibus contractus etiam in foro conscientiæ est iniquus, sunt

2432 Prima, & principalior, ut census non fundetur, nisi super re immobili, & fructifera: hujusmodi sunt domus, prædia, vestigalia, & alii redditus fundati supra Civitatem, oppidum, pascua, piscationes, item officia perpetua fructifera, hæc, inquam, habentur pro immobilibus, adeòque super illis potest constitui census. Hinc prohibitus est census personalis, aut supra annualia, quia sunt mobilia; persona namque hominis est mobilis, de quo Job 2. dicitur *Vanus est homo.*

2433 2. Ut percunte sine culpa censuarii re in totum, aut in partem, ita ut non producat fructus sufficientes, nisi ad partem pensionis; census etiam in totum, aut in partem pereat. Quod spectat ad naturam contractûs census: *v. n. 2445.*

2434 3. Ut non fiat pactum restringens libertatem censuarii ad alienandam rem, nec pactum aliquid solvendi censualistæ pro facultate vendendi, quam sibi reservaverint, neque ratione laudemii.

2435 *Laudemium*, est certum pretium à novo emphyteuta solvendum, in recognitionem dominii proprietatis, quod habet dominus directus tandi; solvitur (ubi talis consuetudo adest) in alienatione voluntaria, v. gr. venditione rei ad emphyteusim concessæ ab emphyteuta facta. Pretium laudemii ex jure est quinquagesima pars rei, ex consuetudine solet esse trigesima, aut decima, juxta varias regiones; unde attendi debet consuetudo. Non solvitur in alienatione necessaria, ut quando in re emphyteutica succedit hæres. Quando Pater aliud non habens, eam dat in dotem filiæ, quando re emphyteutica redit ad primum emphyteutam, nec quando plures, qui eam habent, inter se dividunt. In alienationem autem census non est solvendum laudemium. Census enim ab emphyteusi differt, quia in emphyteusi residet apud dominum solum dominium directum, ac proprietatis, & transfertur dominium utile, seu usufructuarium; in censu vero residet apud dominum utrumque dominium, & solum transfertur in censualistam par juris ad fructus, nempè ad certam pensionem exigendam ex dominio utili ipsius domini; *v. n. 2379.*

2436 Censuarius autem rem vendere volens, monere debet censualistam, si rem ipse emere velit eodem pretio, quia est præferendus; quo recusante, potest libere alteri vendere, cum onere ejusdem census solvendi; sed tenetur ex natura census curare, ut venditio fiat personæ, à qua census sit aptè solvendus: nam si census sit in periculo, ne solvatur, sit injuria censualistæ, seu emptori.

2437 4. Ut census sit redimibilis ex parte censuarii, irredimibilis verò ex parte censualistæ. Potest censuarius pensionem redimere eodem reddito pretio capitali, monendo censualistam ante duos menses; at censualista non potest invito censuario repetere pretium capitale.

De censu utrinque redimibili, an sit licitus in foro conscientiæ, fuse agit Verricelli *cr. 3. à n. 12. ad 14.*

2438 5. Ut pensiones solvendæ, aut decursæ non solutæ, non possint poni in sortem, seu pretium capitale; imò ut ex nulla causa temporis, v. g. &c. possit augeri census semel constitutus.

2439 6. Ut non fiat pactum, ut censuarius, non solvendo censum, teneatur solvere lucrum cessans, expensas, interesse, aut ut res cadat in commissum. Per hoc autem pro hibentur pacta, & pœnæ, quæ apponi solent in aliis contractibus: at non prohibetur, quin emptor possit à venditore exigere fidejussiones, & pignora tam pro pensione, quàm pro evictione, videlicet pro periculo, quod subit emptor, ne ob aliquod jus alterius evincatur, hoc est, auferatur ab ipso jus ad fructus prædii, quod emerat; nam jure naturæ quilibet habet jus ad rem suam, quanta potest securitate, tractandam; *v. n. 2460.*

2440 Cæterum Nicolaus V. in Const. incip. *Solicitudo Pastoralis*, edita die 30. Septembris 1452. concessit Regno Siciliæ, ut in creatione census apponi possint quæcumque pacta; hinc apponitur pactum, ut in casu negatæ solutionis census, vendatur prædium ad discussum, & inde lit adjudicatio, de qua plura, & fusè egi, omninò recolenda, *in n. 2. à n. 138.*

2441 Quantum ad conditiones à S. Pio V. requisitas in creatione census, Tamb. *tom. 2. l. 9. tr. 2. de censibus*, ait, Bullam S. Pii solum obligare in terris Summi Pontificis; & ubi fuerit latè promulgata, & recepta; minime in Gallia, Germania, Belgio, & in Regno Siciliæ, ubi non fuit promulgata, nec usu recepta. Insuper ejus prohibitionem fundatam præsumptione fraudis, & usuræ, adeòque, si hæc reverà non sint, contractum in foro conscientiæ esse licitum, si cætera adsint; Judices verò in foro fori judicare debere secundum jus Pontificium.

Unde concludit, census personalem esse licitum, & justum, quia æquivalet censui realis: *Nam (ait ille) contractus hic est emptio fructuum, seu laboris, quod homo sua opera acquirere potest: sicut ergo omnes concedimus, censum realem effectivum, quia per illum emitur jus ad percipiendos fructus agri, domus, piscinæ, &c. sic concedere debemus, effectivum, emere jus ad fructus, quos homo sua arte, & opera facere potest.* Hæc ratione licite persona venditur, aut locatur, ut liquet de servis, & famulis. Fuse Verricelli *n. 2437. cit.*

PROPRIUM JUDICIUM, ET PRAXIS.

2442 Fit autem census personalis, præciso jure Pontificio, sit jure naturæ justus, attendi debet in praxi, an persona, à qua emitur census, sit reverà fructifera, & sufficiens ad sustinenda onera census. Audio namque (si est verum, quod quamplures mulieres mihi retulerunt) Confessarios quosdam indiscriminatim viduis censum personalem concedere, & re examinata reperio, eas pecuniam ad censum dare mulierculis pauperibus, quarum labor & industria vix est sufficiens ad miserrimè sustentandam propriam vitam, quàm ad sustinenda onera census.

Contractum census expositum, etiam jure Pontificio secluso, esse jure naturæ injustum, illicitum, & palliatam usuram, clarè ostendo. Census realis fundatus super re immobili non fructifera, aut si fructifera, insufficiente tamen ad sustinenda onera illius census, vel quia reperitur gravata aliis censibus, vel ex alio capite, est injustus, illicitus, & irritus jure naturæ; igitur à fortiori talis erit census personalis fundatus super persona non fructifera, seu insufficiente ad sustinenda onera census; eò maximè, cum dicatur æquivalere censui reali; hinc si rem attente consideres, mecum reperies, talem vidua, etiam solo jure naturæ inspecto, lucrum

cium reportare, non ex vi veri census, sed veri mutui; non ex jure alterius ad fructus, quos emerit, sed ex pecunia, quam illi tradiderit, & sic usuram, ficta census facie, palliare. Dic quæso, quod jus ad fructus illa emit, aut quos fructus sperat ex literis?

En in praxi hodierna usuram ritè à Summis Pontificibus, præsertim à S. Pio V. in censu personali præsumptam, & Pont ficæ prohibitionis justitiam.

Non deficiunt probis Confessarius ex jam recensitis, capita, quibus possint facillimè viduas, aliasque honestas mulieres absque usuræ periculo juvare.

QUANTITAS PENSIONIS IN CENSU

2444 COnstituitur quarta circumstantiis: *de n.* 2430. Solet esse quinque, septem, aut octo pro centum, juxta varias locorum consuetudines, quæ sunt attendendæ. Nicolaus V. *ext. un. n.* 1440. concessit Regno Siciliæ, ut esse possit decem pro centum, seu unius pro decem, at non plus.

2444 Philippus verò II. pro Regno Siciliæ restrinxit taxam ad quinque pro centum cum clausula irritante, ut *in tom.* 2. Pragm. Reg. Sic. *tit.* 46. *pragm.* 3. *an templi. Ordiniamo e comandiamo che di qua innanzi non si possano dare nel Regno di Sicilia imponere, constituire, ne fondare di nuova rendita alcuna di soggiogazioni, censi redimibili, ne vitalizii a meno di prezzo di ventinove la si migliare, che è il beneficio di cinque per cento che la corte ci dimanda, e censi, che d'altra maniera si ritrovano siano nulli, e di niun valore, & effetto; e non si possa per verun di quelle dimandare, ne recuperare in giudicio, nè fuora, più che a detta ragione.*

At in Regno Siciliæ observatur pluries census fundati, & subjugationes facti, ac permitti ad septem pro centum: *v. tam. 2. n.* 149.

2445 In censu temporali potest exigi major quantitas, quam in perpetuo; quia jus perpetuum ad fructus rei, cum pariat majores fructus, quàm temporaneum, est majoris pretii & valoris; & ideò carius emitur isto.

Mastrius *in theol. mor. disp.* 5. *q.* 3. *n.* 95. Joan. la Crux, *pag.* 184. Bonac. *to.* 1. *pag.* 641. Tamb. *to.* 2. *l.* 9. *c.* 2. Busemb. *l.* 3. *tr.* 5. *cap.* 3. *dub.* 9. Clericatus *cap.* 93. Mendo.

CAMBIUM

2446 *Sit communitas pecuniæ pro pecunia.* LE Commutatio pecuniæ pro re, dicitur *Emptio*. Commutatio rei pro alia re diversæ rationis, v. g. frumenti pro oleo, dicitur propriè *Permutatio*. Commutatio verò pecuniæ pro pecunia, *Cambium*. Qui dat ad cambium, ut lucretur, dicitur *Cambsor*. Qui recipit ad cambium, & dat lucrum, *Cambsitus*.

2447 Cambium est duplex, reale; *Quo pecunia realiter cum alia pecunia commutatur*. Et siccum, de quo infra. *Reale*, est duplex, minutum, seu manuale, & locale, seu per literas.

2448 Cambium minutum est: *Quo pecunia minor præsens cum majori præsenti commutatur, vel è converso*; ut cùm commutatur moneta argentea cum aurea, patria & currens cum exteris & non currente, nova cum vetere. Est licitum, si ita rei ei imò est necessarium Reipublicæ; homines enim sæpe indigent commutare pecuniam magnam cum minuta pro usu commodo ad res vulgares ac necessarias emendas: & sæpe indigent commutare minutam cum magna pro majori facilitate ad eam alio transportandam, aut ut condendam.

Hinc potest ex cambio licitè percipi moderatum lucrum, tam à cambsario publico ex officio, quàm à privato, ob laborem, & obsequium, quod præstant ad cambiendum, ad pecuniam numerandam, ad quærendas, & cernendas pecunias diversi generis ad commoditatem communitatis paratas, &c.

Minus tamen exigere debet privatus, quàm publicus: quia pro hoc currunt plures alii tituli, prælentim, quia hic est obligatus Reipublicæ ad mutuandum, & inde non valet, ut pollet, suas pecunias ad negotiationem applicare. Uterque debet minus exigere, quam ex cambio locali; quia in minuto non habetur transportatio virtualis pecuniæ, sed pura communitas manualis.

2449 Cambium locale, seu per literas est, *quo communitas pecuniæ præsens cum absente: vel est, qua Cambsor dat hic pecuniam Cambsario, ut eam recipiat alibi cum certo lucro: vel qua Cambsarius dat hic pecuniam Cambsori, ut eam recipiat alibi cum lucro Cambsoris.* Exemplum utriusque, 1. Petrus indigens pecunia Panormi, eam petit à Cambsore Panormi, ut ipse Cambsor illam per suos correspondentes recipiat Romæ, ubi Cambsarius habet, 2. Cambsarius Panormi existens indigens pecunia Romæ, suam pecuniam configuat Cambsori Panormi, ut eam à Cambsore Romæ correspondenti huius recipiat Romæ. Utrumque cambium fit ad petitionem, & in gratiam, ac commodum Cambsarii.

Potest inde à Cambsore licite exigi justum lucrum, juxta æstimationem experti, & consuetudinem; in qua re magis expetti sunt ipsi Cambsores. In cambio locali plures habentur justi tituli pro lucro, nimirum labor, & expensæ in detinendo talentum & tamules ad cambiandum paratos, in conservandis correspondentibus in locis, aut nundinis; assecuratio pecuniæ Cambsarii, quæ si transportari deberet, Cambsarius expensas pateretur, atque pericula: item transportatio virtualis pecuniæ quæ fit per literas, & correspondentes de uno in alium locum in commodum Cambsarii petentis.

Mastrius *in 3. theol. mor. disp.* 5. *q.* 3. *num.* 116. Joan. a Cruz, *pag.* 192. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 649. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tr.* 3. Busemb. *lib.* 3. *tr.* 5. *c.* 3. *dub.* 10, Clericatus *c.* 93. Mendo.

EMPTIO, ET VENDITIO

2453 *Si commutatio consistat recipiendo confestim pecuniam pro pretio, & pretium pro merce.* UTerque contractus mercis tradit one completur, & utriusque justitia in æquali valore mercis, & pretii consistit. Unde fundamentalia venditionis sunt tria, *consensus, pretium, & merx.*

Vendi potest omnis res pretio æstimabilis, quæ est sub venditoris dominio. Hinc res spirituales supernaturales vendi non possunt; quia non est pretio æstimabilis.

2454 Res vendita, si pereat, aut fiat deterior pati traditionem, perit, aut fit deterior emptori; quia domino perit. Si vero ante traditionem, tunc, si res empta sit determinata in individuo, v. gr. hæc domus, hic modius frumenti, hæc navis, &c. perit emptori, atque fructibus eat, nihil peremit culpa venditoris, aut nisi aliter conventum fuerit. Si autem sit indeterminata in individuo, v. gr. si emas decem naves ex grege, decem modios tritici ex granario, vel ita emptio determinata in corpore, indeterminata quoad mensuram, v. g. unum modium tritici ex hac mille; ante traditionem, vel mensurationem, perit venditori: ita ex definitione ex jure ad eximendos lites. Cæterum jure gentium dominium acquiritur, & tum ac habetur utriusque contrahentis consensus absolutus. Hinc in Ecclesia, & locis pias, dominium acquiritur ante traditionem.

2455 *Si res eadem sit vendita pluribus*, est ejus, cui esc tradita, si pretium solverit; R si nul-

si nulli fit tradita, debeat ei, qui prius emit; alter vero habet actionem in venditionem.

Emens nomine proprio, sed ex pecunia alterius, tenetur restituere pecuniam, sed facit suam rem emptam, nisi illi empta ex pecunia Ecclesiæ, pupilli, aut minoris à tutore, vel curatore, ex pecunia militis, vel nisi fit empta ab uxore, aut marito, ex pecunia filii ab alterò eorum donata. Ita ex jure, Fenech. hic.

2456 Fructus pendentes venditionis tempore, sive maturi sint, sive non, ad emptorem spectant, nisi aliter conventum fuerit; quia sunt pars rei emptæ.

2457 Res aliena vendi potest, si ignoretur esse aliena. Res furtiva ab emente bona fide præsribi non potest, nisi spatio extraordinario triginta annorum, Fenech ex Abb. *in cap. Nihil extra, de præscript. v. n.* 2339.

2458 Venditor tenetur sub onere peccati mortalis, & restitutionis damni, præmonere de notabili vitio rei emptorem illud ignorantem, v. g. si equus sit furiosus, defectuosus, si domus sit ruinosa, si pannus adustus, &c. Non tenetur illud manifestare, si vitium est manifestum, nempe si equus sit claudus; casus: tenetur autem diminuere pretium judicio experti.

2459 Pariter scienter emens vili pretio rem pretiosam, ver. gr. gemmam à rustico valoris ignaro, tenetur ad restitutionem gemmæ, aut majoris pretii: quia rusticus non vendit voluntarie, cum valorem ignoret: *v. n.* 2305.

2460 Item venditor tenetur monere emptorem de evictione, si adsit periculum: *Evictio est rei propriæ ab alteri possessa recuperatio: v. num.* 2494.

2461 Pretium rei est duplex, legitimum: *Quod est à lege, aut Principe definitum*, & naturale: *Quod ex prudenti hominum æstimatione consistit. v.* Pretium *legitimum* consistit in indivisibili, *naturale* vero habet latitudinem; dividitur enim *summum, medium, & infimum.* Intra latitudinem hujus tripartiti pretii emens aut vendens, justo pretio, emit, aut vendit. Hæc latitudo inter tria prætia tuta fieri potest usque ad quinque, aut sex pro centum; sed potius attendi debet praxis.

2462 Crescit pretium. 1. ex penuria mercis. 2. ex abundantia pecuniæ. 3. ex multitudine emptorum: hinc licet extetis carius vendere. quia augetur copia emptorum. 4. ex parte expensarum, quæ fiunt in comparandis, & conservandis mercibus, & maxime si interveniat horum cessatio, damnum emergens. aut periculum in commodum emptorum.

2463 E contra decrescit pretium. 1. ex abundantia mercis. 2. ex inopia pecuniæ. 3. ex raritate emptorum. Item crescit, & decrescit pretium ex modo vendendi: hinc sæpe carius res venditur ad minutum, & vilius emitur simul, & in magna quantitate; quia sic emptor facit venditorem ad alias merces emendas expeditum, eumque liberat curis, & periculis in res servandis, & retinendis.

Item plures res venditur in officina, sed vilius emitur à venditore quærente per vicos emptores, seu à sponte offerente: nam *merces vitreæ vilescunt* pro tertia parte ser Cajet. usque ad dimidium pro alios: quod secundum est nimis laxum.

2464 Ille, cui datum est aliud vendendum determinato pretio, v. g. medio, aut infimo, & vendit supremo, probabile putat Bulemb. quod possit retinere excessum; quia sua industria acquisivit. Minime, si fit tractum ad vendendum pretio indeterminato, meliori quo potest; tunc namque utilitas recte dominio.

Ulterius, si mercator vendat famulo, aut alteri personæ mediæ ementi pro domino gannum, v. g. aut aliam rem minoris pretio convecto, idque faciat in gratiam ipsius famuli forrariis &c. ut sic eum ad suam officinam alliciat; potest famulus excessum illum pro se retinere, quia illi est liberaliter à mercatore donatum. Famulus autem hæc debet observare conditiones. 1. ut mercator revera non illo minori, sed majori pretio sit aliis consuetus vendere; alioquin famulo donatæ de non suo. 2. ut famulus rem tradat domino pretio consuetio. 3. ut fecerit diligentias ordinarias, an sit alios, qui minori pretio sit consuetus alia vendere. Quod si minoris emit eb diligentiam extraordinariam, v. g. quia Panormo Martem regressum pertevit, ubi res vilius valent; tunc pro se retinere potest excessum. Tamb. *com.* 1. *pag.* 258. *n.* 19. quia non tenetur ad diligentias extraordinarias.

2465 Peccat mortaliter, qui tempore inopiæ emit frumentum, & vinum, in tam excessiva quantitate, quæ certatim caruit, ut sic carius vendat.

2466 Licitum est rem vendere pretio currente, quamvis venditor sciat pretium mercis esse intra breve tempus minuendum: quia pretium tunc currens *est* simpliciter justum; seclusis tamen mendaciis, dolo, aut fraude, quibus emptor alliciatur.

2467 Quando circa mercem contingunt prætia, nempe legale, & naturale, diversa, non potest exigi legale, si est majus; quia pretium legale est taxatum à Principe in gratiam emptorum, nec excedatur; minime re secundum prudentum æstimationem minoratur. Erita si pretium legale frumenti est sex aureorum pro modio, naturale vero quinque, non possunt exigi sex.

2468 Si pretium legale est notabiliter minus, est citò ignorandum. Si tempore benigne frumentum, v. gr. erat taxatum pretio mediocrato, v. gr. quinque aureorum, & postea ex pluviæ defectu, aut ex alia causa supervenit magna sterilitas, tunc standum *est* pretio naturali prudenter ab expertis imposito; quia Princeps non potest taxare pretium id purum pactum, sed attentis prudenter circumstantiis relatis, ex quibus tenuis pretii crescunt, & decrescunt; nam pretium debet communitari mercì, ut sit justum: unde pretium legis tunc, si non mutetur, incipit esse injustum, & nullam obligationem parieris in conscientia. Quod si Princeps, sterilitate attenta, & omnibus pensatis, pretium augeat, tunc omnino standum est pretio legali, ne in tyrannidem vertatur mercatorum avidities.

2469 Licite possunt minoris emi pecunia ante data credita, sive matura, sive immatura, si licet periculosa, lucrosa, debita, accidentalis exactionis, & quidem minoris, pro qualitate periculi, ruhii, &c. æstimatione prudentis. Nec obstat, quod emptori facilis fit crediri reemptionem, ob amicitiam, quam v. gr. habet cum Principe; quia amicitia Principis non debet illi nocere: unde lucrum cedit tuæ erudituæ.

2470 Difficultas est, si credita sint secura, ac facillima, & nullus adsit ritus ut liceat cessionis, damni, expensarum, &c. Affirmat Tambur. posse licite minoris emi, quia minus valet jus rei, quam res. Eadem ratione subdit, posse ipsum debitorem anticipata pecunia minoris extinguere suum debitum immaturum.

Dico, non licere, sed esse usuram, quia impetite mutuator petitum à mutuo pro exigenda exactioni: mutuantur decem pro exigendis, v. g. quindecim fructus pro sola temporis dilatione. Tum quia pecunia mutuata non est pretiosior numeranda: *v. n.* 2392.

2471 Multo magis non licet debitori minoris extinguere sua debita matura; quia tenetur ea tollitia ea ilatim & complete solvere. Item ipse debitor non potest minoris extinguere debita, ex hoc capite, quod sint difficilia, saltem est difficultas causa: alioquin reportaret lucrum ex culpa, & ex impedimento, quod ipse tenetur tollere.

2477 Denique non potest quis vendere credinum, quod certo scit non esse solvendum,

Quia nullius est pretii, & æstimationis intrinsecæ.

2473 Petes: *An res extraordinarie bonitatis immissceri possit aliquid, vas utpar æqualis cæteras vendi possit felicis, & vendi pretio taxato?* Non est difficultas de mixtione materiæ connaturalis, qualis in frumento est mixtio aliquorum seminum, quæ mareas cum frumento nasci solent: ut in aliquo huslacis est mixtio aquæ vino, quæ fieri solet, quando unum fit, & quæ ad vini perfectionem requiritur; sed de mixtione materiæ peregrinæ, quæ fit ex industria.

2474 Absolute affirmant licere Bonac. *to.* 2. *d.* 3. *cons. quæst* 2 *punct.* 6. *num* 19. & Arsdekin cum aliis, asserentes, licitum esse generoso vino aquam, & electo tritico hordeum miscere, & pretio taxato vendi, aut consentiri, si mixtio fiat cum cautela, sine immodico excessu, sed ita, ut tritico fiat æquale tritico, & virum vino, quod sæpe in foro vendit quod Binocina bimtat de vino, quod venditur ad minutum; smirme si in magna quantitate, quia illud brevi consumitur, hoc diu retinetur, adeoque aquam vinum, fit acetum.

Ratio affirmationis est, quia nullum inde damnum, nec injuria infertur emptori; cum non teneatur illi tradere res majoris perfectionis, quam ab auctore passim venduntur. Et licet venditor possit mensurem minuere, quando alia ratione non potest justum pretium ab emptore extorquere; ita pariter in casu: nam solum tenetur merces tradere æquivalentes pretio.

2475 Tambur. *tom* 2 *lib.* 9. *tract.* 6. mixtionem concedit frumento electo, negat mixtionem aquæ vino generoso; quia in frumento mixtio herdei, loli, &c. potest discerni, & inde segregari ab emente, & uterente. Non hoc aqua in vinum quod proinde, licet evadat æquilis roboris vino communi, evadit tamen deterioris virtutis; nam ut minus uti ad plura medicamina, & plures effectus, ad quos homines vino puro uti solent. Adde, hujusmodi mixtiones aquam vino rigenerose ponitis. Concedit autem Tamb. vino generoso posse aliud vinum debile, sed purum, misceri, ut sic fiat æquale communi vino.

2476 Prima opinio affirmativa non est confutenda; quia attenta venditorum cupiditate, aperta via ad fraudem. Tum quia generositas vini compensatur multitudine emptorum.

2477 Panormi taxati fuerunt qualibet anno mense Novembris duo pretia legitima, unum minus pro vino de viris Panormi, vulgo dicto *di Padroni*; aliud minus pro vino aliorum locorum, vulgo dicto *di Fuchino*: & juste, quia vinum de viris Panormi est majoris va-

loris intrinseci, tam quoad genetositatem, quam quoad sanitatem, cæteraque conditiones. Non sic est vinum, quoad à posterioribus venditoribus vendi solet, quia illud defumunt ex Sala Parthenici, & aliis vicis extra Panormum, vinum longe deterioris conditionis generantibus. Hinc fit, quod licet pretium pro posteriori vino taxatum sit minus, non possint venditores sine culpa mortali, & ontre restitutionis, illud vendere aqua mistum.

EXPENDUNTUR CASUS PRACTICI. CONTRACTUS EMPTIONIS AD METAM.

2478 IN Sicilia frequens est, quod quis anticipata pecunia, v. gr. mense Januarii frumentum mense Julii colligendum emit, pretio, quo valebit juxta metam suo tempore à publico magistratu communitatis post collectionem prudenter statuendam, ea lege, ut qui supplere debebit, suppleat. Hic contractus est licitus, quia est veræ emptionis. Illuzarius esset, si tu pecuniam, v. g. massario dedisses, non titulo emptionis, sed titulo mutui, seu prælibi, cum onere, ut massarius teneatur tempore cæsis eam solvere in frumento; quia mutuum pecuniæ exposcit, ut solvatur pecunia, & tu obligatus ad frumentum; liquet ex definitione mutui: *n.* 2375.

Massarius est, qui è suis segetibus fructus, v. g. frumentum, vinum, &c. collectutus expectat.

MASSARIUS

2479 HYemis tempore indiget pecunia ad colendos agros, ideo anticipato vendit merces suo tempore colligendas, & eodem tempore consignandas.

QUÆRES I.

2480 *An mercator in Sicilia licite emere possit à massario frumentum pretio anticipato, & determinato, independenter à meta?*

Resp. posse, si nulla sit fraus; quia est verus contractus emptionis, & venditionis, de cujus substantia non est, quod actu pretium solvatur, & quod actu res consignetur; sed quod emptor sit obligatus determinato tempore solvere, & venditor determinato tempore rem consignare. Nec obstat in Sicilia præjudicium oppositum, quia est edita ob præsumptionem fraudum, & usurarum; unde non obligat pro foro interno, sed externo. Potest igitur mercator tempore hiemis determinato pretio emere frumentum colligendum, & consignandum tempore æstatis. Idem dic de aliis fructibus, Diana *p. 4. tr. 5. resp.* 115. Tamb.

2481 Triplex pretium excogitari potest. 1. Quod currit tunc, quando fit contractus. 2. Quod curret tunc, quando fiet collectio, & consignatio. 3. Tale, quod ab ipsis contrahentibus nunc, quando fit contractus, determinatur, independenter ab eo, quod currit nunc, aut curret tunc.

2482 Primum pretium in casu frumenti, & similium, non est in mentem revocandum, cum sit in evidens damnum emptoris: tempore namque hiemis, quando fit contractus, frumentum solet carius emi, quam tempore æstatis, quando fit collectio; adeoque non potest præstari, quod mercator venit à massario frumentum emere carius, quam valet tempore traditionis.

Dixi, *in casu frumenti, & similium*; quia in casu rei, quæ est plus valitura tempore traditionis, determinate pretium, quod currit quando fit contractus, est ilusoria; quia justum pretium est illud, quod res valet tempore traditionis, unde si æquum valiturum post annum centum & decem, emas centum, quantum valet, quando fit contractus, idem est, ac si nunc des centum, recepturus post annum centum & decem ratione temporis, & anticipatæ solutionis; quod est usura. Si vero adsit lucrum cessans, damnum emergens, vel periculum non habendi rem emptam, aut sinceram, &c. tunc utique potest aliquid proportionatum ultra accipi.

Primum ergo pretium in rebus, quæ plus valent tempore traditionis, est injustum, nisi adsit lucrum cessans, &c. in rebus vero, quæ plus valent tempore contractus, quam traditionis, ut in casu frumenti, & similium, non est prudenter præsumendum.

2483 Secundum pretium est justum; quia justum pretium est illud, quo res valent tempore traditionis.

2484 Tertium pretium independenter à lucro cessante, & periculis, est justum, si determinetur pretium illud, quo frumentum, aut res tempore consignationis probabiliter creditur valiturus. Imo quando probabilitas futuri pretii non potest haberi, constitui potest determinatum pretium, non ad meram ementis voluntatem, sed alterius experti arbitrio; tunc namque par est in emente, & vendente periculum, ut ludus fortunæ.

2485 Potest mercator præter contractum licite accipere à massario pignus; quia quilibet habet jus negotiandi circa tem suam majori cautione, qua potest.

Au-

2486 Augmentum, quod frumentum facere solet in horreo à die collectionis usque ad diem traditionis, in contractu præsentium, est massarii, possea vero mercatoris; quia dominium actu transfertur per traditionem rei: unde mercator fit frumenti dominus, quando ipsi frumentum traditur, esto meta fiat postea. In Sicilia frumentum præsigi solet consignandum die 15. Augusti, meta vero imponi solet postea mense Octobris poli diem D. Francisci: in pluribus vero locis imponi solet post diem 15. Augusti.

QUÆRES II.

2487 *An qui massarius non est, possit uti contractu ad metam cum mercatore, vel cum eo, qui mercator non est.*

Resp. qui massarius non est, & licet segetes careat, certo tamen sperat frumentum per emptionem, aut alia via habere, licite potest hunc inire contractum, etiam cum eo, qui mercator non est; quia quilibet habet jus vendendi id, quod certo sperat se habiturum, pariter & emendi id, quod prudenter sperat. Ille vero, qui nulla via potest frumentum habere, non potest hunc contractum inire sine peccato, & perjurio, quia simulat vendere, cum revera nil vendat. Nec mercator id scitens potest lucrum metæ accipere, alias committeret usuram ob mutuum palliatum, vel furtum: *v. n.* 2495.

QUÆRES III.

2488 *An liceat mense Januarii vendere, consignare frumentum massarii ad pretium mensis Maii, quo tempore ob distantiam à præsenti messe, major est frumenti penuria, & inde majus pretium?*

Videtur, quod non, quia justum pretium est, quod currit, quando res vendita consignatur.

Resp. Licere, si vere frumentum eras conservaturus, & venditurus mense Maii, & in gratiam Massarii id sciens, vendas mense Januarii. Ratio est, quia vere cessat lucrum. 1. Quia illud mercator erat venditurus mense Maii, quando pretium erat futurum majus: 2. Quia frumentum intra illud tempus crevisset in horreo mercatoris; unde incrementum, deductis expensis, potest peti solvendum. Hinc patet solutio ad rationem in oppositum, quia frumentum mense Januarii venditum, & consignatum, non est purum frumentum mensis Januarii, sed frumentum Januarii conservandum, & vendendum mense Maii, unde Mense Januarii valet pretio mensis Maii: Si vero non eras conservaturus, usuram committis; quia lucrum reportas ex dilatione temporis.

Examen Ecclesiast.

2489 Ex variis autem pretiis in variis diebus mensis Maii, non licet mercatori exigere supremum, sed illud, quod curret majori parti mensis Maii, quia illud cessat; nam eo pretio erat probabiliter venditurus, quod communiter currit. Quod si currat pretium legitimum, tunc illud solum exigere potes, quod taxatur, non vulgare. At si tanta sit pretii varietas, ut designari non possit pretium majoris partis mensis, non potes petere supremum, quia non es certus te supremo pretio venditurum: nec debes infimum, quia forte potuisses majori vendere; debes igitur petere medium, quia sic attenditur ementis, & vendentis ratio.

Potest tamen fieri conventio, & pactum de certo pretio, quod prudenter tunc curret, illud mense Januarii determinando; quia si nulla sit fraus, par est utrinque periculum; unde hujusmodi venditioni & emptioni accedit ratio justi tituli: *ut in n.* 2484.

QUÆRES IV.

2490 *An possit mercator tempore hiemis dare frumentum cum pacto, ut solvatur pretio currente tempore æstatis, si tunc plus valebit, quam nunc, & si valebit minus solvatur pretio currenti*

Resp. Esse usurarium contractum, quia non est par utriusque conditio; potest autem absolute vendere pretio currente tempore hiemis, quando sit traditio, ut constat, præfata clausula non apposita; nam si mercator potest vendere frumentum tempore hiemis pretio tunc currente, & solutione actuali, à fortiori solutione dilata, quia dilatio solutionis est in beneficium emptoris.

QUÆRES V.

2491 *Mercator mense Decembris dat pecuniam massario, cum pacto, ut mense Augusti consignet tantum frumentum ratiocinandum tunc autem minus pretio justo mense Augusti currente, aut per metam taxando. An contractus sit licitus?*

Resp. Esse usurarium, & mutuum palliatum, nisi adsit lucrum cessans, periculum, aut alius justus titulus ex recensitis, quia mercator repottat lucrum certum ex pecunia anticipato tradita; tum quia emptio extra limites justi pretii est injusta. Licitus est, si fit emptio frumenti consignandi mense Augusti, pretio tunc infimo.

2492 Hinc usurarius est contractus, quo quis dat pecuniam alteri pro tanto tritico, aut alia re proprio tempore consignanda, quantum tamen minus pretio, quod tunc curret, nisi adsit aliquis justus titu-

los ex dictis, aut sit intra limitem infimi pretii.

QUÆRES VI.
AN CONTRACTUS A GODERE,

Quo Petrus dat tibi pecuniam, v. gr. centum aureos; tu vero das illi domum, cum pacto, ut quisque fructus datis, donec tu reddas pecuniam; possit licitare per contractum venditionis & pacto retrovenditionis, quarenus videlicet tu vendas domum Petro centum aureis, cum pacto ut post decem annos Petrus eadem pretio tibi revendat domum?

Videtur, quod sic, quia in contractu emphyteutico tu potes dare domum Petro, & percipere annuum censum, & tamen Petrus post decem annos tenetur tibi reddere domum: ita & ibi.

Resp. non posse, juxta dicta *n.* 2389. quia in contractu venditionis transfertur dominium directum; ita ut completa emptione, & venditione, res si pereat, pereat emptori; & in casu perireț Petro, non sic in contractu à godere; hinc erit venditio pallíata, & contractus mohatra.

2494 Non tenet partitas contractus emphyteutici; quia in hoc venditur, seu traditur ad tempus dominium utile, seu usufructus ex re fructifera, nempe ex domo, cujus dominium directum retinet penes proprietarium. Tum quia contractus emphyteuticus fit supra rem immobilem, & fructiferam; pecunia vero, nec est immobilis, nec fructifera: *v. d num. 2086. & n.* 2389.

QUÆRES VII.

2495 *An contractus inter mulierculas exercere solitas, quo pecuniam dant* (vulgo ad uso di riti di tela, di sargetta, &c.) *sit licitus?*

CContractus sic effomatur: Dat mulier una alteri tarenos septem, quod est verum pretium, quo à mercatoribus vendi solet ulna sargettæ: ipsa tamen mulier ulnam unam sargettæ, quæ tarenos septem valet, vendit tarenis duodecim, ea lege, ut mulier altera, quæ emere dicitur, venditrici solvat grana duo qualibet die, usque ad extinctionem tarenorum duodecim, & ita per tempus quatuor mensium, quod ad complendam solutionem requiritur, venditrix lucrum reportat tarenorum quinque. Ita similiter de contractu, ad *usc di riti*.

Resp. Esse in se contractum mutui, & usurarium, quia cum vevera *sargetta* illa non extet, contractus est mutui, nempe lucri ex pecunia tradita, ob solam temporis dilationem, palliatus contractu emptionis, & venditionis.

2496 Dixi, *in se*; quia si adsit periculum, quatenus, qui pecuniam dedit, totum pignus non accepit, vel adsit lucrum cessans, &c. tunc quidem patebi quid lucri supra tarenos septem, quos dedit, reportare, sed proportionatum lucro cessanti, aut periculo, juxta fugitiva dicta de periculo, & lucro cessante; minime tam excedens, ut ex septem per quatuor menses accipiat quinque, quod in anno est accipere ex centum datis septuaginta lucri. Excogitari ne potest scelus majus, miquior ultra? *v. n.* 2487.

QUÆRES VIII.
AN CONTRACTUS A PAGARE, E CONSIGNARE,

2497 *Sit licitus?*

Rayis Mercator mense Januarii vendit emptori centum modios tritici, quos revera habet, conbignandos mense Julii, quando emens solvit pretium; tenetur autem mercator frumentum dare, quoties emptor petierit, medio tempore à Januario ad Julium, quo tempore frumentum stat periculo, & expensis mercatoris; eo vero elapso, potest venditor cogere emptorem, ut frumentum accipiat, & protellari, quod alias deinde interesse, expensæ, & periculum sient penes emptorem.

Pretium autem non est illud, quod currit mense Januarii, nec quod curret mense Julii, sed tribus tarenis, v. g. plus eo, quod currit mense Januarii, quando fit contractus, ita ut si tunc pretium est quinquaginta, pretium taxatur quinquaginta tribus tarenis. Hoc præmisso,

2498 Respondet Diana *p.t. n.* 8. *ref.* 65 esse licitum; quia est verus contractus emptionis & venditionis: & illud plus trium tarenorum accipitur. 1. Pro expensis, labore, & periculo, quæ mercator subit ex eo, quod est obligatus frumentum conservare ad mensem Julii. 2 Quia par est in utroque periculum lucrandi, & perdendi; nam mense Julio pretium potest esse majus, vel minus.

EMPTIO REI PECUNIA ANTICIPATA, ET VENDITIO REI AD CREDITUM, SOLUTIONE PECUNIÆ DILATA.

2499 Dico 1. Te non posse minoris justo pretio rem emere, ex hoc præcise, quod pecunia anticipata mis. Nulla lucrum reportas ex tua pecunia anticipato tempore in totum, aut in partem soluta. Justum autem pretium est illud, quod res valet tempore traditionis, de quo fuse dictum est *num.* 2482.

2500 Dico 2. Te non posse carius ultra justum pretium rem, v. g. pannum, &c. vendere, ex hoc præcise, quia ad creditum vendis: quia lucrum reportas non ex pretio panni, sed ex dilatione temporis, quod non est tuum; unde venditio ad creditum carius justo pretio est virtualis mutuatio. Nec potest sic vendentem juvare lucrum cessans. 1. Quia ad creditum vendens plures vendit merces, & plures habet emptores, quam si pecunia numerata venderet. 2. Quia sic se liberat à pluribus periculis, quibus sunt expositæ merces, si diu invenditæ in officina detineantur; pannus enim est expositus carie; & quo diu detinetur, eo magis deperdunt. 3. Quia qui pecuniæ numeratæ emit, vult pretio infimo emere; qui vero ad creditum vendit, potest pretio supremo vendere: & ita ratra limites justi pretii luctari; quæ si attente conciderentur, compensant venditori lucrum cessans: ac proinde vendens ad creditum, non potest ex vi lucri cessantis lucrari. Et solum poller quid moderatum supra justum pretium ratione periculi amittendi rem venditam, & pretium, si venditor prudenter tale periculum cognoscat; sæpe namque contingit, ut eminentes pannum, aut telam credito, pollea aufugiant, aut se absondant insoluto pretio; quod periculum cellat, si venditor accipiat totum pignus, aut vendat personæ, de cujus fidelitate suspicari non potest.

Scotus *in* 4. *d.* 15. *quæst* 2. *d luc. P.* Mastrius *disp.* 5. *q.* 1. *n.* 11. Joan. la Crux, *pag.* 146. Bonac. *tom* 2. *pag.* 592. Burmb. *lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 1. *dub.* 8. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tr.* 5. *tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 2. *cap* 7. *n.* 5.

CONTRACTUS MOHATRA

2501 *Est, quo quis emit credito, & pretio supremo merces à mercatore, easque eidem rei ut vendit pretio infimo, aut viliori.* Declaratur exemplo.

2502 Petrus indigens pecunia, petit mutua centum scuta à mercatore, qui respondet se pecuniam non habere, offert suas merces: inde vendit Petro quantitatem panni pretio summo justo, quod supponitur scutorum centum: Petrus autem, quia indiget non panno, sed pecunia, pannum emptum venditioni exponit pretio infimo, quod supponitur nonaginta quinque, aut nonaginta, quo pretio eundem pannum rediment mercator ipse, qui vendidit, sicque lucrum reportat scutorum quinque, aut decem pro centum. An talis contractus sit licitus?

Resp. Esse licitum, si vere intendat emere, & vendere, & nullum sit pactum explicitum, nec implicitum retrovenditionis eidem personæ, quæ vendidit; quia tunc contractus est vera emptio, & venditio, quæ nullo jure iis prohibetur, Cardena *d.* 24.

Nec ex hoc, quod idem mercator pannum redimat pretio infimo, inde lucrum reportans, committit usuram. 1. Quia cum non adsit pactum retrovenditionis, mercator emit casualiter, ut unus de populo. 2. Quia si potest tertius hic emere, cur non ipse, qui vendidit? eo maxime, quia is ipse emat, eum liberat à labore quærendi emptorem. Nec obstat, si quando vendidit, cognovit ex indigentia emptoris, se fore redemptorum, dummodo non intercesserit allatum pactum, nec explicitum, nec implicitum, cujusmodi esset intentio eum obligandi ad retrovendendum; quia tunc non adest intentio lucrandi ex mutuo. Magis timorati solent talem extra dimittere, ut prius extra quæcat emptorem; & si non inveniat, redeat,

2503 Si vero præcesserit pactum explicitum, aut implicitum retrovenditionis eidem, contractus est usurarius, & mutuum palliatum; quia cum emptio, & venditio sit liberæ, pactum, seu contractus de retrovendendo eidem, satis dat intelligere fraudem mercatoris, quod circumire ita velit lucrum reportare ex mutuo. Tum quia supposita venditione justo pretio supremo facta, injustum est onus de retrovendendo à mercatore impositum. Hinc merito contractum mohatram cum contractu gravis mito de retrovendendo eidem, damnat Innoc. XI. *vid. in pag.* 5 *propositi.* 40 ab Innoc. XI. *damn.* & vocatur vo go contractus, *dello fiocco*, quatenus fraudulenter circuitu punctí cædit corporis sub tantiam, & animæ salutem.

MONOPOLIUM

2504 *Est, quo unus, vel plures mercatores, inter se proprio auctoritate convenientes, ut eumdem merces certi generis, eas carius dividendant, efficiendo, ut eas alibi invenire possint.* Est iniquum, & obligat ad restitutionem damni. Nam hujusmodi Monopolæ damnum inferunt aliis mercatoribus, faciendo, ne vendant, & civibus, ut carius emant, ob paucitatem vendentium.

2505 Licitum autem est Principi ex justa causa concedere uni, aut pluribus, ut ipsi soli certas merces vendant, dummodo necessaria usui humano non desint, nec Ecclesiastici graventur. Debet autem tunc Princeps retum pretium expertorum jud cio taxare, ne cives plus æquo graventur. Iusta causa potest

esse, ut hi illi curam habeant, de abundanti mercium copia populo necessaria providere, quæ alioquin deficere possent. Sine justa causa non potest id concedere Princeps, absque alterum injuria.

Mastrius *in Theol. mor. disp. 5. qu. 1. num. 32.* Tamb. *tom. 1. l. 8. tr. 3. cap. 7. § 12.* Busemb. *l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 8. n. 9.* Clericatus *cap. 91.* Diana *part. 6. tr. 8. resol.*

TERRAGIUM

2506 TErr *vectura, qui per dominum Terræ, ex ejus fructibus, a Massario tempore recollectionis percipitur.* Hic contractus in Sicilia practicatur. Regis namque Curia (loquendo de terris, quas administrat nomine Regis) aut Barones (loquendo de terris in feudum, seu in emphyteusim concessis, quarum habent dominium inducrectum, residente dominio directo penes Regem; quæ proinde vocantur terræ feudales, & demaniales) fundum unum in plures partes terræ, puta quatuor, sex, &c. inter Massarios dividunt, cum onere totidem solvendi terragia; ita ut partes illas terræ ferant, & colant, & terragia Regiæ Curiæ, aut Baroni soluta, quod superest, ipsos Massarios pro sui laboribus & sustentatione spectet.

2507 Quantitas terragii solvenda attendi debet, vel ex pacto, vel consuetudine. Nostra consuetudo est, ut solvatur salma una tritici pro una salma terræ per Massarios æstimandæ, & mensurandæ. Quod si adsit pactum, illi standum est; ita tamen, ut Massarii non graventur; unde pactum, ut sit justum, est faciendum de pensorum judicio, qualitate, seu bonitate terræ, & aliis circumstantiis considerandis attentis.

2508 Terragium exigi debet in fructibus, qui ad victum hominis necessario deservire debent, nimirum in frumento, vino, & leguminibus. Juxta eos suetudinem autem, aut conventionem, exigi potest in pecunia, quia est æquivalens, & etiam in hordeo, si in terra seminatum sit hordeum; quia virtualiter spectat ad victum hominis, cum etiam animalia, quæ hordeo vescuntur, victui hominis inserviant, Mutæ *super Constit. Panormi c. 84.*

QUÆRES I.

2509 *An debeatur domino terragium pro eo anno, quo terra non fuit seminata, sed solum in ea fuerunt facta novalia?*

REsp. deberi, Mutæ *cit. n. 16. 17. & 18.* quia aliàs id cederet in damnum domini, & utilitatem seminatoris, qui haberet usum novalium, & insuper anno sequenti terra ea ubertus fructificaret.

2510 Novalia vero erunt seminatoris, aut ejus, per quem facta fuerunt, ita ut cui velit, ea vendere possit: dominus tamen habebit in eis prælationem.

2511 Eo autem anno, quo terra non seminatur, nec novalia fiunt, nullum terragium debetur, juxta *n. seq.* dicenda. Neque debetur in casu sterilitatis; quæ tamen est regulanda juxta dicta *n. 2382.*

QUÆRES II.

2512 *Baro dedit Massario sex salmas terræ, vires seminandas, alias ut eo anno quiescant relinquendas, sed quod pro his tribus unum solum terragium solvat, ita quod eo anno quatuor terragia solvat, An quartum terragium sit justum, & licitum?*

REspondeo, resolutionem pendere ex peritorum prudenti æstimatione, & judicio: si enim ordinarie, & regulariter experiuntur, quod terra illa, quæ uno anno inseminata relinquitur, altero anno (ex quo quieverit) reddat fructus uberiores, sufficientes ad compensandos labores, & expensas Massarii, & insuper ad solvendum quartum terragium pro anno quietis; tunc erit justum, & licitum, quia quies illa cedit in utilitatem Massarii. Si secus, est injustum, & iniquum.

QUÆRES III.

2513 *Vassallus unius Baronis reperit sub ditione alterius Baronis terragia minoris pretii, An proprius Baro possit licite eum impedire, & obligare ad recipiendas proprias terras solito pretio?*

REspondeo posse, neque hoc est inducere servitutem Vassallis. Ratio est, quia Barones tenentur Regiæ Curiæ solvere consuetas contributiones super valore, & fructibus terrarum feudalium, & demanialium, seu super dictis terragiis; ad quas contributiones concurrere tenentur omnes Barones, & Vassalli, secundum jura civilia, verum etiam naturæ, cum inserviant conservationi Regis, & Regni. Data autem ea libertate Massariis unius Baronis Vassallis accipiendi alterius Baronis terragia minori pretio, relictis propriis Baronis terragiis solito, & justo pretio, id cederet in detrimentum, nedum proprii Baronis, sed etiam Reipublicæ, & Regis, quia Baro non repesceret Vassallos, qui proprias terras reciperent, & inde sine fœcti-

bus manerent, & terragia deficerent, atque adeo consuetas contributiones solvere non valeret.

2514 Non potest tamen Baro dare Massariis terras supra ipsius vires, puta tres, quando vix est habilis ad duas excolendas.

DE VENDITIONE OFFICIORUM SÆCULARIUM.

2515 OFficia sæcularia, quæ nullam jurisdictionem habent annexam, sed nudum ministerium, puta scribæ, tabellionis, & similium, posse licite vendi, non est dubium: quia nullo jure est vetitum, Bard in Selecta, *tit. 2. qu. 19.* Adeoque difficultas restringitur ad officia administrationem, seu jurisdictionem habentia.

De his fuse agit Bard. *cit.* sed clare ictam rem restringit P. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tr. 2. c. 7. § 3.* ut sequitur.

„ 2516 Non solum Principes supremi, sed „ etiam quilibet Princeps Regi subditus, Dux, „ Marchio, &c. imo & Senatores, Civitatumque Præsides possunt vendere officia vacantia, officia, inquam, quæ absolute ipsorum sunt, vel ipsis absolute data. Ita S. Th. *opusc. 21. ad Ducissam Brabantiæ, Annot. rom. 2. lib. 8. c. 11. qu. 2.* Valentia *opusc. de homic. c. 2. § 2. dub. 14.* Less. *cap. 32. dub. 4.* Fagund. *de præcept. l. 1. c. 21.* de Luge *tom. 2. de just. d. 34. sect. 3.* Ratio est, quia cuilibet potest vendere id, quod est pretio æstimabile, & suum est. Notanter, sæcularia, dixi, quæ etiam sunt ea, quæ sub scrupulo, si forte ut Marchio, ut talis, ideoque Marchio absolute dare possit; de Ecclesiasticis enim officiis hic nihil agimus; pertinent enim ad translationem de Simonia.

„ Sed qua ratione dignoscat Rex, vel si officium esse absolute sub suo dominio? Respondeo, duobus signis. Alterum, si absolute ea illis reliquerit solent, hoc est, absque ullo onere reddendi rationem alteri cuipiam de earum collatione. Alterum, quando immemorabiliter antecessores hæc alterius dependentia, seu licentia, solita sunt illa vendere. Confirmatur: nam quando Rex hæc officia iis donat, quos scit per se non esse obligatos, ut fœminis, vel viris nobilibus suæ aulæ, probabile est, ex Azor. *loc. cit.* Regem facile facultatem concedere illa vendendi, seu eum pensione in aliquos transferendi: ergo eodem modo, quando Rex, vel Respublica absolute concedit Senatoribus, vel Gubernatoribus, ea officia vendenda aliis, tacite licentiam concedit illa vendendi. Videant tamen apud Dianam, *p. 6. tr. 6. resp. 3.* Proceres, alique, an ipsis ex præsumpto Regis vel Supremi Principis sit votum: tunc enim nulla favebit vel consuetudo, vel alias collata licentia.

„ Duo tamen scopuli sunt omnino cavendi. Prior, ne immoderato pretio vendatur; sed prudenti consilio, juxta emolumentum officii: ferens pariter injustitiam immoderati pretii, daretur etiam ansa Officiali electo exigendi à populis plus justo. Posterior, ne indignis conferantur officia. Si enim non idoneus Officialis à se creatus damnum faciat, sive particulare hus, Communitati, per sententias injustas, latrocinia, &c. tu obligaberis ad restitutionem: nem: & quidem non nego, illum, qui immediate damnum intulit, esse primo obligandum; sed certe in ejus defectum tu obligationem non effugies. Imo quando ipse electus hera fide credidit se esse idoneum, & sine gravi culpa, utpote ignoranter, injustas sententias protulit, vel quid simile, in electore omnino restituere debebis: sic de Luge *tom. 2. disp. 34. sect. 4. n. 49.* quia ipse non peccavit culpa Theologica, peccasti tu dum scivisti, vel scire debuisti, indignum Officialem eligisti.

VENDITIO ELECTIONIS AD OFFICIUM, VEL AD LEGATUM.

2517 VIlam difficultatem pertinentem ad „ justitiam distributivam hic reducamus, An scilicet Senatoribus, vel cuicunque, qui eum non sint domini aliquorum officiorum, vel legati, vel pecuniæ, frumenti, panis, &c. curam tamen habent ea distribuendi ac suam electionem, an aliquam integrum iis sit, aliquid accipere ab illis, qui eliguntur, eo prætextu, quod cum Senator præstiterit tam eligere, tamen hunc elegit: cum enim hæc electio sit pretio æstimabilis, posse illam competenti pretio vendi, si quis exhiberet.

„ Respondeo, esse diligenter distinguendum: vel enim sermo est de pecunia simili, utique rebus temporalibus, quæ sint distributendæ ex voluntate Testatorum, Fundatorum, Prædecessorum, &c. vel de eius, quæ à Reipubl. vel Senatoribus debent Civibus determinatæ conditionis conferri, & in utroque casu distributor, ut dictum est, nullum jus habet, nisi eligendi, non autem sit dominus, sive officii, sive pecuniæ distribuendæ. De singulis separatim. Nam quia Sanch. *l. 2. cons. c. 1. dub. 56.* (vide etiam *ibid. d. 38. n. prosecut. 17. & 18.*) ea non dubitat, animus legentium non sedet ejus doctrinæ.

7 Alie-

7 Affero primo: Quando distribuenda est à te pecunia, vel quæ æquivalens, non potes accipere quidpiam propter electionem unius potius, quam alterius; si accipias, peccas, & accepta restituere teneris. Ita de Lugo *ibid. dub.* 56. Ratio convincens est, quia sic re ipsa non dares totam summam distribuendam. Si enim testator jussit, ut puellæ v. g. nubili dareptur à te centum aureï; tu vero velles decem exigere ab illa, quia eam elegisti, jam non centum dares, sed nonaginta. Neque dicas, eam libere dare: ne id dicas inquam; nam satis involuntarie eam dare præsumendum est. Certe ita regulariter contingit, si pactum præcedat; ut fuse alibi. At vero si post acceptos numeratosque integros aureos, nullo præcedente pacto, sine illo metu, aliquid ex grato animo vere, & libere tibi dare illa velles, non repugno; sed quæso te, id quando erit?

Affero secundo: Quando distribuendum est officium, non potes licite hunc potius eligere, quam illum; quia ab hoc accepisti pretium; verum si proportionatum pretium accipias, ad restitutionem non teneris. Ita de Lugo *tom. 2. de just. d. 34. sect. 3. n. 37. d. 9. n. 37.* insinuat Lell. *lib. 2. cap. 14. dub. 9. n. 64.* Ratio est; quia quamvis tu obligeris dare officium alicui, veluti in genere, non tamen obligaris dare huic hominì particulari; cum ergo hæc electio sit sub tuo dominio, & sit pretio æstimabilis, illam moderato pretio vendere, non facis contra justitiam, & ut suppono, neque Reipublicæ damnum infers, quia idoneum eligis.

Dices: Hæc ratio etiam probat, id non esse illicitum. Respondeo, saltem tunc esse mortaliter illicitum, quando adest lex sub mortali obligans, ne electio fieret, nisi gratis; vel quando data esset tibi electio ea lege, ut gratis, ac sine pretio exhiberes. Sed neque in hoc casu obligaberis ad restitutionem accepti (supponimus autem à lege non invalidari donationem, sed solum prohiberi) quia non peccares contra justitiam commutativam, sed vel contra obedientiam, vel similem aliam virtutem. In eodem tamen casu, quo peccares mortaliter, adverto, si facta à te electione, pecuniaque recepta, adhuc esset res integra, ut resilire ab electione, & collatione officii posset, te obligari sub mortali ad rescindendam electionem, pecuniamque reddendam, & ad gratis denovo eligendum, ne si illicet peccatum mortale continuares: nam si irrescindibilis est electio, ad nullam restitutionem teneris; quia tunc ejusmodi restitutio, nec peccatum jam commissum, nec electionem irrevocabiliter jam factam impedire posset.

Urges: Adsunt leges prohibentes, quas ponit per extensum Sanch. *lib. 2. conf. cap. 1. dub. 56.* Cur ergo dicitur est (quando adesset lex?) Respondeo, quia (ut recte monet de Lugo *tom. 2. de just. disp. 34. sect. 2. n. 26.*) hæ leges solum loquuntur de ei cthone quod distribuendam pecuniam, vel quid æquivalens, non vero quoad distribuenda prædicta officia.

Anno superiore delegati sunt à Prorege per hoc Regnum nonnulli viri nobiles, qui conferent, seu describerent numerum animarum, seu capitum Regni, eorumque divitias: concessaque iisdem est facultas adscisendi sibi aliquot inmilites, quibus solveretur stipendium sui laboris, nempe unus aureus, vel quid simile pro quotidie die. Quidam ex his nobilibus, quandoquidem ei concedebatur hunc minisirum potius eligere posse, quam illum, quæsivit à me, an ipsi liceret exigere pecuniam ab eligendo, tanti dimidium autem pro singulis diebus ipse sumeret, dimidium minister?

Respondi, nequaquam licere, sub prædicta restitutionis. Rationem dixi ex hactenus allata doctrina: nam ejusmodi electio ad officium, seu ministerium relatum ad certam determinatam pecuniam à Prorege taxatam non est concessa absolute vero illi nobili, sed sub ea conditione, ut minister lucraretur integrum aureum. quare hæc electio reducitur ad priorem illam distributionem pecuniæ integræ dandam electis, *dictum n 7.* Atque adverte, eodem peccato contra justitiam peccaturum eundem nobilem virum, si ab inscio acciperet aliquod pretium pro ejusmodi electione; nam tunc revera tota merces illi ministro juste à Prorege attributa, nequaquam daretur; partem enim ejus sibi vir ille nobilis jam anticipato seponeret.

TESTAMENTUM

2518 Est *Sit mea voluntas justa sententia de eo, quod de bonis fieri quis vult fieri post mortem suam cum institutione hæredis.* Est duplex, *Scriptum*, quod fit scripto cum obligatione testium, & *Nuncupativum*, quod fit sine scriptura coram testibus. Ad scriptum requiruntur ex jure septem testes, *qui sint liberi, masculi, puberes ratione pollentes, non infames, non pauperes, necnon fideles.* In testamento militis, aut ad præcautas, sufficiunt duo. In testamento ruri facto sufficiunt pau-

2523 *In dubio testamenti judicandum est secundum id voluntas, quod fuisse, dubium erit.*

2524 Ratio ratio, quæ quitas dictat, ut pater, & mater id, quod superest extra legitimam, detractis rationabilibus legatis, & remunerationibus, æqualiter inter filios dividat, aut proportionaliter, videlicet plus unus si justa ratio exposcit, in quantum ver. gr. unus est magis habilis ad lucrandum, aut est applicatus muneri, puta studiis, & inde plus egeat.

2526 Cæterum non peccant mortaliter, si ex speciatori amore, de eo, quod superest, plus uni filio, quam alteri relinquant, nisi faciunt ex odio. Diana *p. 1. tr. 8. ref. 82.* ubi addit, quod si in morte odium deposuerit, & illius pœniteat, sit absolvendus, licet testamentum revocare non velit; quia solum contra charitatem peccavit, minime contra justitiam commutativam, quia parentes tenentur filiis ex justitia ad solam legitimam: ita ut totum id, quod superest extra legitimam, possint de rigore justitiæ relinquere extraneo. Hic autem est sermo de bonis hereditis, minime de virtutaris, de quibus *n. 2027.*

2527 Qui non habet filios, nec nepotes de linea recta, qui succedant in tripite, sed consanguineos collaterales, videlicet fratres, sorores, consobrinos, nepotes ex illis, &c. potest de rigore justitiæ omnia sua relinquere extraneo, eumque instituere hæredem; nec peccat mortaliter, secluso scandalo, gravi aut extrema eorum necessitate. Et in casu necessitatis potest eorum sublevate necessitatem, & cætera extraneo relinquere, Diana *ctr. ref. 85. & p. 5. tr. 3. ref. 114.* Bonac. *de contr. disp. 3. qu. ult. punct. 3. num. 13.* Sà, Sylvester, & alii plures apud Dianam, contra Homobonum; quia nullum jus ad illud obligat, nec naturale, nec divinum, nec humanum: *vid. num. 2016.*

2528 Non obstat lex Cæsarea præcipiens consanguineo ab intestato morienti succedere proximiorem in sanguine; nam id præcipit non quia ita exigat jus naturale, sed fundata in præsumptione rationabili, quatenus lex præsumit voluntatem defuncti hanc fuisse, Beja *t. 1. cas.* filii sunt des necessarii, qui jure naturali succedunt quantum ad legitimam parentibus testantibus; quoad omnia autem bona ab intestato decedentibus.

2529 Hæc dicta procedunt de rigore justitiæ. Ratione tamen æquitatis, & charitatis, æquum est, ut consanguineis collateralibus alu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aliquam portionem distribuat, ut hic utitur turgia, lites, invidiæ, mala dilationes, & similia mala, quæ inde solent oriri.

2530 Imo Jean. Valentia *in diffusum, utriusque juris*, addit, cessare etiam æquitatis rationem, sua bona relinquendo Hospitali, aut Monasterio pauperi; si contingat ut isti pauperes, aut non extremè indigentes, & Hospitale, aut Monasterium sit magis pauper. Secus si Monasterium sit dives.

2531 Denique pater, si sine justa causa, dum vivit, bona verdat, aut alio modo alienet cum prudicio legitimæ filiorum, non peccat contra justitiam, sed charitatem, Diana *tit. resol.* 84. quia filii non habent jus in hæreditatem patris, patre vivente: v. *num.* 2369. & 2522.

2532 Executor testamenti est ille, cui à testatore fide dubitante de fidei-tate Hæredis, committitur facultas exequendi ab ipso disposita. Excedere debet annum 17. ætatis. Potest esse unus, vel plures, mas, vel fœmina, etiam Religiosus de sui Prælati licentia. Est prohibitum Franciscanis de Observantia, & Capucinis ex jure; eorum autem acta essent valida, sed illicita.

Potest autem testator eis committere alicui ex eorum executorum, & facultatem consulendi executores, ita ut ab ipsi executores consilium petere teneantur, Reginaldus, *tom. 3. pag. 70. art. 2.*

2533 Executores præterea ad distribuendum pauperibus acceptam applicare possunt sibi, filiis consanguineis, aut amicis, si egestate laborent, vel sint Monasterio pauperi, si est Religiosus; quia pecunias alias impiam non evadit ceteris creditoris.

2535 Non debent illis salarium, quia est officium voluntarium pietatis, & amicitiæ, nisi inde impediretur à propriis negotiis, & sic aliquod lucrum cessater, aut damnum emergeret, vel nisi non sint simplices executores, sed etiam administratores bonorum; tunc namque in utroque casu deberet illis salarium assignando à judice, nisi aliquid illi gulis aeris fuerit illis à Testatore relictum.

2536 Hæres tenetur solvere vota realia defuncti; non verò vi voti, *sed* justitiæ; similiter & vota mixta, ex ea parte, qua sunt realia, & separabilia à parte, qua sunt personalia, hæc ordire, ut concurrentibus aliis defuncti debitis, solvere debeat: 1. Si absentium defuncti. 2. Expensas funeris. 3. Integram legitimam sive ascendentibus, sive descendentibus debitam. 4. Vota, & tandem legata pia; quia prior fuit obligatio voti, quæ voventem astringebat, quam legatum, quod nunc hæredes ubi gat.

2537 Hinc Hæres acceptato hæreditatem, nullum commodo, sec etiam omnes realia defuncti in se trahit, cum cupiditatem beneficio. 1. Ut non obligetur supra vires hæreditatis. 2. Si hæres voluntarius, seu non necessarius, *cui legitima parca non debetur*, ut deducti expensis funeris, & solutis debitis, quartam partem hæreditatis, sive sit unus, sive plures, obtineat, quæ dicitur: *Quarta falcidia*. Quod si eam non obtineat, ex legatis, non tamen aris, detrahere potest jure legis Falcidiæ.

2538 Hæres vero necessarius, *cui debetur hæreditas ab intestato*, potest suam partem legitimam ex bonis testatoris alienate detrahere, etiam non sufficiant ad solvenda legata; quia hæres necessarius sua legitima privari non potest: v. n. 2052.

2539 *Hæres si decesserit sine*, ut post certum tempus restituat hæreditatem alteri per legem non imbecillæ, *potest*, quando ipse, aut ejus hæres hæreditatem restituit, sibi retinere quartam partem, quæ dicitur Trebellianica; & computentur in istam quartam fructus percepti: nisi iste hæres fideicommissarius fit hæres ex defendentibus legitimis; quia tunc præsumitur testatorem, extra dictam quartam, omnibus illos fructus sibi applicare. Ita Jean. de la Croix, t. n. 1603.

2540 Si bona defuncti non sufficiant ad omnia vota, aut legata pia solvenda, sunt e mortuenda, sed solvenda omnibus pro rata, quia tunc par est omnium ratio, & jus ad solutionem. Vidal. *de legatis inquisit.* 1. n. 24.

2541 Concurrentibus legatis non pis, & pis, etiam pro celebratione Missarum, omnia esse pro rata diminuenda, & solvenda, si rectitas ad omnia non sufficiat, tenet Donatus *tom. 4. tr. 7. qu. 105.* Verricelli *in S. visc. qu. 64.* ar rectius de legatis pis, præsertim pro Missis negat Diana *p. 7. tr. 10. resol. 14.* quia tite præsumitur, testatorem velle saluem propriæ animæ omnibus aliis præferre.

LEGATUM

2542 E *St donatio à testatore relicta, & ab hærede præstanda*. Differt à simplici donatione, quia legatum est donatio facta causa mortis. Aliud dicitur profanum, quia ad profanos usus. Aliud pium, quia ordinatum ad pios usus, & animæ suffragium, v. gr. ad maritandas puellas, ad eleemosynam, Missas, &c.

2543 Culpa hæredis in non restituendo debita defuncti existentis in Purgatorio, non

necet animæ defuncti, quæ non debet pati ex culpa alterius. An negligentia hæredis in satisfaciendis legatis pi separatur necessarie, ut quantum privat animam suffragiis, & latisfactionibus, quibus pœnæ Purgatorii abbreviantur.

2544 Hæres legatum pro anima relictum tenetur sub mortali in vere, non sic tum per decem annos, sed per totum tempus à te anore præscriptum; quia tempus, quo anima in Purgatorio detinentur, est nobis omnino occultum, & soli Divinæ Justitiæ, tuendi & Clementiæ reservatum; adeoque non potest à nobis fixe temeritate præscribi. Hinc ex una parte refricienda est opinio Soti, quod animæ non detinentur in Purgatorio, plusquam per decem annos. Ex alia dictum illud: *Quos pro suis peccatis venialibus sit in Purgatorio luenda pœna unius anni, & pro una mortali septem annorum*, est vulgi, & mulierum: quia nulla auctoritate Scripturæ, Concil. Traditionis, aut Patrum munitum, ut observat Bonacina. *vid. in pag. 3 prop. 43. ab Alex. VII. dam.*

2545 Legatarius, si post judicis monitionem fuerit per annum negligens in adimplende aliquod onus ei à testatore relictum, privatur legato, & illud applicatur pecuniæ defuncti, Mendo *ver. legatum, n. 6.* Item legato privatur post judicis sententiam, si legatus jam mortuo fecit injurias, eum graviter infamando, aut eum illius vidua uxore tem habens: v. n. 2551.

2546 Si legatarius sciens, & potens, legatum per triginta annos non petat, hæres legantis contra tem legatum præscribit in pœnam negligentiæ illius. Legatario autem mortuo, aut non comparente, quia defecit, aut non valuit, legatum est solvendo ejus hæredi, Mendo *tit. n. 6. 7.*

2547 Notarii autem tenentur sub mortali ietra tres menses legata, maxime pia, legatariis manifestare, etiam nullo requirente, & e signorantibus, Vidal. *de legatis inquisit. 1. num. 64.*

2548 Si legato sit apposita conditio impossibilis, aut contra bonos mores, valet legatum, absque eo, quod conditio impleatur; quia talis conditio nec jure habetur pro non appolita, Mendo *cit.*

2549 Legatum annuum relictum uxori, donec caste vixerit, amittitur per fornicationem publicam, remotæ per occultam, aut per oblivium, Mendo *cit. n. 14.*

2550 In legato de alimentis alicui, veniunt cibus, potus, vestes, lectus, habitatio, &c. eo, sine quibus vivere non potest; minime reliqua. Item si legantur centum monetarii, quivis talis agro eo anno colligentur, bi solum debentur. Ita Mendo *cit. n. 18. 22.*

2551 Quando in testamento leguntur centum Petro, & alia centum pauperibus, licet Petrus sit tunc pauper, non pollunt hæc centum ei dari: quia clausula generalis non refertur ad specialem. Limita, si relicta sunt centum Petro veluti amico, aut affini, qui tempore testamenti erat dives, & tempore mortis testatoris redditus est pauper; tunc aliquid poterit ei concedi ex fecundis centum. nam non sunt specificatus ut pauper. Pigueras si testator vivens donavit, v. gr. Hospitali proprietatem honorum, reservans sibi usumfructum, & ex hoc leget quantitatem pro operibus, poterit ex his aliquid applicari eidem Hospitali; quia hæc non sunt prolata in eadem dispositione, in quo locum habet dictum axioma: *Clausula generalis non refertur ad specificata*, Mendo *n. 8. v. n. 2517.*

REGULÆ IN LEGATIS SERVANDÆ

2552 Cunt plures. 1. Quod legata sint juxta conscientiam occultam intelligenda, *Joan. Manes, ff. de leg. 3. n.* Ir legato ad pias causas facilis est extensio, & larga interpretatio, Bartol. *in l. Titia, C. Sacr. ff. de usu, & argent. legato*, Abbas *in cap. judicantis de testam.* In dubio est favendum piæ causæ, *l. sive prosonæ, ff. de Relig & sumpt. 4.* In obscuris id piendum est, quod est verisimilius, ex Regulis *juris in 6. 5.* Pro expresso haberi debet, quod testator dispositus est, si interrogatus fuisset, *L. Titius, § Lucius, ff. de liberis*, Vidal. *de legatis inquisit. 2. v. n. 2524*

6. Legata principali censetur legatum accessorium; hinc legata domo, veste, & censetur legatum viæ datium annexum, &c. ornamentum vestis. Quod si accessorium non extat, adhuc debetur principale; quia ornamenta non ponuntur taxative, sed accessorie; secus, si quid applicari eidem Hospitali; quia hæc non sunt prolata in eadem dispositione, in quo locum habet dictum axioma: *Clausula generalis non refertur ad specificata*, Mendo *n. 8. v. n. 2517.*

Ex

EX HIS RESOLVES

2553. LEgatum relictum pro maritandis virginibus, potest ab executore applicari pro maritandis virginibus in conservatorio ad id detentis, Vidal. *cit.* n. 4.

2554 Legatum relictum pauperibus in genere, debet præcipue distribui consanguineis testatoris, si conditionantur sibi gratias circumstantias, si non petant secundum suum statum, & conditionem commode, & honeste vivere, Vidal. *cit. num.* 126. Quia hi dicuntur pauperes, Baldus *in leg. si quis ea declinandum ctium. 1. Cod. de Episcop. & Clerie.* Cui accedit voluntas Testatoris ratione habita præsumpta, ex regula 5. *de n.* 2552.

2555 Imo ipse executor, cui est injunctum eritis eleemosynam pauperibus dispensandi, si est pauper, potest partem æquam & rationabilem sibi applicare, D. Thom. 2. 2. *q.* 32. *art.* 9. *ad* 2. Vidal. *n.* 27. Quia licet ut executor sit minister ad dispensandum, ut pauper habet jus ad eleemosynam cum reliquis pauperibus.

2556 Legatum relictum pauperibus in genere, aut Monasterio, distribui debet pauperibus & Monasterio loci, ubi testator domicilium habebat, nisi aliud expressérit, aut de ejus mente constiterit, Vidal. *cit. n.* 24. Quia præsumitur testator præsumptus ad pauperes loci, Coarundit. pract.

Si in loco sint plura Monasteria, conferendum est ut supra. Nec relictum committitur hæredi pauperibus indigenti pauperi, aut Monachum, cum magis tenetur eligere pauperes, nec Monachum, qui est pauper voluntarius, Ant. à Spir. S. *tract. resolut. tit.* 10. *n.* 1. *ad* 18. *ann.* 361.

2557 Legatum pro virginibus maritandis potest dari virginibus, quæ habent actum, sed non sufficientem, aut remotæ maritari possunt: dummodo reliquas conditiones habeant in testamento expressas, Vidal. *cit. num.* 29.

2558 Legatum pro maritandis Orphanis datum, potest puellis habentibus patrimonium pauperum, ac nobilibus, qui eam dotare non valent, Vidal. *cit. num.* 30. Dicas *para* 4. *quæst.* 4. *n.* 8. quia Expensa dicitur puella habens patrimonium: dicendum in casu isto *cum communi*, ut *examinat.* Espi. ubi Castro, *cap. inquisitionis, num.* 1. *de testam.* Quia Testator citatus dicitur quia habitus pro Testatore. Toro quia idem videtur Testator, qui relinquit legatum Orphanis, ac eumdem habitum Virtus puellis habere potest. Huc accedit grande. Item potest unusquisque

modissime, ff. de lib. & posthum. quia inquitur de ingressu Monasterii, minime de simplici Monachatu.

Non possunt autem dictum legatum contegri mulieres Terciariæ, quæ nec collegialiter vivunt, nec expresso voto, uti supra, castitatem servant. Quia cessat ratio, & finis testatoris, qui est Religio.

2566 Legatum relictum determinatæ fœmine maritandæ, potest illi conferri, si tempore testamenti, aut post conditum testamentum, ante mortem testatoris, & dum adhuc testator vivaret, fuit data in matrimonium; quia tunc legatum videtur factum ob peculiarem affectum ad personam, qui non cessat, postquam est nupturi tradita. Non potest autem illi conferri, si legatum fit relictum pro maritandis mulieribus incertis, & indeterminatis, Bonac. *to. 2. de contractibus disp. 3. q. 17. punct. 8. §. 4. num. 7.* quia Testator non movetur ex affectu ad personam, sed ad miserum pauperum sublevandam, vel statum maritalem fumacri; quo finis cessat, matrimonio ante testatoris mortem inito.

2567 Legatum relictum determinatæ pauperi, aut determinatæ puellæ, si fit factum pro anima testatoris, aut pietatis causa, dandum est alteri pauperi, si ille ante collationem sit mortuus, quia durat causa legati, nempe pietas, & suffragium: minime si fit relictum in bonum talis determinatæ personæ; quia causa est effectus, qui cessat. In dubio præsumptio stat pro causa pietatis, nisi pauper determinatus fuerit consanguineus; quia censetur, quod prævaleat affectus sanguinis, Ant. à Spirit. S. *cit. n.* 730 *v. n.* 2581

2568 Si pauper moriatur, executore in manu existente, tenetur executor solvere hæredibus; quia pauper legatarius habet jus ad legatum à morte testatoris, & hæres succedit in jure pauperis, Ant. à Spir. S. *cit.*

2569 Ex his sequitur, quod si quis reliquerit legatum D. Arterio determinati loci, & ibi non sint tales, legatum debetur Ecclesiæ Parochiali testatoris. Quod si duas Parochias habuit, debetur illi, à quo Sacramenta accepit. Si plures sint Ecclesiæ talis nominis, conferendum est pauperi, nisi habeat potestatem eligendi, *ut in n.* 2516.

LEGATUM CESSAT

2570 PRimo. Si legatarius præmoriatur legranti. At si moriatur post testatoris mortem, debetur hæredibus legatarii, etiam hæreditate non adita; *ut in n.* 2468.

2571 Secundo. Per notabilem ingratitudinem legatarii post legationem, nisi pactus expresse vel tacite se reconciliaverit. Et quamvis testator conscius ingratitudinis habuisset tempus revocandi, imo & fecisset codicillum & non revocaverit, adhuc censetur revocatum, Ant. à Spir. S. *cit. sect.* 15. ex Sanch. *n. n.* 2545. & 2547.

2572 Tertio. Si legaverit rem alienam putans esse suam.

2573 Quarto. Cessat extinctæ legata per ipsum legantem. Unde si quis, postquam legavit trunctum, quod in horreo habebat, illud consumpsit, ad nil tenetur hæres, Ant. à Spir. S. *cit. sect.* 13. *n.* 753.

2574 Quinto. Legatum conditionale cessat, si poribentur conditio, antequam firmetur legatum motte testatoris: *v. n.* 2556.

JUDEX COMPETENS

2575 IN legatis piis est Episcopus loci, etiam respectu laicorum, & contra laicos, ex juribus sequentibus. Insuper ipse est legitimus ultimarum voluntatum, & piorum legatorum executor, tam ex jure Civili, quam Canonico, ex *c. Nos quidem. cap. si hæredes, & c. ea nobis de testam.* & ex Trid. *sess.* 22. *de ref. c.* 8. Si aliud executor non sit à testatore dispositus, vel si sit male dispositus, aut defunt, Bonac. *to. 2. de contract. disp. 3. q. 17. punct.* 8. §. 10.

2576 Hinc non potest testator prohibere, ne Episcopus curet sua legata implere; quia licet heres sit ei legatum condere, non est libertum, Episcopum petere à jure concessa privare.

Eadem ratione, si testator legatum contrat sub condit one, quod Episcopus se ingeserit, sit nullum, Episcopo se ingerente in executione, legatum non cadit, nec transit ad hæredes legantis: quia talis conditio, cum sit contra jura, habetur pro non apposita, Bonac. *cit.* contra Molfesium: *v. n.* 2548.

2577 Potest Episcopus hæredes negligentes ad solvenda legata pia cogere per censuras præfixo tempore bene vito, puta unius anni, aut sex mensium.

2578 Eadem potestatem habet circa legata non pia, si non sit præveneus à judice laico; quia compellio hæredum, aut executorum circa legata prophana, est mixti fori, Abbas *in c. si hæredes n.* 7. Clericatus *n.* 107.

DE COMMUTATIONE LEGATORUM.

2579 LEgata ad unum usum relicta non possunt sine ullo alium usum converti absque justa, ac rationabili causa, ac legitimo Superioris consensu, Bonac. *to. 2. de contr. disp. 3. q.* 17. §. 5. Quia testatoris voluntas est servanda tanquam lex, *c. ultima voluntas 13. q. 2.*

Sum-

...apho Sponsus Dotalis potest valide (quidquid sit, an licite) liberalitate commutare, etsi sine tacito consensu uxoris.

2585 Ubi in legato pro pio Seminario Puerilis, aut legato Ecclesiæ, vel ei pro certa summa, aut certis rebus, aut pro certa quantitate annua, aut certis fructibus constituto, dubitatur, ...

2586 Secundo. Quando testator relinquit pauperibus quidquid superest, & de facto pluribus, potest haberi certa ex facta causa, aut ex præsumpta voluntate defuncti, ...

2587 Tertio. Quando testator relinquit pauperibus quidquid superest, & de facto pluribus, potest haberi certa ex facta causa, aut ex præsumpta voluntate defuncti, ...

2588 Quarto. Quando testator relinquit pauperibus quidquid superest, & de facto pluribus, potest haberi certa ex facta causa, aut ex præsumpta voluntate defuncti, ...

2589 Quinto. Quando testator relinquit pauperibus quidquid superest, & de facto pluribus, potest haberi certa ex facta causa, aut ex præsumpta voluntate defuncti, ...

2590 Sexto. Quando testator relinquit pauperibus quidquid superest, & de facto pluribus, potest haberi certa ex facta causa, aut ex præsumpta voluntate defuncti, ...

2591 His declaratis, Antonius à Spir. Sanct. de Testamentis in 10. disp. 16. sect. 13. n. 752 ait, legatum distribuendum quotannis Hospitali, aut Monasterio, posse totum simul ei dari, justa concurrente causa.

2592 Et legatum relictum pro carceratorum liberatione qualibet anno, posse expendi, ne quis in carcerem detrudatur, quia certum est, quod essent proximè carcerandi.

2593 Et Buserth de legatis ait: *Ad Episcopum autem, hæredem, & executores pertinere per epichejam interpretari non esse à defuncti voluntate*

...eleemosynam panis pauperibus certi oppidi à quodam Ecclesiæ Rectore assignatione, ...

...tam eamdem si aliqua mutatio fiat, v. g. *si pecuniam reliquerit ad calicem emendos, pro Ecclesia, quæ calice non egeat, posse eam applicare ad casulas, aut alia ornamenta, quæ magis ad Ecclesiæ usum conducunt.*

QUÆRES I.

2594 *An si pro opere à testatore hæredi præfixo, v. g. pro Oratorio construendo, non fuerit requisita tota summa pecuniæ legatæ, in quod sæpenumero, possit ab ipso hæreda vetineri?*

RESpondeo posse, si summa pecuniæ fuit legata demonstrative; non posse, si fuit legata taxative, Bonac. *tom. 1. de contractibus disp. 2. quæst 17. §. 9. num. 5.* Tunc dicitur summa pecuniæ legata taxative, seu limitative, quando ex verbis aut circumstantiis dignoscitur, mentem testatoris fuisse, per totam illam summam suam velle exonerare conscientiam, aut suam animam suffragari. Tunc vero dicitur legata demonstrative, quando dignoscitur, mentem testatoris nil aliud esse, nisi demonstrare executionem operis illius, quod præfigit; quod maxime dignoscitur, si prudenter judicetur legasse etiam cum affectu ad personam hæredis, in quantum summam excedentem legaverit, volens in toto le ponere, ne hæredem gravaret in operis adimpletione.

QUÆRES II.

2595 *Petrus reliquit duodecim legata annua unciarum viginti pro duodecim virginibus qualibet earum maritandis: inde natæ est puella consanguinea Petri in tertio gradu, pauper, cæcum est ejus obtata accesse ben invenia & non habere dotem sufficientem, ne opportunitatem amitteret, unum ex illis legatis unciarum viginti in se donavit, & hinc suis matrimonium peraffum. An dictum legatum possit ei conferri jam maritatæ?*

RESpondeo posse. Sequitur ex dictis num. 2552. 2557. & 2561. Ratio est prima, quia legatum habuit effectum à legante intentum, non aliter, quam si prius illud puella confecuta esset; nam ejus virtute, & non aliter, nupsit.

Cui accedit praxis, & consuetudo in legatis Confraternitatum, pro maritandis filiabus Confratrum relictis, quæ ab ipsis jam maritatis obtineri solent, ex eo quia in dotem prius affignaverint, & eorum virtute nupserint.

Secundo, quia dicta puella est consanguinea in tertio gradu legantis, pauper, & inops; unde licitum habet moraliter certa interpretatio per epichejam ve untatis ipsius testatoris, quòd si viveret, & puellam suam con-

sanguineam in statu inopiæ cognoscerent, nedum sic, sed melius & utilius ad ejus favorem dilpenseri; *juxta dicta in n.* 2552. 2558. & 2568. Imo eam esse cæteris non consanguineis præferendam, sequitur *ex n.* 265.

PRIVILEGIA FRATRUM MINORUM QUOAD LEGATA.

2596 Clemens IV. 21. Julii 1241. *Const. 4. Virtute conspicuos*, §. 27. Eugenius IV. *Licet debitum*, & Sixtus IV. 21. Augusti 1474. *Const. 6. Regiminis*, concesserunt Ordini Minorum,

„ Ut liceat Fratribus vestri Ordinis, cum „ de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ædificia, seu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, dedicatis Ecclesiis dumtaxat exceptis, quam „ libros, calices, & paramenta secum ad alia „ loca transferre, & ædificia ipsa cum solo, „ & aliis ad eadem loca pertinentia, præter „ Ecclesias, per personas ad hoc à Sede Apostolica deputatas, vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ divini Fratres se transferunt, ædificationem, „ seu alias in eorum utilitatem convertere, secundum quod ei melius videbitur expedire, cum ipsa propria, & alia loca fratrum ad Nos, & Apostolicam Sedem specialiter, & immediate pertinere noscantur: *v. n.* 1145.

2597 Sixtus IV. & Leo X. apud Serbo, *verb. legata, n.* 1. *& verb. commutare à num.* 1. *ad* 3. & Verricelli *tr.* 1. *qu.* 17. *n.* 3.

„ Concesserunt, quod Prælati Fratrum Minorum Observantium possint res donatas „ apud viventes, insuper legata facta locis nostris ad quum usum, commutare in alium, „ sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio „ legatorum pertinet, aut à quibus res sunt „ donatæ.

2598 Leo X. in *Const. 6. Mercuntur*, recenset Bullas Nicolai III. & Clementi V. & declarat, Fratres Minores de Observantia licite retinere posse domos amplas, & spatiosas, insuper paramenta multiplicia, ac pretiosa: assignans pro ratione, quia sunt in proprietate S. Sedis; & Fratres sunt tantum custodes, & solum usum habent, non fructum, quare in nihilo regulam violant; & decens est, in celebrioribus solemnitatibus decentioribus paramentis divinum honorare Majestatem.

De legatis Fratrum Minorum fuit actum est *à n.* 1185.

CODICILLUS

2599 *Si ultima voluntas minus solemnis de eo quod quis post mortem suam fieri velit coram quinque testibus declarata.*

1600 Potest quis mori cum pluribus codicillis inter se non contrariis, sed non cum pluribus testamentis; quia testamentum posterius extinguit tollit prius.

2601 Religiosus professus non potest revocare testamentum ab ipso ante professionem factum; quia testamentum non potest revocari in totum, nisi per aliud testamentum: nec in partem, nisi per codicillum. Religiosus autem professus nec facere potest testamentum, nec codicillum; quia codicillus est testamentum parvum, qui à testamento differt per hoc, quod non requirat solemnitates, nec tot testes, sicut testamentum. Tum quia in codicillis nec instituitur, nec tollitur hæres: *v. n.* 2604.

2602 Cæteri autem possunt testamenta, & codicillos revocare usque ad mortem, quia ex jure voluntas testatoris perambulatoria dicitur usque ad mortem.

SUBSTITUTIO FIDEICOMMISSARIA

2603 *Si illa, per quam hæres ab intestato, aut testamento constitutus, gravatur restituere hæreditatem, vel partem ejus alicui nom. g. Sempronio, certam, aut quantam partem alteri.*

Ille, cui est facta substitutio, dicitur fideicommissarius. Dicitur substitutio fideicommissaria, seu fideicommissum, quia testator fidit hæredi, & ejus fidei committit hæreditatem alteri restituendam.

Hæc substitutio non est directa, sed obliqua, in quantum fideicommissarius non capit bona hæreditaria directe à testatore, sed ministerio hæredis primo inPituri, & gravati.

Non solum primus hæres potest gravari, ut hæreditatem, aut ejus partem fideicommissario restituat; sed etiam ipse fideicommissarius potest gravari, ut alteri fideicommissario restituat: in quo casu actiones utiles transferuntur in hunc posteriorem fideicommissarium.

2604 Licet per codicillum non possit instituti directe hæres, potest institui fideicommissarius; quia potest hæredi directo jam instituto imponi onus restituendi alteri hæreditatem, vel ejus partem.

2605 Fideicommissum non potest fieri, nisi de bonis liberis: minime de bonis alienis, aut alteri obligatis. Hæc Bonac. *tom. 2. de contractibus disp. 3. qu. 17. punct. 4.* Ubi plura.

De

De testamento & legatis fuse agunt Mastrius *disp. 4. qu. 2. art. 3.* la Croix *7. præcept. pag. 122.* Diana *p. 8. tr. 5. p. 10. per. 15. ref. 11. v. c. tr. 3. ref. 120. p. 3. tr. 5. ref. 60.* & alibi, Tamb. *tom 2. de Bulla Cruc. c. 18. §. 2.* Bonac. *tom. 2. de contract. disp. 3. qu. 17. 18. & 19.* Ant. à Spirit. Sanct. *tr. 10. disp. 16.* Verricelli *tr.* Busemb. *lib. 3. tr. 5. cap. 4.* Clericatus *d. 102.* Mendo *sub propriis titulis.*

SPONSIO

2606 *Si contractus, in quo duo de veritate, aut eventu alicujus rei certantes, sibi invicem aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem assecutus fuerit.* Sponsio vulgo dicitur *Scommessa.*

Ut licite hat, quatuor conditiones requirit. 1. Ut hat super re dubia. 2. Ut sit æqualitas in re, quæ ponitur, cum æquali incertitudine. 3. Dubius eventus in utroque. 4. Ut uterque eodem sensu accipiat id, de quo certatur.

LUDUS

2607 *Si contrahitur, de quo ludentes vel sua pericula exponunt, propter spem acquirendi eam alterius.* Est triplex, fortuitus, ingeniosus, & mistus. Ludus mere fortuitus est probabilis, hinc ludus alearum, qui magis infortunæ, & calu, quam industriæ est fundatus, est probabilis tus laicis sub venali; Clericis sub mortali; & tamen frequenter, & per longum tempus ludatur; secus, si per breve tempus, recreationis causa, & absit scandalum. Reinch. *de ludo n. 15.* ait; leg-m Canonicam, quoad culpam, *videri per desuetudinem abrogatam si non advertit, sed vera recreationis causa laudatur ad aleam, & sine scandalo.* Ita Scotus *in 4. d. 15. qu. 2. litt. T.*

2608 Conditiones ludi, ut sit licitus, sunt quatuor. 1. Ut ludens non utatur dolo, & fraude. 2. Ne alter alterum compellat ad ludum per vim, aut verbis contumeliosis. 3. Ut ludens potest gravari, ut alteri fideicommissario restituat: in quo casu actiones utiles transferuntur in hunc posteriorem fideicommissarium. 4. Ut sit æquales conditio colludentium.

2609 Tenetur restituere, qui vicit faciendo contra conditiones ludi, ut ecset, qui simularet se plane ignarum lusus, & sic alterum multo imperitiorem provocaret, qui alium de ludere noluisset: hic enim dolo, & fraude ageret.

2610 Non tenetur restituere, qui utitur allusus ibus, quas regulæ lusus, & consuetudo recepta patitur, cum uterque scire tales astutias esse solitas, & sic tacite in illas libere consentiat, v. g. 1. Si portiores chartas habens, & securos de victoria, augeat sponsionem, vel hilarius merum, ut adversarius augeat. 2. Si sciens se inferiores chartas habere, dissimuler, augeatque sponsionem, ut sic reinquatur sibi, quod erat appositum. 3. Si inspiciat chartas alterius ex sola illius negligentia, & absque fraude: secus, si ita se collocet, ut possit videre; vel si alium non rituat, à quo admoneatur. 4. Si chartas diteat nosse inter habendum, quas ante non signaverat; nec noverat; secus, si ante eas signaverat, vel noverat, ignorante socio.

2611 Religiosus potest aliquid moderatum ludo alienare, sicut potest aliquid moderatum de superioris licentia donare. Uxor potest aliquid ludo exponere juxta sui status conditionem. Similiter filius, quia censetur patrem velle ei honestam recreationem concedere. Item potest filius ludo exponere bona castrensia, vel quasi: minime profectitia, & adventitia, sine consensu patris: *v. tom. 2. num.* 168. Et uxor exponere potest tantum paraphernalia: *v. tom. 2. num.* 169. Denique servus potest ludo exponere pecuniam propria indulta aequisitam, vel à domino acceptam cum permissione, ut pro suo libito expendat; vel si de pecunia ob alimenta tradita, servus parce vivendo, aliquid hinc retineat: *v. num.* 1625.

2612 Qui ludit cum iis, qui alienare non possunt, jam relatis, peccat, & vincens restituere tenetur totum illud plus, quod illi alienare non possunt; quia acceptarent rem alienam, invito domino. In ludo autem filiusfamilias pater non solet esse invitus, nisi quoad modum, nisi jactura sit cum nimio excessu.

E converso, qui alienare non possunt, si vincant, restituere tenentur illud plus, quantum alienare non poterant, quia non servatur æqualitas colludentium, dum vincere voluerunt, & perdere non potuerunt: excipitur, si colluserit fetat illum alienare non posse, tunc vincens non tenetur restituere, *quia fecerit, & consentiendo nulla fit injuria.*

2613 Qui ludo lege humana prohibito peccavit, non tenetur in conscientia solvere, nisi se solutum promiserit; si vero vicerit, non tenetur restituere ante sententiam Judicis.

2614 Ludere pro Psalmo, vel Oratione Dominica recitanda, non est peccatum, nec irreverentia: *v. num.* 2406. Scotus *cit.* Mastrius *in Theol. mor. disp. 9. n. 78.* Bonac. *tom. 2. pag. 909.* Tamb. *tom. 1. lib. 8. tr. 2. c. 6. §. 1.* Joan. a Crux *pag. 120.* Busemb. *lib. 3. tr. 5. c. 3. dub. 13.* Clericatus *c. 101.*

CAPUT III.

DE FURTO.

2615 FUrtum *est ablatio, seu detentio occulta rei alienæ invito rationabiliter domino.* Rapina *est occupatio rei alienæ cum violentia*. Unde supra malitiam injustitiæ furti addit injustam violentiæ.

2616 *Plagium est furtum hominis liberi, sciens ter vendens, vel emptor.* Plagium, & rapina adduxit malitiam speciei distinctam, in confessione explicandam: *v. n.* 288.

2617 Furtum quantitatis notabilis est mortale, parvæ veniale. Et quia malitia furti consistit in detrimento, quod proximo infertur; quantitas ad mortale sufficiens haud melius determinatur, quam per respectum ad personam quæ damnificatur. Hinc.

QUANTITAS INTER EXTEROS

2618 ES gravis ad mortale sufficiens. 1. Si à pauperte furetis duos julios, seu duos tarenos Siculos cum dimidio: inter pauperes veniunt artifices illi, qui vivunt ex labore diei; & tantum uno die lucrantur, quorum ad unius diei victum sufficit. 2. Si à valde divite furetis unum scutum. 3. Si à persona media, seu communi, furetis quatuor julios, seu quinque tarenos Siculos: inter personas medias, seu communes, veniunt personæ illæ, quæ non sunt pauperes, nec valde divites sed commodæ, quæque plus uno die lucrari solent, quam ad unius diei victum sufficiat. A præfatis tribus generibus personarum minus auferre est veniale. Auferre à Principe dimidio plus aureos non est mortale; mortale tamen est auferre à mendico unum julium, seu tarenum Siculum. Similiter mortale est acum auferre à Sutore, qui alium non habens omittere operam illius dicitur jure potest notabile damnum.

2619 Aureus nummus, seu scutum aureum licet exsecere, & decrescere soleat; regulariter tamen importat tresdecim julios cum dimidio, seu tarenos decem & septem cum dimidio.

PLURA MINUTA FURTA

2620 COmmittens, furando per plures vices modica, sive ab eodem sive à multis, deveniendo ad quantitatem notabilem, peccat mortaliter, etiam si in prioribus furtulis non habuerit animum deveniendi ad quantitatem notabilem; & tenetur sub mortali ad restitutionem, non totius quantitatis ablatæ, sed illius, quæ complevit quantitatem notabilem; reliqua vero, quæ remanet, cum remaneat materia levis, sicut antea, remanet sub onere restitutionis, solum sub veniali, sicut antea. Et licet furans modica à multis, etiam deveniendo ad quantitatem totalem notabilem, infert leve damnum singulis, infert grave damnum communitati, quæ licut & ipsi domini sunt rationabiliter graviter inviti, nolentes, quod multi detentur huc modo furandi modica singulis, eo maxime, quia id est contra publicam, & singulorum civium securitatem, ac indemnitatem, quoniam, hac data libertate, essent venditores in mercibus vendendis quid parvum surripere à singulis.

2621 Major tamen quantitas requiritur ad mortale, quando quis per repetitas vices, semper modica furatur ab eodem, quia ille minus detrimentum patitur, & est minus invitus, quam furando simul; nonnulli tenent, quantitatem esse debere dimidio majorem. Et major requiritur, quando quis furatur à multis, modica à singulis; unde Thom. Sanchez, & Rebell dicunt, non peccare mortaliter eum qui in Civitate populosa furatur modica à multis, si non devenerat ad quantitatem unius aurei.

2622 Item ad peccatum mortale in repetitis furtulis requiritur, quod sit continuatio moralis temporis; secus si intercedat magnum temporis interva lum. Magnum temporis intervallum, & interruptio moralis, ab aliquibus (apud Tamb.) reputatur, si inter unum, & alterum furtulum intercedat annus: ab aliis, si sex menses; ab aliis, si unus: ab aliis, si quandoque dies; sed recte Tamb. advertit, in tanta quantitate, & temporis intervallo, in his & similibus casibus, melius rem esse dijudicandam esse à prudente, considerando damnum proximi, aut communitatis, ejusque murmuratorium.

2623 Casus, in quo plures furantur singuli modica, sed simul ab eodem, v. gr. unum vas racemorum ex eadem vinea, restitutus est *in com. n. 215.*

2624 Dices: Onus restitutionis ex delicto, ut in casu injustæ acceptionis, non obligat sub mortali, nisi adsit culpa mortalis; sed in damno illato per plura furtula non adest culpa mortalis, bene vero venialis: ergo non oritur ex illo onus obligans ad restitutionem sub mortali. Minor probatur, quia in singulis furtulis latrunculus ille non peccavit nisi venialiter, infirma autem venialia non pollunt integrare, aut conficere unum mortale.

Resp. Concilia majori, negando minorem: pro cujus claritate sit distinguendus casus, vel ille latrunculus in ultimo furtulo consti-

tuente rem prioribus quantitatem notabilem, advertit ad præcedentia furtula, vel non? si advertit, peccavit mortaliter in ultimo furtulo, quod licet in se sit quid modicum, relate ad præcedentia, cum quibus moraliter continuatur, constituit damnum notabile, & est mortale.

Si tunc non advertit, sed advertit postea, subdistinguo: vel quando advertit, habuit animum non restituendi, & tunc incepit peccare mortaliter, ut injustus detentor quantitatis notabilis: vel habuit animum restituendi, & tunc licet non peccaverit mortaliter, tenetur sub mortali ad restituendum ad præcavendam culpam mortalem, quam incurreret si restituere nollet, & hoc passo onus restitutionis in casu oritur ex culpa mortali; nec sequitur, quod pluta semihia integrent unum mortale, quia peccatum mortale committitur vel in ultimo furtulo, vel in voluntaria detentione totius summæ notabilis: furtula enim tunt actiones talis naturæ, ut possint inter se continuari moraliter ad constituendum unum damnum notabile: *v. in pag. 5. prop. 38. ab Innoc. XI. damn.*

QUANTITAS FURTI INTER DOMESTICOS.

2625 QUantitas furti filiorum, & uxoris ad mortale sufficiens, debet esse major, & talis erit, si quantitas *in numer.* 2617. assignata pro exteris duplicetur. Sed in hac re aptior regula est prudentia. Item in furtis filiorum, & domesticorum, debet attendi an pater, maritus, dominus sit liberalis, dives, amans, si furtum sit de facultatis, non de pecunia, & si de pecunia, non frequenter, sed raro, tunc enim solet esse minus invitus; & sæpe filius in furto notabili pecuniæ à peccato mortali excusatur, quia prudenter dignoscit, ut tentus conditione, & amore patris, patrem non esse invitum quoad subtilantum furti, sed quoad modum, quatenus clam rapuerit, ad valde expendendi, &c.

2626 Hac ratione famuli sæpe a mortali excusantur in furto comestibilium, quæ domo non exportant, neque dividunt, sed ipsi domi consumunt, nisi sit cum excessu. Similiter (ait Less.) *Furta minima famulorum ex comestibilibus, quæ tandiu non solent, non cadescere si non ad vendendum, sed ad comedendum accipiant.* domini namque regulariter sciunt, & dissimulant. Cæterum tamen in hac re nec debent esse laxi, ne famulorum libertas in excessum prorumpat, nec tam abjecti; sed uti debent prudentia, famulos a similibus distinguendo, & optime faciunt, si conjungant, ut in compensationem, majorem famulatum dominis præstent, quando furta non sunt nimis damnosa dominis, & famuli sine magna difficultate restituere non valent.

2627 Uxor sine consensu viri potest moderatas eleemosynas facere, & moderatas donationes, seu largitiones liberales ad conservandam decentiam sui status, juxta morem aliarum mulierum similis conditionis: nec officit, si vir prohibeat. quia est irrationabiliter invitus. Tamb. cum aliis concedit uxori, cujus vir est mediocris parrimoni, ut insumere possit duo pro centum pro eleemosynis, & alia duo pro liberalibus largitionibus, imo plus, si vir sit ditissimus: semper tamen potior est regula prudentiæ.

2628 Filius, si notabilem summam de bonis patentum surripiat, illis rationabiliter invitis, peccat mortaliter, & restituere tenetur; quod si non possit, debet eorum rationem habere in divisione hæreditatis cum aliis fratribus, nisi alii fratres pariter simile quid rapuerint.

2629 Et licet peccat mortaliter uxor furripiendo notabilem summam invito rationabiliter marito de bonis mariti, aut quorum est usufructuarius, & administrator, atque ad restitutionem tenetur; ita & maritus, si pariter furripiat de bonis paraphernalibus uxoris: *v. tom. 2. n. 169.*

2630 *Non peccat uxor fabricando aliqua, vel compensationis causa, si sua sit prudentia, quia ei tunc facit uxoris injuriam, pastem ipsius profundendo, vel pro victu, vestibus, cæteraque, sibi, vel familiæ necessariis, quæ maritus sæpenum intelligunt, & frustra ab illis petrentur.* Busemb.

2631 *Sine facti criminæ potest uxor furaturæ necessitate sui patris, aut matris, aut prolis ex alio matrimonio, etiam nolente marito, ex bonis propriis, aut communibus; dummodo post multum viri, ea, quæ furgtum, in sua portione computet, quia ille jure naturæ tenetur eos alere, & maritus debet in hac conservare, quod aliqui ad uxores, fratres, & soroves probabiliter extendunt.* Bulemb. & Arsdekin.

2632 De quantitate furti Religiosorum sufficiente ad mortale, communiter Doctores discurrunt, licut de quantitate furti filiorum: *v. num* 625. Attendi etiam debet Monasterii opulentia. Fagundez cum Nav. ait, non peccare mortaliter Religiosum, si de bonis Monasterii dimidium secti furatur, & extra donet.

2633 Id mihi verum est, majorem quantitatem requiri, ut peccat mortaliter contra paupertatem malitia proprietarii, quam ut peccet mortaliter contra justitiam malitia furti; quia malitia furti concernit damnum

tertii, adeoque superior est magis invitus: malitia proprietarii, & malitia furti sunt duæ species distinctæ, prior contra pauperiatem, posterior contra justitiam, quæ sæpe sunt simul in eodem actu, ut cum rem Monasterii invito Superiore retinet, aut extra domum, vel cum rem tibi à sæculari datam, invito Superiore retines, aut extra das: *nam quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio acquirit.*

2634 Separanter; ut rem à sæculari recipis in usus ejus consumendam, aut alterius, sive intus, sive extra, ad tui peculium distribuendam, tunc contra paupertatem peccas, non contra justitiam, malitiam proprietarii contrahis, non furti; quia sicante præfata voluntate dantis, Monasterium non acquisivit dominium rei. Rodric. *in sum. to. 4. cap.* 118. *n.* 27. & 29. Scotus & Aragon tenet, Religiosum non committere furtum mortale, nisi quando afcendit ad summam ducum aureorum: *vi. n.* 2617. At hæc opinio licet possit habere locum quoad malitiam proprietarii, est tamen laxa, & non practicanda quoad malitiam furti. Hinc si de rebus communitatis, aut maxime alterius Religiosi, sureris plusquam dimidium trium argenteum, licet non pecces mortaliter malitia proprietarii, mortaliter peccas malitia furti.

2635 Revera tamen licet pro malitia proprietarii major quantitas ad mortale requiratur, quam pro malitia furti, certa regula tradi non potest, sed pro utraque est remittenda prudentiæ, consideratis circumstantiis superius expressis, & Sperinzis involuntario. Major quidem quantitas ad mortale requiritur, si res, quam Religiosus extrahit, sit de acquisitis propriis labore, & industria, aut de sibi ab amico, externo donatis, quam si non sit. Major si rem præfatam detineat, non ad distribuendum extra, sed ad consumendum ad proprios, præsertim necessarios usus, quia in his casibus Superior est minus invitus. Et major, si Monasterium Religioso de necessariis non provideat.

2636 Rusemb. *lib. 4. cap. 1. dub. 4.* addit: *Si Prælatus sciat subditum aliquid accipere, vestimenta, vel expandere, & non prohibet, cum facile possit, consentire videtur.* Unde Sanchez *6. morali c.* 19. ait: *Si in aliqua Religione consuetudo vigeat aliqua recipiendi, vel expendendi, sine licentia, ita exuasus ea tacitam licentiam Prælati, qui id tolerando consuetudinem rationabiliter declarat, ut à n.* 930.

IN EXTREMA NECESSITATE

2637 NOn est fur, nec peccat, qui rem alterius furripit, quia in extrema necessitate omnia sunt communia; ita ut nedum ipse indigens, sed alius (si de suo non habeat) possit furripere ad eum sublevandum; quia tunc furripit communicigenis, & ut ejus instrumentum. Tamb. *tom. 2. lib. 8. tr. 2. c. 6. §. 2. num. 1.* Anton. 3. Spir. Sanct. *de rest. tr. un. disput. 9. sect. 8. nu. 417. v. num. 4.* Qui vero in gravi necessitate rem alterius furripit, fur est, & peccat mortaliter: constat ex *cap. si quis, 3. de furtis: Si quis ob necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, aut panes, panitent per hebdomadas tres, & si reddere, non cogatur jejunare.* Ratio est, quia sola extrema necessitas facit rem alterius communem, unde in gravi necessitate res alterius non fit tua, & inde non potes eam accipere, invito domino: hinc qui extreme indigenti non subvenit, contra justitiam peccat, & charitatem; qui verò graviter indigenti non subvenit, peccat solum contra charitatem. Tum quia oppolita opinio aperit viam furtis, quia nullus forte ex infima plebe esset, qui se in gravi necessitate existere non afferaret; adeoque merito est damnata *propos.* 36 ab Innocent XI. *pag. 1. n.* 2739.

2638 Difficultas est: *An qui in extrema necessitate rem alterius furripuit, teneatur eam restituere, si in pinguem fortunam devenerit?*

Affirmat Navarrus; quia extrema necessitas nil aliud requirit, nisi ut sic indigens sublevetur: sufficienter autem sublevatur per mutuum, aut accommodatum cum onere restituendi in casu pinguis fortunæ, absque eo quod dominus re sua spolietur.

Negat vero Scotus *in 4. dist. 15. quæst 2. litt. KK.* quia extrema necessitas facit omnia esse communia, adeoque transfert rei alterius dominium in extreme indigentem quantum ad eam convertendam in proprium usum; ac proinde non tenetur ille sibi præjudicare per mutuum, aut accommodatum. Quod intellige in rebus ordinarii, minime extraordinarii pretii: *ut in n.* 2332.

2639 Fatetur autem Scotus citatus, quod si res consumpta in extrema indigentia, sit ab ea capta non urgente extrema indigentia, sed ante, teneatur eam restituere deveniendo ad pinguem fortunam, quia onus restitutionis tunc habuit ortum ex radice debiti, quod proinde accedente extrema indigentia, non extinguitur, sed suspenditur. Plures tamen apud Tambur. adhuc hunc à restitutione liberant: omnino tamen sentio cum Scoto: *v. n.* 2338.

2640 Item qui in extrema necessitate rapuit, & totum non consumpsit, tenetur restituere, quod remanet. Quod si totum consumpsit, inde tamen, urgente necessitate extrema, aliunde habebat; sed non poterat uti suo; ille utique, quando est expeditus, tenetur id, quod apud, restituere. quia hinc non dicitur fuisse in extrema necessitate simpliciter, sed secundum quid; unde pro eo habet locum opinio & ratio Navarri. Casus contingere potest meo, qui bona possidens carceribus detinetur, aut capitibus evadit, qui promde suis rebus uti non valet, & hic in extrema constituitur necessitate

COMPENSATIO

2641 FActa licita, si tres intervenient conditiones. 1. Si non liceres facultatem rem tuam, quam alius detinet, apud judicem obtinere, sed difficulter, & gravibus expensis, ob debitoris potentiam, aut judicis injustitiam vel negligentiam, &

eventum debitoris timeas. 2. Si non adsit periculum alicujus damni, aut infamiæ tui, aut alterius innocentis. 2. Ut opportuno tempore tuos hæredes, aut debitorem, vel ejus hæredes moneas, debitum jam esse solutum, ne inerum suis h redibus solvatur, his conditionibus adhibitis, licite potes occultam compensationem adhibere, rem alterius surripiendo aut detinendo pro tua te, quam certo injuste ille detinet, quia tunc non es fur, seu justus ille detinet, quia tunc non es sur, seu justus

emi; quia sic patitur damnum, & nihilominus non valet tales merces domino recusare sine proprio damno. 4. Si dominus ultra famulatum, super quo est facta conventio, alium extraordinarium famulatum imponat, qui distincto salario solet conduci; tunc potest famulus se refarcire, quia nemo præsumitur velle servire gratis, nisi id expresserit; aut intentionem serviendi gratis habuerit.

2648 Id dixi de famulatu extraordinario, nempe de alio famulatu notabili, quia à personâ distincta, & pretio distincto fieri solet; quia sunt plures ordinarii famulatus, qui ultra conventum a famulis gratis præstari solent dominis, adeoque non possunt licite de illis se refarcire: *v. in pag. 5. prop. 37* ab Innoc. XI. *damn.*

2649 Dominus non tenetur in conscientia salarium famulo in infirmitate solvere, sicut non tenetur conductor pensionem solvere, quando non utitur re conducta ob defectum locatoris. Valde tamen laudo piam consuetudinem, quæ Panormi extat quamplurium nobilium, qui integrum salarium famulis in infirmitate solvunt: cæteros ad opus charitatis tam sanctum cunctos moneo.

QUÆRES I.

2650 *Dominus volens plures tabulas depingere vacuavit pictorem; at quia fuerunt discordes in quantitate pretii, ex ad pingendum se obtulit famulus qui perfecit picturas; sed multas ex suis solutum fretum. An possit occulte se refarcere.*

Resp. posse, si non fuit facta conventio, nec habuit intentionem pingendi gratis: quia *dignus est operarius mercede sua*, & quando agitur de labore, & opera notabili, nemo præsumitur velle præstare gratis, nisi expresserit. At non debet inmere pretium, ut alii pictores sed minus, uti ultroneus venditor suæ industriæ, & operæ. In quo pretio computari debet defectus famæ, status, si notabiliter ob picturam a famulatu defecerit: *v. n.* 2467.

QUÆRES II.

2651 *An liceat Christianis furripere à Turcis, & Mauris?*

Ut solita claritate procedam, dicam prius de Christianis exulantibus in partibus Turcarum, & Mauroruni, nostra de Turcis & Mauris existentibus in partibus Christianorum. Quantum ad Christianos existentes in partibus Turcarum, & Mauroruni

2652 Certum est, quod Christiani, qui injuste ab infidelibus captivi detinentur, eis subsidii sunt, aut deturpant a Turcis aut Mauris, licite possint à dominis particularibus furripere, quantum sufficit, ut redimantur, & est necessarium ad suam, & iter ad suos. Ex Decr. S. Congr. S. Offic. 13. Augusti 1670. apud Diarium *p. 5. n. 13. vel. 98.* & *Peyr. pag. mihi 330.*

2653 Quod autem servi Turcarum possint tam a suis dominis, & abeis, à quibus sunt inita affecti, seu capti, furripere quæcunque voluerint, docet Diana *ex.* Idque nedum ratione compensationis injuriarum captivæ libertatis, &c. & damnorum in suis negotiationibus, & bonis, ob absentiam è patria; verum etiam jure belli, & ex præsumpta Christianorum Principum voluntate. Turcæ namque sunt publici hostes, & Christianorum dominia, ac bona tyrannice usurpaverunt, & possident. Unde Principes Christiani habent contra eos jus perpetuum belli gerendi, bonis spoliandi, &c. compensandi: at quia non valent ex se ipsis id immediate ad æqualitatem præstare, rationabiliter præsumuntur illud privatis fidelibus concedere, maxime ad hostium vires debilitandas. Unde *part. 7. tr. 7. resp. 11.* concludit: *Sed me sufficit, servi Christiani à Turcis fugientes, bona ab ipsis subtracta secure sibi retinere, & expendere, etiam in quacunque maxima quantitate.*

2654 Imo eadem ratione in *part. v. cit.* cum Molina idem extendit ad Christianos liberos in terris Turcarum manentes, cum hac tamen limitatione, ut non adsit scandalum, damnum aliorum Christianorum, mendacium, periurium, aut fractio fidelitatis, ad quam tenentur, qui sub fide Regia ibi morantur, aut negotiantur. Et aliqui putant (fatentur Diana) etiam in his casibus peccare quosdam Christianos bona Turcarum furripiendo, non teneri tamen ad restitutionem. 1. Quia contra Charitatem, Religionem, aut fidelitatem peccant, non contra justitiam commutativam. 2. Quia restituendo augerent vires hostibus Ecclesiæ. 3. Quia licet non quoad modum, quoad substantiam præsumitur consensus Principum Christianorum. Adsit tamen.

2655 (Sed ego hanc sententiam non approbarem, in casu quo inter Christianos, & Turcas adesset tempus tregnæ, vel aliis casibus salviconductus; in his enim casibus non posset præsumi consensus Principum nec quoad substantiam, nequ. quoad modum.) Ita Diana

2656 Quantum autem ad Turcas existentes in locis Christianorum (quidquid alii tenent) certum dici non potest, licitum illorum bona furripere sine peccato, &

cuere restitutionis, si pacifice in suis locis degant: Nam (fatentur Diana, & alii, quæ quidem vitari non possunt) vel mercantur ratione tregnæ, salviconductus, aut ex publica receptione sub fide Regia: & hanc mentem declarat P. Diana *ex* n. 2655. Tum quia negotiantes solvunt super mercibus debita vectigalia Principibus Christianis, item pecuniis obligationem jubitæ. Vel mercatur ut pacifice, sine libertate, sive servi, & perfidiæ privatæ, sive liberi, sive servi, & tunc sunt subditi Principibus Christianis, adhuc manet nos sunt ut alii fidelitati tradendi.

2657 Ex dictis sequitur, non posse Christianos furripere Turcarum mercimonia, quæ dantes gabellas à Turcis impositas, nec in rebus alterius Principis infidelis, qui injuste tale possidet terras injuste Principi fideli ablatas, Diana *part. 7. tr. 7. resp. 65. n. 2707.*

QUÆRES III.

2658 *An uxor possit licite vivere ex bonis maritis furtis, vel per usuram acquisitis?*

Resolutionem dat Vercellen *tr. 3. q. 32. n. 4.* occasione alterius casus: *An scilicet soror pauperrima possit licite vivere ex cibis à fratre adulteris emptis ex pecunia adulteri furtiva, dum modo ipsa eorum adulterii, aut furti non cooperetur?* Et est ut sequitur

„ Posset excusari hæc mulier ex altero capite, & supponeo probabilem esse opinionem „ dicit posse uxorem vivere ex bonis mariti „ per usuram acquisitis. Ita Navarr. *cap. 17. „ n. 268.* Vasquez *de restitut. cap. 11. dub. 3.* „ Molina *tom. 2. tr. 3. p. 370. n. de usure*, Lavman. „ *lib. 3. tr. 3. cap. 11. in fine*, contra Sylv. „ *vide Ufura 8. q. 2.* Quam tamen opinionem ego cum aliquia restrictione admitterem, nempe si pecuniæ viderentur effent confusæ cum aliis mariti, vel ab ille expensæ in emptionem ciborum, quia pecuniæ post confusionem, & cibi empti, sunt in dominio mariti, ferus esset de ipsis pecuniis alienatis in individuo extantibus, has enim pecunias, utpote alienas, mulier consumere, & expendere nequit. Ratio hujus opinionis est, quia cum pecuniæ confusæ, & cibi empti, sint in dominio mariti, qui ex justitia tenetur non solum restituere usuras, sed etiam ex justitia tenetur præbere alimenta uxori; ille non necessarium accipiat, quod est filius ex justo patrimonio, etiam cum præjudicio creditorum, seu solventium usuras.

„ Eodem modo dici posset in casu nostro: „ soror adultera, cum sit miserpauper, tenetur ex justitia alere fororem pauperimam, *Cabell. & DD. ubi qui sectam, & alii populi. „ dic. debent, Sardus de alim. tit. 1. q. 25. effigo „ illa soror pauperrima inscrvire non potest, „ si accipiat cibos emptos ex adulteri ex pecunia furtiva, modo ipsa individuum furtum „ pecuniam non accipiat.*

De furto, agunt *Sotus in 7. dist. 38. q. un. Ant. A. in 4. dist. 15. q. 2. Sot. RR. Med. in Theol. tom. 2. disp. 9. q. 2. Joan. a Cruce, pag. 140. Bonac. tom. 2. pag. 559. Diana p. 2. tr. 12. resp. 28. n. 3. resp. 34. p. 1. n. 6. vel 34. & alibi, Tamb. tom. 3. pag. 215. Bulenda lib. 3. p. 1. Cardenas disp. 12. Mendo, de furto scientioso: v. num. 360. & 364. num. 1321.*

CAPUT IV.

De restitutione.

2659 Restitutio, secundum nomen, ex D. Thoma, *est alicujus in sua possessione, aut dominio iterata statuio.* Secundum rem, per Juristas: *Est actus justitiæ, quo reparatur ad æqualitatem damnum proviens illatum per injustum.* Per Scotum *in 4. dist. 15. q. un. litt. AA, est reductio justitiæ commutativæ ad æqualitatem.* Injuria, alia est materialis, quando damnum est illatum inadvertenter, aut bona fide; alia formalis, quando est illatum scienter, ut cum scienter quis rem alterius furripuit, aut si bona fide accepit, accedente mala fide, retinet, & non vult restituere.

2660 Obligatio restitutionis solum oritur ex justitia commutativa læsa; unde si læsio fit contra charitatem, aut aliam virtutem, non obligat ad restitutionem. Imo neque ad restitutionem obligat justitia distributiva læsa, nisi sit etiamnea justitia commutativa: *v. n.* 2355.

Hinc Prælatus conferens Beneficium non curatum digno, omisso digniori, peccat mortaliter, sed non tenetur ad restitutionem: quia solam justitiam distributivam lædit. Si vero relicto digniori conferat digno Beneficium curatum, & peccat, & tenetur ad restitutionem, quia lædit justitiam commutativam: nam ex. gr. quod Prælatus indigni concesserit, si contractus quidam innominatus: *Do, ut des*, ac proinde Clericus ad examen accedens. Si fuit competitori prævaleat, acquirit jus strictum ad beneficium. Ut illi detur: *v. n.* 2281. quod est objectum justitiæ commutativæ.

2661 Ad beneficia autem, ex Trid. *sess. 24. de reform. cap.* 1. promovendi sunt *digniores*. Nec dicas, Concil. per ly, *digniores*, sumere com-

comparativum pro positivo, aut id dicere solum ad excludendos indignos, quia est certa expositio, dum Conc. clare utitur comparativo, illudque replicat: *Dignieres, & Ecclesiæ magis utiles: v. in pag. 3. prop. 47. ab Innoc. XI. num. 11. & 1282. & segq.*

2662 Quod si in concursu cum reperiantur æqualis meriti, non prælati aliquid ab non religiosis, utilli præ alio conferat; & si accipiat, tenetur restituere, quia ex iure Com. beneficia fuer conferenda gratis: *v. in pag. 2. prop. 22. ab Alex. VII. damn.*

RADICES RESTITUTIONIS.

2663 SUnt quatuor. 1. Ex injusta acceptione, aut retentione. 2. Ex re accepta. 3. Ex damno illato. 4. Ex contractu: *Injusta acceptio* habetur, cum quis rem alterius scienter invito rationabiliter dominum furripit; & dicitur possessor mala fide: *Res accepta*, cum quis rem alterius bona fide accepit, seu possedit; & dicitur possessor bonæ fidei, qui statim ac advertit, & venit in cognitionem rem esse alterius, tenetur restituere, ut infra; alias incipiat esse injustus detentor: *Damnum illatum*: ut cum quis per actionem injustam damnum alteri infert, v. g. occidendo, fugetes combutendo, &c. *Ex contractu*, & hoc dupliciter: 1. Ex contractu injusto, ex ii quæ advertenter injuste celebratus, æquivalet injustæ acceptationi; si bona fide, non accepit. 2. Ex contractu licito, sed pœna læsa, vel ob pacta, & conditiones non observatas, vel ob mortem culpabilem in solvendo, elapso termino.

2664 Obligatio restitutionis ex delicto, nempe ex injusta acceptatione, seu retentione ex re accepta, superveniente mala fide, ex damno illato, &c. ex injusto contractu, non oritur in foro conscientiæ, nisi adsit actio injusta externa, quæ sit peccatum mortale: quia pœna debet esse proportionata culpæ; unde pœna gravis, qualis est de restituenda re gravi sub onere peccati mortalis, præsupponere debet culpam mortalem. Immo esse debet culpa efficaciter, & effective ledens justitiam commutativam, qualis est sola actio injusta externa. Unde qui damnum est passus in suis bonis sine culpa mortali lædentis, putare debet fulmen de cœlo cecidisse, cum suam consumptibile, reputatur, iniquam, rapsus furtivus. In foro externo sufficit culpa legalis. Tamb. *tom. 1. lib. 2. c. 3. con. 2. §. 1.* ex Con.

2665 Hinc 1. qui habuit voluntatem efficacem rapiendi, aut retinendi rem alterius, sed retractata voluntate non fecit, non tenetur ad restitutionem, quia peccavit mortaliter, sed peccato interno: per actionem injustam, non externam, sed internam, contra eorum præceptum.

2666 2. Qui furatus est quid modicum cum intentione continuandi usque ad quantitatem notabilem, sed ad eam non pervenit, non tenetur sub mortali, sed solum sub venali, ad restituendum illud modicum abiit: quia licet peccavit peccato mortali interno, culpa externa non fuit gravis. Similiter non tenetur ad restituendum, si damnum grave intulit, v. gr. incendit segetem, vercundum dedit, sed sine culpa, aut cum sola culpa veniali, ratione inadvertentiæ, aut indeliberationis actus. Quintino vide *tom. 2. à n. 116.*

2667 Obligatio vero restitutionis ex contractu injusto, oritur etiam sub mortali ex sola culpa juridica, sine culpa theologica, seu mortali, quia non oritur ex delicto, sed ex conventione, & pacto in ipsa natura contractus minime. Mastrius *disp. 7. q. 2. n. 18.*

2668 *Culpa juridica* (ait Fenech.) *est omissio diligentiæ, quam quis adhibere tenetur. Est triplex, lata, levis, & levissima. Lata est omissio illius diligentiæ, quam communiter adhibere solent homines ejusdem conditionis, vel maior pars eorum, ut si quis librum commodatum reliquerit in loco patenti, unde sustraptus; tunc dicetur perisse culpa lata commendatario. Levis est omissio illius diligentiæ, quam homines diligentes suæ conditionis adhibere solent, ut si quis rem commodatam reliquit in cubiculo, vel area non obserata; tunc dicatur perisse culpa levi illius. Levissima est omissio illius diligentiæ, quam homines diligentissimi suæ conditionis adhibere solent, ut si rem commodatam reliquit in cubiculo, quod putavit obseratum, sed non tenuit; ansa fuit bene clausum. & revera non erat clausum; tunc dicitur perisse culpa levissima.*

In contractibus factis in favorem solius danis, ut est depositum, non venit, nisi dolus & culpa lata. In contractibus factis in favorem solius recipientis, ut est commodatum, venit etiam culpa levissima.

2669 In contractibus factis in favorem utriusque, tum danitis, tum recipientis, ut sunt pignus, venditio, locatio, &c. venit culpa lata, aut levis, sed non levissima; unde si commodas Petro equum ad invisendum communem amicum, tenetur Petrus ad restitutionem, si equus perest ex culpa lata, aut levi; minime si ex levissima. Tamb. *v. n. 649.*

2670 Depositarius, si salarium accipiat, tenetur etiam ex culpa levi, quia tunc depositum.

tum evadit factum in gratiam utriusque; tunc namque, cum depositarius accipiat pretium, tenetur ex justitia rem depositam majori diligentia custodire.

2671 Ecs, qui ex officio ad impediendum damnum tenentur, & non impediuerint, non teneri ad restituendum, nisi ex culpa lata, ait Bettaldus; quia non tenetur quis in suo officio ad diligentiam majorem ea, quam homines talis professionis solent ordinarie adhibere.

2672 Casus fortuitus, *est inopinatus eventus rei, quem humana providentia prævidere non potest, neque impedire; ut mors equi absque alia culpa, tempestas maris, ruina domus, naufragium, vis fluminis, & similia.*

2673 *Nullus tenetur regulariter ad damnum, quod intervenit casu fortuito nisi in tribus casibus. 1. Quando culpa præcessit casum, ut qui equum commodatum usque Firentinum duxit Bononiam, & in itinere Bononiam versus raptus est à latronibus; tunc enim culpa præcessit. 2. Quando præcessit mora culpabilis, & per hanc perijt apud commodatarium; dummodo tamen non esset etiam res peritura apud dominum, licet ea foro extrema eisdem usurarent, si esset peritura apud dominum casu fortuito. 3. Quando intervenit pactum, quo quis se obligavit ad casum fortuitum.* Ita Fenech.

2674 Obligatio restitutionis ex contractu injusto, nedum oritur ex culpa mortali commissa in celebratione contractus, sed etiam ex culpa juridica contra innocentem, etiam si hæc contingat posita sine peccato, puta, quia ad malitiam gravem non advertit; aliquin pejoris conditionis esset, qui usu contraxit, eo qui injuste, si sola culpa juridica illum obligaret, non item. Unde si Petrus minus cogitaret Paulum ad locandum ei vili pretio equum; tunc si equus conductus moreretur ex sola culpa juridica conductoris, teneretur conductor, nedum ad restituendum pretium justum conductionis ex injustitia contractus, sed etiam pretium equi ex culpa juridica, in casu, non solum lata, aut levi, sed etiam levissima; quia hic contractus locationis, qui alias fit in gratiam utriusque, in præsenti est factus in gratiam solius recipientis.

2675 Qui utitur deposito, aut locato, v. g. pecunia, equo, &c. & hac causa pereat, aut fiat deterior, tenetur restituere, quia excessit modum depositi, & locati.

2676 Commodatarius non tenetur restituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ in commodatum ad pompam acceptæ, Clericatus *c. 8. n. 18.* quia ex sua industria provenit: *v. n. 2376.*

Quod procedit a fortiori, quia nec fur tenetur restituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ furtivæ, nisi dominus esset partes ex ea lucraturus; quia tale lucrum ex sua industria precedit.

Tenetur tamen restituere lucrum, quod ex re ipsa fructifera commodata percepit, puta partus ex animatos; aut lucrum, si eam locavit, Clericatus *cit.* Quia hi fructus domino cedunt: *v. n. 2694.*

QUI RESTITUERE TENEANTUR.

2677 AD restitutionem tenentur non solum qui proprio facto injuste damnum inferunt tertio, accipiendo, retinendo, damnificando; sed etiam qui efficaciter & cum effectu ad damnum alterius injuste cooperantur, qui continentur hoc versu:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Illi restituere tenentur in solidum, seu totum in defectum exequentis, si sint causa efficax, ut damnum fiat; & id non sub dubio, sed certo teneri.

Priores sex cooperantur positive, posteriores tres privative, quatenus tenentur ex justitia, seu officio, damnum impedire, & non impediunt.

Jussio, significat eum, qui jubet, & mandat, sive expresse, sive tacite, & lignis, damnum fieri. Qui ratum habet damnum suo nomine factum, ad restitutionem non tenetur, si nullum sui præcessit mandatum, aut consilium; quia ratihabitio præterea, non est causa damni præteriti.

Consilium, significat consulentem, qui ad restitutionem tenetur in defectum exequentis: *v. n. 2100.*

Consensus, significat eum, cui consensum dat, ut furtum fiat, qui est fautor.

Palpo, qui approbat, & laudat.

Recursus, qui dat refugium, & securitatem.

Participans, qui est socius, adjutor criminis, partem prædæ recipit, facit pro sure excubias, instrumenta ad furandum defert, aut alio modo cooperatur.

Busembi. ait, præfatos non teneri ad restitutionem, si efficaciter tantum concurrant, non ad substantiam, sed ad circumstantias, & modum actus damnosi, v. gr. si quis tantum impellat alium, ut citius, vel animosius, hoc, vel illo loco, vel modo noctat.

Ma-

2678 *Mutui*, qui filet, *non obstans, non manifestans*, non tenentur restituere, sed solum peccant contra charitatem, si non teneantur impedire ex justitia; & commode possint; tenentur autem ad restitutionem, si impedire tenentur ex justitia, nempe ex contractu, seu officio. Tales sunt Principes, & Magistratus, qui possunt, & negligunt impedire latrones.

2679 Tutores non impedientes damna pupillorum, aut aliorum, quorum curam susceperunt. Famuli, qui negligunt impedire furem; & custodes gabellarum, si permittant alios fraudare gabellas; imo si non manifestent. Nam *qui causam damni dat, damnum ipsum dedisse videtur*: *v. in pag. 5. propos. 39. ab Innoc. XI. damn.* Dicti custodes tenentur restituere damnum, quod domini patiuntur ex denegata solutione gabellarum, minime ex denegata solutione rerum, Bonac. *tom. 2. de rest. disp. 1. qu. 2. punct. 12. n. 11.* Quia mercatores ad pœnam non tenentur, nisi deprehensi.

2680 Præfati si non impediant vero metu gravioris mali proprii, aut suorum, puta mortis, &c. nec peccant, nec ad restitutionem tenentur, quia licet per cooperationem sint causa physica, non sunt causa moralis damni, seu furti, quateaus hoc non imputatur tunc illis moraliter, quia justitia eos non obligat ad conservanda, & custodienda bona alterius, cum prudenti periculo jacturæ boni proprii alterius ordinis; valida est ratio: *de num.* 2681. Imo Arsdekin *in tom. 2. pag. 331. num. 7.* idem tenet de positivo cooperatore ad furtum per actionem ex se indifferentem, puta tenendo scalam, &c. in casu metus gravioris mali proprii.

2681 Casus: *Plures officiales, quibus ex officio, & justitia incumbit cura exigendi annuos reditus cujusdem domini, unius fraudem; & summam fraudis pro singulis dividunt, eamque dant etiam uni, cui fraus displicat, adeoque ipse non fraudat, sed portionem ab eis accipit, quia rationabiliter timet mortem, si se manifestet nolentem, prudenter discernit, eas partem sibi dare, ut sint taciturni, ne manifestentur: ipse autem suam portionem fraudis, quam recepit occulte, restituit dominis: quæritur an peccet, & teneatur ad restitutionem insolidum?*

Respondeo, non peccare, nec teneri ad restitutionem insolidum, quia ille utiliter gerit tem dominis; nam alii supponuntur determinati ad furandum; unde si hic non adesset, & portionem non reciperet, eam profe furriperent illi, & propterea etiam ea privaretur dominus, cui ille restituit. Tum quia iste non dicitur fur, nec cooperatur ad furtum; non quidem per portionem, quam recipit, quia eam non recipit ad retinendum, sed ad reddendum domino, ac ad mortem vitandam; nec per portionem aliorum, ad quam cooperatur, quia illa respectu aliorum, non respectu hujus est furtum; nam respectu hujus dominus non est invitus, & si invitus, non rationabiliter invitus, quia non potest dominus rationabiliter, & juste prætendere, ut suus officialis rem suam custodiat cum jactura boni superioris ordinis: *v. n. 229. & 231.*

2682 Si determinato ad majus malum inferendum determinare persona, quod non potes avertere, consulas minus malum inferendum eidem: v. g. determinato ad occidendum Petrum, consulas, ut furetur, aut cum verberet; & determinato ad furandum centum à Petro, consulas, ut furetur quinquaginta ab eodem; nec peccas, nec ad restitutionem teneris utiliter rem dominabiliter invitis. Peccas tem, & ad restitutionem teneris in defectum furis, si consilium minus malum inferendum alteri, de quo ille non cogitaverat, quia tale consilium est in præjudicium, & damnum tertii, quod illud passurus non erat. Si vero sit ei determinatus ad furtum, sed animo manet, an debeat furari à Petro pauperes, vel à Paulo divites; si non potest averti, licitum est consulere, & monere in genere: *Majus malum esse furari à paupere, quam a divite*; quamvis enim illicitum sit facere malum ex venia bonum, v. gr. committere usuram, ut inde redimatur vita captivi; non est illicitum, determinato ad majus malum consulere minus: *v. n. 396.*

2683 Confessarius, si cui paliative non sit monere pœnitentem de restitutione, peccavit mortaliter, & tenetur monere pœnitentem, si ex ejus taciturnitate metus fuit ad credendum, te non teneri; non tenetur autem, si non moneat, ipse in defectum pœnitentis tenetur: quia *non tenetur ex officio, & justitia prospicere bonis temporalibus alterius, sed bonis spiritualibus pœnitentis.* Benech. Si vero positive dissuadit restitutionem debitam, vel fusse solutionem indebitam tam clam, aliter, teneatur monere de errore, aliàs tenebitur ipse restituere in pœnitentis defectum: si incapabiliter, tenetur monere, si commode potest; aliàs tenetur ipse, ut ex re acceptà; si vero non potest commode, non tenebitur ad restituendum. Leander.

2684 Qui sine vi, fraude, aut mendacio impedivit alium ab obtinenda re ei ex justitia non debita, v. g. ab officio, beneficio, &c. peccavit mortaliter; si id fecerit ex odio, & non ex justa causa: at non tenetur ad restitutionem, quia non peccavit contra justitiam. ad eam autem tenetur, si impedierit per vim, fraudem, aut mendacium, & ille erat dignus, & habebat spem: minime, si erat indignus, aut si dignus, spem, non habebat; quia si ille erat dignus, & habens spem, qui eum fraudem impedivit, fuit causa efficax damni, & quilibet habet jus stricte, ut non impediatur injuste ab officio, quo est dignus, & ad quod obtinendum habet spem: hinc ille restituere tenetur prudentis viri judicio juxta probabilitatem spei.

2685 Quando patiens damnum condonavit causæ principali, liberantur minus principales, non è converso.

2686 Debitor, qui se composuit cum creditoribus minori summa contentes, si illi non libere, & revera contenti, liberatur ab onere solvendi excessum, etiam si postea deveniat in pinguem fortunam; quia talis compositio est quædam remissio, & species donationis: cavendum est, ne sit fraus, aut metus; fœue enim creditor est contentus non libere, sed coacte, quatenus agnoscit, quod attenta debitoris potentia, & conditione, si non acceptet minorem summam, se ponit in periculo amittendi totam: & tunc non liberatur ab onere restitutionis debitor: bene vero, si cognita paupertate debitoris, creditor vere misericordia motus partem remittat.

2687 *Qui occidit alterius animal juste possessum dumtaxat negligens, peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur; quia non habet jus occidendi, sed tantum expellendi, & satisfactionem exigendi; nisi aliter proprium dominum impedire non possit. Terranus parvarum affert de eo, qui alterius domum vicinam ignis: per quam ad suam incendium erat perventurum.* Benech.

Ex damno illato à proprio servo, aut ammali, non tenetur dominus in foro conscientiæ restituere, si ipse in culpa non fuit: tenetur in foro externo.

2688 Quando plures damnum intulerunt, ita ut teneantur singuli insolidum, *ut in n. 820.* si actio sit lucrativa, primo loco rem ablatam restituere tenetur ille, apud quem extat, aut qui mala fide consumsit, & in ejus defectum cooperatores. Si actio lucrativa non sit ut in occisione, incendio, detractione, &c. tunc primo loco tenetur, qui fuit causa primaria damni, nempe mandans, vel executor, & in ejus defectum, vel quia non velit, vel quia non possit, ad restitutionem tenentur cooperatores: *v. n. 2100.*

QUID RESTITUENDUM.

2689 Restituenda est eadem res in individuo, si extet.

2690 Fructus rei sunt tripliciis generis: *Mere naturales*, qui absque labore, aut industria, vel saltem cum modica, ex re naturali proveniunt, ut fructus arborum, fœtus animalium: *Mere industriales*, qui non procedunt ex natura rei, cum sit ex se infructifera, sed ex industria hominis, ut lucrum ex pecunia negotiationi expedita: & *Mixti*, qui procedunt ex re fructifera, sed cum multa industria hominis, ut frumentum ex segete, vinum ex vinea, lana, lac, &c. Hoc præmisso,

2691 Magna est differentia inter possessorem bonæ fidei, seu qui tenetur ex re accepta, inter possessorem malæ fidei, seu qui tenetur ex injusta acceptione, aut damnificatione.

POSSESSOR BONÆ FIDEI.

Quando venit in cognitionem, quod res non sit sua, tenetur eam restituere, una cum fructibus, si extent, & si non extent, tenetur restituere id, in quo factus est ditior. Sit exemplum ex Arsdekin: Vestem à fure donatam bona fide accepisti, & attrivisti; comparet postea dominus, tunc fe um teneris ei restituere vestem attritam, & insuper quantum tuo vestimento peperisti; quia solum in eo factus es ditior. Quod si vestem pretio emisti, nihil præter vestem attritam restituere teneris. Item si vestis sit consumpta, imo si eam perdidisti, aut tua culpa destruxisti, ad nihil tenetis, si in nihil factus sis ditior, quia stante bona fide, non peccasti contra justitiam.

2692 Si bona fide rem alienam tibi donatam, v. g. vestem, vendidisti, teneris restituere pretium, si pretium extet, & non vestem; si vero vestis extat apud emptorem, curare debes, ut rescindatur venditio, & restituatur vestis, reddito pretio emptori, quia factus es ditior: *v. n. 832.* Si vero eam alteri gratis donasti, alias non donaturus, si tibi non fuisset bona fide donata, ad nil teneris, sed solum debes ex charitate indicare domino, ubi res extet; quia nihil habes, quod alius non habeat.

2693 Quantum ad fructus, restituere tenentur fructus naturales, & mixtos, minime industriales, quia sunt pars rei, deductis tamen expensis, & laboribus: imo solum tenetur restituere fructus, quos habet à tribus annis infra: minime quos habet à tribus annis supra; quia horum, utpote mobilium, acquisivit dominium per præscriptionem, quinimo etiam ipsam rem præscribere potest, si habeantur conditiones præscriptionis: *de num. 3335.* Ex jure sufficit, quod ultima dies triennii sit inchoata: *v. n. 2338.*

POS-

POSSESSOR MALÆ FIDEI

2694 DEstituere tenetur eminodam æqualitatem servando; adeoque restituere tenetur rem eandem in individuo, & bonitate, si extat, vel tantundem in specie, aut genere, seu pretio, si non extat, etiam si fine sua culpa perierit. Item tenetur restituere omne damnum, & interesse, sive damni emergentis, sive lucri cessantis, &c. quia fuit injusta causa damni; qua in re fieri potest compositio cum domino, qui se ent mutuum remittere. Insuper omnes fructus tam naturales, quam mixtos, deductis suis expensis laboribus, sive hi fructus extent, sive non; quorum nihil præscribere potest, quia non debet lucrum ex injustitia reportare.

Non tenetur autem restituere fructus industriales; quia hi non correspondent rei alienæ, sed propriæ industriæ. Unde si usurarius centum auteos, quos lucratus est ex usuris, exponat licitæ negotiationi, & inde lucretur viginti, tenetur restituere priores centum auteos, viginti vero potest licite pro se retinere. Similiter si fur pecunia ablata ludat, & lucretur, non tenetur restituere lucrum, quia est fructus industrialis, nisi dominus fuisset pariter lucraturus.

2695 Si dum res aliena mala fide detinetur, crescat, ita ejus pretium augeatur, domino crescit, adeoque illi debetur. Unde si frumentum ablatum mense Augusti restituas mense Maii, non satisfacis, si solvas pretium, quod valebat mense Augusti, sed frumentum restituere debes mense Maii cum suo incrementum.

Si vero pereat, aut deterior fiat naturaliter casu fortuito, hostium incursione, &c. ita tamen, ut prudenter existimetur, æque periturum fuisse apud dominum, non tenetur ille ad restitutionem; quia per hoc, quod res erat apud furem, nullum novum damnum incurrerit, quod non apud dominum.

Si vero apud dominum periura non fuisset, aut damnum passura, tenetur injustus detentor restituere pretium, etiam si sine sua culpa perierit; quia per suam injustam acceptionem, seu detentionem, fuit causa efficax damni.

Demum si res apud dominum erat peritura, apud furem erat incolumis, domino extat

vis hominibus: ad nil tenetur fur. Si vero sola navis Petri pereat, & navis furis salvetur, tenetur fur restituere merces ablatas Petro.

2697 Quando plures concurrunt ad damnum; seu furtum; si id faciant seorsim, non tenentur singuli plus restituere, quam per se acceperunt; quia sunt causæ partiales partialiter effectus. Si autem id fecerunt mutuo consensu, & auxilio, tenentur singuli in solidum, nempe restituere totum in defectum alterius, cum jure possea repetendi ab eo; quia mutuo illo consensu, comitatu, & auxilio, singuli habuerunt influxum efficacem in totum furtum, & damnum, quod ex confidentia in mutuo comitatu, & auxilio, fuit illatum; unde singuli dicuntur causa totalitate effectus.

Quod si duobus furibus per se determinatis ad aliquod certum furtum, supervenit tertius, & simul cum eis furatur, tenetur solum ad suam partem. Si vero in effectu duo illi non erant sufficientes ad furtum, v. gr. ad frangendam januam domus, ad excubias faciendas, &c. & auxilio tertii satisfecerunt, tenetur tertius insolidum; quia in re fuit causa efficax totius furti, & causa totalis totalitate effectus: *vi tom. 2. n. 15. pag. 501.*

2698 Quando damnum est jocarium, restitutio est facienda secundum æstimationem experti: v. g. si animal teneræ ætatis occidisti, si recentes arbores aut immaturos segetes incendisti, restituti debet tantum, quanti tempore messis valuissent, non omnino adæquate, sed deductis laboribus, & expensis, ac habita ratione periculi.

2699 Qui est certus, quod res sit Petri, vel Pauli, dubitat vero, an determinate sit Petri vel Pauli, tenetur utrique dividere pro rata dubii: *v. n 40. & n. 111.*

2700 Possessor malæ fidei in foro externo, tantum detrahere potest expensas necessarias factas pro re domini, v. g. pro viridario, &c. minime voluntarias, & utiles: idque in pœnam delicti; at in foro conscientiæ potest etiam istas detrahere, quia licuit meliorantes, quibus res est à fure facta melior, & fructuosior, eduxit domine, eique restituere astruunt; ita juxtum est, ut ille expensas pro eis factas sibi detrahat.

ACQUISITA OB TURPEM CAUSAM

2701 NOn sunt restituenda, nisi in casibus, in quibus lex humana facit inhabilem acquirentem. Talia sunt acquisita per simoniam realem, de quibus *num. 1283. & 1284.* pro sponsionibus super visa, & morte, & futura electione Summi Pontificis, & Cardinalium; quæ sunt restituenda, non ipsis dantibus, sed pauperibus in pœnam, ex Bulla Greg. XIII. & Clem. VIII.

Mi-

Minister in casibus, in quibus non adest prohibita lex; quia licet exercere, & pactio pro opere illicito patrando sit illicita, & non adimplenda, tenet autem patrato opere illicito, v. gr. homicidio, fornicatione, &c. non est illa lucrare petere, & dare pretium promissum, quia illa quæ vendunt, est res certo modo inhonesta. Item meretrices peccant petendo retenta ab publicis, quia meretricium in foro externo tolerantur; non ita alia ministeria.

2702 In foro externo non tenetur obligatio solvendi promissum ob opus turpe factum, ex certa meretrice, *ex L. si ingenuus, ff. de verbor. oblig.*

2703 Judex, qui dedit sententiam ob pretium, si sententia est justa, non potest recipere pretium, & si recipiat, tenetur restituere; quia sententia justa est debita, adeoque non potest justo vendi. Si sententia est iniqua, ante latam sententiam tenetur judicandæ contendere, saltem parte, sed ea data, potest licite petere, & accipere pretium, quia vendidit quantum fuum est jure debitum; at tenetur restituere damna illata actori parti, Tamb. *tom. 1. d. 3. q. 5. n. 13.*

2704 Acceptata per Simoniacum præpositura licet restituenda, Sayer. *l. 2. c. 13. n. 8.* Quia decepti in conditione, quam sibi dominat, quia libenter darent ex alia ratione, licet quando dominium, quam potest propriam, si calix non est, Sanctissimi nulla: ita quando domus ecclesiastica vendi, quia non potest ejus rum, si est vasa est. Sanc. & Palaus. Idem credunt de casu, quo vasa magna dantur sub conditione pretium, non de parva. Sed ratio Sanctissimi universalis; cadit enim sententiam inquirit Navar. & vasa communia.

2705 Accepta per Simoniam, v. gr. Beneficium, officium Ecclesiasticum, ut Provisoratus, &c. ete restituenda, seu renuncianda, monet ex mente Patres & Auctores, & Synodus sub causa fundata, & mortis apud electores, quia decepti dantur conditione, adeoque nullo quoad forum interius, Bonacin. Sayer. Sanc. & Asserta, ut Navar. Sylvest. quæ Bonacina Bellarmin. Suar. Pontius, licet homines non teneantur illis uti, quia perficiuntur, possint tamen, quando conferunt, alienare, & non condemnantur conferre.

2706 Hæretica est, qui talem sententiam fingit, quia pretium spirituale non potest temporale, quam non tales. Unde Sacerdos, qui dicit peccatum occultum, ut ab ea alia tantum communem sine Religionis & conditionis pretendens. Hypocrita

est de se venialis; est autem mortalis, si fiat cum injustitia, aut damno gravi proximi, ut cum quis sine sanctitatem ad obtinendum officium, & dignitatem, &c.

2707 *Fraudantes gabellas justas*, non peccare, nec ad restitutionem teneri, nisi sint custodes, seu obligati ex officio, tenent Duardus, Henriquez, Angelus, Navar. Castrus, Sá, Pontius, & alii; quia lex de gabellis non imponitur per verba præceptiva, sed ordinativa: Tum quia est lex civilis, pura pœnalis; adeoque solum obligat in foro externo, & ad pœnam: non in foro conscientiæ, & ad culpam. Nec officit, si fraudes eedant ad damnum crementium gabellas; quia illi serunt fraudes contingere, & tamen emunt, & conducunt illas; imo cum hoc periculo emunt, & ob illud solent illius emere, aut conducere. Denique id, quod amittunt cum multis, compensant cum aliis, quos in fragranti invenimur. Ita illi: *v. n. 2657.*

2708 Dico tamen, nedum custodes, sed etiam alios peccare, & ad restitutionem teneri, nisi justus titulus compensationis adsit, Mastrius *in theol. mor. disp 6. n. 19.* Faber, Lugo, Jo la Crux; quia gabellæ justæ non debentur Principi in pœnam, sed in tributum, & ut stipendum jure naturæ debitum Principi. Et sicut Princeps tenetur jure naturæ custodire subditos, eorum mœnia, & turres, eosque defendere ab hostibus; ita vicissim, jure naturæ, tenentur subditi dare Principi subsidium congruum ejus sustentationi, & ad bonum publicum subsistendum: hinc ait Christus, Matth. 22. *Reddite, quæ sunt Cæsari, Cæsari & quæ sunt Dei, Deo: v. n. 173.*

2709 Illud certum est, posse deputatos ad ex gendum dissimulare cum pauperibus, qui vix salvere valent, ut advertit Mendo *in epit. ver. Gabella, n. 12.*

2710 Insuper addit Mendo *tit. n. 6.* cum Silvestre, & aliis, quod læsus à Rege, si non curarent conditiones ad compensationem requisitæ: *de num. 2631.* posse compensare non solvendo gabellas, etiam si istæ fiant alicui privato locatæ, aut venditæ; quia sæpe minoris pretio locantur, aut venduntur, ob respectum ad fraudes. Cæterum hæc sententia non est practicanda in casu, quo gabellæ sint alicui private venditæ; quia tunc est earum translatum dominium à Rege in privatum. Et tanta libertas posset esse causa emptorem depauperandi.

2711 Item etiam in sententia opposita, quod non sit peccatum fraudare gabellas, Mercator aut alius, qui occulte merces introduceret non solvendo gabellas, non posset sine

pec-

peccato, ex ante restitutionis illas ab emptoribus exigere, sed deberet minori pretio vendere; aperta nempe injustitia est, velle ab emptoribus recuperare pretium gabellæ, quod in fraude non solvit.

2712 Dixi, *fraude non solvit*: quia si à Gabellari fuisset mercatori pars aliqua gabellæ remissa, ex fine eum magis confirmandi ad merces deferendas, tunc posset partem exigere, quia ipsi cedit, cum fuerit eidem in suæ personæ gratiam à Gabellariis remissa; juxta dicta de emptore, *n.* 2464.

QUÆRES,

2713 *An quis aliquid accipiens, ne accuset, teneatur ad restitutionem?*

Difficultas procedit post delictum, v. gr. furtum, homicidium, &c. commissum, quod non pendet in futurum, nec reparari potest, aut ad reparandum quis non tenetur: minime ante; quia ante, certum est in casu delicti patrandi teneri ad rescindendum contractum, & restituendum pretium, ut *in n.* 2703. Hoc præmisso,

Resp. cum distinctione. Si hic habet jus ad accusandum, non tenetur ad restitutionem, quia tale jus est pretio æstimabile: Si tamen habet jus ad accusandum, & insuper ad id tenetur ex justitia, quatenus tenetur ex officio, puta si est Officialis, si salarium accipit, &c. tenetur ad restituendum damnum domino, cujus est Officialis: minime pretium acceptum, priusquam delinquenti, ne accuset, se impediat, &c. ut *in n.* 2679. Quia licet deliquerit contra justitiam erga dominum, cujus est Officialis, & proinde teneatur ad reparanda illi damna, non deliquit contra justitiam erga delinquentem, accipiendo pretium, ne accuset; sed illi vendidit jus accusandi pretio æstimabile.

Hinc post furtum commissum, quod reparari non potest, aut ad quod reparandum ob aliquam circumstantiam, puta sui periculum, &c. quis non tenetur, non tenetur quis restituere pretium acceptum à fure, ut taceat, ne accuset, &c. dummodo pretium acceptum non sit ut

Quod est verum, etiam si ille animum accusandi non habeat, Diana p. 4. *tr.* 4. *res.* 34. Quia in re jus habet, quod est pretio æstimabile.

2714 Denique si hic nullum habet jus ad accusandum, impediendum, &c. nil potest juste recipere, ne accuset; & si recipiat, tenetur restituere. Qua ratione fair Tamb.] *Nequit uxor accipere juste à marito pretium, ne adulterari: quia ad non adulterandum tenetur ex justitia ipsi marito; ergo vendendo marito id, quod alias tenetur* Tamb. *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 8. Bonac. *tom.* 2. *d.* 1. *sp.* 5.

CUI RESTITUENDUM.

2715 Restitutio regulariter est faciendæ domino. Nomine *domini*, venit tam qui habet dominum rei, quam omnis qui aliquo justo titulo rem possidet; unde res, quam fur abstulit à depositario, non est restituenda domino, sed depositario, qui eam habebat de voluntate domini.

2716 Dixi, regulariter, quia sunt plures casus, in quibus non est facienda domino. Et quidem, si dominus est mortuus, facienda est hæredi. Si longe absens, ut sine magno dispendio fieri illi non possit, facienda est propinquis. Si dominus, & propinqui sint ignoti, adhibenda est diligentia, ut dignoscantur.

2717 Si diligentia adhibita non possint cognosci, est facienda Christo: *quem Deus constituit hæredem universorum*, ex Apost. ad Hebr. 1. hoc est, pauperibus, Ecclesiæ, aut Hospitali: quod si ipse revera est pauper, potest rem in parte, aut toto sibi applicare, quia non est pejoris conditionis aliis pauperibus; qua facta applicatione, si perveniat ad pinguem fortunam, non tenetur restituere pauperibus, sicut nec alii pauperes; quia per talem applicationem acquisivit dominium ut pauper in defectum domini, etiam si fuerit injustus accessor.

2718 Si vero compareat dominus, non tenetur restituere ille, qui applicavit pauperibus, si moraliter diligentiam fecit, ut dignosceret dominum; tenetur vero ipse pauper, qui rem accepit, si res extet in individuo: si autem consumpta: tenetur restituere id, in quo ejus est ditior: quia nemo debet ex re alterius ditescere.

2719 Bona inventa, quæ nullum habuerunt dominum, ut lapides pretiosi si in flumine, & venæ metallorum, vel si habuerunt, modo nullum dominum habeant, ut thesauri, non dicuntur bona incerta, & de his diximus *in n.* 2304. jure naturæ esse primo occupantis. Vide ibi.

2720 Bona igitur incerta sunt, quæ circumstantiis consideratis, cognoscitur, quod habeant dominum, sed ignoratur, quis sit: hujusmodi sunt res in via inventæ, ut si hujusmodi panni essent reciti, sed modo inventas esse duas, & nescias dominum, qui vendidit. De his loquendo, si facta morali diligentia dominum invenire seu dignoscere non valeas, potes licite ea pro te retinere, etiam si non sis pauper; quia solus injustus acceptor tenetur res, quarum ignorat dominum, reliquere pauperibus, ex Alex. III. c. *Cum tu, de usuris*: ne

fuerum reportet ex delicto. Quod si compareat dominus, tunc tenetis re tituere rem si extat, vel id, in quo factus es ditior, ut dictum est de paupere, cui est applicata res alterius.

2721 Qui olsit creditori sui creditoris mitio suo creditore, satisfacit in foro conscientiæ, quia ponit æqualitatem; debet tamen postea monere, ne solutio fiat bis.

QUÆRES,

2722 *An, qui rem emit à fure, teneatur eam reddere domino?*

Nav. & Bonac. dicunt, eum, qui mala fide emit à fure, teneri reddere domino; qui vero bona fide emit, posse rem reddere furi, ut sic suum pretium recuperet. Absolute docent, utrumque posse rem reddere furi, ut suum pretium recuperet, Toletus, & ex nostris Massius, Faber, & Arctinus, quia unusquisque tenetur magis sibi providere, quam alteri: quod si fur non restituat, est per accidens: unde non dicitur ipse per se cooperari peccato illius.

2723 Qui bona fide rem emit à fure, & postea pariter bona fide eam vendidit tertio, æquali, aut majori pretio, non tenetur rescindere contractum factum cum tertio, nec ei restituere pretium, quia charitas non obligat ipsum, ut in gratiam alterius patiatur damnum innocens. Tum quia contractus emptionis factus cum fure, licet revera non transferat dominium rei, quæ est alterius, est validus; quia per eum fur venditor obligatur emptori de evictione, & damnis inde secutis emptori; unde tenetur illi restituere pretium.

2724 Quod si fur restituat isti pretium, tunc tenetur hic rescindere contractum cum tertio et re tradita pretio, & re domino; quia tunc nullum damnum repertat, cum jam suum recuperaverit pretium. Si autem fur non restituat isti pretium, nec ille tenetur rescindere contractum cum tertio, nec illi restituere pretium, etiam si fuerit major, quia excessus ille cedit luæ indutiæ. Si vero excessus sit objectum rem, quæ eadem manens crevit in pretio: tunc est restituendus domino excessus, quia est lucrus re, unde in illo factus est ditior ex re alterius: *n.* 2342 & 2542.

IN QUO LOCO, ET QUIBUS EXPENSIS.

2725 Is, cui est bonæ fidei, seu obligatus ex re accepta, quando cognoscit rem esse alterius, tenetur rem restituere in loco ubi res extat, unde si dominus sit in alio loco non tenetur eam mittere expensis propriis, sed solum monere dominum, ut disponat; quia non tenetur quis cum proprio damno restituere in prissinum statum dominum, quem non læsit. Potest vero malæ fidei, hoc est qui est obligatus ex injusta acceptione, tenetur mittere propriis expensis, quia dominus non debet reportare damnum ex delicto furis.

2726 Exemplum. *Petrus Messana se duxit cum equo Pauli Panormum*: Petrus ille, vel equum accepit bona fide, & tunc tenetur monere Paulum Messanæ, ut suis expensis mittat pro equo: vel accepit mala fide, seu rapuit; & tunc tenetur mittere equum Paulo Messanam propriis expensis, imuper solvendo damna, & interesse, detractis tamen expensis, quas fecit pro sustentatione equi, quas vere ipse Paulus fecisset, nisi expensæ illæ compensandæ essent usu equi, quem fecit Petrus.

2727 Si dominus sit ita absens, ut excessivæ expensæ essent faciendæ à fure pro re mittenda, tunc tenetur restituere, & mittere, si expensæ sint æquales cum valore rei: minime vero si fiat notabiliter excedentes valorem rei, quia restitutio non fit, nisi ut servetur æqualitas; ideoque non obligat cum notabili inæqualitate creditoris, & debitoris; hac ratione universaliter restitutio non est facienda cum jactura boni alterius ordinis. Unde poterit iste restitutionem differre, si fit spes, quod approximetur dominus; quod si non sit talis spes, poterit restituere cum languineis; & in horum defectum pauperibus, aut in aliquo lopus pium pro domino; quia ut docent D. Thomas, & Scotus, quando restitutio fieri non potest, ut profit domino corporaliter, fieri debet, ut profit domino spiritualiter.

QUÆRES I.

2728 *An, qui rem restituendam confignavit tertio puncto fideli, qui eam amisit, aut pro se furripuit, teneatur iterum restituere?*

Quæstum est fuse resolutum *in* 2. *tom. de* 175. *pag.* 523.

QUÆRES II.

2729 *Ad quid teneatur persona media, si rem restituendam amiserit?*

Resp. si amiserit cum culpa gravi, & mortali, teneatur quidem re tituere; si sine culpa mortali, est distinguendum: vel amisit rem eandem in individuo, & tunc non tenetur restituere; non quidem ex re accepta; quia non extat, nec in aliquo est ex ea factus ditior: nec ex injusta acceptatione, ut supponitur. Solum teneretur ex culpa juridica lata, aut levi, si fe obligallet ex contractu, juxta dicta *nu.* 2668. quod fieri non solet. Si vero res, quam amisit, erat eadem in specie, quatenus eandem, v. gr. pecuniam in individuo, quam

restitueudam accepit, consumpsit in proprios usus, tunc tenetur eam restituere; quia res domino perit, & sic perit ipsi persuæ mediæ, cujus erat.

QUÆRES III.

2730 *Petrus Mariæ, mandavit Paulo mille aureos; cum Petrus, ut elapso termino ea redderet, ab eunque ipsa reperetur: interim Petrus permanet Panormum dux coborsis, & quia est elapsum tempus mutui, quæritur, an Paulus teneatur eas mittere suis expensis?*

RESP. cum necessaria distinctione: vel Petrus erat summam illam conservaturus, & secum trans aturus Panormum, sive in redditibus, sive in specie, sive in æquivalentia: vel is habuisset Mariti, omnino fuisset ibi consumpturus, & nullo modo translaturus. Si secundum tenetur Paulus mittere eam summam Panormum propriis expensis cambii; quia ex mutuo in gratiam Pauli, quoad eas expensas emerlit damnum Petri. Si primum, debet mittere expensis Petri; unde debet reddere deductis ex summa expensis cambii; quia nullum Petro emerlit damnum ex mutuo; nam pares expensas fecisset, aut paria pericula subiisset Petrus fecisso mutuo, transferendo illam Panormum; adeoque si mitteretur summa illa expensis Pauli, Petrus reportaret lucrum ex mutuo, & sic usuram committeret.

QUANDO EST RESTITUENDUM.

2731 PRæceptum restituendi includit sallem præceptum negativum non retinendi rem alienam; ratione cujus reducitur ad legitimum Præceptum Decalogi, *Non furtaberis*: adeoque obligat semper, & ad semper tamen, ut quoad actum interiorem, statim ac advertit quis rem esse alienam, debet habere animum restituendi: quoad actum vero exteriorem executionis, non tenetur illatim, ac advertit, sed capta temporis opportunitate: alioquin id advertens rectus tempore in lecto, surgere deberet ad restituendum. Quod si habeat animum non restituendi contumacem, manet

quo animo ex Aug. epist. 54. ad Macedonium: *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Si autem animus interrumpatur, ut si voleus restituere retractet voluntatem restituendi, tot peccata committit, quot sunt actus interrupti.

Qui est obligatus ex contractu, non tenetur restituere, nisi adimpletis conditionibus, & elapso termino in contractu præfixo: quod si eo elapso sit in mora culpabili, tenetur sub mortali ad restitutionem, imo ad omne damnum, & interesse: secus, si sit in mora per paucos dies.

Liberatur ab onere restitutionis, sive pro

sempet, sive ad tempus, si justa adsit causa, de qua modo: *v. n.* 2749.

2732 Confessarius non debet absolvere pœnitentem, qui tenetur statim restituere, si ter, vel quater eidem, aut alteri Confessario præmisit restituere, & non servavit promissum: quia rem alienam detinens, quam restituere potest, est in occasione proximæ voluntariæ peccandi, non minus quam qui detinet eodem animo, quam potest abjicere.

CAUSÆ EXCUSANTES A RESTITUTIONE

2733 SUnt plures. 1. Impotentia physica, qua quis non habet quid restituere. 2. Impotentia moralis, quando quis restituere non potest sine probabili periculo damni alterius ordinis sui, aut suorum. Bona, in quibus homo non potest damnum pati, sunt quatuor, animæ, corporis, famæ, & substantiæ corporalis, eorum unum est alterius ordinis altero, uti gradatim penuntur; restitutio autem eum hi ad ponendam æqualitatem, non est faciendo cum jactura boni superioris ordinis; hinc restitutio substantiæ corporalis non est faciendo cum periculo prudenti peccati mortalis, vitæ, seu damni corporis, aut cum infamia: *v. num.* 2737. *et infra* 2 *pag* 513 & 514.

2734 Quæ causæ sunt perpetuæ, perpetuo excusant quis a restitutione; quæ tempus, restitutio fulpenditur, seu differtur. Sæpe dilatatur tempus restitutionis ex rationabili ac præsumpta voluntate creditoris.

2735 Qui habet justam causam differendi restitutionem, non tenetur ad damna, & interesse, quæ creditori ex mora sequentur; quia non est mora culpabilis. Si autem differat ad evitandum proprium interesse, tenetur reparare interesse creditoris; quia non est æquum, ut debitor se servet indemnem cum damno creditoris.

2736 Item, si damnum, quod patitur debitor restituendo, non sit notabiliter majus, sed æquale damno, quod patitur creditor ex dilatione, tenetur debitor restituere statim; quia tunc patitur est condictio creditoris.

2737 Cessio bonorum excusat in foro externo: in foro autem conscientiæ, qui cessit bona, excusatur, non ratione cessionis: sed ratione impotentiæ; unde si perveniat ad pinguem fortunam, tenetur restituere.

2738 Tenetur quis sub mortali restitutionem differre, si prudenter judicet restitutionem futuram in grave damnum creditoris, vel cum abusurum in grave damnum tertii: quia tunc cooperaretur ad malum.

Qui-

QUÆRES I.

2739 Famulus rapuit de fundo domini frumenta pauca per quadrantes vicos, eaque in usum familiæ, hoc ipso pauciores familiæ, ut solarium non se augeretur, ad restitutionem tenetur?

RESP. non debere restituere: vel enim dominus detrimentum in individuo, & domo solitum facta relictione, quod & ipse ante relictionem erat, & domo peccat quotidiano in gravi hoc restitutionem tenendo, ut in n. 2737. ex n. 2. vicinum deperdit; & tenet debet salterius de facto, nisi sit ex extremis, aut quidpiam extrema necessitate, quatenus in restitutione, reducitur in extremam omnino efficaciam: sed non est. Nec dominus tenetur dare solarium correspondens familiæ, sed habere familia, n. 2647.

2740 Vel ille pecuniarius dominus est rem suis facultatibus, ut dicunt nonnulli, & tunc facultatibus nostris esset, locupletem constituit in tantæ tandem pecuniæ in restitutione; cum per restitutionem ego talem fit dominus, tenetur quamprimum restituere quantum in specie de alio capitulo. Quod si ego pecuniam de consilio in magna parte consumpsit, prout famosa servitus consideratione creaverat, parum est pecuniæ temporis, sed proprietas, quam eo tempore successive habebit, vel per bona fortunæ & alienationem statim: nunc, quoniam est alienatio: non est enim Cæsarius, ut nullum est alienatio, quæ rapitur, & tem rapiam consumptio, aliquin ex gravissimus restituendi ex gravissimus, & sic rationabiliter fit dominus voluntate praesumpta.

2741 Ejusdem est servus famulus, ut figuras vestis, *simplici* mari, quod nullo vestis dum, ut *quadrantes* *servus* figuras, quæ *ministeria*, *ut supra*.

IN REBUS MISTIBILIBUS.

2742 SI non appetitus, v. g. thesaurum, vel vasa, pecuniam reliquit genitus *Ita* Sanchez, Bonacina & alii, cum communibus, ita ut debeant eam valere, datam acquirit sibi animo eam in ordinem, sibi habeat animum acquisitionis pro acquirendo dominium; unde si tantum retinuit, non tenetur ad restitutionem, ut in relictis. Quia species communis, Tamb. *cit.* n. 2. & n. 2743

2743 Hinc si Rex, qui ex bona Curiæ cum his mobilibus, mutui, eram vasa sibi inscripsum tribui, non totam quantitatem ex vasis, ad nihil se teneri; aut Tamb. *cit.* n. 27. quia fur vendidit ex suo, quoniam præfata miscio transfert dominium, & æquivalet consumptioni, & solum remanet in fore onus id restituendum per æquivalens: Ex alia parte emptor, cum solverit pretium, in nihilo fallus est dicitur. Item ait, si eam dono accepisti, & fur sit aliunde potens restituere, quatenus alia possidet bona: quod si non sit aliunde potens, fatetur se teneri restituere, quia per donum, quod accepisti, fur factus est impotens tua causa, & in ditior. Ita dicuntur Tamb. *cit.*

QUÆRES II.

2744 *An possit quis sustinere substantiæ suæ, ne cadat in statu, &c. quæritur?*

RESP. si status sit magnæ qualitatis, ut ex se videtur, ne homo alienus locuple retractus, &c. non potest dicere, id tenetur restituere statim; quia pecuniæ non sunt ordinatæ ad statum, quia pecuniæ non sunt ordinatæ & statu bene acquisito, sed ad quietem & emolumentum mihi. Et homo potest quidpiam pro tenui salterius tenere, si alias in extremum redigeretur non tenetur, quia in hoc casu non est alienus accepta: *v.* n. 2647.

2745 Si autem pecuniæ sit bene acquisitæ, licet sit de debita continua, & in necessitate constituta in propria de die, quia hæredes vivit, Cæsar, & tunc potest substantiam defendere, ita ut habeat cadat a tenuitate, si res alienæ in mobilibus non extet, quia res pretio, quam si restituere alienæ, non pecuniæ, v. g. ex re capta, sibi habeat alia mobilia, ut ex n. 2647. Bonacina, Sanchez, Tamb. *cit.* n. 2. & n. 2743 Lugo, Lessius, Molina, Salas, Reginaldus, Hurtado, Filliucius, Arriaga, Valentia, Vasquez, Suarez, Tolet, Navarrus, Azorius, Sylvius, Sotus, Medina, Ledesma, Gregorius de Valentia, Gabriel, Ruardus, Conrinck, Ioannes a Sancto Thoma, Ioannes de Lugo, Ioannes Martinez de Ripalda, Ioannes Azor, Ioannes Gutierrez, Ioannes Alphonsus Turrianus, Ioannes Baptista Ferrariensis, Ioannes Baptista Villalpandus, Ioannes Baptista Lezana

Busemb. *lib. 3. tr. 5. c. 2.* Diana *in plurib. locis* Clericatus *c. 75.* Menoch *de vest.*

De vestit. pro homicidio, supra 1. adulteria, bello &c. v. in propriis titulis.

DE RESTITUTIONE FAMÆ.

2747 INjuria contra famam committitur 1. Per actum internum, nempe per judicium temerarium, & hoc non obligat ad restitutionem, nisi manifestetur externus alteri non manifestandis indiciis levibus, ut *in n. 2664.*

Per actum externum, nempe per contumeliam, detractionem, &c.

JUDICIUM TEMERARIUM

2748 ESt, *quo quis sine sufficientibus indiciis certo affirmat aliquod malum de proximo.*

2749 Ad hoc ut sit mortale, quatuor requiruntur conditiones. 1. *Ut sit in materia gravi*; gravitas autem, & levitas attendi debet, vel ex ipsa subtantia materiæ, vel ex qualitate personæ. Hinc veniale est temere judicare de Petro furtum unius julii, & de juvene parum honello, quod per locum aliquem transeat ad inhonella, ac de milite ad vindictam hostis; non enim infertur ea gravis injuria, cum de hujusmodi gloriari soleant. Similiter veniale erit, de ignoto, aut de indeterminato temere judicare.

2750 2. *Ut judicium formetur tanquam moraliter certum.* Hinc suspicio, dubitatio, aut opinio temeraria non est mortalis, sed venialis, quia cum sint actus imperfecti in genere judicii; nec totaliter tollant possessionem bonæ famæ, non censetur gravis injuria, nisi aliis manifestes. Nec erit mortalis, si manifestes uni, vel alteri probo, & prudenti, in quibus non est periculum famæ. Imo nullum erit peccatum, suspicionem manifestare superioribus, aut iis, quibus potes, ad grave malum vitandum, aut alio justo capite.

2751 3. *Ut judicium fit ex levibus conjecturis*; nam si sit ex gravibus, & sufficientibus, judicium erit prudens, quod prudentiæ difficerendum relinquitur. Ea dici possunt indicia levia, quæ ex communi hominum usu sunt indifferentia, aut raro conjuncta cum tali effectu; ea vero sufficientia, & proportionata, quæ ut plurimum solent cum eo esse conjuncta; ut si quis noctu per scalam fenestram occulte aperire tentet, est judicium sufficiens eum judicandi furem; secus, si die, & publice; tunc namque potius judicari debet clavis amissa. Item non est gravis injuria certo judicare, quod est valde probabile, v. g. juvenem inventum solum cum puella in cubiculo, inhoneita tractasse.

2752 4. *Ut judicium sit plene deliberatum*; hoc est cum plena advertentia temeritatis, & malitiæ gravis, & cum plena voluntatis libertate. De quo infra de peccatis.

2753 Et quia raro omnes quatuor allatæ conditiones interveniunt, tuto judicium temerarium est mortale. Quando autem omnes interveniunt, est mortale, quia est gravis injuria proximo contra justitiam; sed non est opus explicare speciem mali judicati, quia omnia mala judicata uni justitiæ commutativæ in specie infima opponuntur: *v. n. 2757.*

DETRACTIO

2754 EX D. Thom. *est alienæ famæ per occultum verba in iustum lactio, & denigratio.* Contingere potest dupliciter. 1. Directe, falsum crimen imponendo, vel verum, sed occultum revelando. 2. Indirecte, bonum proximi negando, vel malitiose tacendo ex intentione nocendi famæ. Modi, quibus proximi fama lædituir, comprehenduntur his versibus:

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens;
Qui negat, aut minuit, tacuit, laudare recusat.

2755 Crimen sit publicum jure, vel facto; jure, si sit de eo lata sententia à Judice; facto si sit crimillum in multorum præsentia, aut in eo loco, vel tempore, v. g. in foro, &c. ut sit facilitèr promulgandum; vel si erat occultum, fuit tamen abitus, qui scirbant, promulgatum ita ut multi de eo loquantur; præsertim quando crimen ad loquacium notitiam pervenit, & apud eorum linguas versatur. Universaliter publicum censetur, quando circumstantius attentis prudenter existimatur crimen facilitèr promulgandum: *v. in tom. 2. n. 72.*

2756 Gravitas attendi debet ex qualitate rei, & conditione personæ. Hinc de Prælato optimæ famæ dicere, quod sit adulterus mentiri, est grave contra famam.

Regulariter non est mortale revelare defectus naturales, ver. gr. quod sit ignavus, stupidus, illegitimus, &c. nisi inde aliquod damnum sequatur; quia non sunt delectus morales culpabiles. Nec est mortale dicere defectus morales in generali, ver. grat. esse superbum, iracundum, &c. quia prudenter de naturali inclinatione dicta censentur.

2757 Mortaliter peccas, & detrahis, si de determinata persona in generali dicas: *Te scire quid de illo, quod fadicas, scis eum magno talento affecturus.* Non est mortale, de aliquo ignoto, vel indeterminato male loqui, nisi redundet in alio-

rum damnum; mortale autem de Monasterio Religioso in communi male loqui. Non teneris explicare in quo genere detraxisti; quia fama est ejusdem speciei: *v. n. 2753.*

Nec numerum personarum, quibus detraxisti debes tamen dicere: *Graviter detraxi pluribus.* Alias non explicas peccatum, quod patrasti. Debet exprimi, si fuerit per libellum famosum, quia notabilitèr aggravat, & lædit.

2758 Non est mortale revelare peccata mortalia proximi, quæ secundum hominum existimationem, sive ratione sui, sive ratione personæ, aut alterius circumstantiæ, non sunt infamatoria, nec aliud damnum inde sequitur v. gr. de milite, aut nobili, quod duellum commiserit, quod juvenis pro parum honesto habitus sit fornicatus, &c. nam de similibus jactari solent.

2759 Non est mortale. 1. Si quis delictum infamatorium contra ipsum ab alio factum uni, vel alteri viro prudenti non divulgatro manifestet; quia non censetur læsio gravis. 2. Si illud contra se commissum amico referat, non animo lædendi, sed leniendi dolorem; quia humana conditio non patitur, ut quis gravem offensam recipiat, & non se doleat, ac quærat solamen. 3. Si manifestes delictum occultum, quod moraliter certo scis brevi futurum publicum, vel per sententiam Judicis, vel per facti evidentiam. 4. Si infamem in uno delicto, de alio valde affini, seu connexo, aut quod personæ similis conditionis committere solent, infames; ut de futuro, quod sit blasphemus: secus, si de disparato.

5. Non est mortale, sed veniale, illud referre sub dubio, vel ex auditu, etiamsi qui audiunt, credant; quia id imputatur eorum levitati. Quod si prævideat, auditores esse leves ad credendum, vel si id referat animo nocendi, tunc peccat mortaliter, sed contra charitatem, qua obligamur ad non inferendum alteri malum, sed non contra justitiam: quia talis actus non est ex natura sua ablativus famæ, nisi relatum fuerit authoritate, dicendo te id audivisse à personis fide dignis.

6. Similiter delictum in uno loco publicum in alio ubi est ignotum, publicare, non est mortale, nec contra justitiam: quia per publicationem delicti in uno loco, non sit jus ad famam; unde licet in loco remoto, ubi id ignoratur, habeat famam, non habet jus ad famam; nec contra charitatem, nisi fiat animo nocendi: hinc sine scrupulo videmus, delicta gravissima in uno loco publica, per historias, & typos usque ad remotissimas partes, ubi libri pervenient, una cum ipsis reis publicari.

Examen Ecclesiast.

2760 Nullum est peccatum. 1. Manifestare delictum, aut vitium alicujus Superioris, Patris, &c. pro correctione. 2. Ad impediendum damnum innocentis; unde licitum est opportune modo monere proximum, quod Petrus, qui ejus domum frequentat, sit fur, & inde caveat; quia illa non est offensio, sed defensio, nec quis habet jus ad famam cum damno proximi: *v. tr. 2. pag. 505. 506. & 507.*

2761 Peccat mortaliter tam contra charitatem, quam contra justitiam, qui alteri fallum crimen imponit, sive in judicio, sive extra, ad elidendam detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxiam, aut calumniam; vel ut suam justitiam, & honorem defendat; quia mendacium est ab intrinseco malum, ut neque certo mortis periculo cohonestari valeat: *v. n. 143. & 225.* Imo in judicio adest periculum tam ipsius imponentis, quam testium, ad quod ipse principalis cooperari deberet, telles subornando ad fallum: Hinc art. D. Th. *Falsitatem proponere in nullo casu licet alicui*; adeoque qui calumniam tibi imposuit, habet jus strictum, ut non lædatur in fama, fraude, dolo, aut mendacio; quia *mendacium infamatorium non est medium proportionatum ad defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

2762 Unde tunc tolum licitum est tibi crimen detractoris, seu calumniatoris occultum, sed verum, revelare, ut sic te defendas, & ejus calumniam elidas, reddendo eum inhabilem, mendacem, nullius fidei, &c. si alia tibi non supperat via: quia tunc oneris medio proportionato ad defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quod si alia tibi supperat via ad defensionem, eum infamare non potes, neque jure compensationis, quia esset vindicta, juxta dicta *d n. 2085. v. in pag. 5. prop. 27. & 54. ab Innoc. XI. damn.*

2763 Infamare seipsum, revelando occultum delictum sine rationabili causa, ex levitate, non est mortale, sed veniale, nisi id cedat in damnum, aut scandalum aliorum; quia sicut quis est dominus honorum fortunæ propriæ industria acquisitorum, ita & bonæ famæ pariter propria industria acquisitæ, cujus sonum dicetur prodigus. Imo patet esse actus virtutis, si fiat ob subeundam pœnam condignam, aut ob humiliatem, ut plures Sancti fecere.

2764 Venialiter, non mortaliter peccat, qui ad vitanda non levia, sed gravia tormenta ibi fallum crimen imponit, ob quod est morte puniendus, aut mutilandus; peccat venialiter, quia est mendax, non mortaliter; quia non est mendacium perniciosum, sed officiosum; non enim cooperatur morti directe, & per se, sed indirecte, & per accidens; dire-

Se vero vult gravia tormenta mortis æquivalentia vitare, quia ratione licite infirmitis mortem sibi eligit, ut sectionem meatûs, aut curis declines: *v. n.* 2075. Peccat autem mortaliter, si adeat juramentum, ratione periculi; vel si id cedat in dæmonem, aut infamiam alterius; quia non est dominus horum, aut famæ alterius.

CONTUMELIA

2765 F. *Si injuria, qua alteri crimen, aut alius defectus in ejus præsentia objicitur*, v. g. appellando furam. Unde à detractione differt, sicut rapina à furto: nam detractio addit proximum in absentia, contumelia in præsentia, hinc illa lædit solum famam, ista vero famam, & honorem, adeoque est ex se peccatum mortale, nisi parvitas materiæ, aut defectus plenæ deliberationis excuset.

2766 Non peccat Superior, si subditum verbum contumeliosum obiciat, non animo inhonorandi, sed humiliandi, aut corrigendi, nisi excedat in modo. Sic Christus Apostolos stultos vocavit, & Paulus Galatas insensatos.

2767 In Regem Hispaniarum contra quascumque personas Ecclesiasticas, aut sæculares, quæ in pulpito, cathedra, typis, aut manuscriptis, certa Religiones, Religiosas personas, aut in certum dictis opinionibus, injurias, & contumelias protulerint, Tribunal Supremæ Inquisitionis Hispan. insigitur penas excommunicationis majoris, exilii, & privationis officii, si quo in Sanct. Tribunali gaudeant, idque per tria decreta omissime de an. 1696. die 19. Octobris, ubi comprehenduntur omnes transgressores, typographi, & corepectores, publicata Pauerm. die 6. Februarii 1697.

2768 *Convitium, & improperium*, conveniunt cum contumelia; similiter *derisio, & subsannatio*, quæ motibus injuriosis corporis fieri solet, *murmuratio vero & susurratio*, cum detractione. Murmuratio *est, quo quis factum aliquod publicum, quod posset in bonam partem accipi, in malam partem accipit*, ut Lucæ c. 11. *in Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit dæmonia*. Est mortalis, si habeat foetam detractionem gravem. Susurratio *est allocutio mala de proximo ad vellendam amicitiam ipsius cum aliis*.

RESTITUERE TENETUR

2769 S *Usurra, amicitiam reconciliando. Contumeliosus* honorem, vel petendo veniam, vel honorifice salutando, aut per aliam honorificam demonstrationem. *Detractor* famam, non minus, quam fur bona fortunæ; quia ex Prov. 22. *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ*.

2770 *Qui imposuit crimen falsum*, tenetur restituere famam, crimen retractando coram iisdem, apud quos fuit impositum, & eodem modo, nempe publice, si publice, etiam si eamdem ipse infametur; quia (ut ait Scotus *in 4. dist. 15. q. 4. litt. C*) fama detracti prævalet famæ detractoris: nam ibi juste competit fama, hinc impulit; unde non est huic debita fama: *Et ideo dicebat ostendens innocentiam alterius, indirecte innocentiam sui. non tunc proprie diffamat se, sed amovet falsam laudem, qua iste post accusationem mendacem indignus est*: *v. n.* 2096.

2771 Bertrandus *in 8. pr.* ex Bonac. ait, esse valde amarum hunc restituendi modum; unde sufficere putat, si de persona infamata in genere tantum dicatur: *Quod sit persona virtuosa, & bonis & quod ii, qui male dixerunt, decepti sunt, & quod tempus id discernere fecerit*.

2772 Si primi auditores aliis divulgaverunt, tunc principalis detractor, si publice diffamavit, etiam apud alios restituere famam tenetur; quia tunc ipsi imputatur totum damnum, & divulgatio. Excusare potest impertentia moralis, puta, si adeo infamia divulgata reperiatur, ut moraliter impossibile sit, restituere apud omnes: *Unde detractionis angustias*. Si vero occulte detraxit, tunc sufficit, si in retractet apud auditores immediatos; quia tunc illis divulgatio imputatur, qui non debebant crimen proximi ab uno privatim, & confidenter dictum, aliis pronalare, inde ait Confessariorum praxim, Ebeevo de Lugo: *Eo namque ipso, quod detractor apud immediatos detractiones se retractat, implicite illis committit, ut indicent aliis, si quibus forte revelaverint*, Mattrius.

2772 Eum, qui bona fide alium diffamavit, putans, crimen esse verum, & publicum, forte teneri restituere ex charitate, volunt plures, adeoque cum commode potest, & sine suo rubore. Verius tamen est teneri ex justitia, uti ex re accepta, cum par sit ratio: *v. n.* 2691. Nec video in te rubori, sed potius splendori, si aliorum bonis dicas: *Te errasse illud manifestasse, quod putabas verum, & publicum, modo vera non essent falsum, & te decepisse*.

2774 Qui publicavit crimen occultum, non debet dicere, crimen esse falsum; quia mentiretur, & ob nullum bonum mendacium est licitum; sed sufficienter se restituere docent D. Thomas, & Scotus *cit. litt. F.*, si dicas: *Non credatis eum esse talem, male enim vixit*, vel laudando, dicendo eum esse bonum, præsertim laudando in ea specie virtutis, qua diffamasti; & tunc non mentiris, quia ex jure quilibet est præsumendus bonus, nisi certo constet, quod sit malus: subdit Scotus: *Sed iste non est probatus malus coram illis, qui debuit bonum est persuadere eis, quia ipse non reputat indignum, nec malum*.

2775 Qui detractum graviter diffamavit, peccavit mortaliter, & restituere tenetur, non sufficiunt, quia sunt a multis ordinis, sed ipsam famam modis; jam se aliis ipsi defuncti, aut hæredibus, si in consultentia tedundavit.

A RESTITUTIONE FAMÆ QUIS EXCUSATUR.

2776 P Rimo, si fama non fit oblata, quatenus auditores prudentes non crediderunt; quod contingere potest, quando detractor nullius est fidei: in quantum sæpe cum permixtis mendaciis, detractor, adjuncis, & auditores sunt viri honorati, ac prudentes. Vel quando quis detrahit, offendendo patronem, iram, aut odium; tunc sæpe prudentes non credunt, sed judicant diabolicam extitisse, passione, &c. quia tunc nullum fortium est damnum: *vid. n.* 2778.

2. Quando prudenter existimatur, infamiam esse oblivioni traditam; quia tunc cessavit damnum, & periculosius esset memoriam oblati restituere perficiari. Tempus, quo censeri possint oblita, remittit tur prudentiæ Confessarii. & sit expert: id maxime colligi potest, si notabili tempore elapso, nulla ei facta mentio delicti.

3. Quando fama est alia via recuperata, v. g. per testimonium alterius personæ fidei dignæ, vel per viam excusationis.

4. Si de idem occultum, quod dixisti, fiat alia via publicum.

5. Si restituere non possis sine jactura boni alterius generis, puta in re, vita, membrum, vel famæ tuæ lenge majoris valoris, hinc Prælatus non tenetur restituere famam personæ sui, nec vir valde illustris plebeio, si id ei posset sine jactura propriæ famæ; sed sufficit, si infamatum lateat.

6. Si is, cui detraxisti, tibi pariter detraxit, & non velit restituere, quia tunc ulteris compensatione, si infamia tua redunder in alios. 7. Si infamatus sponte eredonaverit; quia est dominus suæ famæ: si non potest quis condonare, si infamia redundet in alios, seu in alienum damnum: quia est dominus suæ, non alterius famæ aut boni. 8. Quando restitutio est facta moraliter impossibilis, quia ad impossibile nemo tenetur.

2777 Quando quis est impotens ad restituendam famam, non tenetur eam peconia comparare; quia fama, cum sit alterius, non est pecunia, non potest ejus pretio compensari: *vid. n.* 2678. & 2103.

2778 Solitus infamare, seu detrahere, tenetur restituere, si laudat apud simplices, & idiotas: quia hi solent facilius credere, immo divulgare: unde nunc est verus famæ fur. Et ejus ratio, quia non tenetur, si apud viros prudentes, ac timoratos detraxit, est, quia illi non credunt, inde non est in re facta læsio, ut *v. n.* 2780.

AUDIENS DETRACTOREM.

2779 C Ontrahentes graviter contrahit directe, si videlicet inducendo, movendo, excitando, quodque fieri solet, et am irrorgando, peccat mortaliter, tam contra charitatem, quam contra justitiam, inter dictum. Ille est, qui cooperatur ad damnum proximi in bonis fortunæ, unde ad restitutionem tenetur juxta ibi dicta.

2780 Qui solum consentit indirecte, non excitando, sed de ea complacendo, & se delectando, peccat mortaliter contra charitatem, quia delectatur de malo gravi proximi: sed non contra justitiam, quia non est causa efficax damni famæ, nisi impedire teneatur ex officio, uti est Superior. Imo etiam mortaliter peccat, si potens linere commodo impedire, nec impedit at, sed audiat, etiam si non cooperetur, ex dicta de charitate erga proximum. Hi autem ultimus rato peccat mortaliter, quia regulariter causa excusans adest.

2781 Causæ à mortali excusantes sunt: 1. *Si detractio sit levis*. 2. *Si sit gravis, sit tamen coram uno vel altero prudenti*. 3. *Si auditor habiliter non credituras*. 4. *Si adversus tuam resistentiam, aut monitionem non progrediatur, quod contingere potest, vel quia audiens est longe inferior detractore, quia detractor est in solens, ira accensus &c. imo sæpe nititis potest esse excitatio ad majorem, ant si videtur detractionem*. 5. *Si non sit manifestus certus, quod loquens loquatur injuste, & de gravi crimine occulto*. 6. *Si juxtas detractionem habeat iustam causam, videlicet, si confessum petas, ut sum dolorem levius, ut se utiliter moneas, &c.* 7. *Si mes gravis damnum, vel gravamen sua interest, tenetur verbum defendere infamatum*. 9. *Quando ex rationabili verecundia, aut pusillanimitate non audet resistere, & infamia proximi non est ita gravis, ut judices cum tanta sua difficultate impedire*, ita fere T. mb. Ratio est; quia charitas non obligat cum gravi incommode, sine necessitate, aut utilitate.

Sententia *in 4. dist. 15. q. 4.* Major. *in Thom. mor. disp. 9. q. 3.* Joan. a Cruz *q. pr. pag. 256.* Bonac. *tom. 2. pag. 525.* Tamb. *ex. 1. pag. 200.* Bulerb. *lib. 3. tr. 6. c. 1.* Diana *in pluvib. loc.* Mendo *moral. Detractio*, Clericatus *c. 104.*

DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non falsum testimonium dices.

MENDACIUM

2782 FIt *enuntiatio falsa rum conscientia opposita*, & *cum voluntate fallendi*. Est triplex: *Perniciosum* in damnum alterius; *Jocosum* ob delectationem; & *Officiosum* ob utilitatem. Perniciosum, si sit in damnum grave, est mortale. Jocosum, & officiosum regulariter est veniale, nisi sic adjuncta circumstantia, ob quam aliam virtutem à veritate dilinctam gravitet lædat.

2783 Hinc venialiter peccat pœnitens, si neget peccatum veniale, quod commisit, aut fateatur, quod non commisit; quia solam veritatem lædit: at peccat mortaliter, si confitetur veniale, quod non commisit, quadoque sit materia totalis Sacramenti; quia cum nullum dei veram materiam, facit Sacramentum nullum, & se committit sacrilegium. Item à mortali non excusa Sacerdotem, si dum sacris vestibus induitur, aut est indutus proxime celebraturus, mentiatur, ob scandalum, quo audicus, mendacium adverteus posset Sacerdotes contemnere, & vites habere: *v. n.* 143. *&* 1559.

TESTIS.

2784 QUi falsum testatus est scienter, tenetur se retractare cum æquali, & paulo majori sui damno; quia in æquali damno potior est ratio innocentis. At non tenetur se retractare, si sit mortaliter ceccus, retractationem non profuturam; quia nullus obligatur ad opus inutile; nec si testis fuit ultimus, & reus repertus sit convictus per alios testes; quia tunc non est causa efficax damni. Nec cum suo damno longe altioris ordinis: *vid. num.* 2788. Si vero falsum testatus est ignoranter, inadvertenter, & sine peccato mortali, tunc tenetur se retractare, at non cum notabili suo damno, etiam minori; sed est discutiendum, sicut de restitutione ex re accepta: *v. num.* 2691.

De reo, & teste: *v. à numer.* 2728. *ad* 2764. 364. & *sese in sum. 2. à pag.* 502. *capit.* 2. *præsertim n.* 73.

CASUS DE INSTRUMENTO.

2785 PErrexi *amisit quoddam instrumentum publicum, & legitimum, v. gr. testamentum, &c. an peccet graviter, si aliud simile privatum confingat?*

Resp. In foro externo hunc præsumi falsarium, & puniri; quia de veritate non constat. In foro autem conscientiæ (de quo est sermo) non peccare mortaliter, sed ad summum venialiter, docet Arsdekin in *tom. 2. pag.* 159. *quæst.* 13. cum Mendo *in flatera differ.* 13. *q.* 17. Nav. *c.* 17. *n.* 168. quia nulli damnum, aut injustitiam infert; sed solum peccat contra veritatem, non facti, aut scripturæ formalis, sed scripturæ materialis; quatenus proponit scripturam illam materialem credendam esse instrumentum authoritate publica primo confectum. Plures apud Arsdekin eum à venali, & à mendacio excusant. Idem tenent Busius, & Sà apud Anton. à Spir. Sanct. *tr. 1. de jur. disp.* 1. *sect.* 9. *n.* 54. quibus sequitur tantum quoad privatas scripturas: At in consultis nostram sententiam probabilem vocat, & pluribus rationibus & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

2786 IMponitur, vel expresse, ut *Tibi dico sub sigillo confessionis, sub secreto naturali, ut nemini dicas, &c.* vel implicite: *Tibi dico, ut amico pro consilio, ut dolorem leniam, &c.*

2787 Obligat sub mortali, si res sit gravis considerationis, & ejus violatio cedat in grave damnum, aut in gravem displicentiam ejus qui secretum commisit; quia tunc violatio secreti valde nocet secretari humanæ, & est gravium discordiarum causa. Quod est verum, etiam si uni, vel alteri viro prudenti dicas, si qui secretum imposuit, iis specialiter non velit secretum revelandum. Idem dic de litterarum injuriosa aperitione, nisi prudenter præsumas auctorem litteræ non invitum, aut nisi id facias ad vitandum grave damnum injustum, quod inde prudenter times.

2788 Magis peccant Secretarius, & Notarius publicus, qui tenentur ex officio, & sub juramento ad secretum. Non est peccatum revelare secretum naturale, etiam juratum ad impediendum damnum publicum, aut tertiæ personæ innocentis, seu si secretum sit de delicto patrando. Est autem mortale illud revelare, si damnum sit jam secutum, & non pendeat in futurum: *vide num.* 126. 1704. *à* 1733. *ad* 1736 1633. 1696. *&* 1697. *& tom. 2. à numer.* 55. *pag.* 505.

Scotus *in 4. dist.* 15. *quæst.* 4. *Sot. &* Mastr. *in theol. mor. disp.* 12. *q.* 9. Joann. la Cruz S. *præc.* Busemb. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 4. 6. *&* 7. *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 6.

PARS

PARS TERTIA.

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO.

Audire Missam diebus Dominicis, & festis de Præcepto.

2789 FIdeles, postquam ad usum rationis pervenerint, qui regulariter post septennium expletum præsumitur, tenentur sub mortali audire Sacrum diebus Dominicis, & festis de præcepto.

2790 Ad satisfaciendum huic præcepto quatuor requiruntur. 1. *Præsentia moralis*. Hinc nec est necesse, quod actu audiat Sacerdotem aut videat: nam multus, surdus, aut ob multitudinem populi distans, ut actu nec audiat, nec videat, satisfacit, si sacrificio sit præsens: adeoque *per audientiam Missæ*, intelligitur actio, qua quis sacrificio est præsens, eique assistit modo humano, corpore videlicet, & mente, & in tali distantia, ut possit Sacerdotem videre, ejusque Ministerium, & actionis attendere. Unde non satisfacit, qui è fenestra suæ domus extra Ecclesiam suæ Missam, quæ intra Ecclesiam celebratur, audiret; quia non est moraliter præsens. Affirmat tamen Tambur. *lib.* 4. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 14. & Ciercatus *cap.* 109 *num.* 7 Similiter, nec qui extra januam Ecclesiæ positus, eam audiret; nisi id contingeret ob multitudinem nimiam populi, quam Ecclesia capere non valet, quia tunc censetur moraliter præsens ratione conjunctionis cum multitudine, cum qua constituit unum corpus morale fidelium, Sacro præsens, & assistens.

2791. 2. *Intentio*. Requiritur, inquam, intentio audiendi Missam saltem virtualis, aut interpretativa, quam *v. in tom 3. in Exam. ordinand. à n.* 206. unde qui in Ecclesia est præsens Sacro non animo audiendi Sacrum, sed expectandi amicum, non satisfacit; quia actio illa auditionis, est pure casualis, externa, & non humana; Ecclesia autem præcipit actum humanum, ac proinde voluntarium, seu actum mixtum ex externa auditione, & interna volitione: *v. n.* 184.

2792 E contra, si audis, habens intentionem audiendi, non tamen satisfaciendi per illud Sacrum præcepto, sed ob devotionem; si posses aliud Sacrum non audias, satisfecisti præcepto; quia præceptum vult auditionem humanam; animus autem non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione Sacri, non facit, quin auditio illa fuerit humana. Tum quia aliud est loqui de animo non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione Sacri, aliud de animo absolute non satisfaciendi præcepto; quia hic, utpote exclusivus actionis præceptæ, est mortalis: *v. n.* 145.

2793 Item, qui audit Missam ob devotionem, ignorans esse diem festum: si postea adverat, non tenetur ad aliud Sacrum; quia jam satisfecit, tam ob allatam rationem, quam ob virtualem intentionem satisfaciendi.

2794 3. *Attentio*. Requiritur sub mortali, Dian. Card. de Lugo, Tamb. & alii volunt, sufficere solam attentionem externam, quatenus dum quis assistit Missæ, non occupetur in aliqua actione externa moraliter incompossibili cum auditione, v. gr. pingendo, scribendo, confabulando, &c. adeoque non obstare solam internam distractionem mentis etiam voluntariam, quia Ecclesia præcipit auditionem externam, & orationis jubilantia non dependet ab attentione actuali interna.

2795 Dico tamen, sub mortali requiri attentionem internam, Mastrius cum Cajetan. & Bonacin. quia Ecclesia præcipiendo auditionem Sacri, præcipit actionem humanam Religiosam, qualis non est, nec auditio Sacri, nec oratio sine ulla prorsus attentione interna, sed cum commoda voluntaria distractione interna. Omnino *v. dicta à numer.* 286. *&* 434.

2796 Attentio vero interna est triplex: 1. Qua attenditur ad actiones Sacerdotis. 2. Qua attenditur ad significationem verborum. 3. Qua inde mens ad Deum elevatur, contemplando videlicet mysteria, quæ per actiones, aut Sacerdotis verba exprimuntur. Secunda attentio est melior, tertia est optima, sed sola prima est necessaria. Quia præceptum, de auditione Missæ, non est de oratione, sed de assistentia Sacrificio. Requiritur igitur, ut saltem virtualiter, & in confuso attendas ad actiones Sacerdotis. Unde est mortalis voluntaria distractio notabilis; secus si sit involuntaria, ut sæpe contingere solet, aut voluntaria, sed brevis; *v. n.* 441.

2797 4. *Integritas*: unde mortale est partem notabilem omittere. Parvam partem putant

DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non falsum testimonium dices.

MENDACIUM

2782 FIt *enuntiatio falsa rum conscientia opposita*, & *cum voluntate fallendi*. Est triplex: *Perniciosum* in damnum alterius; *Jocosum* ob delectationem; & *Officiosum* ob utilitatem. Perniciosum, si sit in damnum grave, est mortale. Jocosum, & officiosum regulariter est veniale, nisi ex adjunctis circumstantia, ob quam aliam virtutem à veritate dilinctam gravitet lædat.

2783 Hinc venialiter peccat pœnitens, si neget peccatum veniale, quod commisit, aut fateatur, quod non commisit; quia solam veritatem lædit: at peccat mortaliter, si confitetur veniale, quod non commisit, quadoque ex materia totalis Sacramenti; quia cum nullum det veram materiam, facit Sacramentum nullum, & se committit sacrilegium. Item à mortali non excuso Sacerdotem, si dum sacris vestibus induitur, aut est indutus proxime celebraturus, mentiatur, ob scandalum, quo audiens, mendacium adverteus posset Sacerdotes contemnere, & vites habere: *v. n.* 143. *&* 1559.

TESTIS.

2784 QUi falsum testatus est scienter, tenetur se retractare cum æquali, & paulo majori sui damno; quia in æquali damno potior est ratio innocentis. At non tenetur se retractare, si sit moraliter certus, retractationem non profuturam; quia nullus obligatur ad opus inutile; nec si testis fuit ultimus, & reus repertus sit convictus per alios testes; quia tunc non est causa efficax damni. Nec cum suo damno longe altioris ordinis: *vid. num.* 2788. Si vero falsum testatus est ignoranter, inadvertenter, & hinc peccato mortali, tunc tenetur se retractare, at non cum notabili suo damno, etiam minori; sed est discutiendum, sicut de restitutione ex re accepta: *v. num.* 2691.

De reo, & teste: *v. à numer.* 2728. *ad* 2764. 364. & *fusè in tom.* 2. *à pag.* 502. *capit.* 2. *præsertim n.* 73.

CASUS DE INSTRUMENTO.

2785 PErtæ amisit quæddam instrumentum *publicum*, & *legitimum*, *v. gr. testamentum*, *&c. an peccet graviter, si aliud similc privatum confiteatur?*

Resp. In foro externo hunc præsumi falsarium, & plures; quia de veritate non constat. In foro autem conscientiæ (de quo est sermo) non peccare mortaliter, sed ad summum venialiter, docet Arsdekin *in tom.* 2. *pag.* 159. *quæst.* 13. cum Mendo *in flatera differ.* 13. *a.* 17. Nav. *c.* 17. *n.* 168. quia nulli damnum, aut injustitiam infert; sed solum peccat contra veritatem, non facti, aut scripturæ formalis, sed scripturæ materialis; quatenus proponit scripturam illam materialem credendam esse instrumentum authoritate publica primo confectum. Plures apud Arsdekin eum à venali, & à mendacio excusant. Idem tenent Bauhus, & Sà apud Antom. à Spir. Sanct. *tr. 1. de jur. disp.* 1. *sect.* 9. *n.* 54. quibus sequiter tantum quoad privatas scripturas: At in consultis noltram sententiam probabilem vocat, & pluribus rationibus & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

2786 IMponitur, vel expresse, ut *Tibi dico sub sigillo confessionis, sub secreto naturali, ut nemini dicas, &c.* vel implicite: *Tibi dico, ut amica pro consilio, ut dolorem leniam, &c.*

2787 Obligat sub mortali, si res sit gravis considerationis, & ejus violatio cedat in grave damnum, aut in gravem displicentiam ejus qui secretum commisit; quia tunc violatio secreti valde nocet secretari humanæ, & est gravium discordiarum causa. Quod est verum, etiam si uni, vel alteri viro prudenti dicas, si qui secretum imposuit, iis specialiter non velit secretum revelandum. Idem dic de litterarum injuriosa aperitione, nisi prudenter præsumas auctorem litteræ non invitum, aut nisi id facias ad vitandum grave damnum injustum, quod inde prudenter times.

2788 Magis peccant Secretarius, & Notarius publicus, qui tenentur ex officio, & sub juramento ad secretum. Non est peccatum revelare secretum naturale, etiam juratum ad impediendum damnum publicum, aut tertiæ personæ innocentis, seu si secretum sit de delicto patrando. Est autem mortale illud revelare, si damnum sit jam secutum, & non pendeat in futurum: *vide num.* 126. 1704. *à* 1733. *ad* 1736 1633. 1696. *&* 1697. *& tom.* 2. *à numer.* 55. *pag.* 505.

Scotus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *Int.* F. Mastr. *in theol. mor. disp.* 11. *q.* 9. Joann. la Cruz S. *præc.* Busemb. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 4. 6. *&* 7. *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 6.

PARS

PARS TERTIA.

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO.

Audire Missam diebus Dominicis, & festis de Præcepto.

2789 FIdeles, postquam ad usum rationis pervenerint, qui regulariter post septennium expletum præsumitur, tenentur sub mortali audire Sacrum diebus Dominicis, & festis de præcepto.

2790 Ad satisfaciendum huic præcepto quatuor requiruntur. 1. *Præsentia moralis*. Hinc nec est necesse, quod actu audiat Sacerdotem aut videat: nam multus, surdus, aut ob multitudinem populi distans, ut actu nec audiat, nec videat, satisfacit, si sacrificio sit præsens: adeoque *per audientiam Missæ*, intelligitur actio, qua quis sacrificio est præsens, eique assistit modo humano, corpore videlicet, & mente, & in tali distantia, ut possit Sacerdotem videre, ejusque Ministerium, & actionis attendere. Unde non satisfacit, qui è fenestra suæ domus extra Ecclesiam sitæ Missam, quæ intra Ecclesiam celebratur, audivit; quia non est moraliter præsens. Affirmat tamen Tambur. *lib.* 4. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 14. & Ciercatus *cap.* 109 *num.* 7. Similiter, nec qui extra januam Ecclesiæ positus, eam audivit; nisi id contingeret ob multitudinem nimiam populi, quam Ecclesia capere non valet, quia tunc censetur moraliter præsens ratione conjunctionis cum multitudine, cum qua constituit unum corpus morale fidelium, Sacro præsens, & assistens.

2791. 2. *Intentio*. Requiritur, inquam, intentio audiendi Missam saltem virtualis, aut interpretativa, quam *v. in tom* 3. *in Exam. ordinand. à n.* 206. unde qui in Ecclesia est præsens Sacro non animo audiendi Sacrum, sed expectandi amicum, non satisfacit; quia actio illa auditionis, est pure casualis, externa, & non humana; Ecclesia autem præcipit actum humanum, ac proinde voluntarium, seu actum mixtum ex externa auditione, & interna volitione: *v. n.* 184.

2792 E contra, si audis, habens intentionem audiendi, non tamen satisfaciendi per illud Sacrum præcepto, sed ob devotionem; si pollea aliud Sacrum non audias, satisfecisti præcepto; quia præceptum vult auditionem humanam; animus autem non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione Sacri, non facit, quin auditio illa fuerit humana. Tum quia aliud est loqui de animo non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione Sacri, aliud de animo absoluto non satisfaciendi præcepto; quia hic, utpote exclusivus actionis præceptæ, est mortalis: *v. n.* 145.

2793 Item, qui audit Missam ob devotionem, ignorans esse diem festum: si postea advertat, non tenetur ad aliud Sacrum; quia jam satisfecit, tam ob allatam rationem, quam ob virtualem intentionem satisfaciendi.

2794 3. *Attentio*. Requiritur sub mortali, Dian. Card. de Lugo, Tamb. & alii volunt, sufficere solam attentionem externam, quatenus dum quis assistit Missæ, non occupetur in aliqua actione externa moraliter incompossibili cum auditione, v. gr. pingendo, scribendo, confabulando, &c. adeoque non obstare solam internam distractionem mentis etiam voluntariam, quia Ecclesia præcipit auditionem externam, & orationis subtantia non dependet ab attentione actuali interna.

2795 Dico tamen, sub mortali requiri attentionem internam, Mattrius cum Cajetan. & Bonacin. quia Ecclesia præcipiendo auditionem Sacri, præcipit actionem humanam Religiosam, qualis non est, nec auditio Sacri, nec oratio sine ulla prorsus attentione interna, sed cum omnimoda voluntaria distractione interna. Omnino *v. dicta à numer.* 286. *&* 434.

2796 Attentio vero interna est triplex: 1. Qua attenditur ad actiones Sacerdotis. 2. Qua attenditur ad significationem verborum. 3. Qua inde mens ad Deum elevatur, contemplando videlicet mysteria, quæ per actiones, aut Sacerdotis verba exprimuntur. Secunda attentio est melior, tertia est optima, sed sola prima est necessaria. Quia præceptum, de auditione Missæ, non est de oratione, sed de assistentia Sacrificio. Requiritur igitur, ut saltem virtualiter, & in confuso attendas ad actiones Sacerdotis. Unde est mortalis voluntaria distractio notabilis; secus si sit involuntaria, ut sæpe contingere solet, aut voluntaria, sed brevis; *v. n.* 441.

2797 4. *Integritas*: unde mortale est partem notabilem omittere. Parvam partem putant

tam communiter Doctores, omittere à principio Missæ usque ad Epistolam exclusive, & à communione exclusive usque ad finem: alii usque ad Evangelium exclusive.

2798 Non satisfacit præcepto, sed mortaliter peccat, qui duas, aut quatuor Sacri partes simul à diversis celebrantibus audit; imo proprio affirmativa est dam. ab Inoce. XI. vide *in pag.* 8. *prop.* 52. quia præceptum est de audiencia una integra Missa, quæ declaratio satis confirmatur ex pia damnatione Pontificis ex Cathedra loquentis, qui enim plures partes Sacri simul à diversis celebrantibus audit, non dicitur audire unam integram Missam; sed plures partes plurium Missarum, nulla integra.

2799 Eadem ratione non satisfacit, qui duas partes successive à diversis celebrantibus audit, v. gr. à consecratione usque ad finem ab uno, & postea ab initio usque ad consecrationem ab alio, unde opinio affirmativa in casu auditionis plurium partium à diversis successive, mihi videtur virtualiter in damnatione recensitæ propositionis 53. comprehendi; quia eadem est ratio.

2800 Unita auditione Sacri non satisfacit quis duplici præcepto pro die præsenti, & crastino, quia Ecclesia singulis diebus nationes distinctas præcipit; undeficut præceptum jejunii, singulis diebus distincti jejunia intendit, & præceptum tacitando Officium distinctas recitationes; ita præceptum de audiendo Sacro distinctas auditiones: & sicut proposito asserens, *quod unico Officio quis satisfaciat duplici præcepto pro die præsenti, & crastino*, est damn. ab Alex. VII. *in tm pag.* 3. *prop.* 35. ita est virtualiter damnata propositio asserens de auditione Sacri, aut jejunio.

2801 Audiens autem Missam Summi Pontificis ante mediam noctem Natalis, satisfaciunt præcepto; quia ex fictione juris, seu ex dispositione Summi Pontificis, conficitur permitte ad diem sequentem: *sic dies vespertina hesterna moraliter reputatur à vero babente in ordine ad recitandum Matutinum hujus diei, non sic in ordine ad laborandum die festo.* Ita Tamburin. *tom.* . *fag.* 439.

2802 Dum quis audit Missam, recitare potest medium orationes ex devotione, puta Rosarium, Officium Virginis, &c. ut vult Communis, sed etiam de præcepto, nempe Officium Divinum, vel ratione voti, aut pœnitentiæ, Clericatus c. 109. *n.* 8. Diana 2. *tr.* 12. *resp.* 2. & *p.* 13. *resp.* 61. quia hæ orationes non impediunt præsentiam, & attentionem sufficientem ad utrumque: imo per utrumque audiens est magis cum Deo, quia oratio magis reddit mentem attentam ad Deum; & impedit involuntarias divagationes ad impertinentia contingere solitas. Et parum interest, quod oratio sit præcepta, vel non præcepta, ad hoc ut attentionem sufficientem impediat, vel non impediat.

2803 Durante tamen Sacro non potest quis confiteri, Azor. contra Bonac. quia confessio non est oratio, sed accusatio, & actus judicii omnino disparatus, & attentionem ad Sacrum impediens. Affirmat Clericatus *cap.* 1. si certo se expediat, puta usque ad Evangelium.

2804 Qui mane discedit è loco, ubi festum colitur, accessurus ad locum, ubi non colitur, non tenetur prævenire, per Bonac. & alios: quia præceptum non est affixum determinatæ horæ, sed extenditur ab aurora usque ad meridiem. Dico tamen, quod teneatur prævenire, si sine gravi incommodo potest, quia prævidens impedimentum proximum futurum ad implendum præcepti, tenetur eam prævenire, si sine gravi incommodo potest; a quoquin censetur velle malitiose transgressionem: *vid. hic numer.* 2900. & 2903. *tom.* 2. *pag.* 604. *numer.* 636. & *tom.* 3. *pag.* 642. & *seq. n.* 185.

2805 *Excusat ab auditione sacri die festo rationabilis causa*; quia præcepta positiva Ecclesiastica, utpote ex benigna matre, non obligant cum tanta rigore.

2806 Excusat 1. *Impotentia physica*: hinc excusatur infirmus, aut detentus in carcere: *v. n.* 456. & 457.

2807 2. *Impotentia moralis, seu gravis difficultas*: hinc excusatur. Qui prudenter grave damnum sibi, aut alius timet, si exeat. Qui gravem dissolutam habet, ob notabilem detrimentum ab Ecclesia, & pluviam. Gravida, si graviditas sit periculosa. Mater, si non habet cui relinquere infantulum, nec possit secum ducere, quia alias talus domi posset periculum. Persona, quæ habet infirmos domi, qui pollent tali periculum, & non habent cui relinquere. Qui debet gravia negotia expedire, quæ commode differre non potest. Qui inter agens, Sacrum audire non potest, nisi amittat locios, sine quibus prudenter timet latronum periculum, aut aliud malum. Mulier honesta, quæ caret habitu honesto, quia non obligatur accedere cum gravi sua confusione; curare tamen debet, ut accedat valde mane, quando populi concursus esse non solet; si id sine gravi incommodo, aut confusione facere potest.

2808 3. *Officium*. Hinc excusantur milites, qui castrum, aut portas Civitatis custodiunt, si sine periculo suo muneri deesse non possunt. Pastores ovium, & armentorum, & similes, si ex absentia periculum timent, quod quidem regulariter contingit; qui tamen, si sint plures, curare debent, ut relicti sumo, aut pluribus, quot sufficiunt ad custodiam, accedant alii ad Sacrum: & sic faciant ad invicem, vel diversis horis ejusdem diei, vel diversis festis, juxta loci propriquitatem, aut distantiam.

2809 4. *Consuetudo*. Hinc excusantur mulieres, si ex consuetudine patriæ egredi non soleant tempore puerperii, aut post partum, per dies purificationis, dummodo non exeant ob alias causas. Consuetudo mulierum (ubi est) in eundi primo anno viduitatis loint, ita ut neque diebus festis exeant ad audiendam Missam, est ab Episcopis, uti irrationabilis & exorbitans, extirpanda.

2810 5. *Censura*. Hinc, qui est ligatus excommunicatione majori, aut interdicto, nec tenetur, nec potest sine mortali Missam audire.

Tempore autem interdicti, habens Bullam peccat mortaliter, si die festo omittat Sacrum, quia tenetur implere præceptum, quando potest: sed tunc potest, nam per Bullam potest audire Sacrum tempore interdicti; igitur.

2811 6. *Inadvertentia*, quia inadvertentia, aut oblivio æquivalet ignorantiæ invincibili, adeoque excusat à culpa: *v. n.* 260.

2812 Quæres. *In villa, ubi est unicus Sacerdos, die festo Parvus accedens ad Ecclesiam, reperit Sacerdotem parvenisse ad præfationem, an teneatur audire reliquum Missæ?* Negant Ledesma, & Joan. Sanchez; quia per reliquam partem hujus Missæ non potest implere præceptum, quod est de integra.

Resp. teneri Maya, & Arsdekin; quia pars ista Præfationis ad finem est principalis, nam in eo continetur essentia sacrificii, nempe *Consecratio, Oblatio, & Consumptio*. Prior vero pars est pure integralis, & accessoria, principale autem non sequitur accessorium, sed è contra; adeoque Petrus tenetur ad illam audiendam.

Scotus *in d. 9. q. un. lit.* C. Mastrius *disp.* 11. *qu.* 2. *art.* 1. Joan. la Cruz, *pag.* 49. Tamb. *to.* 1. *pag.* 124. Leander *de præc. Eccl. tom.* 2. Busemb. *lib.* 3. *tr.* 3. *c.* 1. *dub.* 3. Clericatus *cap.* 47. & 100. Mendo *ver. Missa*.

DE II. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Jejunare in Quadragesima, Vigiliis, & Quatuor Temporibus:
Et non comedere carnes diebus Veneris, & Sabbati.

JEJUNIUM

2813 Ecclesiasticum, quoad substantiam, *consistit in unica comestione per diem, cum bastimentis à carnibus.*

2814 Majoris meriti est jejunium ex præcepto, aut voto, quam sponte factum, seu ex consilio: sic de aliis præceptis; quia jejunium sponte factum, hoc est sine præcepti, aut voti onere, habet meritum solius virtutis temperantiæ; factum veto ex voto, habet meritum Religionis, quæ est melior temperantia; & factum ex præcepto, habet meritum obedientiæ, quæ ex 1. *Regum* 15. est melior victimis, ac temperantia; quia est species virtutis justitiæ, quæ Superiori præstamus, quæ debemus. Hinc in Evangelio dicitur: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Et Regius Psaltes Vota confitet, dicens: *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera*. Et necessitas illa ex voto, & præcepto, non est necessitas coactionis, sed obligationis in Dei cultum, quæ plenam libertatem executionis minime tollit.

DE TEMPORE.

2815 Hoc præceptum obligat sub mortali ad jejunandum diebus ab Ecclesia præscriptis: *v. pag.* 2. *prop.* 23. ab Alex. VII. *damn.* nempe diebus Quadragesimæ, quatuor Temporum, & Vigiliarum.

Horam comestionis, quæ est circa meridiem, notabiliter sine causa prævenire, non est mortale, sed veniale; imo nullum, si ex causa, quia tempus comestionis non est de substantia jejunii. Idem dic, si collatio facienda sero, hat mane, & comestio sero.

2816 Comans die Jovis, si dubites, an sit hora mediæ noctis, potes comedere carnes; quia est in possessione libertas edendi. Sed dubitas die Sabbati, teneris abstinere; quia est in possessione præceptum abstinendi, utpote prius dubio.

QUÆRESI.

2817 *An liceat præsegnanum horologium pro jejunio Ecclesiastico, & aliud pro jejunio naturali ad communionem?*

Ne-

NEgat de Lugo; *quia ex ipso, quod quis unum horologium habere accipit videtur renunciare omnibus aliis*. Affirmat Diana *part. 10. tr. 15. resp. 29.* cum de Castillo, qui ait: *In hoc casu minus quidem sententiam variat probabilem; sed non ex primaria intentione variationis; quia sic esset alimentum cuilibet. cum agatur de duobus præceptis: sed ex accidenti, quatenus*

QUÆSTIO II.

2818 *An liceat die Dominico jejunare?*

QUinam est error, licitum esse ostenditur *ex c. Utinam dist. 28. Utinam omni tempore jejunare possemus, quod in abitum Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & eum ea credentes fecisse legimus*.

2819 Attamen circa hoc, quod est esse licitum, errores, & superstitiones immiscere hæretici. Nam *Manichæi*, in contemptum Resurrectionis Domini, dixerunt, jejunium die Dominico necessarium esse. *Arius, & Eunomius*, è contra apud Alphonsum de Castro *non jejunium*, volebant, jejunia non esse aliqua, & statuta tempore instituenda, sed quemlibet ponte jejunare debere, & quando voluerit.

2820 Ob quas hæreses, superstitiones, & alios errores, in Can. 65. Apostolorum definitur: *Si quis Dominicum diem, aut Sabbatum, una sola dempta, jejunare deprehendatur, deponatur: si autem, à communione ejiciatur. Et in c. Quadragesima, de consecratione dist. 3.* Ecclesia: Quadragesima dies Dominicos excipit. *Et in cap. ex parte, de observ. jejuniorum*, si jejunium alicujus vigiliæ in diem Dominicam incidat, arcipiari præcipit præcedenti Sabbato, ne videamur judaizare, & ne dentur manes errantibus, ac utamur cum lætitia Deum, atque Sanctos dibus solemnibus recolamus.

2821 Hic de casibus Lib. VIII. 24. Octob. 1638. declaravit, quod quando vigilia S. Joan. Bapt. incidit in Festo Corporis Christi anticipandum sit jejunium feria quarta: Et *quia aret festus hujusmodi, quæ tanti Sacramenti institutio summa totius populi Christiani lætitia recolitur, & principalibus anni festivitatibus exiliat*.

2822 Idem debet disponere Episcopus, si in festo solemni alicujus patroni principalis vigilia occurrat, Sanchez *in consiliis lib. 4. d. 5. num. 7.* Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 6. d. 2. sect. 5. num. 130.* Fagnanus *l. 3. Decretal.* S. C. Concilii *de observ. jejuniorum n. 31.*

Hac ratione Panormi jejunium vigiliæ D. Jacobi, quod contingit in festo Natalis S. Christinæ, transfertur in diem præcedentem.

2823 At non potest vigilia sic transferri ab Episcopo, si contingat aliqua die bacchanalium; quia tunc non habetur causa sufficiens transferendi, sed potius jejunium ab Ecclesia tunc præscriptum anonendi ad magis cohibendam petulantiam carnis. Et Ecclesia vigilias transferre non consuevit, nisi ob causas relatas, quæ locum non habent die bacchanalium, Leander *de jejunio tr 5. disp. 10. q. 42.*

His accedit Decr. S. Rituum Congreg. 23. Jan. 1694. jejunandum esse eadem die vigiliæ S. Matthiæ, non obstante, quod contingat ultima die bacchanalium.

2824 Insuper non esse jejunandum Dominicis diebus, decernitur *in cap. Ne quis jejunet, de consecr. dist. 3.*

2825 Denique S. Congreg. Univ. Inquis. Rom. anno 1686. præcipit, ut nullo pacto ex devotione, etiam B. Virginis, imponatur jejunium, quod indifferenter amplectatur dies Dominicos, & festivos solemnes, petu faciendum una die hebdomadæ totius anni, utpote quod sit contra usum, & gravem Ecclesiæ; non impedit autem, si jejunium commutetur eo die festivo in aliam mortificationem, aut ad alium diem transferatur. Dicta dispositio S. Congr. asservatur in Archivio nostræ Provinciæ.

2826 Idem est dicendum de voto jejunii, adeoque votum jejunandi ordinarie diebus Dominicis, aut cum aliquo singularitatis studio, v. g. ex septem diebus hebdomadæ jejunandi die Dominica, est nullum, utpote de materia illicita; ita ut neque sit transferendum; quia tale jejunium est cultus superstitiosus, falsus, & superstitiosus, ait Cajet. 2. 2. qu. 89. *art. 1. vers. in sequenti vero*. Unde est suspectus de hæresi.

2827 Hinc qui vovit jejunare per annum ea die hebdomadæ, qua sit festum Annunciationis, si expresse habuit intentionem comprehendendi dies festivos solemnes, aut dies Dominicos, quatenus festum die Dominico venit; non tenetur ad jejunium, nec anticipare, quia fuit de materia illicita: si voto non habuit hanc expressam intentionem, sed intentionem rectæ jejunandi, ob verum cultum, & devotionem (quod in dubio est præsumendum) tunc saltem est votum, sed debet, occurrente festo solemni, aut Dominico, anticipate jejunium; quia intentio vovendi, utpote recta, præsumitur fuisse de jejunando juxta usum, & morem Ecclesiæ.

The-

2828 Thomas del Bene *p. 2. de Inquisit. dub. 1. c. sect. 4. n. 9.* Alanus *lib. 2. de rosario m. 69.* & Sinchez *in sum. lib. 2. c. 37. n. 16.* adeunt: *Quod*

[illegible] *festum diem, si fiat in aliquem diem, quia aliquibus diebus Dominicis ob concursum, aut similibus aliquem diem, festivo similem, & Quæ ratione, & diebus [illegible] [illegible] [illegible]

tione Apostolica, vel quavis alia firmitate roborata contrariis quibuscunque.

Et Pater Wadingus ad annum 1215. refert, S. P. Franciscum super hoc à fratribus interrogatum respondisse: *Non solum homines ducere posse, verum etiam , abundantes eis ministrare cum. vel deferis carnibus humeros.*

2833. Obligare docent nostræ Religionis expositores, Corduba, Miranda, Rodr. Petit & alii apud Melphi *cit.* & ex exteris Fagnanus *lib. 4. cap. Explicari 3. de observ. jejuniorum.* Et Decl. Honorii III. *cap. Explicari 3. de observ. jejun.* Qui Episcopo Pragensi super hoc puncto interroganti respondit:

Explicari per Sedem Apostolicam postulasti, &c. Respondemus, quod illi, qui nec voto, nec Regularis observantia sunt adstricti, in festa die festum Nativitatis Dominicæ die ipso venire contingeret, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt, secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere.

2834. Cui declarationi accedit consuetudo, ac praxis totius nostræ Religionis, unde non est ab hac sententia recedendum.

QUÆRES IV.

2835. *An Moniales S. Claræ teneantur sub mortali ad jejunia Regulæ, nempe Adventus, & festa festa?*

PRo Clarissis duæ sunt editiæ Regulæ. Prima fuit tradita à S. P. N. Francisco, approbata ab Innoc. IV. 16. Septemb. 1253. Const. 12. in Bullario *tom.* 1. in duodecim dilitibata Capitula, in quorum tertio imponitur jejunium perpetuum.

2836. Secunda fuit disposita ab Urb. IV. 1263. quæ incipit, *Beata Clara, ut in Const. 7. in tom.* 1. Bullarii, & diversa in 26. Capitula, in quorum undecimo fuit moderatum jejunium, & impositum à festo Nativitatis Beatæ Virginis ad festum Resurrectionis Domini, & festis festis.

2837. Denique plenus manus dedit Eugenius IV. Nonis Febr. 1466. Const. 28. apud Bullar. Cherubini, quæ est 31. apud Bullar. Rodr. & 2. apud Consectio, & incipit *Ordinis sui*, per quam ad supplicationem Sancti Joannis de Capistrano, tunc nostris Ordinis Vicarii Generalis, jejunium benignus moderavit, plura dubia præmissæ Regulæ declaravit, & obligationem peccati mortalis ad sola quinque puncta restrinxit, eam à reliquis præceptis amovendo. Et quia hæc Bulla est norma, & mensura totius Regulæ D. Claræ, à Directoribus præ oculis habenda, ad tollendos scrupulos, atque errores, ori conscientia erronea possent contingere, operæ pretium duxi eam hic apponere. Est igitur, ut sequitur:

(Eugenius, &c. Ordinis ni, &c. Præterea cum in Regula Beatæ Claræ jubeatur jejunium perpetuum, quod nimis rigoqfum teneamus; placet, & volumus, quod suprad cta & Terni, & aliorum Ordinum, sorores, commodo tenentur ad illa jejunia, ad quæ vos fratres Ordinis Minorum, Regulam Observantes; obligari estis, & eosdem modos servent in cibis Quadragesimali tempore, exceptis debilibus, & infirmis. In aliis vero jejuniis, ut sunt quatuor Tempora, vigiliæ Apostolorum, & similium, & servetur consuetudo Religionis, secundum quam licet eis etiam ova & lacticinia comedere. Cum etiam in Monasteriis sorores sive Monachæ incedant nudis pedibus discalceatæ, quod nimis rigorosum existimamus; placet, & volumus, quod sorores, sive monachæ possint deferre illa, quæ nomine calceamentorum non censentur, puta cupes lignea, & sandalia, atque etiam, cum opportunum fuerit, calceamenta. Item cum in aliquibus Monasteriis, locis, & congregationibus, injungatur silentium perpetuum, quod quidem nimis rigorosum extitit; tibi tuisque in officio successoribus, & Provinciarum vobis subjectarum Vicariis, cum Diffinitorum consilio dispensandi, tam in cibis, quam in quibuscunque aliis perpetuis, quam in silentio supradicto, concedimus facultatem. Insuper cum dilectus filius frater Joannes de Capistrano tunc in Vicariatus Officio prædecessor declaraverit, quod in Regula prima Beatæ Claræ continentur centum & triginta præcepta regularia, in quorum transgressione mortales, sive sorores professæ, peccatum mortale incurrunt: idque nimis durum, & periculosum indicemus: authoritate, & tenore præsentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præterquam octum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet, paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant.]

2838. Ubi Pontifex, quantum ad rem nostram, de jejunio duo disponit, videlicet primo obligationem temporis, secundo obligationem peccati; prius namque jejunium perpetuum in prima Regula Monialibus prescriptum reducit ad tempus, & numerum jejuniorum Fratrum, ita ut solum teneantur ad jejunia Fratrum Minorum de Observantia

alisetem facie festæ, & Adventus à die Omnium Sanctorum usque ad Natalem inclusive. Ac sunt sub mortali, sibi quæ sunt absolutæ fratres; tam postea videndendo ad obligationem, potest conferentia transgressionis dictæ Regulæ numerorum, & unum, quatenus, ita tamen quæ sub Capitulo tertio de jejuniis, habetur:

Verum præsentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præterquam octum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet, paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant. Ubi habetur expressa exceptio, & potissima adnotanda præcipuarum regularis, inter quas est jejunium Ecclesiæ sicuti Sanctæ regulares observantes.

2839. Confirmatur, quia verba posteriora Bullæ, quibus est facta declaratione peccati, referuntur ad priora, nimirum ad omnia præcepta in illa prima Regula, non expresse recensentur sub numero centum trium, adeoque referuntur ad jejunium, quod in illo numero continetur. & consequenter per priora verba, quæ Moniales tenentur ad jejunia fratrum, solum adjecit Pontifex de obligatione temporis, minime de obligatione peccati, adæquate ut præcedentia verba, per quæ omnia unum præcepta, præter quatuor supradicta, absolvuntur. Unde possunt in reliquis omnibus, quæ non concernunt principalia vota, dispensari, & non incurrere peccatum mortale, quod non est eisdem. Per priora igitur verba Pontifex constituit quoad tempus obligationis jejunii, quod tempus de præcepto, & per posteriora verba declaravit quoad peccatum. Hinc per priora verba expresse remissa (ut constat) per posteriora obligationis peccati.

Videatur Bull. 1263. & 1466. Debent post festa præcepta solemnia Regulæ Claræ, ut in Regula Sancti Francisci, ac Sancti Tertii, ac aliorum Ordinum D. Francisci, quæ omnia sunt de hoc genere Apostolicæ facultatis, ut ipsa loquitur, quæ ratione declarationis super observantia præceptorum Regulæ, maxime jejuniorum, temporis, non tenet, ut supra est dictum.

DE INTERRUPTIONE.

2840. SI aut infirmitatem recidivet, & liquescat, aut propter aliam causam impotens non remediandi, & patiens aliquid occurrerit cumulari, non tenetur jejunare, & non se obligare ad jejunandum quando cessat causa, quæ excusabat, sed tenetur jejunare reliqua jejunia, quæ non jejunavit.

2841. Si autem cessavit, ubi de negotium cessat occurrere cumulativum, interrumpit, cum animo eum prosequendi, nisi ita tempus requisitus ad interruptionem moralem, quæ judicium fratrum; unde non tenetur jejunare, interruptus per somnum.

2842. Si vero per quietem non frangitur jejunium, si potens interruptionem habere, ob plures occasiones naturales, quæ ad unum pullum reducuntur difficiliter.

DE QUANTITATE.

2843. A Peccato mortali excusatur parvitas materiæ. Quod certum, parva quantitas ad illa, quæ congrue & moraliter gubare debet, ut dilucidat, an ita bene æquata: quando alius dubius, dum unum. At si qui septus cibus eandem diei quid medium comedit, ac certat in fine mandatum quantitatem: se consolidet, frangit jejunium: quia plura illa modica libra eadem diei continentur moraliter, minimo, & unica diei, &c. ut *num. 2. & 3. pag. 3. pap. 29. de Alex. VII. decret.*

2844. A venali excusatur, qui ob infirmitatem, aut propter aliud, quod medicum fatuit.

2845. Qui usum aceti ratione medicinæ aliquod fuerit, jejunium non frangit, quia est usus medicinalis, sed medicina.

2846. Qui parum de die quod notabile comedit, peccat solum mortaliter in secunda consideratione, & non in præcedentibus; qui vero parum sumit, peccat toties quotiens comedit; quia præceptum de jejunio est præceptum negativum, continens infinita sub præcepto particularia, unum affirmativum de unica comestione, quod non debet fieri, nec licitum, & tot sunt præcepta quot sunt comestiones eorum, quæ de quæ fiunt, & pro tempore. Per incidentia, dicunt, quod licitum quia de impotente ad jejunium præceptum de unica comestione, & in hac quoad quantitatem, quæ non potest quia non debet grande præceptum, quod levare non potest. Post quantitatem, quando jejunium carnis, adhuc est quæ potest ad levandum præceptum de non comedendo carnes: & non comedendum carnes comedo, potest peccat.

2847. Qui quantitatem cibi, vel potus, quæ ad jejunium frangendum necessaria, jejunium frangit, quamvis sumendo, sumendo & sic frangit le sufficientem alimoniæ. Sapiente Deo definitum carnes in fabulosum potus, *Diana part. 3. resol. 3. refol. 11.*

DE QUALITATE.

2848. EXtra dies jejunii prohibetur fidelibus ova, & lacticinia comedere partes diebus Veneris, & Sabbati, nisi eo die contingat festum Natalis Domini. Nomine carnis etiam venit jus carnis, non prohibentur animalia, & lacticinia.

dicinæ; nec consuetudo, quæ in hoc adest, obligat sub mortali; quia est introducta ex devotione, non animo obligandi; ita nunquetenet communis Doctorum mens; unde monendi sunt simplices, ne peccent ex conscientia erronea: *v. n.* 486.

2849 Tempore Quadragesimæ prohibentur non solum carnes, sed etiam ova, & lacticinia, ex consuetudine obligante ad mortale, sic acceptata ex communi Doctorum sensu, & determinatione Ecclesiæ: *v. in pag.* 3. *prop.* 32. ab Alex. VII. *damn. & n.* 2857.

2850 Imo tempore Quadragesimæ prohibentur ova, & lacticinia, non solum diebus jejunii, sed etiam diebus Dominicis, *ex cap. denique* 5. *& ult. dist.* 4. *v. n.* 2857.

Pars autem est, ut quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ fœmentinam coitus trahunt originem, jejunemus, à lacte videlicet, caseo, & ovis. Par est ratio; quia abstinentia à carnibus, & lacticiniis, est præceptum negativum. Item in sexta Synodo Constantinopolitana generali celebrata anno 681 ubi Can. 56. sic dicitur. *Accepimus, in Armenia regione, & in aliis locis, in Sabbatis, & Dominicis sanctæ Quadragesimæ quosdam ova & caseum comedere. Visum est ergo, ut omnis Dei Ecclesia, quæ est in universo terrarum Orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficiat: & abstineat, sicut ab omni macellario, sic & ab ovis, & caseo quæ quidem sunt fructus, & fœtus eorum, à quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sunt Clerici, deponantur: si laici, segregentur.*

2851 In aliis autem jejuniis extra Quadragesimam, nempe quatuor Temporum, & vigiliarum, non sunt prohibita ova, & lacticinia; idem die de jejunio ex voto, pœnitentia, aut Jubilæo. Doctores citandi; *n.* 2859.

2852 Potus etiam vini non frangit jejunium, quia non est cometio. Hinc multum non frangit jejunium, bene vero fuscum, quod quis ore sumit ex ova, quia illud sumitur per modum potus, illud per modum cibi, & commestionis. Idem de de succo malorum punicorum, de peponibus, & hujusmodi.

QUÆRES.

§. 2853 *An Fratres Minores in jejuniis ita præcepto extra Quadragesimam, Adventus, Feriæ sextæ, teneantur sub mortali abstinere ovis, & lacte nec?*

Affirmat Melphi *in Com. cap.* 2. *tract.* 13. *q.* 1. & 2. in locis, ubi est consuetudo abstinendi, ut in Italia; secus in aliis Regionibus, ubi non est consuetudo abstinendi. Ita Quatuor Magistri, & Moderni expositores Regulæ, Corduba, Politus, Longus, quos refert, & sequitur Melphi *citat. quæst.* 2.

2853 Tota ratio est consuetudo.

3 Firmari tamen potest statuto Ordinis Salmant. Valuf. & Romano *cap.* 3. §. 6. *num.* 1. *Tempore quo fravibus ex præcepto Ecclesiæ, vel Regulæ nostræ indicatur jejunandum est, non solum ab esu carnium, sed etiam ab ovis, caseo, & lacticiniis aliis abstinendum est.* Quod statutum videtur obligare ad mortale, quia est declaratorium Regulæ, ex facultate Eugenii IV. concessa Capitulo Generali declarandi Regulam; quam facultatem refert Cor. *cap.* 3. *qu.* 2. §. Quartum punctum.

2856 Si autem, quid ego sentiam, cupis, judicium ferre nolo; intellectum tamen meum, discutiendi gratia, tibi aperiam.

Et quidem nulla mihi videtur obligatio mortalis. Ostendo: Talis obligatio abstinendi ab ovis, & lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam, ut sunt jejunia Adventus, & feriæ sextæ, vel oritur ex natura jejunii Ecclesiastici, vel ex præcepto Regulæ, vel ex consuetudine; nullum ex his dici potest.

2857 Non primum; quia si abstinentia à lacticiniis esset de natura jejunii Ecclesiastici, non liceret jejunium Ecclesiasticum cum lacticiniis; certum autem est, quod fiat, quia comedens lacticinia contra jejunat. Ita Com. Unde jejunium Eccles. non includere ex sui natura abstinentiam ab ovis, & lacticiniis, docent ex nostris Vasl. *part.* 1. *tract.* 23. *disp.* 2. *n.* & Port. *ver.* jejunium *in addit. nu.* 7. cum Sanc. Leander Marcia *qu.* 9. *super cap.* 3. Regulæ D. Francisci, & Melphi *cit. vers. circa quorum.* Ex Summistis ero, & Canonistis, tenet communior, nempe D. Thomas, Bonac. Felliuc. Diana, Tamb. innumeri alii apud Leandrum *de jejunio tr.* 5. *disp.* 3. *q.* 4. & 5.

Imo Port. *n.* 8. addit, jejunium Quadragesimale non includere in se abstinentiam à lacticiniis, sed eam esse distinctum quasi præceptum, ex *cap. denique* 6. *dist.* 4. Hinc qui in Quadragesima frangit jejunium, & lacticinia comedit, duo distincta peccata committit; & cessante ex aliqua causa præcepto jejunii, non cessat exinde præceptum abstinendi à lacticiniis: *v. num.* 2871. & 1850.

2858 Non secundum; quia præceptum Regulæ *cap.* 3. non exprimit abstinentiam à lacticiniis, sed purum jejunium; *jejunent à festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini, & alias autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria*, jejunare. Adroque cum limus in odiosis, & lacticinia sint (ex probatis) compossibilia cum jejunio, ac in præcepto non exprimantur, sub eo non comprehenduntur.

Hinc

2859 Hinc jejunia ex voto, Jubilæo, & Pœnitentia, non obligare ad abstinentiam à lacticiniis, nisi exprimatur, docent Tamb. *de jejun. b.* 4. *c.* 5. §. 1. *n.* 25. Diana, Azorius, & alii communiter. Jejunium aut Regulæ extra Quadragesimam, vel est votum, vel purum præceptum (ut probabilius tenent) non plus obligans, quam votum.

2860 Insuper statutum, *n.* 2855. *cit.* expresse prohibet usum lacticiniorum in communitate, ut liquet ex verbis, quæ immediate sub hit: *Superiores vero locorum, qui aliter in communitate fieri fecerint, aut permiserint suffragiorum jure, arbitrio Provincialis, privantur.*

2861 Idque non sub culpa mortali, sed sub pœna statutaria. Quia statuta Ordinis, & consuetudines Religionis, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub mortali, constat ex Bulla Sixti IV. *n.* 2831. relata, quam sequitur, ac docet communis expositorum, cum Melphi *in com. c.* 2. *stat.* 72. *q.* 1.

2862 Falsum autem est, Eugenium IV. concessisse Capitulo Generali facultatem declarandi Regulam. Primo, quia Eugenius IV. per vivæ vocis oraculum, quod refert Rodr. in Bullario *pag. mihi* 817. *num.* 1. declaravit, nullum statutum nec antiquum, nec novum obligare fratres sub culpa mortali, aut censura; quomodo igitur potuit sine contradictione dare facultatem Capitulo Generali condendi statutum obligans ad mortale?

2863 Secundo, quia facultas declarandi Regulam solum residet apud sedem Apostolicam; minime apud Capitulum Generale. Et expositiones Doctorum solum faciunt opinionem probabilem, Longus *contr.* 1. *sect.* 4.

2864 Tertio, quia id elle falsum aperte liquet legenti constitutionem ipsam, quam referunt Corduba, *c.* 3. *q.* 2. §. *quartum punctum*, Sotho *in comp. jejuniorum*; & Melphi, *c.* 3. *stat.* 14. *qu.* 2. cujus verba sunt: Eugenius IV. *concessit Capitulo Generali facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & Provinciis fratres debeant jejunia Regulæ in cibis Quadragesimalibus observare, & in quibus debeant Patrum consuetudinem imitari, vel aliter se habere*: Ubi (ut vides) non dedit facultatem declarandi Regulam, sed declarandi Provincias, in quibus debeant uti cibis Quadragesimalibus, ac servare consuetudinem, & in quibus non eo modo, quo declaravit cum Monialibus, nullam exprimendo culpam, ut patet *in n.* 2828.

2865 Quarto, ex Melphi *in com. c.* 3 *tr.* 13. *q.* 2. qui commentando præfatum Statutum de *num.* 2855. adducit facultatem, & verba Eug. IV. *num.* 2864. quibus immed. ate addit: *Circa quorum verborum sensum, notandum primo sanctorum declarationem* (supple tu Eugenii IV.) *in jure communi, quo non præcipitur abstinere ab esu ovorum, & lacticiniorum extra Quadragesimam: idco præsata consuetudine cessat omnis obligatio.* Ex quo infertur, nec statutum esse declaratorium Regulæ, nec Eugenium concessisse facultatem Capitulo Generali condendi statutum obligans ad culpam mortalem: alias non bene concluderet Melphi, nullum esse jus obligans: quia esset jus Regulæ, & Statuti Ordinis.

2866 Cæterum hoc gratis dato, omne tollit dubium Bulla Sixti IV. *n.* 2831. relata, quæ decernit, statuta, consuetudines, vel declarationes Ordinis præter Regulam, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali, aut censura: ibique derogat omnes constitutiones etiam Apostolicas in contrarium. Unde facultas Eugenii, gratis data, quod esset data Capitulo ad declarandam Regulam, nullius esset roboris, quia cum fuerit prior Sixto IV. per annos quadraginta, fuit expresse derogata per Bullæ Sixti, quam amplectitur tota Religio cum suis, quam amplectuntur tota Religio cum suis, & expositoribus, Melphi *cit.* Miranda, Port. & aliis apud ipsum, ac demum Corduba, *in introductione quæst. 6. §. sed & notandum: vide num.* 151.

2867 Cum igitur constet, Franciscanos non teneri sub mortali ex jure communi Ecclesiæ, aut Regulæ, ad abstinentiam ab ovis, & lacticiniis, in jejuniis extra Quadragesimam, videndum manet, an teneantur ex consuetudine.

2868 Et non tenetur ex consuetudine, probatur; quia consuetudo, ut obliget sub mortali, debet esse introducta animo se obligandi ad mortale: *ut ex n.* 240. ita ut si de hujusmodi animo non constet, standum sit pro libertate: *ex num.* 43. Tamb. *de jejunio cap.* 5. §. 1. *n.* 22. & *com.* Id autem non constat de consuetudine, de qua est sermo.

2869 Non dicas, non posse aliud assignari motivum hujus introductæ consuetudinis, nisi animus se obligandi, motivum nunquc fuit fervor devotionis.

Probatur. 1. Quia in Franciscanis ligatis viginti quinque præceptis obligantibus ad mortale, nulla consuetudo potest rationabiliter præsumi introducta animo se obligandi ad mortale.

2870 Hinc ipse Melphi *in Com. c.* 2. *stat.* 71. *q.* 1. plures refert consuetudines in nostro Ordine, quas (ait) non debere præsumi esse introductas animo se obligandi ad mortale: & inter alia dorat cum Mirand. *in Reg. c.* 56. *diff.* 2. & Corduba, non peccare mortaliter Fratrem

Minorem dormiendo sine habitu, non obstante consuetudine in contrarium, & Statuto cap. 2. §. 9. n. 13. Nicolao III. & Julio II. confirmato: *Qui sine habitu, capuccio, cherda, & sine moralibus, nisi causa infirmitatis, sine licentia Superioris, dormierit, coram fratribus capitularibus congregatis genuflectens, sine capuccio, in pane, & aqua jejunet.*

Quod docet iis verbis: *Facit quidem mihi maximam vim ista pertinax, & solemnis consuetudo, quam formam veliam semper Minorita Reliqui conservarunt. Quia tamen nolo aliquem cum istis laqueis involvere, à quibus illos possum, & debeo extricare. Dico, hanc consuetudinem non obligare ad precatum.*

Unde concludit, quod illam consuetudinem & relaxatam statutum importare debitum honestatis, minime necessitatis, videlicet peccati mortalis. Quam doctrinam firmat authoritate Bullæ Sixti IV. sæpe, & in n. 2831. relata, quæ statuit, statuta, & consuetudines nostri Ordinis, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali aut censura.

(Nec valet dicere) subdit idem (quod putent se peccare mortaliter aliter operantes, hic tamen ex ignorantia procedit, vel conscientia scrupulosa) v. n. 486.

Quæ omnia mutant pariter in re nostra de consuetudine abstinendi à lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam.

2871 Secundo, quia in jejuniis quatuor temporum, & Vigiliarum, quæ à præcepto Ecclesiæ præteriuntur, adest consuetudo abstinendi à lacticiniis, & tamen non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis. Ita Pasqualigus, Navarr. Sanch. Tambur. & innumeri alii apud Leandrum à *SanctIssimo Sacram. de jejunio tr. 4. disp. 3.* & jejunia Regulæ non magis obligent, quam præcepta, & jejunia Ecclesiæ, ut docet Corduba cum cæteris expositoribus, quos sequitur Longus *n. 3. contr. 9. sect. 4. n. 3.* ideo sequitur, quod sint consuetudo in jejuniis Vigiliarum, & quatuor temporum, non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis; idem dica debet de consuetudine jejuniorum nolitæ Regulæ extra Quadragesimam.

2872 Tertio, quia etiam in Dominicis Adventus est consuetudo in nostra Religione abstinendi à lacticiniis, non minus quam diebus [illegible] animo se obligandi, ideo ex fervore devotionis fiunt, &c.

2873 Quarto, demum constat ex verbis ipsius Bullæ Sixti IV. ubi Pontifex refert petitionem, in qua per fratres fuit expetitum, quod plures erant declarationes, constitutiones, & consuetudines præter Regulam, fervore devotionis factæ, &c.

Hinc Doctores *num.* 2871. citati, & ex nostris, Villalobos, & Leander de Murcia q. 8. *super c. 3 Regulæ S. Francisci*, docent, universaliter in jejuniis extra Quadragesimam, cujusmodi sunt jejunia Adventus, & Feriæ sextæ, consuetudinem abstinendi à lacticiniis non esse introductam animo se obligandi, sed ex fervore devotionis.

2874 Et noster Portellius *verb. jejunium in addit. num. 7.* concludit; *Est probabilior opinio, æque de jure, neque de consuetudine interdici in die jejunii lacticinia extra Quadragesimam.*

2875 Quod si petas: Quomodo stante clara declaratione Sixti IV. contra consuetudinem expositores moderni *n. 2853.* citati dicant, quod in abstinentia à lacticiniis in tota Quadragesimam standum sit sub mortali consuetudini Regionum?

Huic petitioni nolo ego respondere, sed solum referre responsionem, quam dat Corduba in introductione Regulæ, *q. 6. pag. mihi 22. & 34. vers. sed & intendum, quod Sixtus IV. in privil. circumfecta.* Ubi postquam refert allatam declarationem, & dispositionem Sixti IV. & aliis Nicolai III. Clem. V. & Ioan. XXII. hæc habet.

Patet etiam ex dictis, quod de doctoribus aliquibus, seu expositoribus regulæ, aut de eorum dictis, non est curandum, quomodo contra aliqua contenta in prædictis tribus declaration. Nicolai III. & Clem. V. & Joan. XXII. *Quorundam exigit*, aliqui loquuntur: quia aliqui eorum, utpote Bonaventura, Hugo, & quatuor magistri, & alii, fuerunt ante prædictas declarationes. Ideo non mirandum, si aliter aliquando loquantur, antequam esset per Ecclesiam aliter dispositum, aut declaratum.

Alii autem Doctores fuerunt post prædictas declarationes, & forte ex inadvertentia sequendo priores expositores aliquando aliter secuti sunt contra prædictas declarationes. Ideo, ut dictum est, de eis non est curandum contra prædictas declarationes, quæ habent primum locum, ut patet ex dictis hic, & in quæstione præcedenti.

COCHOLATAM

2876 Ejusmodi tenent Thomas Hurtad. & quamplures Doctores apud Tamb. *to. 1. pag. 135.* Diananm, & Leandrum quia habet rationem potus; ita accedit consuetudo, & timoratorum usus sine scrupulo.

2877 Mihi tamen valde placet sententia Leand. *de præc. Eccl. tr. 5. disp. 5. qu. Dianæ q. 11. n. 6. vers. 57.* Remig. & Elcular apud ipsos: nimirum cocholatam non frangere jejunium: siquidem, quod est cibi, misceatur aquæ in minori quantitate, ita ut aqua præ[illegible]minetur, v. g. si ex unciis aquæ misceatur uncia una cremi mixto cocholatæ, & media uncia tantum: frangere vero jejunium, si vi, quod est cibi, misceatur aquæ in æquali, aut majori quantitate, ita ut præ[illegible]dominetur cibus. Ratio non defumitur ex parvitate materiæ: alias in primo casu cocholata non posset semel sumi sine venali, nec pluries eodem die sine mortali, ex *nu. 2843.* sed ex ratione potus, & cibi, eam cocholata primo modo habet rationem potus, quia præ[illegible]dominatur potus; secundo modo habet rationem cibi, & comestibilis, quia præ[illegible]dominatur cibus. Tum quia tunc valde opponitur fini præcepti, quitell macratio carnis; nam tunc cocholata est præ cæteris cibis nutritiva, & elevativa spiritum vitalium.

2878 Idem dico de aqua dulci, vulgo Serbetta.

2879 Prima autem opinio de cocholata ob auctoritatem extrinsecam gravissimarum Doctorum, & innumerorum confessariorum censetur probabilis.

2880 Pinguedo, semper lagimen, & lardum computantur inter ova, & lacticinia. Diana *p. 1. resol. 9. ref.* 21. & plures ad ipsum. Quibus accedit consuetudo Regni Siciliæ.

2881 Qui in Quadragesima comedit ova, aut lacticinia, peccat quidem, si non habeat Psallam, aut necessitatem; sed non frangit jejunium, unde tenetur ad jejunium; quia lacticinia prohibentur præcepto distincto à præcepto jejunii, ac proinde dicuntur stare cum jejunio: *v. n. 2857.*

DIFFICULTAS EST DE CARNIBUS

2882 *An felices dispensati à carnibus, si dispensatus à jejunio?*

AFirmant Diana *p. 2. resol. 9. vers.* 25. Filliuc. Tamb. & innumerabiles: quia non potest quis esse obligatus ad aliquid, ad cujus esse tam non obligatur; adeoque, cum abstinentia à carnibus sit de essentia jejunii, ut patet ex ejus definitione *n.* 282 sequitur, quod non obligatus ad abstinentiam à carnibus, qualis est dispensatus à carnibus, non sit obligatus ad jejunium quam rationem insolubilem vocant.

2883 Respondeo cum distinctione; dispensatus ad carnes ob debilitatem virium; & ad eas recuperandas, est dispensatus à jejunio, minimus, si est dispensatus ad carnes, quia cibi jejunium hoc ei nocivi, Rodrig. *in summ. cap. 24.* Angles, Bonac. & alii.

Ratio est; quia in primo casu habetur necessitas duplicis convelitionis, non licet secundo. 2 Quia ex *c. cum dilecti, de dolo, & contumacia*, dicitur, quod præceptum Ecclesiæ, licet non possit in totum servari, tit servandum in parte, quæ potest servari.

2884 Non obstat ratio in oppositum. Ex absurdo, sequitur enim ex illa, quod dispensatus ab unica comestione ob longum iter, esset dispensatus ab abstinentia à carnibus, quia non minus est de essentia jejunii unica comestio, quam abstinentia a carnibus. 2. Ex ratione, quia jejunium est unum per aggregationem, & præceptum dividuum, includens duo præcepta distincta, unum de unica comestione, alterum de abstinentia à carnibus; unde si cessat obligatio ab alio, si adit pro utroque necessitas. Vide quæsio insolubilitatem rationis oppositæ: *v. n. 454. 2846.*

DE COLLATIONE.

2885 Collatio, seu refectiuncula vespere facienda, ex consuetudine ob virium debilitatem, & ob famulum capiendum introducta, atque à Sancta Matre Ecclesia benigne permissa.

2886 Ex consuetudine, & prani timoratorum usu potest uncia octo cibi Angles, & Mattius, dicunt, quantitatem remittendam esse prudentiæ particularium, juxta diversitatem energiæ cibi. Permittunt pro collatione fructus, legumina, & alia ex facharo, ac mille confecta, Bonac. cum pluribus vult, in collatione non tam intendendam esse qualitatem, quam quantitatem. Permittunt ubus, vel aliter piscis plus parvus, & parum esse. Omnino tamen abstinendum est ab ovis: quia ova sunt valde nutritiva, & carni affinia, utpote carnis semen, adeoque collationi repugnant; unde contraria opinio est contra bonos mores, & scandalosa.

2887 In Vigilia Nativitatis Domini, & Paschatis, sumi potest collatio duplo major ratione lætitiæ, Leander *de jejun. disp. 4. qu. 15. & 18.* Tamb. *tom. 1. §. 137. n. 7.*

2888 Quantitas cibi in collatione permissa, potest permisceri cum vino.

QUÆRES,

2889 *An possis quis quantitatem permissam, nempe uncias octo panis in aqua, aut alio liquore non vetito coctam pro collatione sumere?*

NEgat Filliuc. *tom. 2. tract. 27. part. 2. c. 2. nu. 21.* quia coctio notabiliter transmutat aquam, ut ex illa, & pane fiat unus cibus solidus; adeoque aqua haud amplius retio-

nat onem potus, sed cibi, quod non facit pura missio panis rum vino sine ecstione.

Affirmant Diana p. 9 tr. 6. resol. 25. Leander de jejun. tr. 5. disp. 4. q. 25. & plures apud illos: quia aqua etiam potest confidenem cum pane semper remanet liquor, & vehiculum alimenti. Tum quia non auget substantiam cibi in ordine ad nutritionem, quod in refectiuncula attenditur; adeoque sicut possunt pro refectione simi ecstorum, ita simul possunt confidenem.

Peccat cum aliis medio via incedens, concedit, posse licite pro refectione sumi ex pane ecstis unctas duodecim, quia ille excessus pendet is, cum proveniat ex aqua, cui exigui nutrimenti. Quæ opinio magis mihi placet, quam quæ absolute affirmat; quia ut ait Tamb. to. 1. lib. 4. cap. 5. §. 2. n. 2. tota quantitas panis ecclæ cum aqua, licet non plene nutriat, plene saltat: quod etiam in refectiuncula attenditur.

CAUSÆ EXCUSANTES

2890 A jejunio sunt *Impotentia*, *Labor*, *Pœna*. Ob *impotentiam*, quia excusatur, quoties ex jejunio adest periculum notabilis damni. Hinc excusatur 1. *Juvenes*, qui 21. ætatis annum non complevêrunt, quia ratione incrementi, majori indigent alimento; quamvis eorum curam habent, curare debent, ut in Quadragesima jejunent ter, aut bis in hebdomada, idque ex consilio, ut ad jejunium instituantur; ad abstinentiam vero à carnibus obligantur omnes post annum septimum.

2891 2. Excusantur *Sexagenarii* incepto anno sexagesimo, licet appareant robusti: quia tunc in re vires declinant, quoniam *senectus ipsa est morbus*. Tenentur vero abstinere à carnibus.

2892. *Religiosi Franciscani* obligantur sub mortali ab die professionis, etiam arcte annum 21. ad jejunia Regulæ, nempe Adventus, Quadragesimæ, & Feriæ 6 minime ad jejunia vigiliarum, & quatuor temporum, quia de his Regula non loquitur. *Sexagenarii* vero ab omnibus jejuniis excusantur. Ratio est, quia pro juvenibus magis habet locum pietas, & privilegium, cui per professionem voluntarie cesserunt; pro senibus vero magis, & totalem habet locum necessitas. Idem die jejunio perpetuo ex voto; quia licet votum obligetur ecundum intentionem voventis, per accidens deobligari potest voyens ratione necessitatis, & incapacitatis subjecti. Leander de jejun. Portmeyer jejun. n. 5.

2893 3. *Pauperes*, qui non habent sufficientem cibum pro jejunia refectione; vel quia alium cibum non habent, nisi vetitum: nempe carnes aut ova; quia *benigna Mater Ecclesia non intendit ista die ad hanem, & aquam, & pauca legumina illos adstringere, aut alimentum vitalem sustinandis necessarium subtrahere*, Arsdekin ex Diana.

2894 4. *Infirmi, convalescentes, pregnantes, lactantes. ex ali qui ad necessarias vires majori indigent alimento. Qui ex stomachi vacuitate patientes capitis dolorem, aut vertiginem. Item qui nocte dormire ... vigilare nequeunt, qui tamen si possent ... commoda oboriatur facienda collationem mane, & comestionem vesperæ.* Ita Arsdekin. Sed non possunt ecmedere carnes.

2895 *Labor* excusat non omnis, sed si sit talis, ut judicio prudenti sit incompatibilis cum jejunio; alioquin non aderit necessitas, & à jejunio non excusat, nisi necessitas.

2896 Hinc excusantur Fabri Ferrarii, Cæmentarii, Lignarii, Fossores, & similes exercentes artes labor. sas. Non excusantur autem exercentes artes sedentarias, aut quæ non tantam corporis agitationem requirunter, ut jejunio resultere non valeant: hujusmodi sunt *Sartores, Sutores, Textores, Pictores*, & similes, v. in pag. 3. prop. 30. ab Alex. VII. damn.

2897 Leander de jejun. disp. 8. q. 144 155. & 56. cum aliis docet, delicatiorum ex labore voluntarie assumpto; v. g. lusu pilæ, vel etiam ob honestum finem; quia v. gr. pluries rem habuit cum mulere, cum præsitione futuræ impotentiæ ad jejunandum, redum non tener ad jejunium, sed neque peccasse in causa contra præceptum jejunii. Imo Arsdekin tom. 2. pag. 312 citatus pro se Dianam p. 1. tr. 9. resol. 42. id tenet etiam si defatigatio fuerit facta in fraudem jejunii; quia ille intendit solum se ponere in statu, qui est extra obligationem jejunii. Quod confirmat ex eo, quod ad evitandum jejunium aut auditionem Sacri, potest quis transire ad alium locum, ubi jejunium non obligat, aut festum non celebratur.

2898 Hæc autem opinio semper mihi visa est nimis laxa; quia præceptum, quod formaliter præcipit, aut prohibet a quem actum pro certo tempore, virtualiter prohibet pro eo tempore omnia opera incompossibilia cum implemento præcepti. Ac proinde

2899 Dico; quando defatigatio, v. g. lusus pilæ, est assumpta tempore remoto à die præcepti jejunii, nec teneris ad jejunium, nec peccas in causa: quando vero est assumpta tempore proximo die præcepti, non teneris ad jejunium, nec peccas non jejunando, quia es factus impotens; peccasti tamen in causa contra præceptum jejunii; quia præceptum jejunii est moraliter præsens, adeoque virtualiter obli-

obligat ad nec ponenda, sed vitanda impedimenta, à quibus commode abstinere potes; multo magis si defatigatio est assumpta eodem die præcepti: non sic in primo casu, quia præceptum non est moraliter præsens, sed temotum: v. n. 2894.

2900 Quod si nec esset verum, sequeretur, quod si quis tempore, quo præceptum auditionis Sacri est præsens, allumeret opus incompatibile, à quo commode abstinere posset, omisso Sacri non esset peccatum, nec in se, nec in causa, ob eandem rationem.

2901 *Exemptificatio asserin*: si die Venetis & secundum alios die Sabbati egrediatis ad venandum in nemore valde ab Urbe remoto, ubi opportunitas audiendi Sacrum non adest, ac inde prævideas futuram omissionem Sacri die Dominico, non eris reus omissionis Sacri, & peccati: non quidem in ipsa omissione, quia ejus festo repetitis impotens; neque in causa, quia tunc non obligabat præceptum ad non ponendum causam impeditivam: non enim erat actu, aut moraliter præsens, & sic non urgebat de proximo. Si vero egrediatis feria Sabbati, aut aliquibus horis ante mediam noctem Dominicæ, reus eris peccati omissionis Sacri in causa, quia judicio prudenti eum non confeatur moralis distantia à die Dominico, præceptum audiendi Sactum tunc censetur moraliter præsens, & consequenter de proximo urgens ad non ponendam causam omissionis futuræ de proximo, Tamb. tom. 1. lib. 4. c. 2 §. 3.

2902 Hæc dicta sunt de operibus, à quibus commode abstinere possumus: nam ut rite Cajetan. docet, *non tenemur quis ob præceptum jejunii omittere opus, ad quod incumbit obligatio saltem notabilis*.

Quantum ad *advenas*, & *viatores*, dicen ees non teneri legibus, & consuetudinibus particularium locorum, nec inde ad jejunia locorum, per quæ transeunt, non arcte ibi habitandi majori parte anni, nisi adsit fraudulum, aut nisi sint universitas, ut Diana 1. 6. ad 2da. in 2. tom. p. 526. n. 206. & supposito, quod sint veri viatores; à peccato enim in causa eos non excuso, si id faciant in fraudem præcepti, ut si od declinent, ut in simili dixi in tom. 2. pag. 527. nu 222. posset enim quis volens à jejunio se liberare die 23. Julii, quo Panormi fit jejunium vigiliæ D. Jacobi, accedere Montemregalem, & non jejunare, quia ibi non fit jejunium eo die, & ipse est adveca; sequenti vero, quo ibi jejunatur, redire Panormum, nec jejunare, quia hic ratione festi non jejunatur eo die: quis autem major dolus, & callidio præcepti?

2904 Et quamvis Diana par 1. tr. 9. resol. 9. & tr. 10. resol. 14. & plures Doctores, quos refert Tamb. tom 1. lib. 4. c. 2. n. 12. id tenant, dicentes, quod non percet qui s, si, nedum die antecedenti, sed etiam si eodem mane jejunii, aut festi, à loco jejunii, aut festi ad alium se transferat, et am ex industria, ut à jejunio, aut auditione Sacri, & ab abstinentia à festi bus se liberet; hac ducti ratione, quia obligatio jejunii extenditur ad totum diem, & obligatio auditionis usque ad meridiem, & usque ad meridiem potest differri; ac proinde intra illud tempus nolsit quis uti jure suo, & ad alium locum pergere, ubi non est obligatio, & sic ab ea se liberare.

2905 Nulla pacto volo huic opinioni adhærere, licet eum peccare affirmo cum Rodrig. in sum. tom. 2. c. 219. n. 2. Ledesm. Fmman Sà, Fernandez, & aliis apud Dian. & Tamb. cit.

Mea resolutio maxime firmatur partitate de absolutione à casibus reservatis, desumpta ex Bu la Clem. X. *Suprema*, de anno 1670. *ubi in §. 6. decernitur*.

/ Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedis Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes novetit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migasse.

Ubi indubia accessus ad alienam Diœcesim ob finem absolutionis a reservatis, dicitur fraus; ita in re nostra. Unde

2906 Ratio intrinseca est: quia licet quatuor est ex se quis posit uti jure suo, & sic v. g. non die accedere Panormo Montemregalem, altero die Montemregali redire Panormum; nemo tamen habet jus utendi actu in fraudem legis, quia jus nostrum est subordinatum legi, ex n. 42. Et ex jure, ex dictis supra n. 754. *fraus nemini patrocinatur*.

Unde, cum eo die urgeat Panormi præceptum commune de jejunio Vigiliæ Apostoli, non potest quis uti jure accedendi Montemregalem, & inde die sequenti, quo urget ibi, recedendi ex industria, quod idem est ac in fraudem jejunii; quia jus hominis debet cedere legi.

2907 Opinioni Dianæ adhæreo, si talis accessus, & reditus fiat ex vera causa, ut sequitur ex eadem paritate, ex Bulla Clem. X. desumpta: v. n 163. & 164.

2908 Excusantur a jejunio *immerentes*, pedes-

ster per majorem diei partem, seu per duodecim milliaria, Diana *in summa verb. jejun. n. 31.* Non excusantur, si equitando conjungendo unius diei iter conficiant: bene vero, si negotio coacti valde excedens iter conficiant, aut si per plures dies continuatos equitent, ut inde prævideant vires debilitandas, Leander *de re jun. dis. 8. quæst. 101. v. pag. 3. prop. 31.* ab Alexandro VII. *damn.*

2909 *Pietas* tandem excusat, quoties opera pietatis, & misericordiæ, tam corporalis quam spiritualis, cum jejunio sine gravi incommodo perfici non possunt. Hinc excusantur *Concionatores* Quadragesimæ; minime qui in solis Dominicis concionantur, nisi sint valde debiles. *Lectores*, & *præceptores*, quorum labor est nimius, aut complexio debilior. *Confessarii* debiles & suo muneri assidui. *Cantores*, qui ex officio canendi vivunt, & jejunando redderentur inhabiles. His Sanchez concedit in Quadragesima ova ad vocem servandam. *Scribæ*, qui tota die ex officio scribunt; qui tamen debent suas vires consulere, an vigeant.

2910 Cæterum tam cum præfatis, quam in dubiis, omnes tollit scrupulos superioris dispensatio: *v. n.* 232.

Scotus *in 2. dis. 8. quæst. 3. lin. B.* Mastrius *moral. disput. 12. q. 5.* Joan. la Cruz, *pag. 61.* Bonac. *tom. 2. pag. 403.* Tamb. *tom. 1. 2 pag. 133.* Leander *de præcept. Eccl. n. 5.* Busemb. *lib. 3. tr. 6. cap. 3.* Fetech. Clericatus c. 110. Mendo *ver. jejunium.*

DE III. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Confiteri semel saltem in anno, & communicare in Paschate.

2911. QUilibet fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, sub mortali confiteri tenetur semel saltem in anno: sufficit, si confiteatur in Paschate: quod si tunc non faciat, debet postea, ut verum sit, quod confiteatur semel in anno. Item tenetur quis præcepto divino confiteri: 1. In articulo, aut periculo probabili mortis. 2. Si prævideat postea non habiturum copiam Confessarii. 3. Si sit in mortali, & velit communicare. De quo fuse *in tom. 2. n.* 279.

Si non habeat mortale, non ligatur hoc præcepto, quia non tenetur confiteri venialia: unde sufficit, si se præsenter Confessario, dicens, se non habere materiam necessariam: *v. num.* 187.

2912 Qui solum habet Confessarium ignorum sui idiomatis, non tenetur confiteri per interpretem ad satisfaciendum præcepto: bene vero in articulo mortis; quia tunc tenetur sibi providere turiori & meliori modo, quo potest: *v. n.* 3095.

2913 Nomine anni per Brancatum, & de Lugo venit annus naturalis, computandus à Januario. Per Bonacinam, & Mastrium venit annus Ecclesiasticus, ab uno Paschate ad aliud.

Scotus *in 4. d. 17. lit. E. M.* Mastr. *in Theol. mor. d. 12. q. 2. art. 2.* Tamb. *in Met. b. Conf.* Joan. la Cruz, *pag. 392.* Busemb. *lib. 6. tr. 4. cap. 2. dub. 2.* Leander *de præcept. Eccl.*

COMMUNIO

2914 ESt duplex, *Spiritualis*, & *Sacramentalis*. Spiritualis [illegible] *per votum, & desiderium efficax Eucharistiam suscipiendi. Sacramentalis est, quæ fit per realem Eucharistiæ sumptionem*, ex D. Bonav. *in 4. d. 9. q. 2.* Communio spiritualis *est manducatio spiritualis Eucharistiæ, quæ fit ove cordis per vectigationem fidei, & affectionem charitatis. Communio sacramentalis est manducatio corporalis Eucharistiæ, quæ fit ore corporis.*

2915 Qui facit communionem spiritualem debet esse in gratia, saltem per contritionem; nam deliberare efficaciter communicare in statu peccati mortalis, est mortale. In præsenti est *lemma* de communione sacramentali.

2916 Hoc præcepto Ecclesiastico quilibet fidelis sub mortali tenetur ab anno saltem pubertatis Eucharistiam semel sumere in Paschate à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive in sua Parœchia, aut in Cathedrali: *v. n.* 187.

2917 Qui non communicaverunt in Paschate, tenentur postea, quamprimum commode possunt, communicare eodem anno [illegible] tempus Paschatis non est appositum ad [illegible] *m*, sed ad solicitandam obligationem.

2918 Potest Confessarius justa de causa suo pœnitenti tempus communicandi post Pascha differre; & tunc tenetur pœnitens ex vi [illegible] *m* juxta Confessarii dilationem communicare.

2919 Vagi, Peregrini, & Advenæ possunt ubilibet intra præfatum tempus præcepto [illegible]

2920 Die Resurrectionis, aut Jovis sancto, possunt fideles ex devotione communicare in qualibet Ecclesia, dummodo intra [illegible] tempus unam Communionem faciant in Fa-

Parochia, aut alibi de licentia Parochi. Tamb. [illegible] 3 48.

2921 Tenetur ægrotus ex præcepto divino [illegible] *m* confessionis Eucharistiam sub [illegible] *m* Viatici, nisi [illegible] *m* [illegible] *m* possint.

2922 In casu infirmitatis & periculi patet, qui ex Viatico fervore, commodius lucrari credit, aut quidquam dare potentiæ, & non potest plures Sacramentum Extremæ Unctionis recipere, quia Eucharistia est Sacramentum infirmantis, & nutrimentum spirituale, quæ bonæ profecti plures indiget, non Unctio, si vero timemus convalescere, & posse ex dictis infirmitate, & in alia vitæ periculo cadere, eamdem potest Extremam Unctionem recipere.

2923 Qui etiam ante periculum ex devotione communicavit, si superveniat periculum, tenetur eadem die per modum Viatici communicare, ut latissime præcepto divino.

2924 Pœnitentiam, licet non possit removere Communio, ita negat Viaticum. Et removebit confessio (si sit) præcedens, licet parum temporis Communio, si non sit peccatum veniale, indevotum, aut irreverentiale, ita debet dari Viaticum: idem dic de sanctitate, si inter illam tamen habeatur.

2925 Parum infra tentationem dicens, & quæ [illegible] non debet dari Viaticum, licet dubie Extrema Unctio.

2926 Illum petunt, non debent communicari petra mortali, aut dicens mentiam, & [illegible] per tentationes fidei, & facta Communione [illegible] pleos gratias, & de reverentia debita non dicentur: *v. n.* 2908.

2927 Potest quis communicare ante peccatum [illegible] Sacramentum: sufficit enim, quod sit in gratia: vide de pag. 8. prop. 28. & ab Alex VIII. *damn.*

2928 Potest [illegible] [illegible] per fas non impedit Communionem, exceptis casibus [illegible] [illegible] [illegible]

sum, qui est janua omnium Sacramentorum.

Scotus *in 4. d. 9. quæst. unic. in. A. B. C.* Masir. *in Theol. mor. disp. 12. a. 2. art. 2.* Tamb. *tom. 2. in Matth. Comp. pag. 426.* Joan. la Cruz *p. 340.* Rusemb. *lib. 6. tr. 3. cap. 2. art.* Leander *de Pr. Eccl.* Clericatus *c. 112.*

DE COMMUN. QUOTIDIANA

AGunt D. Bonaven. *in 4. d. 12. q. 2.* & Scot. *in 6. d. 24. qu. un. litt. K.* Insuper adest Decretum tenoris sequentis.

DECRETUM

S. Ac. Congreg. Card. Sacr. Concil. Trident. Interpretum, de mandato Innoc. XI. circa Communionem quotidianam, & Confessionem venialium.

2931 Cum ad aures Sanctissimi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, eumque in Feria sexta Parasceve, & simul assumi, eandem quotidianam Communionem præceptum esse à jure Divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus irrepsisse, videlicet, quod aliqui non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imo cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravi infirmitate nota, sumant sacrosanctam Eucharistiam, quam aliqui in theca inclusam in cremena, aut secreto illis deferunt Sacerdotes sæculares aut Regulares; aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solito; ac tardum quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit S. Congregationi Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, eadem Sac. Congregatio, prævia matura discussione super præmissis, unanimi sententia ita censuit: Etsi frequens, quotidianusque Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à Sanctis Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut sæpius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Con[illegible] præscripsit; sed quasi hujusmodi [illegible] nam infirmitatem secus reputarei, nihil præcipiens, quid cuperet tantum indicavit: cum in qu[illegible] Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes Sacramentalis Eucharistiæ perceptione communicarent. Idque non immer in multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob regnia spiritus alienationes, multæ à contemptiæ, & Dei dona parvulis concessa, quæ cum humanis oculis scrutari non possimus, nihil certo de cujusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentioni aut quotidiano vitalis panis esu patet constituti. Et propterea, quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus, Confessariorum secreta cordis experientiam judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu, Laicis negotiatoribus, & conjugatis quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. In conjugatis autem hoc amplius animadvertent, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admonent, tanto magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam contientiæ vacandum, pietatisque merite ad Cœlestium Epularum Communionem esse conveniendum. In hac igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis sumptione unita præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis, quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios, sibi decernendum putet; illudque omnino provideat, ut nemo à Sacro Convivio, seu frequentiæ, seu quotidie accedentes, repellatur, & nihil eminus det operam, ut unusquisque digne proque devotionis, & præparationis modo ratus, aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut iis diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ vero puritate mentis sentiam, & fervore spiritus ita incalnerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, eum eis constitutum habent, ut cum fideles ad Sanctiss. Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accesserint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicunque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut digantate Sacramenti, ac divini judicii formidine discant cœlestem mensam, in qua Christus est, revereri: Et si quando se minus paratos sentirint, ab ea abstinere, neque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem, in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant:

agant: eamque ipsi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento altere debebunt, & ab eorum officio postulari libi maxime persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in vero, & immaculati Agni præceptione toliatur, virtutesque ac dona in fumentibus augeantur. Quod abunde continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, divina præstante gratia, tenentur, teque sacratissimo Pane frequent us refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & charitate alueverint: Quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in cœlesti Regno se præmium est daturus, precatur S. Congr. ut suam ipem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur.

2932 Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii, tedarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure divino, decenti in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis sumendam SS. Eucharistiam; nec eam ullo modo defendum in cremera, aut secreto ad existentes domi, vel cubantes in lecto, quam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publice, & cum pompa juxta formam Ritual is Romani: Si vero ab oratorio privilegiato, cum forma decenti.

2933 Curent etiam, ut circa Communionem in feria sexta Paraseeve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus servetur.

2934 Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, [illegible]que grandiores, sed consuetas.

2935 Non permittant, ut venialium confessio bus simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario.

2936 Si Parochi, & Confessarii etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes secus egerint, etiam Deo Opt. Max. rationem redituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. CARD. COLUMNA PRÆF.

S. Archiepisc. Bracaæ. Episc. Vuenh. Sect.

Die 15. mensis Febr. 1679. præd. Decr. affixum, & publicatum fuit, &c.

DE IV. & V. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Non celebrare nuptias tempor. prohib. Solvere decimas.

2937 NUptiæ, seu matrimonia, ex Trid. *sess. 24. cap. 10.* prohibentur fieri *ab Adventu usque ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis inclusive.* His autem temporibus solum prohibentur solemnitates nuptiarum, adeoque possunt in illis sponsalia, ac matrimonia sine solemnitate celebrari, non tamen sine licentia Ordinarii. Item possunt in illis matrimonia antea contracta consummari; solum nanque est prohibita solemnitas, & publica benedictio in Ecclesia, Masir. *ait* 2c. *qu. 6. n. 89.* Bonac. & alii, Clericatus *c. 112.*

DECIMA

2938 ET *si quæcia bonorum debita Ministris Ecclesiæ in ipsorum subsidium, & sustentationem.*

Solutio decimarum est facienda ex fructibus omnium rerum, justa locorum consuetudinem, quæ solet esse diversa. Obligat sub mortali, & ad restitutionem, nisi impotentia excuset, quia si ob Ministrorum Ecclesiæ laborem ad fidelium militatem applicatorum, atque in recognitionem supremi domini Dei.

2939 Non solvere decimas propriæ non est sacrilegium, quia non est violatio rei sacræ; nam decima est usus rei temporalis ex justitia debitæ; contrahit tamen ultra malitiam injustitiæ, malitiam irreligiositatis, seu irreverentiæ erga Deum; quia, ut advertit D. Thomas 2. 2. q. 87. solutio decimarum est præcepta, & sit ob duos titulos, nimirum in subventionem ministrorum Ecclesiæ, & in recognitionem supremi domini Dei: ac proinde qui eas non solvit, duos malitias contrahit, injustitiæ contra justitiam commutativam, & irreligiositatis contra Religionem.

Masirus *disp. 12. qu. 2. art. 4.* Leander *de grac. Eccl. tr. 6.* Clericatus

PARS

PARS QUARTA,

De Sacramentis.

CAPUT I.

De Sacramentis in genere.

SACRAMENTUM

2940 ¶. ' X Diva Augustino: *Est signum rei sacræ, seu forma visibilis, invisibilis gratiæ*, sed magis complete definitur à Scoto: *Est signum Dei vel gratiarum ex institutione Divina, efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris*.

2941 Dicitur, *gratiam, vel effectum ejus gratuitum*, ob Sacramentum Eucharistiæ, quod ob prolationem formæ supra materiam panis, & vini, non causat gratiam inhærentem, sed effectum gratuitum, nempe gratiam per se subsistentem, qui est ipse Christus sub speciebus panis, & vini; gratia vero inhærens non causatur, nisi mediate, quando effectus gratuitus, videlicet Christus sub speciebus recipitur: *v. n.* 2930.

2942 Dicitur, *ex institutione Divina*, quia Sacramenta novæ legis non causant gratiam ex opere operantis, sed ex opere operato, idque ex institutione Christi; ad differentiam Sacramentorum veteris legis, quæ non causabant gratiam, nisi ex opere operantis, nempe ex dispositione operantis per contritionem; & solum ex se causabant quandam sanctitatem legalem externam, nempe idoneitatem ad hoc, vel illud faciendum, sine cujusquam immundi; figurativem tamen nostræ veræ sanctificatis, & gratiæ: excepta Circumcisione, quæ non causabat gratiam, & delebat originale peccatum ex v. g. & efficacia sua, *sed* institutio professionis fidei, & Christi venturi: per quod Circumcisio differt à Sacramentis novæ legis; quia hæc causant gratiam independenter ab omni figura, nec [illegible] ut ab ipsa operantur, sed ex [illegible] efficacia propria, & ex meritis exhibitis passionis Christi.

2943 Sacramentalia, *sunt cæremoniæ quædam ab Ecclesia instituta ad [illegible] matum, & solemnem ritum Sacramentorum*. Talia sunt. *Crucis insignitio. aspersio aquæ benedictæ, largitio eleemosynæ, benedictio Episcopi, &c.* Hæc à Sacramentis differunt, quia venialia remittunt non ex natura sua, & ex opere operato, quia pro illis nullibi constat de institutione Christi, sed ex opere operantis, quatenus ex impetratione Ecclesiæ excitant in nobis motum internum virtutis pœnitentiæ venialium; qui motus internus sufficit, quod sit pœnitentia formalis, vel virtualis, vel quia refertur usum sacramentalium ad talem finem. Ita Scotus *in 4. dist. 21. qu. 1. litt. E.* Quinque effectus non est infallibilis, quia non est fundatus in aliqua promissione, sed impetratione; qua ratione pluribus orationibus & cæremoniis utitur in benedictione aquæ, &c. Ita Mastrius.

2944 Et quamvis martyrium conferat primam gratiam ex opere operato ex promissione Christi: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo*. Item: *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*. Non est tamen Sacramentum: quia non est à Deo institutum in signum communæ gratiæ, nec est actio quædam sacra ad Dei cultum ordinata, sed passio, quæ ex speciali privilegio Christi habet gratiam conferre patienti.

2945 Institutor igitur Sacramentorum est Christus, ut Deus tanquam causa principalis, ut homo tanquam instrumentalis, seu ministerialis; quia sicut Deus solus ut causa principalis potest producere gratiam; ita solus Deus potest signum instituere, quod illam significet.

2946 Dicitur, *efficaciter significans*; quia Sacramentum non est signum speculativum significans id, quod causatum supponitur, ut fumus significat ignem; sed signum practicum efficax, quatenus efficaciter causat gratiam, quam significat, si non ponatur obex ex parte recipientis. Causat autem gratiam, vel physice, ut vult D. Thom. vel moraliter, ut docet Scotus. De quo Scholastici.

DE MATERIA, FORMA, ET INTENTIONE.

2947 SAcramenta sunt quædam composita moralia, ac proinde ad similitudinem compositi physici, constant tribus tanquam materia, & verbis, aut aliquo illis æquivalente, tanquam forma, inter ministri-

lionis ministri. Res dicitur materia, quia sunt indifferentes, & passive se habent ad hoc, vel illud significandum; verba dicuntur forma, quia res ad hoc significandum determinant; sic in Baptismo aqua, quæ est indifferens ad hanc, vel illam ab unionem significandam, est materia; verba autem: *Ego te baptizo*, eam determinant ad significandam ablutionem spiritualem.

2948 Materia & forma sunt partes essentiales Sacramenti; intentio vero Ministri est conditio sine qua non, ita ut sine ea Sacramentum sit invalidum, quia Sacramentum debet exerceri modo humano, adeoque debet esse voluntarium. Intentio Ministri debet esse actualis, aut virtualis, quam vide in *2. to. pag.* 626.

2949 In recipiente adulto requiritur intentio, quæ sufficit, quod sit habitualis: non sic in Ministro; quia plus requiritur ad agendum, quam ad recipiendum; unde in recipiente sufficit, ut aliquando intenderit, & nunquam revocaverit; seu ut non intelligatur repugnare Sacramento, quod recipit. Mastrius cum aliis: *v. in pag.* 8. *propos.* 28. ab Alex. VIII. *damn.*

2950 Materiæ & formæ Sacramentorum fuerunt omnes à Christo institutæ, sed non singulæ in particulari, & in specie: aliquæ nunquæ fuerunt à Christo institutæ in genere determinandæ in particulari, & in specie ab Apostolis, vel Ecclesia; quæ in particulari minime pareat rem sensibilem, & verba apta ad exprimendam significationem illam, ad quam exprimendam fuerunt Sacramenta illa à Christo instituta. Ita Doctores com. Mastrius *disp. 16. n. 16.* Gonet. *de Sac. in man. tr. 2. cap. 2. & tr. 6. cap. 3.* Gobat. *to. 1. tr. 8. n. 1. v. 1. 3. n. 166.*

2951 Si circa materiam aut formam fiat mutatio substantialis, Sacramentum est invalidum, quia materia & forma fuerunt à Christo institutæ. Validum vero est, licet regulariter illicitum, si mutatio sit accidentalis. Mutatio tunc dicitur substantialis, quando secundum communem usum, & existimationem, non manet eadem res in substantia, nec eadem significatio in verbis. Hinc invalidum est Sacramentum ex defectu materiæ, si conficiatur aqua cruda, aut si quis baptizet aqua artificiali; quia secundum communem usum, & existimationem, nec illa est panis, sed vulgo, *pasta*, nec ista est aqua elementaris; validum est, si panis sit ater non albus, & aqua sit calida; quia est mutatio accidentalis: *v. to. 3. pag. 622. n. 168. & 196.*

2952 Invalidum est ex parte formæ, si magna fiat verborum interruptio, ut moraliter non connectantur, vel si forma proferatur divisim à pluribus, v. gr. unus dicat: *Ego te baptizo*, alius: *In Nomine Patris, &c.* quia tunc sunt duæ formæ, & forsitan falsus; validum vero, si dicat: *Ego te baptizo in nomine Patris, qui te creavit, &c.* quia mutatio est accidentalis. Ita Mastr.

2953 Item ad valorem Sacramenti requiritur simultas, quæ (ut advertit Scotus *in 4. dist. 6. q. 2. litt. B.*) sufficit, quod sit moralis, sicut Sacramentum est compositum morale, & tanta quanta in actibus humanis, tanta scilicet quanta judicio prudenti sufficit ad verificandam verborum significationem. Non potest autem certa regula tradi, sed propinquitas temporis debet esse major, vel minor, juxta varias Sacramentorum conditiones.

2954 In confectione *Eucharistiæ*, materia debet esse præsens, quia hoc indicant pronomina demonstrativa, *Hoc, Hoc*. In Sacramento *Pœnitentiæ*, admitti potest major distantia temporis inter accusationem, & absolutionem, quia est actus judicii, in quo accusatio præcedit sententiam. Sic in *Matrimonio* multo majus tempus intercedere potest inter consensum unius, & alterius conjugis, quantum sufficit, ut unus censeatur moraliter permanere: ut in cæteris contractibus. Denique *in Baptismo, Confirmatione, Ordine, & Unctione*, talis conjunctio requiritur, ut dum Minister verba profert, censeatur moraliter lavare, &c. ad quod sufficit, quod materia & forma sint simul quoad aliquas sui partes, nempe ut non finiatur, v. gr. ablutio priusquam incipiant verba, vel ut non finiantur verba, priusquam incipiat ablutio. Ita Mastrius.

MINISTER SACRAMENTORUM

2955 DEbet esse in gratia. Si sit in mortali, illicite & sacrilege conficit, sed valide; pro Eucharistia conficienda, & recipienda debet præmittere confessionem; pro aliis Sacramentis exercendis sufficit contritio putata: *v. to. 3. pag. 642. n. 279.*

2956 Si Sacramentum conficiat ex pravo fine, sacrilegium committit; sed valide conficit, si habeat intentionem faciendi, quod Ecclesia intendit.

2957 Sacrilegium committit, si administrationem Sacramenti simulet, etiam si metus gravis urgeat, sive simulatio sit formalis, facta scilicet cum intentione decipiendi, sive materialis, facta sine intentione decipiendi, sed alio fine. Quia talis simulatio est gravis irreverentia facta Deo, & Sacramentis,

tus; quoniam fingit *se* dispensare merita Christi; accipiendo illudit Christo; & propterea fornicatio in Sacramentis est ab intrinseco mala, & hac ratione non excusat metus gravis.

2958 Suadetur ex *cap. de homine, de celebr. Miss.* ubi Innoc. III. damnat factum cujusdam Sacerdotis, qui ex quo reperiebatur indignus, & adstrictus ad celebrandum, ad satisfaciendum populo, fingit celebrare, & suppressis verbis consecrationis, non consecravit, sed panem & vinum purum sumpsit; factum, inquam, damnat his verbis:

Cum ergo falsa sint abscidenda remedia, quæ veris sunt periculis graviora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputavit se indignum, peccet gravius tres, si se ingerit irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare; cum ille in solius misericordis Dei manum incidat, iste vero non solum Deo [cui non veretur illudere] sed populo, quem decipit, se adstringat.

2959 Hinc resolves 1. Si hæreticus minaretur mortem Sacerdoti, nisi totum panem in platea venditioni expositum consecraret, non liceret Sacerdoti præterre verba consecrationis sine intentione consecrandi. 2. Si pœnitens absolutione indignus minaretur mortem Confessario, nisi distincte verba absolutionis proferat, non posset ea proferre sine intentione absolvendi. Ita Cardenas d. 21. qui n. 63. add 1, quod talis Confessarius, ad mortem vitandam, posset tunc dicere verba absolutionis: *Ego te absolvo*, cum intentione absolvendi à venialibus, præmittendo submissa voce *à culpis tuis*, & reticendo *à peccatis*; quia hoc pactio non est forma sacramentalis.

2960 Concedit autem, quod Confessarius, qui pœnitentem absolutione indignum reperit, quaterus, v. gr. est in occasione proxima peccati, quam non vult relinquere, ne prodat apud adstantes pœnitentis indignitatem, possit submurmurando recitare *Pater noster*, &c. quia ea non est in rigore simulatio Sacramenti, nam omnino materialiter se habet ad Sacramentum, nec sunt verba absolutionis: unde proprie est medium ad vitandum fractionem figilli, ad quod Confessarius de jure divino tenetur, & deceptio adstantium, quæ sequitur, non intenditur, sed permittitur. Ita ille: *v. n. pag. 5. prop. 29. ab Innoc. XI. damn.*

2961 Nec licet à malo ministro non tolerato, sed ab Ecclesia interdicto, Sacramenta petere, nisi in articulo mortis, si non sit alius Sacerdos. Item nec licet ea petere à malo ministro tolerato, quem tibi certo constat esse in mortali, nisi sit expositus, vel ei incumbat ex officio ministrare. *v. m.* si sit Parochus, vel urgeat necessitas, quia id esset ad peccatum inducere, & cooperari. In dubio autem est præsumendus bonus: *v. n. 371.*

EFFECTUS SACRAMENTORUM.

2962 OMnia Sacramenta novæ legis conferunt gratiam habitualem, seu sanctificantem, sive primam, ut Baptismus, & Pœnitentia, sive secundam, videlicet augmentum gratiæ præhabitæ, ut reliqua Sacramenta: ut autem hunc gratiæ effectum conferant, requiritur, ut non ponatur obex ex parte suscipientis; suscipiens enim adultus, debet esse disphonus ad Baptismum, & Pœnitentiam, saltem per attritionem, ad reliqua vero Sacramenta, per gratiam, unde primo reliquis suscipiendis debet esse in gratia. Hinc Baptismus, & Pœnitentia dicuntur *Sacramenta mortuorum*, reliqua vero dicuntur *Sacramenta vivorum*; nam Baptismus, & Pœnitentia conferuntur homini existenti in peccato, quod si est mortale, est mors animæ. Cætera autem conferuntur homini existenti in gratia, quæ est vita animæ: *v. n. 3930. & tom. 3. pag. 608. n. 12.*

2963 Ultra gratiam sanctificantem communem, Sacramenta causant gratias particulares ab illa distinctas, quæ dicuntur gratiæ Sacramentales, *& sunt particularia quædam auxilia, quæ Deus opportuno tempore dare decrevit Sacramento debito recipienti.*

2964 Et in specie. Per Baptismum regeneramur. Per Confirmationem roboramur ad fidem Christi constanter confitendam.

Per Eucharistiam conferuntur subsidia ad perseverandum in gratia, & tentationes vincendas.

Per Pœnitentiam pœna æterna commutatur in temporalem. Per Extremam unctionem conferuntur auxilia ad resistendum tentationibus in mortis articulo occurrentibus.

Per Ordinem conferuntur auxilia ad digne exequendum Ministeria sacra. Et per Matrimonium auxilia ad eius sustinenda onera, & prolem recte educandam.

2965 Ultra effectum gratiæ, Baptismus, Ordo, & Confirmatio imprimunt characterem in anima, qui est indelebilis: non sic reliqua, ac proinde priora tria sunt irreiterabilia, ut non valeant sine sacrilegio reiterari, reliqua vero possunt reiterari.

2966 Character *est signum quoddam spirituale, quod animæ imprimitur.* Est veluti sigillum indelebile, quod ab anima per mortem non deleatur; imo in ea permanet post mortem: sive beata sit, ad splendorem, sive damnata, ad confusionem: *v. tom. 3.*

NUMERUS, ET SUBJECTUM.

2967 SAcramenta novæ legis sunt septem: *Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium.* Est de fide, ex Trid. *sess. 7. can. 1.* Fuerunt institura septem per analogiam inter vitam corporalem, & spiritualem. Hinc 1. Generat oni correspondet *Baptismus*. 2. Augmento *Confirmatio*. 3. Nutrimento: *Eucharistia*. 4. Medicinæ post morbum *Pœnitentia*. 5. Adjutorio ad tollendas reliquias morbi: *Extrema Unctio.* Reliqua duo spectant ad perfectionem Reipublicæ Christianæ: *Ordo* namque ordinatur ad propagationem spiritualem; *Matrimonium* vero ad propagationem corporalem.

2968 Subjectum capax Sacramentorum est solus homo viator, quia pro eius salute fuerunt à Christo Sacramenta instituta, ut ex definitione, *n. 2940. v. tom 4. pag 609. n. 17.*

Scotus *in 4. dist. 1. q. 2. litt. F. dist. 3. q. 2. litt. M. N. a. 8. n. 1. litt. H. d. 26. q. un. litt. K. d. 40. q. un. litt. F. d. 1. q. 3. litt. L. d. 2. q. 2. litt. F. d. 1. q. 5. litt. A. d. 2 q. 2. litt. C. d. 1. n. c. litt. A. d. 4. q. 10. litt. K. d. 1. q. 3. litt. D. d. 2. q. 1. litt. D. E.* Masirius *disp. 16.* Joan. la Cruz, *pag. 286.* Leander *de Sacr. tr. 1.* Tamb. *tom. 2. lib. 1.* Busemb. *lib. 6. tr. 1.* Clericatus *c. 114.*

CAPUT II.

DE BAPTISMO.

2969 BAptismus communiter definitur cum Mag. *Est ablutio corporis exterior, facta sub præscripta forma verborum*; melius ex Catechismo Trid. *Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.*

2970 Est Sacramentum necessarium ad salutem necessitate medii, in re, aut saltem in voto, si non possit achiberi in re.

Necessarium necessitate præcepti est illud, quod est necessarium, in quantum præceptum est, & ad vitandum peccatum: hinc ab eo excusat involuntarium. Necessarium vero necessitate medii est illud, quod habet influxum in salutem, sine quo salus nullo modo obtineri potest, ita ut in tantum sit præceptum, quia medium necessarium; hinc ab eo involuntarium non excusat: adeoque infantes decedentes sine Baptismo non salvantur.

Sacramentum igitur Baptismi est necessarium necessitate medii, & præcepti, ut constat ex Jo. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.*

2971 Est triplex: *Fluminis, Flaminis, & Sanguinis.* Baptismus *Fluminis* est Baptismus per aquam; jam definitus, qui est in re, & proprie Baptismus. *Flaminis* est dolor perfectus peccatorum, cum contritio cum voto, seu proposito recipiendi Baptismum in re. *Sanguinis* est martyrium. Uterque supplet, & gerit vices baptismi fluminis, conferendo remissionem omnium peccatorum, tam actualium, quam originalis, quando Baptismus fluminis adhiberi non potest: *v. n. 2944.*

MATERIA, ET FORMA.

2972 MAteria remota Baptismi est aqua elementaris ex fontibus, fluminibus, stagno, mari, etiam si per meatus subterraneos transierit, &c. apta communi usui ablutionis. Hinc non sufficit ad rem. 1. Aqua artificialis, nempe aqua rosacea, aut alia destillata. Nec jus carnium, &c. ebullitione peracta, quia per ebullitionem aqua transit in substantiam cibi, ut non sit amplius aqua elementaris, ablutioni juxta communem usum apta, hac ratione jus carnis frangit jejunium.

Nec mix, aut gelu, nisi aliquo modo liquefiant, & fiant aptæ ad abluendum, quia tunc sunt aquæ elementares.

Eadem ratione aqua ex salis humiditate resoluta est materia valida, si fit ex sale marino; quia est aqua naturalis, quæ antea erat coagulata, sicut aqua ex nive; minime, si fit ex sale petræ; quia non est sal ex aqua. Non obstat autem valori si sit calida, colorata, turbida, quando est vera aqua ad abluendum apta; quia sunt pura accidentia, non variantia substantiam materiæ; secus si sit ita mixta, ut non amplius si aqua, cujusmodi est lixivium: *v. n. 2973.*

2973 Certum est, liquorem ex vite, arbore, &c. salivam, & sudorem non esse materiam aptam.

2974 *Materia proxima* est ablutio corporis, quæ debet esse sensibilis, ut aqua corpus tangat. Ablutio fieri potest tripliciter. 1. *Per immersionem* alicujus partis corporis baptizandi in aquam. 2. *Per effusionem* aquæ in corpus, ut in Ecclesia Latica. *Per aspersionem.* Ordinarie loquendo aqua debet esse benedicta, & pars corporis abluenda debet esse caput, aut aliqua pars principalis; alias esset mortale. In casu vero necessitatis, sufficit qualiber aqua, *juxta num.* 2972. & qualibet pars corporis.

2975 Si ablutio fiat in digito, pede, in foliis capillis, aut si abluatur infans secundina

circumdetur, aut si ablutio fiat per unum, vel duos gutturaque, dubitandi Baptismus, quia dubium est, an vere dicatur ablui aurem, &c. Item: si prunde extra aurem accidentaliter illuitur; tunc sic in casu necessitatis collatum, est prima ille conditionata repetenda: *Si unquam baptizatus, &c. ut supra.*

2978. Infantis semimortui in utero matris, si pars ejus, quæ ablui debet, ut in pluribus casibus, ostenditur, non potest, ut ex cap. *Si aliquis* 30. q. 1. Item: si infans semimortuus, ita ut exemat humor ex ejus ore, aut naribus, &c

DISPOSITIO SUBJECTI.

2996 INfantibus ante usum rationis, & in perpetuo amentibus à nativitate ministerium, & dispositionem supplet Ecclesia, ob eorum incapacitatem; unde nulla in illis requiritur dispositio moralis, tam ad valide, quam ad fructuose recipiendum Baptismum.

2997 In adultis vero sunt necessariæ tres dispositiones. 1. *Est Consensus internus*; quia Deus neminem invitum vult suæ familiæ adscribi: habetur ex Prov. 23. *Fili præbe mihi cor tuum*. 2. *Est fides*; juxta illud Matth. 28. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* quæ Edes ante Baptismum sufficit, quod sit actualis. 3. Dispositio necessaria in adultis, qui cum originali mortale aliquod conjunctum habent, est *pœnitentia*, seu dolor peccatorum commissorum, qui sufficit, quod sit attritio: habetur ex Actorum 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum*.

2998 Hæres dispositiones ita se habent, ut sola prima sit necessaria ad Baptismum valide suscipiendum; reliquæ autem ejus solum sint necessariæ ad Baptismum fructuose suscipiendum, nempe cum effectu gratiæ, unde si quis adultus sine actu fidei, & doloris peccatorum commissorum Baptismum susciperet, valide eum susciperet, quia characterem reciperet; non tamen fructuose, quia non reciperet gratiam, & cæteros effectus ea illa pendentes; recedente vero fictione, nempe politis actibus fidei, & doloris, gratiam, & cæteros effectus reciperet absque reiteratione Baptismi, ex vi prætorii Baptismi; quia Sacramentum irreiterabile non debet carere suo fructu, recedente fictione recipientis: *v. n.* 3085.

2999 Ubi nota, quod quando dicitur, quod fictè recipiens Baptismum, recedente fictione, gratiam acquirat; non ne *fictionis* non intelligitur defectus primæ dispositionis, nempe contensus interni; quia hic neque valide Baptismum reciperet: sed defectus actuum fidei, & doloris.

3000 Hinc qui vi, vel metu ductus Baptismum suscepit, valide suscepit, si habuit intentionem illum vere suscipiendi; quia metus non tollit intentionem, & voluntarium simpliciter.

3001 Validus est Baptismus collatus amenti, aut dormienti, si ante, dum intervallum rationis habuit, petiit, quia sufficit intentio habitualis: *n.* 2949.

EFFECTUS BAPTISMI

3002 QUot v. gratia habitualis, seu habitus charitatis; infunduntur enim in susceptione Baptismi tres habitus supernaturales, Fides, Spes, & Charitas, per quam gratiam celetur peccatum originale, una cum omnibus actualibus ante Baptismum commissis.

2. Est remissio totius pœnæ. Baptismus enim delet omnem culpam, & pœnam: est de fide definitum in Conc. Florent. *Baptizatos non imponi satisfactionem pro peccatis præteritis*.

3. Est character, quo signatur intra familiam Christi. Item conjungit moraliter hominem cum Christo, tanquam membrum cum capite, eumque subjicit jurisdictioni Ecclesiæ.

Denique est janua omnium Sacramentorum, *v. tom. 3. n. 19.* ita ut non baptizatus non possit valide ad Ordines promoveri: *v. pag. 8. prop. 19. ab Alex. VIII. damn.*

PATRINI.

3003 IN Baptismo solemni requiritur Patrinus. *Patrinus* dicitur non ille, qui aurem tenet in cæremoniis antecedentibus Baptismum; quia hic dicitur susceptor in Catechismo, seu instructione; sed ille, qui tenet puerum in fonte, dum baptizatur, qui tamen tolerabile idem, qui non potest esse, nisi unus, mas, aut fœmina, aut ad summum duo, mas, & fœmina, ex Trident. *sess. 24. cap. 2. de ref.* quibus incumbit cura instruendi puerum super tribus fidei, licet hæc obligatio non vigeat inter Catholicos, ubi pueri plures, & aguores habent instructores.

3004 Maritus, & uxor possunt simul alienum filium levare de rigore præcepti, at non de honestate: quia caput, *quod autem* 30. *q. 4.* est consilium, non præceptum, Clericatus *c. 115. n. 60.*

3005 Non possunt esse non baptizati, sicut nec in Confirmatione non confirmati, neque hæretici. Prohibetur ex jure Monachis esse patrinos. Parens non debet propriam prolem suscipere, quia alias contraheret cognationem spiritualem cum coniuge, ob quam non posset debitum petere. Nisi baptizatus in casu necessitatis; tunc enim non amittit jus petendi. Episcopus autem potest super tali impedimento petendi debitum dispensare, Clericatus *c. 115. n. 61.*

3006 Non licet ato, vel aviæ suscipere nepotem, vel neptem, quia continentur sub prohibitione patris, & matris, *l.* 3011.

3011. *ff. de verb. signific.* Clericatus *cap. 115. num. 62.*

3007 Nec licet Monachis, & Regularibus esse Patrinos: quia licet prohibitio in *c. Non licet Abbati*, sit expressa pro Monachis, est servanda à cæteris Regularibus; nam in Renali habetur: *Ad hoc munus admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, nec alii cujuscuis Ordinis Religiosi à sæculo segregati*.

3008 In Baptismo privato non requiritur Patrinus; qui si adhibeatur, cognationem spiritualem non contrahet; quia jura de Baptismo solemni loquuntur, adeoque non extendenda ad privatum.

3009 Insuper nec cognationem spiritualem contrahunt Patrini in Baptismo solemni tenentes puerum, in domo privatim ob vitæ periculum ab ebullitrice baptizatum, Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 72.* Tamb. *de bapt. c. 1. §. 8. n. 3.* quia jura loquuntur de Baptismo solemni, vero, & absoluto.

3010 Nec contrahitur cognatio, nisi patrinus tangat baptizandum, aut confirmandum, in ipso actu Baptismi, seu Confirmationis, quia jura requirunt, ut *teneat* in fonte baptizandum, dum baptizatur, &c. Unde non sufficit sola assistentia, aut responsio ad catechismum, vel quod baptizatum à patre Sacerdos recipiat post Baptismum, Tamb. *tom. 2. pag. 13. §. 4. & loc. 18. c. 4.* cum com.

3011 Hinc Joseph de Aug. & Tamb. *de bapt.* dicunt, quod si quis suscipiat per Procuratorem, non contrahit cognationem, nec ipse, nec Procurator. Non ipse; quia non ipse tenet, cum non tangat. Non Procurator; quia licet teneat, non tenet nomine proprio. At Clericatus *c. 115. n. 63.* tenet, contrahi à mittente, non à Procuratore, & ita decidisse Sac. Congr. refert ex Caton. *lib. 2. cons. 2. n. 90.* & ex Nicol. *elucubr. civil. tom. 1. pag. 50.*

3012 Non contrahitur cognatio, nisi à susceptore baptizato, nec in Confirmatione, nisi à susceptore confirmato: unde non contraheret Catechumenus, Diana *p. 10. tr. 16. resp. 89.*

3013 Patrinus suscipiens filium infidelium non contrahit cognationem cum eius parentibus infidelibus, nisi postquam venerit ad fidem, quo casu esset attendenda cognatio, Clericatus *cit. num.* cum S.Iv.

Vide infra *de matrim. tit. Cognatio spiritualis*.

Scotus *in 4. dist. 3. q. 1. litt. D, E, q. 2. lit. D, H, F, dist. 18. q. un. lit. H, dist. 4. q. 1. lit. H, dist. 6. q. 2. lit. G, dist 7. q. 2. lit. A, C, dist. 7. q. 1. lit. D, dist 5. q 2 lit. A, C, D, E, F, G, dist 2. q 4. lit. D, H, q 5. lit. A, B, dist. 6. q 9. Examen Ecclesiast.* lit. M, *dist. 6. q 7. litt. A, B, dist. 42. q. un. litt. I, dist. 2. q 6. litt. C, dist. 5. q 3. litt. A, dist 2. qu. 2. litt. G, I, N, O, dist. 6. q 2. litt. A.* Martinus *in Theol. mor. disp. 17.* Joan la Cruz, *pag. 297.* Leand. *de Sacr. tom. 2.* Tamb. *tom. 2. lib. 2.* Busemb. *lib. 6. c. 1.* Cletic. *c. 115.*

CAPUT III.

DE CONFIRMATIONE.

3014 CONfirmatio est Sacramentum, quo homo ungitur sacro chrismate à solo Episcopo cum Christmate, sub præscripta forma verborum, *ad fidei robur confortandum*.

3015 *Materia remota*, est Chrisma confectum ex oleo olivarum, & balsamo. Bellarmin. esse de necessitate Sacramenti; est tutius: Chrisma vero debet esse ab Episcopo benedictum, alias Sacramentum esset nullum, quia sic fuit à Christo pro materia institutum, Catedra *disp. 2. n 45.*

3016 *Materia proxima* est unctio facta in fronte in formam Crucis.

3017 Unctio fieri debet immediate manu, vel digito Episcopi; unde non est totum, si fiat instrumento.

3018 *Forma* sunt verba: *Ego signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Omnia præter *Amen* sunt necessaria ad valorem.

3019 *In collatione hujus Sacramenti additum alapa, qua confirmatus percutitur, ut memor sit se hoc Sacramentum recepisse; adeoque non audeat iterum ad illud accedere, cum non sit iterabile: Et insuper, ut intelligat, debere pati imaniat pro Christiana fide profitenda*. Hæc Fenech. ex Tni.

3020 Non peccaret mortaliter Episcopus, si omitteret dare alapam, Clericatus *cap 116. n. 25.* cum Com.

3021 Non incurritur irregularitas per reiterationem Confirmationis, Clericatus *cit. n. 29.* quia jura solum loquuntur de reiteratione Baptismi, & ex *c. Qui 15. de sent. excom in 6.* irregularitas nulla incurritur, nisi sit expressa in jure.

3022 Minister hujus Sacramenti est solus Episcopus. Unde non subditi, si fiat à simplici Sacerdote ex commissione Episcopi, bene vero ex commissione Papæ: quia hoc concessit Gregor. I. & pro Iridis Gregor. XIII. Quotes tamen Summi Pontifices à duabus opinionibus eligunt unam, illam proponunt sequendam, & reddunt certam, Sieri *n. 137.*

3023 Quamvis ex jure non liceat Epi-

scopo alienum subditum in sua Diœcesi confirmare: consuetudo tamen id licitum reddidit, quia præsumitur consensus proprii Episcopi; Diana p. 2. tr. 17. res. 17. & p. 1. tr. 1. res. 10. Clericatus cit. n. 15.

3024 At non potest in aliena Diœcesi proprium subditum confirmare, nisi de licentia Episcopi loci: alias incurrit ipso jure suspensionem, ex Trid. sess. 6. de reform. c. 5.

3025 Non peccat Episcopus, si ex justa causa ad sui arbitrium administrationem hujus Sacramenti per tres aut quatuor annos retardet. Et potest quacunque die, etiam festiva, ministrare, & tempore interdicti, ex c. Quoniam, de sent. excom. in 6.

3026 *Subjectum*, est omnis homo baptizatus, sive infans sit, sive adultus. Utile est, ut non conferatur pueris ante usum rationis, ut recordentur se illud recepisse, ne reiteriant iterum.

3027 Sed in hoc (ait Clericatus cap. 126. n. 26.) exuberat arbitrium Episcopi, itaut, excluso scandalo, etiam puerum trium annorum possit confirmare absque peccato, & semper in dubio debet inclinare ad favorem pueri presentis Sacramentum, ne ob varia rerum discrimina contingat ipsum mori absque gratia hujus Sacramenti, Jord. ibid. n. 46. 47. & 48 Coton. ubi sup. n. 42. & quod in articulo mortis possunt statim confirmati, nedum adulti, sed etiam infantes, ac etiam perpetuo amentes.

3028 Imo conferri posse amentibus, ne priventur effectu gratiæ hujus Sacramenti, absolute docent alii.

3029 Suscipiens debet esse in gratia, aut in ea poni saltem per contritionem putatam. Idem dic de Ministro conferente.

3030 Patrinus, unus tantum esse debet, ex c. Non plures, de consecr. dist. 4. & Trid. solum in baptismo concessit unum & unam: cui accedit praxis, Clericatus cit. n. 30. v. 2 num. 3065. ad 3013.

3031 *Effectus* hujus Sacramenti sunt. 1. Augmentum gratiæ habitualis. 2. Character, quo signatur ut miles intra militiam Christi ad fidem cum robore propugnandam, juxta illud S. Melchiadis, ex Trid. *In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam*. 3. Est Cognatio spiritualis, de qua in Matr. n. 2 3004.

Scotus in 4. d. 3. q. 1. lit. C. d. 7. q. 1. lit. A, B, D. E, F, quæst. 4. lit. A. dist. 42. qu. un. lit. K, Mastrius in 1. Tot. mor. dist. 17. quæst. 5. Joan. a Cruce pag. 315. Leand. de Sacr. tr. 3. Tamb. tom. 2. l. 3. Disemb. lib. 6. cap. 2. Clericatus c. 116. Mendo.

DE EUCHARISTIA

3032 Iste actum est *in 3. tom. à n.* 187. *& hic a n.* 2914.

CAPUT IV.

DE POENITENTIA.

3033 POEnitentia Christiana dicitur *secunda tabula post naufragium*, in ordine ad Baptismum, qui dicitur *prima tabula ad inveniendam salutem post commune naufragium per peccatum originale*. Pœnitentia vero est secunda tabula ad inveniendam salutem post naufragium particulare per peccatum mortale post Baptismum commissum.

3034 Est duplex, *Virtus*, & *Sacramentum*. Pœnitentia virtus *est virtus, qua dolemus de peccatis commissis, quatenus sunt offensa Dei*, & est ipsa contritio. Pœnitentia Sacramentum *est Sacramentum reconciliationis hominis cum Deo ex peccatis commissis post baptismum, virtute clavium, seu absolutionis sacramentalis*.

3035 Est Sacramentum necessitatis necessitate medii, & præcepti, ex Trid. *sess.* 14 *cap.* 2. ita ut quis, postquam mortale commiserit, salvari non possit, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel in voto, eliciendo actum contritionis: *v. in pag.* 8 *prop.* 18. ab Alex. VIII. *damn.*

PARTES SACRAMENTI POENITENTIÆ

3036 SUnt *materia*, *forma*, & *satisfactio*: materia, & forma sunt partes essentiales, satisfactio integralis.

MATERIA

3037 ESt duplex, remota, & proxima. *Remota* est peccatum, & est etiam duplex, necessaria, & sufficiens. *Necessaria* est omne peccatum mortale post Baptismum commissum, non jam rite confessum, & absolutum. *Sufficiens* est omne peccatum veniale, vel mortale, alias rite confessum, & absolutum, *v. n.* 3048. *Materia proxima* sunt tres actus pœnitentis: *Cordis contritio, Oris confessio, & Operis satisfactio*.

3038 Peccata dicuntur materia remota. 1. Quia sunt materia, supra quam cadit dolor, qui est materia proxima in ordine ad formam absolutionis, & Sacramentum. 2. Quia peccata sunt materia per formam absolutionis, & Sacramentum Pœnitentiæ removenda.

3039 Peccata ante Baptismum commissa nec possunt, nec debent esse materia Sacramenti Pœnitentiæ: quia spectant ad forum Baptismi, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 1. Commissa vero

in instanti Baptismi, sunt Sacramenti Pœnitentiæ materia, quia sunt peccata hominis baptizati.

3040 Peccata mortalia dubia, sive dubio positivo, sive negativo, de quo in 2. pp. hujus tr. cap. 1. n. 3. quæres in confessione, Vulpus de pœnit. p. 1. art. 2. n. 3. Diana p. 3. n. 44. tenuerunt, quia ex regula generali sunt dubia, & alias quia de remittenti peccata probabili, & ex Trid. *sess.* 13. *c.* 7. confitenda sunt peccata, quorum conscientiam habemus, & quæ dubia sunt conscientiæ debitum habentes, adeoque ex consilio debenda.

3041 Hinc 1. Qui debitus, an temerarius peccatum mortale, vel an contritus sit tantales, aut veniale, tenetur illud confiteri. 2. Qui sit de peccatis mortaliter, sed dubitat, an illud confessus sit, tenetur confiteri, quia constat de peccato, & de obligatione confitendi, & dubium est, an sit rite confessum: n. 2047.

3042 Secus est dicendum de talento probabili: qui namque probabiliter judicat, se non peccasse mortaliter, aut peccatum commissum non confessum esse, non tenetur illud confiteri, licet oppositum forte dictum de aquilino habeat, sed potest illi tutiorismo non adhærere, ex probabilitate, Diana p. 4. n. 63.

3043 Qui dubitat, an sceptri peccatum antea confessum sit certum, non tenetur iterum confiteri ut dubium, etiamsi certo teneatur se non confessum.

3044 Qui integre confessus est peccatum, & quo dubitabat, an esset mortale, vel venale, an consensisset, an non, tenetur confiteri, si potest, quia debet confiteri quia tale integre confessum, & manifestavit peccatum, ac prava circumstantia ex necessitate annexa. Nec est necesse ad confessionem valorem, quod pœnitens hanc determinate, precisive confessum esse mortale, vel etiam de Confessario discretivo, v. infra de qualitate.

3045 Qui confessus est peccatum dubium, si postea reperiat certo aut probabiliter illud esse mortale, tenetur iterum illud se certum fuisse confiteri, Diana p. 4. n. 64. Qui ob ejus præsentiam est, dubitat, an illud confessus sit, tenetur confiteri, quia certum est, debitum habere peccatum mortale illud confitendi, & dubium est, an illud confessus sit, Sporer pag. 1. n. 1. Qui confessus est peccatum mortale, & postea dubitat, an sit remissum, tenetur confiteri, quia certum est, debitum habere peccatum illud confitendi, & dubium est, an illud confessus sit, Sporer pag. 1. n. 1.

3046 Item 1. Qui dubitat, an omnia peccata mortalia confessus sit, tenetur confiteri, quia certum est, debitum habere peccatum illud confitendi, & dubium est, an illud confessus sit, Sporer pag. 1. n. 1.

3047 Qui recordatur se peccasse mortaliter in genere, et non de peccato in specie, tenetur confiteri peccatum mortale in genere: quia est materia sufficiens, imo necessaria non absolutione. Quando postea ejus recordatur in specie, tenetur illum in specie confiteri, quia tenetur confiteri species, & circumstantias peccandi, quod non sit factum in una infinitate prius).

3048 Et hæc, materia necessaria, *de sufficienti*, *de quo* 3049. sicut patuit tertia pars materiæ, tempus materia confitendi, *quod non sufficiens*. Et hinc peccata mortalia dubia, quæ dubitanter materia non fuerit, quia fuit remissio aperienda, non sufficiens: vera: quia sola sine additione circumstantiæ certæ non sufficiunt ad absolutionem obtinendam.

3049 In casu autem exceptionis, quod quis non habuerit animum certum peccandi, quem retinet, tunc potest dari absolutio condonata; quia remissio fuisset valida pœnitentis, & Sanctæ virtute invocationis Sacramenti, ut *in num.* 3014.

3050 Qui circumstantias in confessione dicit circa mortalem, peccat mortaliter; venialiter si circa venialem, aut circa ea, quæ constituit non tenetur: v. n. 2036.

3051 Unde qui scienter dubia confessus est circa circumstantias peccati circa quæ tenetur bona fide ut pœnitens resolutus, & locutus est scienter, est in confessione nulla.

3052 Item contra pœnitens Confessarius interrogando latens aliquam peccati circumstantiam, quæ Confessarium, cum exerceat munus Judicis, habet jus ad cognoscendum confessi, & dispositionem pœnitentis ex circumstantiis, ad quas tenebatur: *v. in pag.* 8. *prop.* 58. ab Innoc. XI. *damn.*

FORMA

3053 SUnt verba absolutionis: verba ad valorem Sacramenti necessaria, & sufficientia, sunt, *Ego te absolvo a peccatis tuis*, quia est textus, Matth. cap. 16. *Quæcunque solveris*, &c. Qui relinquerit? *Ego, Ordinis nostri Patres, & Fratres, & Sancta Ecclesia*, extra casum necessitatis, possunt exercere. Prius autem tam ante quam post actum formam adjungit, precationem ut plurimum exprimentem, quod per istum Sacramentum absolutionem sibi impertiatur, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 3.

3054 Verba ex (quibus illatæ) formæ, si deficiant verbum, quæ tactum sensum mutent, sicut verbum contrarium, aut addendo dicat: *Ego me absolvo*, aut *confiteor tibi me esse*: Vide *n.* 2 *constituitur peccata esse*: Vide *n.* 2 *constituitur peccata esse*: Vide *n.* 2 *constituitur peccata

n. 6. infil. 22. vel num. 3312. & num. 3314.

Non est valida, si proferatur verbis deprecativis, ut *Absolvat te Deus, Ego Deum, ut te absolvat*, Clericus tenet. n. 9. ex decreto an. Quæ Sacramentum Pœnitentiæ efficit sacerdotium per modum judicii, qui sententia non profertur deprecando. Ita docendo: Et Christus non dixit: *Pro potestate sacerdotii accepta, &c. Ego vos absolvo a peccatis vestris*; dominicus.

Quod Absolutio valida esse debet, Minister debet absolvere, tanquam judex dando potestatem absolvendi, & declarando absolutionem. Unde si proferatur deprecando non patenti sine actu judicii, non est valida. Ita docent communiter Doctores. Quia ita Christus Dominus, qui dedit hanc potestatem Sacerdotibus, ut ligarent & solverent peccata, ut patet ex verbis citatis, ut ostendit usus Ecclesiæ, ut patet ex Concilio Trid. *sess.* 14. c. 3. & can. 9. & ex Catechismo Rom. n. 10. & 11. & ex Clericato n. 3. & 4. & ex Tamburino *de Sacram. in gen. disp.* 2. q. 2. n. 7. & 8.

Neque Deus petitio ad modum deprecativi, vera potestas *de facto* absolvendi tribuitur (ut verba ista *Ego te absolvo* sunt indicativa, & non deprecativa, &c.

Quod Absolutio à confessario petatur per modum interrogationis de futuro, sed quoad principium actus. Et dare potest tam de futuro, quam actu præsenti, dummodo conditio, qua ponitur in forma, sit de præsenti, aut de præterito, quod ignoratur à pœnitente, ut latius explicat Clericatus n. 5. & 6. Ita docent communiter Doctores. Ita Clericatus *ubi supra* n. 7. & 8.

Præterea valida est Absolutio, si conferatur per verba optativa de futuro, sed quoad principium actus. Et dare potest tam de præsenti, quam de futuro, dummodo conditio, qua ponitur in forma, sit de præsenti, aut de præterito, quod ignoratur à pœnitente, ut latius explicat Clericatus n. 5. & 6. Ita docent communiter Doctores. Ita Clericatus *ubi supra* n. 7. & 8.

Præterea valida est Absolutio, si conferatur per verba optativa de futuro, sed quoad principium actus. Et dare potest tam de præsenti, quam de futuro, dummodo conditio, qua ponitur in forma, sit de præsenti, aut de præterito, quod ignoratur à pœnitente, ut latius explicat Clericatus n. 5. & 6. Ita docent communiter Doctores. Ita Clericatus *ubi supra* n. 7. & 8.

Quod absolvendus petat de petenda absolutione Ecclesiæ, vel de recipienda pœnitentia & de obedientia, quod communis docet. Ratio, quia hæc petitio continetur implicite in petitione absolutionis sacramentalis, quæ non potest legitime haberi nisi ab eo pœnitente, qui habet animum se subjiciendi Ecclesiæ pœnitentiæ. Communiter docent Doctores communes, & Concilium Florentinum, *in decreto Patrum*, & Pius, & Ignatius Martyr, & Concil. *vide supra* num. 18.

FORMA ABSOLUTIONIS.

3057 M*isereatur tui omnipotens Deus, & dimittis peccata tua ipse te absolvat per suam sanctam misericordiam. Amen.*

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ejus te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges.

Ego absolvo te a peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Si pœnitens non intelligit Latinum, omittitur ultima forma.

URGENTE PERICULO MORTIS.

Ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti, in quantum Patres, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

CONTRITIO.

3058 I*n Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.*

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

Alia. Deus meus, ex toto corde pœnitet me omnium malorum meorum, quæ commisi, & confitebor Sacerdoti Domino meo. Propositum firmum habeo, ea non amplius committere, & pœnitentiam agere. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen.

tur sub mortali sine tempore confiteri; attritio vero requirit Sacramentum in re, ita ut in collo casu, etiam in articulo mortis, attritio quantumvis supernaturalis sufficiat ad justificationem, & remissionem peccati mortalis, sine Sacramento in re. Imo in articulo mortis, si non potest quis habere Sacramentum, tenetur sub mortali conteri.

3061 Attritio in Sacramento Pœnitentiæ dicitur fieri contritio, & attritus contritus, non formaliter, quia non variatur objectum, seu motivum; sed effective, quatenus attritio cum Sacramento in re justificat, sicut contritio cum Sacramento in voto.

3062 Non sufficit attritio naturalis quantumvis honesta, qualis est dolor de peccatis ob malum temporale, v. gr. ob amissionem pecuniæ, sanitatis, &c. Quia non est attritio christiana, & supernaturalis, cum nullum respiciat motivum supernaturale: ac proinde est improportionata finis saltus supernaturalis. Hinc ex Trid. *sess.* 14. c. 4. attritio, quæ ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit, debet esse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsus, qualis non est attritio naturalis ex motivo pure humano, & naturali: *ut in pag. 6 prop. 57. ab Innoc. XI. damn.*

3063 Sufficit vero, si fit propter pœnas temporales, ver. gr. propter morbum, persecutionem, &c. ut a Deo infestas, vel infligendas propter peccata; quia tunc, cum adhuc respectus ad Deum, & motivum supernaturale, est dolor supernaturalis.

3064 Sufficit attritio ob timorem gehennæ, aut purgatorii; quia cum sint pœnæ Dei, quæ scilicet infliguntur a Deo authore supernaturali ob peccata, eorum timor & dolor est supernaturalis ex motivo supernaturali, ob rationes *de num.* 90. Et colligitur ex Trid. ibi relato, ubi dum dicit: *Et quamvis sine Sacramento Pœnitentia per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit*: non supponit gratiam justificationis in peccatore causatam, ac proinde non supponit contritionem; quia hæc per se extra Sacramentum, & cum solo voto illam causat: *ut in pag. 7. prop. 14. & 15. ab Alex. VIII. damn.*

3065 Dices: Fides supernaturalis cum Sacramento Pœnitentiæ in re, attritione secluſa, non sufficit ad justificationem; ergo attritio supernaturalis cum Sacramento in re, non sufficit ad justificationem.

Resp. disparitatem esse; quia de fide est, & certum contra Lutherum, fidem non sufficere ad justificationem, Trid. *sess.* 6. *can.* 9. necesse autem Sacramenti Pœnitentiæ. Et licet non sit definitum, attritionem supernaturalem esse partem: certum tamen est, esse partem & materiam prox mam, ex communi sensu Ecclesiæ; quod sufficit: *v. n.* 3064.

3066 Quod autem contritio perfecta hominem reconciliet Deo, & gratiam causet extra Sacramentum, cum solo ejus voto, habetur ex Trid. *sess.* 14. c. 4 charitati namque perfectæ promitti ur peccatorum remissio in Sacr. Script. Prov. 8. *Ego diligentes me diligo.* Zacch. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et 1. Petri 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

In Confessione autem non sufficit amor, sed requiritur dolor explicitus; ideo ex conceptu formali pœnitentiæ, quæ formaliter importat displicentiam de peccatis. Sufficit autem propositum virtuale, ex *num.* 3072. quia verus dolor peccatorum reconciliativus animæ cum Deo, est incompossibilis cum proposito peccandi; unde includit virtualiter propositum de non peccando.

3067 Sufficit attritio ob turpitudinem peccati, ex Trid. *cit. sess.* 14. c. 4.

Turpitudo autem peccati est duplex, una naturaliter cognita: talis est turpitudo immunditiæ, quæ est in peccato carnis; & turpitudo vilitatis, & indignitatis apud homines, quæ est in peccato furti, &c. Et dolor ob talem turpitudinem non sufficit, quia est naturalis: *v. in p. 7. prop. 9. ab Alex. VIII. damn.*

Alia est turpitudo supernaturaliter cognita, seu per fidem; talis est turpitudo peccati opposiri alicui divinæ perfectioni (quæ non sit Charitas) supernaturaliter cognitæ, seu per fidem; aut alicui virtuti innatæ per legem divinam præceptæ, ut turpitudo inobedientiæ, ingratitudinis, &c. turpitudo contra justitiam, castitatem, &c. & dolor ex tali turpitudine sufficit, quia est supernaturalis, seu ex motivo supernaturali, nempe ob turpitudinem supernaturaliter cognitam. Scotus *in 4. dist.* 14. q. 2 & 4. Mastr. Francaltus, & alii *hic de Sac. Pœnit.*

3068 Non sufficit dolor, quo quis doleat se non dolere peccatorum; quia hic non est dolor, sed carentia doloris peccatorum. Cum hoc tamen dolore solet rem actiter esse coniunctus dolor de peccatis, quamvis pœnitens eum non cognoscat, & tunc est sufficiens.

3069 Qui scienter sine attritione absolutionem, & sacrilegium committit, & tenetur confessionem repetere, ex defectu materiæ prox mæ.

3070 Sufficit unus actus doloris de omnibus peccatis in genere, etiam ob iis. Debet autem esse efficax & universalis respectu omnium

omnium mortalium in confuso, & in gene-

Unde non sufficit dolor pure particularis, sed requiritur dolor, qui sit universalis saltem virtualiter, de omnibus peccatis commissis.

[illegible] otest dari Sacramentum Pœnitentiæ [illegible] dum, in quo tamen Confessio non sit de omnibus, sed pure particularis alicujus peccati; ut constat de peccatis oblitis, & in casibus, in quibus licita est dimidiata Confessio; igitur potest dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, in quo tamen dolor non sit de [illegible] p[illegible]e particularis alicujus peccati in iisdem casibus.

Resp. Negando consequentiam: disparitas est; quia contento omnium peccatorum revera [illegible] & absolute commissorum, non est [illegible] semper [illegible] a potestate, & humanius possibilis; nam humana conditio est subjecta oblivion[illegible]itato & accidentibus, quæ impediant confessionem omnium, quæ memoriæ occurrunt: dolor autem de omnibus peccatis commissis, in quovis casu, est humanitus possibilis, & in nostra potestate, quia est actus spiritualis internus, qui potest in instanti perfi-

77[illegible]

Hinc Cain[illegible]

[illegible]

ejus in fess. loquendo de dolore, absolute & absque necessita limitatione definit, quod [illegible] critio, quæ est primus actus pœnitentiæ, debet esse dolor de peccato commisso, & continere debet odium veteris vitæ, ac peccatorum detestationem: & quia peccata mortalia oblita (si quæ sint) sunt vere peccata commissa, dolor debet saltem virtualiter ad illa se extendere; ita ut si quis doleret de peccatis, quorum recordatur, & haberet animum expressum dolendi dolere de mortalibus obli[illegible]. Si [illegible]

[illegible]

[illegible]

[

dum quoad essentiam, & non gratiam, quam tamen recipit recedente fictione ex vi Baptismi præteriti.

Resp. hanc disparitatem esse inter Sacramentum Pœnitentiæ, & inter alia Sacramenta imprimentia characterem, ut sunt Baptismus, Ordo, & Confirmatio, quod illa non includant dispositionem suspicientis, ut partem essentialem; partes enim essentiales Baptismi sunt materia, & forma, nempe aqua, seu ablutio, & verba Sacerdotis cum ejus intentione; & sic pariter de Ordine, & Confirmatione; adeoque cum illare possit, quod habeant omnes partes essentiales ad validitatem requisitas, & quod non habeant dispositiones necessarias ad fructum gratiæ, illare potest, quod sint valida, & informia. In Sacramento autem Pœnitentiæ, dispositio, nempe dolor, est pars essentialis, cui enim materia proxima; adeoque implicat, quod sit informe ex defectu dispositionis, & quod sit validum: *ut infra* 3057.

3086 Dices 2. Sacramentum Pœnitentiæ posse esse validum ex defectu doloris extensive, hoc pacto: potest dari casus, quod quis habens tantum duo peccata mortalia dispartata, v.g. furti, & odii, invincibiliter obliviscatur odii, eliciat actum doloris tantum de peccato furti, ex peculiari motivo, & speciali turpitudine illius peccati in specie, illudque confiteatur: sed in hoc casu Sacramentum est validum, & informe; ergo &c. Minor probatur: est validum, quia jam adsunt omnes partes essentiales; jam namque adest sufficiens dolor; quia ex Trid. non tenetur quis confiteri, nisi peccata, quæ memoriæ occurrunt, nec tenetur elicere dolorem, nisi de peccatis, quæ pariter memoriæ occurrunt. Esset autem informe, nempe sine effectu gratiæ, quia in casu peccatum odii oblivium non esset remissum, non quidem directe, ut est certum: neque indirecte ex vi absolutionis peccati furti confessi, quia nullum peccatum remitti potest sine ullo dolore formali, aut saltem virtuali supra ipsum cadente; in casu autem, nullo pacto cadet supra illud dolor, non formalis, ut supponitur, nec virtualis; quoniam dolor de peccato furti, cum supponatur habitus ex motivo peculiari, & speciali turpitudine peccati furti, non potest virtualiter extendi ad peccatum odii diversæ rationis, & speciei; quia non potest comprehendi sub illa speciali turpitudine. Ex quo fit, quod neque esset remissum peccatum furti confessum; nam (ut est certum) unum peccatum non potest remitti sine alio, & consequenter dari potest Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe: Hic est casus validior, quia recentioribus opponitur sententiæ asserturi.

3087 Resp. admisso casu, negando minorem; quia peccatum odii, ut invincibiliter oblitum, est odiosum sub ratione formali de peccato tantum virtualiter extenditur ad peccatum odii oblitum: quatenus supposita sufficienti diligentiæ adhibita in confessionis examine, confessus ille talis promptus ad eliciendum actum doloris, etiam circa peccatum odii oblitum, si menti occurreret; talis enim virtualis extensio doloris specialiter consistit in ea promptitudine de eo dolendi, quando menti occurreret.

3088 Et licet motivum doloris formalis furti sit propria ipsius turpitudo in specie, hoc non impedit, quin etiam dolor possit ad illud peccatum oblitum virtualiter extendi, saltem ratione turpitudinis generice, quatenus peccatum est, & offensa Dei; eo ipso enim, quod dolet de specifica, dolet de generica, nam non potest dolere de ratione specifica, non curando de generica; qui autem dolet de peccato, ut sic, & de offensa Dei, ut sic, dolet virtualiter de quolibet peccato invincibiliter oblito; quia quodlibet sub ea ratione comprehenditur.

3089 Hæc autem virtuali extensione doloris deficiente, quatenus ille talis allatam promptitudinem non haberet, nec de ratione generica peccati & offensæ curaret, deficeret quidem forma gratiæ, sed simul deficeret Sacramenti validitas; quia deficeret dolor sufficiens ad valorem, esto ob invincibilem ignorantiam non peccaret; & sic deficeret materia proxima necessaria, quæ est dolor reconciliativus cum Deo, qui saltem implicite, & virtualiter detestationem omnium mortalium, etiam inculpabiliter obliterum, includit.

3090 Confirmatur 1. Ille talis, vel ita doleret de peccato furti, ut dolor esset reconciliativus cum Deo, ut scilicet ille talis mutuderet se reconciliare cum Deo, medio Sacramento, vel non? si secundum, Sacramentum esset quidem informe, sed invalidum ob defectum materiæ necessariæ: si primum, Sacramentum esset non solum validum, sed etiam formatum gratia, quia talis dolor reconciliativus cum Deo, continet implicite & virtualiter detestationem omnium mortalium, sicut liquet de actu perfectæ charitatis, qui virtualiter continet detestationem omnium peccatorum mortalium, quamvis homo eorum non recordetur: quia actus ille cum affectu ad mortale peccatorum flare non potest: ita universaliter omnis amor efficax alicujus boni continet virtualiter, & implicite detestationem mali contrarii; sic pariter est de dolore reconciliativo cum Deo dicendum.

Con-

3091 Confirmatur 2. Nisi offendens efficaciter detestetur offensam amico factam, & habeat firmum propositum eum amplius non offendendi, non potest dici, quod habeat verum & sincerum animum se reconciliandi cum amico, sed simulatum, & fictum; ergo dolor reconciliativus peccatoris cum Deo, includere debet efficacem detestationem de offensis commissis, & firmum propositum eum amplius non offendendi: sed dolor sic detestativus virtualiter, se extendit ad omnem offensam factam; ergo implicat esse dolorem reconciliativum, & ad omnia peccata, etiam oblita, non se extendere.

3092 Quod dolor debeat esse reconciliativus, conflatur: quia quæsito procedit supposita inimicitia hominis cum Deo, & de peccatis mortalibus non jam confessis, nec rite absolutis, omittime de venialibus, quia venialia sunt materia sufficiens, non necessaria, ita ut si quis confiteretur unum sine alio etiam advertenter, adhuc vi Sacramenti haberet effectum augmenti gratiæ. Unde Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. de fructu Sacramenti Pœnitentiæ loquens ait: *Sane vera res, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo*; Adeoque dicitur Sacramentum reconciliationis: *vide n.* 3094.

3093 Dices 3. Potest dari casus, quod quis omnia peccata confiteatur, & de omnibus vere doleat, habeat tamen affectum ad unum mortale: sed in hoc casu Sacramentum est validum, cum adsit sufficiens dolor; est tamen informe, & absque effectu gratiæ ob allatum affectum; ergo, &c.

Resp. Vel nomine *affectus* ad peccatum intelligitur inclinatio naturalis ad illud, & tunc Sacramentum & erit validum, & firmatum gratia; quia potest stare validitas Sacramenti Pœnitentiæ, & effectus gratiæ cum inclinatione ad aliquod peccatum, imo, cum probabili prævisione reincidentiæ: quia hi sunt actus naturales, primus appetitus sensitivus, secundus intellectus. Vel intelligitur voluntas peccandi illo peccato, & sic utique Sacramentum est informe, est tamen invalidum ob defectum materiæ necessariæ, nempe doloris efficacis reconciliativi.

Implicat ipitur, quod Sacramentum Pœnitentiæ sit informe, & validum.

Quas rationes si attente Lector perpendet, comperiet sententiam Scoti esse probabilissimam, & Gerul tutiorem, cum eui exponat Sacramentum in frequentiæ periculo: ac proinde ille conformiam decreto Innoc. XI. de sectanda opinione tutiori, quæ-

do agitur de Sacramenti valore: *vide tract. de Sacr. in gen. n.* 90 *& seq.*

CONFESSIO

3094 *Est accusatio de propriis peccatis coram Sacerdote legitimo ad finem remissionis eorum obtinendam per absolutionem.*

3095 Qualitates, seu conditiones hanc confessionis, sunt sequentes, his contenta versibus:

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, & verecunda.
Integra, secreta, lacrymabilis, accusatrix,
Fortis, & accusans, satisfactio parata.

1 *Simplex*, veritatem sponsam sine bullatarum, & rerum impertinentium admixtione.

2 *Humilis*, sine audacia, aut jactantia.

3 *Pura*, cum animi puritate, & intentione sequendi finem Sacramenti, non ob vanam gloriam, &c.

4 *Fidelis*, referens certa pro certis, dubia pro dubiis, sine mendacio.

5 *Frequens*, ut frequenter quis confiteatur.

6 *Nuda*, non palliata coloribus, sed clare & dilucide peccata explicentur sine diminutione, aut æquivocatione.

7 *Discreta*, ut peccata verbis honestis explicentur, & prebus Confessarius eligatur.

8 *Libens*, ut fiat sponte, non coacte.

9 *Verecunda*, cum pudore.

10 *Integra*, requiritur enim integritas materialis, videlicet, ut omnia mortalia, quæ memoriæ occurrunt non jam confessa, eorumque numeri, & circumstantiæ, quæ speciem mutant, aperiantur: ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 5.

11 *Secreta*, ut non fiat coram aliis, nisi urgente necessitate, ut infra de dimidiatione: *v.* n. 3091 *&* 3134.

12 *Lacrymabilis*, cum dolore saltem interiori.

13 *Accusata*, ut committo peccato, confessio non diu differatur. Committo gravi peccato, præsertim carnis, non debet quidem quis duc confessionem dilucre, ne labatur in pejus; sed indecens est, si fiat non ad Sacramentum accedat, nisi necessitas urgeat: debet enim prius, placata sensus rebellione, se disponere per cognitionem, & dolorem peccati del Ei, ut sic quamprimum cum debita reverentia Sacramentum suscipiat.

14 *Fortis*, cum animi constantia, ne ob pudorem, aut timorem, aliquod peccatum mortale omittat.

15 *Accu-*

15 *Accusans*, ut fiat per modum accusationis sine excusatione.

16 *Parce parata*, videlicet cum animo pœnitentiam implendi, & confessarii consilia sanctè.

3094 Ex his conditionibus solæ res sunt necessariæ ad Sacramenti valorem, nempe fidelitas, integritas, & dolor. *vid. numer.* 3040. & 3050.

EXAMEN.

3097 PRo integritate materiali est necesse, ut præmittatur examen sufficiens. Diligentia in examine non debet esse summa, & scrupulosa, sed mediocris, & humana, qualem vir prudens in arduis negotiis adhibet, etiam si potet majori & nova diligentia le plura reperturum; Scotus *in 4. d. 17. qu. un. Inst. M. dif. 9. a. un. lit. B.*

3098 Ad tollendos scrupulos notanda est doctrina Sancii *in speculo disp. 41. nu. 18. quod post mediocrem istam diligentiam adhibitam in conscientiæ examine non teneatur quis (etiam si non sit scrupulosus, sed expertus) ulterius de ante acta vita cogitare, & si aliquid occurat, quod putet non fuisse in confessione explicatum, posse sibi persuadere, cum cæteris id memoratum fuisse.* Hanc doctrinam communiter sequuntur, & celebrem vocant Doctores, præsertim Diana *par. 3. tr. 4. resol. 107.* Volp *resol. 146. numer. 11.* Sà, Busembaum.

3099 Hæc autem doctrina Sancii ampleciti loquendo de confessionibus antiquis, & in vita præterita actus, atque etiam in confessionibus generalibus; quia alias utique gravis perturbatio, & confusio mentis posset oriri, cum Deus non vult; minime in confessionibus ordinariis, & regulariter; licet enim post dictam diligentiam non sit de anteacta vita cogitandum, & regulariter tamen loquendo, si aliquod peccatum occurrat, quod quis prudenter, & non scrupulose dubitat non esse confessum, & maxime, quod certo scit se non esse confessum, tenetur illud confiteri, quia hoc secundum eli certo cognitum aut oblitum, & nos tenemur in confessione sequenti exprimere peccata ob quamcumque causam oblita; quia cum fuerint ablata indirecte, sunt subjicienda clavibus directe. In dubio autem de confessionibus antiquis, aut generalibus, potest quis prudenter probabiliter judicare, se illud esse confessum, ona longa distantia temporis, aut memoriæ ita materiæ non permittit diligentiam memoriam ... adhibita limitatione, laude digna est Sancii doctrina: *vid. in pag. 2 prop. 11. ab Alex. VII. damn.*

3100 Præfata autem diligentia non debet esse eadem in omnibus, sed major, vel minor, considerata distantia inter unam, & aliam confessionem, & pœnitentis conditione, nempe ejus intelligentia, & conscientia; nam longe minor requiritur in personis timoratis, & qui frequenter confitentur, ut Sacerdotes; hi namque ex oculi intellectivi supra dictam præteritam, facilitet peccata, si quæ sunt, repetunt. Et rimarati, si in aliquod mortale ecciderint haud melius quam ejus recordantur, qu a ab eo tunc, quo peccant, solet eos mordere, & alii gere conscientia peccati.

3101 In examine magnæ uti debet Confessarius prudentia; si enim ipse sit doctus, & ad eum accedat pro confessione pœnitens rudis sine sufficienti exam ne, melius est ilum interrogare, & juvare, ut numerum, & speciem peccatorum deo aret, quam dimittere ut diligentius se examinet; quia verisimiliter creditur id illi fore minus utile, & melius peccata declaratum medius Confessarii interrogationibus, quam si ipse per le conscientiam diferret.

3102 Idem sæpe contingeret potest in confessionibus plurium annorum, si pœnitens, vitiis deditus, nesciat quo se vertere, & unde incipere.

3103 Non tenetur quis cujusvis memoriæ peccata scribere, ne memoria excicant; quia præceptum est de aperiendis peccatis, quæ sunt in memoria.

3104 Viri docti interrogati consulerunt, quia prudenter creditur eos reperire, quidquid aportunè.

INTEGRITAS CONFESSIONIS

3105 ESt duplex, materialis, & formalis. *Materialis* habetur, quando pœnitens omnia peccata mortalia secundum speciem, & numerum, prout memoriæ occurrunt, confitetur, itaut nullum eorum remaneat aperiendum: *v. n. 3142. Formalis* est, quando pœnitens omnia peccata mortalia, prout memoriæ occurrunt, confitetur, quamvis hic & nunc potest, ac teneatur, licet aliquod ex necessitate aut impedimento omittatur, cum voluntate illud postea aperiendi, necessitate, aut impedimento cessante. Sæpe quis ab integritate materiali excusatur: *ut infra à n. 3113.* nunquam vero ab integritate formali: *ut n. 3070. v. 10. 3. pag. 642. a n. 279. ad 292.*

3106 Si quis habens mortalia, & venialia, prius confiteatur uni mortalia, postea alteri, apud quem bonam opinionem conservavit: nimia verecundia affectus confiteatur venalia, non peccat contra confessionis integritatem, n

rem, Leander, & Bon. Arfdekin in *tom. 2. pag 227. n. 22.* quia venialia non sunt materia necessaria: Et mortalia respectu posterioris Confessarii, cum supponantur rite confessa, & absoluta à priori, pariter non sunt materia necessaria.

3107 Moribundus, seu in periculo mortis constitutus, qui loquelam amisit, absolute debet absolvi, si nullum, aut signo aliquo confessionem petat, vel dolorem de peccatis ollendat; quia per tale signum dat materiam sufficientem, nempe peccata in genere. Idem erit, si ea signa in absentia Confessarii dederit, & postea ab alius illi renuntientur.

3108 Si moribundus nullum signum dederit, aut dare posset, non esse absolvendum, tenent Diana *p. 3. tr. 8. ref. 8. tr. 6. ref. 20.* Busem. & alii: quia nulla est data materia, non explicite, nec implicite, per aliquod signum sensibile. Nec Judex potest dare sententiam sen, nisi accusatio explicita, aut per signa sensibilia præcedat.

Dico tamen esse absolvendum sub conditione, si prius probe, & christiane vixerit, & Sacramenta frequentaverit, Leander *de Pœnit. tr. 5. d. 3. q. 46* Tamb Volp *resp. 140. num. 17.* & quamplures alii. 1. Quia de hujusmodi viro probo in articulo mortis constituto, prudenter debitari potest, an prius confessionem petierit & non fuerit auditus, aut aliquod signum exterum dederit, quod non fecerit visum; imo dubitari potest, an et am de facto aliquod signum exterum det, quod propter ejus virium imbecillitatem non videatur.

2 Quia ad recipienda Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ unctionis in articulo mortis, sufficit, quod per vitam Christianam, quam quis duxit, implicite ollenderit voluntatem ea recipiend. in articulo mortis.

3 Quia in dubiis, aut opinionibus circa necessaria ad salutem, tutior pars est amplecterda, ut patet ex *n. 77.* sed in casu agitur de re necessaria ad salutem, & adest dubium, aut opinio pro utraque parte; igitur tutior pars est eli genda, qualis est pars affirmativa, eo maxime quia certe est periculum irreverentiæ Sacramenti, & sacrilegii, dum absolutio sub conditione datur.

Ideo hanc opinionem (ut refert Diana *p. 3. tr.*) amplexus est in gran Cumens VIII. qui videns quendam è fabrica S. Petri cadentem ex remoto loco, statim absolutionem sub conditione dedit, dicens: *Si es capax, ego te absolvo à peccatis tuis.*

3109 Hac occasione Clericatus *c. 223. nu. 4.* talis proponit, qui sequitur.

Quid dicendum, si quis petat Confessionem in articulo mortis, & ibi non adsit, nisi Sacerdos mutus: an talis Sacerdos audiens peccata possit absolvere mutibus, vel scribendo in pagina: *Ego te absolvo?* Resp. Doctores in hoc casu timide conferunt, ut sic data absolutio sit forma valida Sacramenti; nam certum est, eam consistere in verbis. Porro si ante casu extremæ necessitatis, docent, melius esse, ut si e mutus Sacerdos absolvat, quamvis se omnino retrahat; nam sicut moribundus qui supponitur dolere de peccatis, petest absolvi; quamvis signa expressa non dederit, sic videtur non reprobanda talis absolutio, Diana *p. 11. tr. 6. ref. 14.* Coton. *ubi sup. n. 2. & 3.*

QUÆRES.

3110 *An, si quis non possit peccatum aliquod mortale, aut circumstantiam confiteri, sine manifestatione complicis; possit, aut debeat id tacere non alio imminente damno, nisi sola verecundia & infamia apud Confessarium?*

AFfirmant, quod alijs peccatis confessis, debeat illud tacere, cum propositum illud postea aperiendi, capta opportunitate alterius Confessarii, Diana *cap 3. tr 7. ref. 40.* Volp *ref. 150. n. 7.* & alii plures; quia præceptum de servanda fama proximi, cui sit juris divini naturalis, fundatum in illo principio: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*: magis urget, quam præceptum de integritate materiali confessionis, cum sit juris divini positivi.

3111 Respondeo negative, nimirum pœnitentem non debere illud peccatum tacere, sed confiteri, si alius Confessarius, qui complicem ignorer, non adsit, & non possit aliter peccatum, vel circumstantiam explicare, quin complicem manifestet, Scotus *in 4 dist. 21. q. 2. litt. I.* D. Bon. D. Thomas, D. Antonius, & D. Bernardus, quos citat, & sequitur Leander *de pœnit. tr. 5. d. 5. q. 61. cum communiori.*

Probatur: Præceptum Christi de integritate materiali confessionis obligat pœnitentem ad manifestanda propria peccata, & subeundam apud Confessarium infamiam propriam, si quæ sit; ergo à fortiori obligat ad eadem manifestanda, & subeundam apud Confessarium infamiam complicis, si quæ sit. Sequitur ex disparitate non assignanda; & à fortiori: quia magis quis tenetur ad propriam, quam ad alienam famam servandam: Tum quia peccator, per hoc, quod peccat, cedit jure suo quoad famam apud Confessarium.

3112 Cæterum nullam infamiam adesse ostenditur ad hominem, ex Diana *p. 3. tr. 5.*

tr 5.

n. 5. ref. 33. non infamat proximum, nec peccat mortaliter, qui adhibitum secretum uxoris communicat viro tacituro per modum consultationis, aut injuriam aha in fide illatam ad levienda dolorem; ergo non infamat complicem, nec peccat, qui proprium peccatum sine manifestatione complicis confiteri non valens, illud communicat Confessario per modum confessionis sacramentalis, & ad vitam animæ obtinendam. Sequitur à fortiori, quia amicus ligatur sigillo naturali, Confessarius sacramentali; *n. n.* 2750. & 2759.

DE DIMIDIATIONE CONFESSIONIS.

3113 URgente gravi necessitate, potest ii. te dimidiari Confessio, tam à Sacerdote in ordine ad celebrandum, quam à laico in ordine ad communicandum, ob rationem *de n.* 284. *in n. 3.* Hæc autem necessitas, seu causa ab integritate materiali excusans, non debet esse quæcunque, ob rationem *de n.* 285. *ant* 289. *num. 3.* sed sola impotentia physica, aut moralis, ita ut ex una parte urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi, & ex alia adsit impotentia confitendi.

IMPOTENTIA PHYSICA

3114 HAbetur. 1. Si immineat periculum mortis, & patieris non habeat tempus confiteri de omnia. 2. Si imminet melius de morbi hunderum, ut tempore pestis, naufragii, subiti prælii, incendii, &c. Imo his casibus possunt omnes simul & de uno peccato, quod minus infamat, vel secundum alios (si aliter fieri nec possit) dicendo in genere, *se esse peccatores*, absolvi per hæc verba: *Ego vos absolvo, &c.* 2. Si infirmus nimis fatigetur in dicendis peccatis, hic potest dimidiare, & in posterum relinquere, & est absolvendus, ne morte præventus, sine absolutione decedat.

3115 Vir ignoti idiomatis non habens copiam Confessarii, qui illum intelligat, potest dimidiare confessionem, non facto inflante præcepto Divino, sed etiam Ecclesiastico; quia in eo casu facit, quod moraliter potest. Idem dic de muto, aut valde balbutiente linguæ, qui signis confitentur, quomodo possunt. Ita *Leander de Sacr. Pœnit. q. 5.* Diana *p. 4. n. 3. ref. 131. n. n.* 2912.

IMPOTENTIA MORALIS

3116 HAbetur, quando non leviter, sed prudenter timetur grave damnum corporale, vel spirituale, proprium, vel alienum, *ut in rem. 3. pag. 642. n.* 284. 289.

3117 In his casibus licita est dimidiatio confessionis non solum in articulo mortis, & quando obligat præceptum de unius, aut Ecclesiastici ministerio confitendi; sed etiam quando non obligat, si non brevi, sed longo tempore ille differenda confessio; quia ejus privati sunctu bonus Sacramenti, est notabile damnum. Ita Leander, Diana, & alii.

3118 Circa peccata, quæ tacet, non requiritur contritio, sed sufficit attritio, & propositum confitendi illa, cessante periculo, seu impotentia, quia per Sacramentum jam ab illis indirecte absolvitur: *n. rem. 3. pag. 643. n.* 288.

3119 Non licet dimidiare confessionem ratione magni concursus pœnitentium, & hic dimidiate confessos absolvere; quia qui habet necessitatem Confessionis valde longæ, potest, & debet adhibere diem expeditiorem eximi. Tum quia id cederet in scandalum, & animarum perniciem; nam perditi possent diem magni concursus eligere, ut sic dimidiate confiterentur, & absolvescretur, quando materia exponeret specialem Confessarii curam, & medicinam, quam ob pœnitentium multitudinem adhibere non valet.

3120 Si autem occurrat necessitas confessionis adeo longæ, ut tunc perfici non possit, & ex alia parte non possit ille sine scandalo, damno, aut infamia, M. flam, seu Communionem omittere; tunc potest ille eam sola contritione, & voto confessionis celebrare, aut communicare; vel si prudenter timet contritionem sibi difficilem, potest attritus confiteri dimidiate, Diana *p. 5. tr. 3. ref. 75. n. 13. ref. 53.* Similiter quando Parochus celebrans Eucharistiam ad infimum, audiens brevem reconciliationem, advertit eum. teneri ad longam Confessionem, quam sine scandalo & infamia tunc profequi non potest., potest dimidiate confessum absolvere, communicare, & rediie ad Confessionem: *n. in pag. 6. prop. 59.* ab Innoc. XI. *dam.*

CASUS.

3121 SAcerdos, aut laicus habens eum non reservatis casum reservatum, si urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi, & solum adest Confessarius valens à non reservatis absolvere, probabilius mihi est, quod debeat confiteri inferiori, tam non reservata, quam reservata; quia præceptum de peemittenda Confessione obligat ad integram; nedum formaliter, sed etiam materialiter; a qua integritate materiali solum excusat necessitas cadens supra ipsam dimidiationem, non supra celebrationem, ut est in casu; damnum namque, aut infamia non timetur ex Confessione reservati, sed ex non Confessione celebrationis. Et sic absolvitur ab impetu scienter in casu urgentis necessitatis celebrandi, aut communicandi, quia præceptum Ecclesiasticum centuram imponens non obligat cum tanto detrimento.

hus peccatis, directe à non reservatis, indirecte à reservato, & non dimidiatur Confessio, Volpi *ref. 62. n 11. n. 2 n.* 3358.

3122 Peccatum dicitur *directe* absolvi, quatenus aperitur Confessario habenti legitimam potestatem in illud; qui proinde illud directe absolvit: *Indirecte*, quatenus absolvit ratione concomitantiæ cum peccato directe absoluto, quod dupliciter contingere potest.

1. In peccatis oblitis, quæ, quando quis confitetur, dicuntur absolvi indirecte, ex vi absolutionis directe datæ supra peccata confessa, in quantum non potest remitti unum peccatum sine alio, sed gratia omnes expellit.

2 Quando quis urgente necessitate celebrandi, aut communicandi, confitetur Confessario inferiori plura peccata, quorum alia sunt reservata, alia non reservata; tunc à reservatis absolvitur, non directe, quia ea non caduni sub potestate Confessarii; sed indirecte ex vi absolutionis directe datæ supra non reservata, cum nonte, ut posset accedat ad Superiorem, aut Confessarium, ut ab eo absolvatur à reservatis directe; cui solum sufficit, ut confiteatur ipsa reservata, non me alia, quia ab aliis jam fuit directe absolutus.

3123 Si autem casu fit aperta excommunicatio reservata, tunc Confessarius inferior potest pœnitentem absolvere directe à peccatis non reservatis, & indirecte à reservatis: at non potest absolvere à censura reservata; absolutio enim à censuris est distincta ab absolutione à peccatis, unde ille à peccatis absolutus, remanet censura ligatus: quo non obstante, potest confiteri in hujusmodi casu inferiori, & inde à peccatis absolutus licite celebrare, aut communicare, Diana *p. 3. tr. 4. ref. 104. p. 5. tr. 12. ref. 10.* quia ille est recte dispositus; nam absolutio à peccatis, & infusio gratiæ potest per accidens haberi remanente censura, quoniam gratia non est incompossibilis cum censura: qui casus contingit, si pœnitens oblitus censuræ reservatæ confiteatur, & à Confessario inferiori censuræ

tunc nova necessitate celebrandi, aut communicandi urgente, major cautio est exigenda, puta juramentum; & si pectinus sit in non comparendo, est ei neganda absolutio, ut aliis, quorum emendatio desperatur, Diana *p. 5. cit.*

3125 Denique, si Sacerdos celebraturus, & aicus communicaturus habet solum casum reservatum, tunc necesse est, ut sibi consulat, & evadat in gratia per contritionem, & sic communicet, aut celebret, Confessione non præmissa, quia rare reservatum nullo modo potest absolvi à Confessario inferiori; non directe, quia non cadit sub potestate legitima Confessarii; nec indirecte, quia non supponitur aliud peccatum non reservatum ex vi absolutionis, cujus per concomitantiam absolvatur, Volpi *cit. n. n.* 3360.

3126 Idem etiam verum dicendum extra casum necessitatis communicandi, si Confessarius ignarus pœnitentem de casu reservato, quem vise reservatum ignorat, sine legitima facultate absolvat; tenc nanque, si pœnitens non subjicit Confessario inferiori casi peccatum reservatum, non remanet in re absolutus ex defectu jurisdictionis Confessarii, licet bona fides eum à fare legio excuset, si communicet: si vero una cum reservato subjicit Confessario aliud peccatum non reservatum, tunc quidem remanet absolutus ab omnibus absolutus, directe à non reservato, indirecte à reservato, cum onere tamen accedendi ad Superiorem pro reservato, superveniente notitia, quod Confessarius prior non habebat facultatem super illo.

DE CIRCUMSTANTIIS PECCATORUM.

3127 CIrcumstantia *est accidens actui humano adjacens.* Circumstantiæ sunt septem.

Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.

Quæ sunt necessario in Confessione aperiendæ, si mutent speciem.

QUIS

3128 SIgnificat qualitatem peccantis, v. g. an peccate fornicationis, an sit conjugatus, voto castitatis ligatus, &c.

3129 Religiosus professus non tenetur exprimere circumstantiam Religiosi, sed satis, etiam si sit Sacerdos; quia solo visus castitatis, & Religionis, tamo status sceleratus, quam ab utroque voto intenditur. Nec explicare tenetur circumstantiam voti solemnis, quia votum solemne, & simplex, non variant speciem, sed differunt accidentaliter secundum

magis, & minus. Pariter mulier habens rem cum Religioso Sacerdote, sufficit, si dicat: *Habeo rem cum habente votum castitatis*, Diana *p. 3. tr. 4. res. 67.*

3130 Conjugatus habens rem cum conjugata... tenetur utrumque statum exprimere; quia habetur in eo actu duplex malitia, & injustitia, quæ licet sit ejusdem speciei, & contra eandem virtutem, est tamen explicanda, ut explicetur peccatum in individuo, quod tactum est, quod alias non explicaretur. Tum quia frangere fidem, & cooperari, ut alter frangat fidem, sunt diversæ species. Idem dic, si utrique sit ligatus voto castitatis: *v. num. 2141. & 553.*

Subditus injuria afficiens, aut perentiens Superiorem, non sufficit, si dicat se percussisse, &c. Religiosum, sed debet circumstantiam Superioris aperire; quia addit malitiam specialem contra observantiam Superiori debitam.

Si quis haberet rem cum muliere dormiente, deberet circumstantiam aperire; quia inferret injuriam, nam dormiens est quasi invita: *v. n. 2143.*

3131 Prælatus, seu Superior non tenetur in peccato fornicationis, aut alio peccato hominis, circumstantiam prælationis exprimere, nisi peccet cum publicitate, & scandalo, quia talis circumstantia non mutat speciem: ex eque peccata Superioris, quæ scilicet ejus concernunt officium.

3132 Frigidus, & Eunuchus, si fornicetur, aperite tenetur circumstantiam impotentiæ generandi: quia mutat speciem contra naturam; nam ejus caret fine, ad quem est à natura ordinata, Diana *p. 3. tr. 4. res. 139.*

3133 Religiosus habens votum solemne castitatis, si faciat votum se non polluendi, & se polluat, non tenetur exprimere hoc votum, Leander; quia utrumque votum eandem virtutem intendit: imo secundum non est distinctum, sed confirmatio primi

QUID

3134 Circumstantiam se tenentem ex parte materiæ, & objecti peccati, v. gr. in furto, an calix sit consecratus: in percussione, an percussus sit Clericus, Pater, Mater, Superior.

3135 Qui plura vota de diversis materiis ex se non præceptis emisit, illa omnia violans, semel, & dicat: *tot vota per tot vices fregi*; quia omnia sunt ejusdem speciei. Si vero sint de materiis ex se præceptis, tenetur illa exprimere, v. gr. freg: votum castitatis, non jejunii, &c. Idem dic, si jejunium illius diei, ad quod tenetur ex voto, aut præcepto, fuisset injunctum pro pœnitentia sacramentali; tunc namque illud frangens deberet exprimere votum, præceptum, & onus satisfactionis sacramentalis, ob malitias specie distinctas, quas inde contraheret actus, ut infra dicemus de distinctione specifica, & numerica, *& n. 2193.*

3136 Secus est dicendum, si actus sit contra plura præcepta, aut contra votum ... emissum. Unde si quis omittat Sacrum die Dominico, quo occurrit festum Sancti, sufficit, si dicat se omisisse Sacrum die festo: idem dic de voto replicato, quia præcepta, & respective vota sunt ejusdem rationis, ac proinde actus non desumit ex illis malitiam specie distinctam, juxta dicta *in loc. cit. v. n. 1850.*

UBI

3137 Locum peccati, v. gr. pollutio in Ecclesia: *v. d n. 556. ad 576. Qualitas auxilii*, personam, qua usus est pro medio ad patrandum peccatum, v. g. si ad provocandam mulierem usus est alia mulier, quod addit malitiam scandali contra charitatem: *v. n. 328. ad 330. Cur*, finem peccantis, v. gr. si quis foreatur pecuniam ad fornicandum. *Quomodo*, modum, quo peccatum committitur, v. g. si quis habeat rem cum muliere, adhibendo violentiam. *Quando*, tempus, v. gr. si Confessarius tractavit inhoneste cum muliere, quando illa confitebatur.

3138 Circumstantiæ, aliæ sunt mutantes speciem, quæ scilicet faciunt peccatum opponi ad virtutes, seu honestates specie distinctas, ac proinde constituunt peccatum sub specie distincta, ut in allatis exemplis, & de quibus fuse facta est mentio in propriis materiis, præsertim *in 6. præc. dec.*

3139 Aliæ sunt aggravantes in infinitum, quæ scilicet materiam venialem transferunt in mortalem, ut mendacium cum gravi damno proximi; quæ dicuntur aggravantes in infinitum, quia quasi infinite mortale in gravitate distat à veniali; & hæc sunt necessario aperiendæ.

3140 Aliæ sunt aggravantes, vel minuentes intra eandem speciem; quæ peccatum ad aliam speciem non transferunt, sed intra eandem speciem augent, vel minuunt. Et istæ, aliæ sunt parum aggravantes, quas certum est non esse necessario aperiendas; aliæ sunt notabiliter aggravantes, quæ scilicet faciunt unum peccatum mortale pluribus mortalibus intra eandem speciem in gravitate æquivalere; ut est furtum mille aureorum, respectu furti viginti aureorum. De his est

DIF-

DIFFICULTAS.

3141 *An sint necessaria in Confessione aperienda?*

Prima opinio tenet, circumstantias notabiliter aggravantes, per se non esse necessario aperiendas; sed aliquando per accidens, si peccatum propter talem circumstantiam habeat annexam censuram, vel tefervationem, Diana *p. 2. tr. 7. ref. 1. par. 3. tr. 4. ref. 95. p. 5. tr. 14. ref. 56.* Leander *de pœnit. tr. 5. disp. 8. q. 1.* Lugo, Toletus, Arfdekin *in tr. 2. pag. 227. n. 16.* Matir. *disp. 21. q. 7. n. 174* cum aliis fere 60. Doctoribus apud Diana, & Leandrum.

3142 Ratio est, quia Conc. Trid. *sess. 14. c. 4. & Can. 7.* enumerans ea, quæ in confessione sunt de necessitate exprimenda, nullam mentionem facit de circumstantiis notabiliter aggravantibus; sed obligationem restringit ad numerum peccatorum, & ad circumstantias mutantes speciem: in doctrinalibus autem, quando ea tacentur, quæ necessaria sunt, si alia præmittuntur, eo ipso virtualiter declarantur non esse necessaria: eo maxime qu a Conc. addit hæc verba: *Nil aliud ab Ecclesia à pœnitentibus exigitur.* Igitur nullum apparet præceptum, & nulla obligatio circumstantias notabiliter aggravantes aperiendi.

Tum quia opinio affirmativa est scrupulorum fomentum; valde enim perturbaretur conscientia, & valde durum esset, si teneretur discernere, in qua quantitate circumstantia est notabiliter aggravans, & in qua non: quo etiam non est major ratio, cur in furto quantitas mille aureorum sit notabiliter aggravans respectu furti viginti aureorum, & non sic furtum viginti aureorum respectu furti unius aurei; sicut enim primum furtum est in quantitate æquivalente pluribus mortalibus, ita secundum.

Nec ad requiritur, ut sit regula Confessario in danda medicina, ut obliget ad restitutionem; quia Confessarius per hoc præcise, quod audiat furtum esse mortale, obligat pœnitentem ad restitutionem.

Unde concludunt, cum, qui furatus est, v. gr. mille, sufficere, si dicat: *Commisi furtum mortale.*

3143 Secunda opinio, cui adhæreo, affirmat esse necessario aperiendas. Scotus *in 4. dist. 17. q. un. de 2. art. Iust.* N. his verbis: *Nec solum peccata, sed circumstantiæ peccatorum notabiliter aggravantes includi debent præceptum*; qui non potest explicari de circumstantiis mutantibus speciem tantum: nam exemplum affert de perseverantia, & diuturnitate peccati, quæ quidem non mutat speciem, sed solum aggravat, Cajet. Sotus, Victoria, Ledesma, Joan. la Cruz, & alii. Ratio est; quia multoties sunt circumstantiæ tales, quæ intra eandem speciem ita aggravant peccatum, ut judicio prudentis majorem malitiam afferant, quam si adderetur circumstantia mutans speciem; igitur si circumstantia mutans speciem est necessario aperienda, ita circumstantia præfata modo aggravans, quæ proinde dicitur notabiliter aggravans.

3144 Circumstantia igitur notabiliter aggravans non est illa, quæ solum facit unum mortale pluribus intra eandem speciem æquivalere; aliequin, qui fornicatur, non tantum deberet explicare copulam, sed etiam oscula, & tactus impudicos antecedentes, concomitantes, & consequentes, proxime peccato principali, ad quod ordinantur, connexa: quod secundum communem est falsum. *Sed est illa, quæ ita intra eandem speciem peccatum aggravat ut judicio prudentis majorem malitiam afferat, quam si adderetur circumstantia mutans speciem.*

3145 Hæc ratione est circumstantia notabiliter aggravans. 1. In furto quantitas mille aureorum respectu viginti. 2. Excessiva diuturnitas, v. gr. perdurare in odio, & voluntate occidendi inimicum plus quam per tres menses, de qua perseverantia exemplificat Scotus *cit. v. tom. 1. n. 366.* 3. Talis est (per plures, qui teneri, gradus consanguinitatis non differre specie) circumstantia copulæ cum matre, aut patre. 4. Talis respectu homicidii facti per veneficium, est occisio hominis patrata excessiva sævitia, v. gr. cum obtruncatione nali, linguæ, manuum, &c. Quem quæso (si non sit fera) non horret notabiliter tam excessiva crudelitas, ut certo non judicet hanc esse circumstantiam majorem gravitatem homicidio afferentem, quam si alia circumstantia mutans speciem, puta quam si occisio per veneficium esset facta ad fornicandum?

Hæ quidem, & similes circumstantiæ notabiliter aggravantes, sunt necessario aperiendæ Confessario tam ut medico, quam ut judici, qui a validiori indigent medicina, qua curentur, & majori satisfactione, qua purgentur, exemplo desumpto ex morbo, & delicto physico.

Neque hæc sententia est scrupulorum fomentum, si pœnitens grabum & doctum Confessarium consulat: & si hæc teneatur regula, quod *in dubio, an circumstantia sit notabiliter aggravans, confessor non esse accabiliter aggravantem*; quia nemo est spoliandus liberiate ob obligationem dubiam: *vide num. 41.*

De

De circumstantiis gluta alia dicta sunt in propriis materiis.

CONFESSIO ABSENTIS.

3146 NOn potest quis, nec licite, nec valide confiteri absenti per litteras, aut nuncium, & absens absit, etiam si reperiatur in articulo mortis, aut impotens ad accedendum ad illum, quia v. g. detinetur in carcere, ita Scotus *in 4. dist. 17. q. un. litt. Z.* quia Sacramenta exhonent subjectum præsens. Constat ex ipsa forma absolutionis, *Ego te absolvo*, quæ non verificatur de subjecto absente; nam pronomen demonstrativum *Te* significat subjectum præsens, ut dictum est pariter de præsentia materiæ in Sacramento Eucharistiæ, *n.* 2953. & 2954.

3147 Nec obstat, quod matrimonium celebretur inter absentes per procuratores; quia contractus matrimonii (ut bene advertit la Cruz) in quo fundatur ratio Sacramenti, non est immutatus à Christo in ratione contractus, sed elevatus in legem gratiæ in ratione Sacramenti; ac proinde, quando salvatur in ratione contractus, sicut salvatur inter absentes, salvatur etiam in ratione Sacramenti: non sic Sacramentum Pœnitentiæ, quod in ratione Sacramenti fuit à Christo institutum, ut requirat præsentiam subjecti; ut ex ejus forma liquet.

Tum quia talis modus confitendi absenti per litteras, aut nuncium, est exposituus gravissimis periculis, revelationis Confessionis, scandali, & alterum damni; quia ut ait Scotus *in 3. ex natura sua est parvitas*: quod cedit in grave præjudicium plicis Sacramenti.

Hinc Clemens VIII. anno 1602. contrariam assertionem damnavit ad minus ut saltem, temerariam, & scandalosam, eamque sub ex communicatione docenti, aut in praxim deduci prohibuit.

3148 Eadem ratione invalida esset absolutio, si Confessarius præsentem audiret, & postea per litteras eum absentem absolveret.

3149 Aridekin *in sum. 2. pag. 232.* addit, *quod si absenti per litteras, aut nuncium Sacerdos absenti confessus fuisset, & postea ad illum in periculo mortis accurrens præsentem sine ulla Confessione absolveret, valide, & licite absolveret, sicut si alii testentur, aliquem moribundum, Sacerdote absente, dedisse contritionis signa, aut Confessionem petiisse, posset Sacerdos supervenions illum jam finibus destitutum absolvere.* Et Clemens VIII. *non simpliciter absenti Confessionem, sed simul ejusdem absentis absolutionem damnavit.* Ita ille, qui addit. Clementem VIII. super hoc casu consultum, sic respondisse.

3150 Idem docet Mastrius *dis.* 21. *q.* 7. *sum.* 170. in casu necessitatis, non extra, maxime, si infirmus Sacerdoti, cui peccata scripsit, accurrenti dicat: *Me accuso de omnibus peccatis quæ scripsi.*

3151 Præsentia pœnitentis non est necesse, quod sit omnino physica, itaut pœnitens sit ante pedes Confessarii: sed sufficit moralis, quatenus statim discessit, est in eodem Templo, ad prospectum Confessarii, à quo parum distat: Et sic, si Confessarius aliquem detectum substantialem circa formam commisit, & pœnitens discessit, vel discessit antequam Confessarius perficeret formam, & admiratio esset adstantibus eum revocare, posset tamen sic moraliter præsentem absolvere. Sed hoc gratis dicitur.

3152 Absolutio à censuris potest dari absenti, quia potest dari extra Sacramentum, nisi Superior facultatem absolvendi committat cum clausula *in Confessione Sacramentali*, Clericatus *c.* 123. *n.* 14. *v. n.* 3215.

CONFESSIO INSCRIPTIS.

3153 NEmo, etiam si sit impotens confiteri ore, ut mutus &c. tenetur confiteri in scriptis, aut per interpretem, quia Confessio facta à Christo instituta *secreta*. & hic modus confitendi est ex natura sua patulus, Scotus *in 4. d. 17. q. un. litt. Y.* & Diana *p. 5. tr. 6. ref. 4.* Affirmat de impotenti confiteri ore, si possit scribere, Leander *de Pœn. tr. 5. dis. 6. q. 17.* Difficultas autem est, *an fieri possit in scriptis.*

3154 Et quidem in casu necessitatis, quo quis sit impotens confiteri, v. gr. quia mutus, ignotæ linguæ &c. confiteri potest per nutus, interpretem, aut scriptum, dummodo Confessarius absolvendo sit præsens; quia, quod Confessio sit secreta, & vocalis, non est de essentia Confessionis, sed modus sacramentalis, adeoque in casu necessitatis potest esse publica: *ut in n.* 3114. habetur ex Trident. *sess. 14. c.*

3155 Extra casum necessitatis absolute affirmat Leander *de Pœnit. tr. disp. 6. q. 14. & 25.* quod, si quis Sacerdoti præsenti tradat in scripto suam Confessionem tacite legendam, & immediate ante, aut post dicat: *De his omnibus peccatis in scripto mihi oblatis*, valida, & licita sit Confessio, quia implet præceptum Confessionis vocalis, dum vere fatetur peccata ibi scripta esse sua. & cum alioquin de illis habeat dolorem, ponit, quod requiritur ad Confessionis integritatem.

3156 Aridekin *in tom 2. pag.* 232. & Meyahane

hanc opinionem sequuntur in casu verecundiæ valde magnæ.

3157 Dico tamen, extra casum necessitatis Confessionem in scripto factam Confessario præfecti esse gravitet illicitam, & inde invalidam, Mastrius *dis.* 32. *q.* 7. *n.* 168. Fabet, Brancatus, & alii Scotistæ, quia Confessio vocalis est de præcepto d. vino: conflat *ex c. Quem patient de Pœnit. dist. 1. Præcepit enim Dominus mundanis, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporalis præsentia confitenda peccata, non per nuntium, nec per scriptum manifestanda: dixit enim*: Ora monstrare: *erubescentia enim victa citius offensis fit venia criminis*: hinc ut insinuat Scot *cit. litt. Z.* erubescentia non excusat, sed sola impotentia, quo jam erubescentia est à Christo intenta, & inde est magna pars pœnitentiæ.

Tum quia opinio affirmativa potest esse scandalosa, & occasio, ut confessio vocalis haud amplius, aut parum, præsertim à puellis usitetur, quia cum non possit faciliter discerni, quanta verecundia requiratur, quælibet puella pallet allegare, & præsumetur suam verecundiam esse magnam, & extendentem; ac proinde à confessione vocali excusari.

3158 A fortiori nec est licita, nec valida confessio, si quis Sacerdoti, qui fuit peccato præsens, dicat: *Me accuso de peccato illo, quod tu scivisti hesi commisse*; quia hæc notitia non est sacramentalis, nec fuit ordinata ad Sacramentum, *sed* est extrajudicialis. Scotus *in 4. d. 16. q. 1. litt. E.*

3159 Confessarius autem nullo pacto potest uare absolutionem in scripto, sed debet eam vive proferre: *v. n.* 2109.

CONFESSIO DE SOLIS CONFESSIS.

3160 COnfessio de solis mortalibus aliàs confessis est valida, & fructuosa *Fructuosa*, quia habet augmentum gratiæ: *Valida*, quia habet omnes partes; peccata enim confessa concluderari possunt ut remissa, & ut commissa; unde absolutio cadit supra illa ut commissa, quæ pacto sunt materia sufficiens. Inde per subtilitatem notæ materiæ proximæ, nempe novæ contritionis, Confessionis, & satisfactionis; requiritur enim novus dolor.

CONFESSIO REITERANDA EST

3161 Dupliciter est invalida, quod ex duplici capite contingere potest. 1. Ex parte pœnitentis. 2. Ex parte Confessarii.

EX PARTE PŒNITENTIS.

3162 Est invalida, & reiteranda confessio. 1. Facta sine dolore, aut cum defectu alterius partis essentialis. Nec ad hoc ignorantia excusat; quia est defectus partis essentialis, nempe materiæ proximæ. 2. In qua quis voluntate aliquod mortale emisit. 3. In qua quis accedit cum voluntate peccandi mortaliter; quia tunc non est dispositus, non enim habet verum dolorem, & propositum se emendandi: talis est qui in occasione proxima peccandi reperitur, quam relinquere potest, & non vult.

3163 In casibus, in quibus quis, dum confitetur, peccat, seu indispositus ad Sacramentum accedit, sacrilegium committit.

3164 Rudis, qui sine certo numero, sed grosso modo mortalia indocto Confessario confessus est, non tenetur, detecto errore, confessiones reiterare, Leander *hic tr. 5. dis. 5. q. 71.* Diana *p. 2. tr. 4. ref. 89.* quia fuerunt validæ, & fructuosæ, quoniam peccata fuerunt directe absoluta; non est autem obligatio iterum subjiciendi clavibus peccata semel directe absoluta.

3165 Hinc Diana *in sum verb.* Confessarius quoad Examen *n.* 38. ait: *Caveat, ne pœnitentes perturbet circa validitatem præteritarum confessionum. Nam. si interrogando illos de numero, respondeant, se nunquam numerum expressisse, cum id bona fide fecerint, relinquendos in bona fide, ait Marchantius: nisi aliquod essentiale omisisse constet; nam confessiones alioquin non integræ materialiter possunt esse integræ formaliter ratione bonæ fidei, & sic sufficientes.*

3166 Non sunt reiterandæ confessiones bona fide factæ post confessionem invalidam, quæ iam fuerunt validæ, & fructuosæ ratione bonæ fidei; sed solum est reiteranda illa, in qua fuit defectus, postquam memoriæ occurrerit. Hinc qui culpabiliter mortale tacuit, & postea in aliis confessionibus est oblitus illius sacrilegii, quando tandem ejus recordatur, non tenetur ad has repetendas.

NOTA CELEBREM DOCTRINAM.

3167 QUando reiteratur confessio invalida cum Sacerdote, qui priorem illam confessionem non audivit, necesse est omnia mortalia distincte & in particulari repetere, exprimendo peccatum, quod tacuit, & sacrilegium, quod fecit.

Quando vero Confessarius est idem, etiamsi non recorderur peccatorum, nec distincte, nec confuse, nec pœnitentiæ imponæ, sed solum, quod sibi confessus fuerit, tunc sufficit dicere defectum commissum, nempe peccatum, quod tacuit, sacrilegium, quod fecit, & peccata nova, si sint: de cæteris vero, alias à Confessario auditis, se accusare in generali. *Item accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione invalida tibi aperui.* Quia in priori confessione pœnitens, licet invalide, vere distincte ea declaravit, & Confessarius pœnitentiam

impositi. Ita Leander. *tr. 5. disp. 5. q. 91.* Dia-
D. Antoninus, Lugo, & alii.

3168 Dico tamen melius cum D. Thoma, reperendo else peccata distincte, & in particulari, nisi Confessarius eorum recordetur laltem in confuso, aut saltem nisi recordetur in confuse, & in communi status, ac vitæ pœnitentis, quam nunc ducebat, aut pœnitentiæ à se impositæ. Malitius *disp. 21. q. 8. n. 138.* Bonac. Navar. & alii; quia sitic non recordetur, non potest Confessarius recte fungi suo munere in medicina, & pœnitentia imponenda, bene vero si præfato modo recordetur.

3169 Hinc praxis est, ut Confessarius, si pœnitenti sibi confesso absolutionem differat ad plures dies, vel quia confessio est longa, & non potest eodem die perfici, vel quia pœnitens est indispositus; tunc accedente termino dilationis, licet non recordetur peccatorum confessorum distincte, & in specie, sed in communi confesso, non ex gat, ut confessio repetatur, sed ut dolor eliciatur, & absolvat; quia pœnitens jam satisfecit confessionis integritati materiali.

3170 Hic ratione, qui eidem Confessario est confessus, hoc modo uti potest in confessionibus repetendis, si prudenter timeat, aut invenial easex defectu veri dolonis, propositi, aut ex aliquo capite fuisse invalidas, dicendo: *Accusi me de omnibus illis peccatis, quæ tibi in aliis confessionibus confessus sum.* Vide quantæ utilitatis sit eundem semper adire Confessarium.

EX PARTE CONFESSARII

3171 **T** Nualida, & reiteranda confessio est.

I 2. Si Confessarius verba absolutionis substantialiter violaverit, aut intentionem actualem, vel virtualem absolvendi non habuerit. 2. Si careat jurisdictione. 3. Si sit excommunicatus vitandus, quatenus est publice declaratus, vel notorius percussor Clerici; quia habet jurisdictionem impeditam. Valida autem est confessio, si Confessarius excommunicatus vitandus, sit in loco ubi ignoratur, & communi errore non habetur, nec creditur excommunicatus; insuper, si habeat titulum, quatenus est Parochus, aut vere approbatus; quia in hoc casu Ecclesia supplet jurisdictionem, qua ille caret. Leand. *tr. 5. qu. 78. & 79. com.* Non excusat autem error particularis. V. de iste *n.* 3256.

3172 Valida est, & non iteranda confessio bona fide facta cum Sacerdote valde ignaro, quia ad valorem sufficit notitia de peccato in communi, videlicet, quod pœnitens habeat peccatum, sacrilega tamen, & inde iteranda est, si cum eo scienter, & ex malitia fuit, Leand. *tr. 4. q. 74.* Diana *p. 3. tr. 4. resp. 121.* Quilibet Confessarius approbatus est censendus idoneus, nisi certe constet de opposito.

3173 Valida, & non iteranda est confessio facta bona fide cum Confessario, qui obtrectatorem, fornicum, aut distractionem, aliqua mortalia non intellexit sine culpa pœnitentis, & sine culpa erroris Confessarii; quod si pœnitens id postea advertat, sufficit, quod repetat ea, quæ probabiliter judicat, aut scit non fuisse audita.

3174 Si vero noverit, quod illud fuerit; si confessio est brevis, tenetur omnia repetere, quia de singulis potest prudenter dubitare; si longa, non tenetur omnia repetere; quia in tanta multitudine non potest de singulis prudenter dubitare, sed solum confiteri debet peccatum illud in communi, dicendo: *Me accuso de peccato illo mortali, quod Confessarius non audivit* humiliter, si sint aliqua non audita, quæ parvet determinate discernere non potest.

3175 Probatur à pari, nam ex superius dictis, qui scit se commisisse al quod mortale, & non recordatur quale fuerit, tenetur illud in communi, & in genere confiteri, similiter, qui dubitat de aliquo mortali à se commisso, tenetur illud dubium confiteri; & deinum, qui dubitat de aliquo peccato in communi, an illud confessus fuerit, tenetur illud dubium confiteri; igitur, qui scit, vel dubitat aliquod, vel aliqua mortalia non fuisse à Confessario intellecta, debet illa in communi, & in genere confiteri, licet noverit in particulari, qua ea illa fuerint.

3176 Debet tamen tunc determinate materiam, quantum fieri potest, v. gr. dicendo: *Sem, vel dubito, an Confessarius audiverit unum peccatum grave meum. & nescio quale fuerit; sed tempore illo solebam confiteri tales, vel tales species peccatorum.* Diana *p. 4. tr. 4. resp. 158.* Leand *hic tr. 5. disp. 3. qu. 86.* Tamb. Lugo.

3177 Ad tollendos scrupulos, sciant fideles quod si ob aliquem defectum occultum contigerit aliqua eorum confessio invalida sine eorum culpa; in sequenti confessione valida, peccata illa fuerunt indirecte absoluta.

DE SATISFACTIONE.

3178 **S** Atisfactio Sacramentalis, *est compensatio pœnæ temporalis debitæ ob injuriam Deo illatam, consistens in operibus pœnalibus, & laboriosis à Confessario taxatis.*

3179 Peccato enim mortali correspondet culpa, quæ est offensa Dei, & pœna æterna; nec Sacramentum pœnitentiæ deletur tota culpa, ita ut peccator redeat in Dei amicitiam; pœna verò non remittitur tota, sed commutatur de æterna in temporalem satisfaciendam in præsenti, vel in alia vita in Purgatorio. Hanc pœnam temporalem satisfactio Sacramentalis compensat ultra suas vires ex opere operato: ita ut majorem pœnam compenset jejunium à Confessario impositum, quam voluntatie assumptum. Taxa autem soli Deo est nota.

3180 Satisfactio invocata, videlicet in propositi cam ad implendi, est pars essentialis Sacramenti pœnitentiæ, se tenens ex parte materiæ proximæ; in esse autem exhibito, seu in executione, est pars integralis, Scotus *in 4. d. 16. q. 1. Lara. E.*

3181 Hinc pœnitens pœnitentiam acceptare tenetur, ita ut qui nullam acceptare vellet, non posset absolvi, quia non esset dispositus, nec verum dolorem haberet. Ita com.

3182 Plures tenent eum posse pœnitentiam non acceptare, & absolvi, si dicat velle pœnam in Purgatorio solvere. Et quamvis etiam id admittat Scotus *in 4. d. 19. q. un. litt. D.* in casu, quo alias pœnitens recederet desperatus; hic tamen casus est metaphysicus, qui forte nunquam contingit, adeoque in praxi non est à communi recedendum.

3183 Confessarius vero debet esse prudens in pœnitentia imponenda; quamvis enim proprie pro peccatis contra Deum, ut superbia, pro pœnitentia injungenda sit oratio; pro peccatis contra proximum, ut avaritia, eleemosyna; & pro peccatis contra se ipsum, ut peccata carnis, jejunium. Confessarius tamen debet uti prudentia, et pœnitentiam imponat moderatam, convenientem statui, & conditioni personæ, ac pœnitentis fragilitati: hac ratione sæpe fœpius solent Confessarii pro peccatis carnis non jejunia, sed orationes injungere. Imo si pœnitens roget, ut aliam pœnitentiam mitiorem imponat, non sit minus rigidus Confessarius, sed libenter immutet, ante oculos habens illud Matth. 12 *Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.*

3184 Confessarium posse pœnitentiam imponere liberam per modum consilii, non præcepti, tenent Diana, & Bonac. hic.

3185 Probabilius tamen dico non posse. Matthæus *disp. 21. qu. 11. num. 281.* Lugo, & alii, quia Conc. Trid. *sess. 14. cap. 8.* præcipit: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus. & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones* injungere, *ne si forte peccatis connivent, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leviissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienarum peccatorum participes efficiantur.* Quæ verba non indicant consilium, sed præceptum.

3186 Hinc ex una parte Confessarius graviter peccat, si sine rationabili causa pro peccatis gravibus valde levem pœnitentiam imponat, v. gr. *quinque Ave.* Rationabilis causa levem imponendi, est extraordinaria contritio, si pœnitens lucrativus sit Indulgentiam, aut Jubilæum, quia satisfactio satis ultra habetur per Indulgentiam. Sequitur ex Trid. *sess. 14. cap. 8. Eos fieri peccatorum participes, qui sine ipsa causa pro gravibus peccatis leves pœnitentias injungunt.* Nec compensant illa verba, *Quidquid boni feceris* quia sunt deprecativa. Wiffemb. *lib. 6. tr. 4. c. 3. dub 4. n. 2.* contra Dianam *p. 3. tr. 4. resp. 97.* qui eum aliis affirmat.

3187 Optimum tamen consilium est, quod incipiat pœnitenti, ut ipse applicet merita & satisfactiones Passionis Christi. Utilis pœnitentia sunt Psalmi Pœnitentiales, Litaniæ Virginis, aut Sanctorum, Psalmus Miserere: vi. *pag. 8. propos. ab Alex. VIII. damn.*

3188 Ex alia parte, pœnitens graviter peccat, si pœnitentiam pro peccato mortali impositam non adimpleat, aut diu ex negligentia differat. Si Confessarius præfixit tempus, v. gr. jejunium Feria 6. Communionem die Dominica, tunc implere debet: facilius tamen potest à mortali excusari dilatio ad paucos dies. Si non præfixit tempus: Diana *p. 10. tr. 12. resp. 41.* Lugo *hic tr. 5. disp. 9. qu. 89.* Escobar, Henriquez, Fernandez, & alii tenent posse sine mortali differri ad unum annum: quia sicut confessio ab Ecclesia præcepta potest differri ad unum annum; ita satisfactio à Confessario imposita. Puto tamen adimplendam esse, quamprimum commode potest, ut de vote *2 an. 1841. ad 1847.* Certum tamen est, quod non teneatur quis pœnitentiam impere ante absolutionem, aut communionem: vi. *in pag. 8. propos. 6. & 27. ab Alex. VIII. damn.*

3189 Non peccat graviter, si omittat pœnitentiam pro venialibus, aut mortali bus aliis confessis impositam; nec si de impolita pro mortalibus pœnam levem omittat: vi. *n.* 426.

3190 Qui pœnitentiam adimplet in statu peccati mortalis, non invalidat, aut illicitat confessionem præteritam, quia confessio præsens non vitiatur per mortale futurum.

Item satisfacit præcepto ; sed non recipit tunc fructum, nempe effectum remissionis pœnæ ; illum tamen recipit postea recedente fictione, quando scilicet evadit in gratiam ; quia satisfactio suum effectum dat ex opere operato, nempe ex Sacramento, quod est vivum ; adeoque licet satisfactio per mortale fuerit mortificata, reviviscit recedente peccato.

3193 Sit exemplum de operibus mortuis & mortificatis : *Opera mortua* sunt illa opera bona, quæ sunt facta in peccato mortali, quod est mors animæ ; & hæc quia fuerunt nata mortua, non reviviscunt : *Opera mortificata* sunt opera bona, quæ fuerunt facta in gratia, quæ est vita spiritualis animæ ; quæ accedente peccato mortali, evadunt mortificata, quatenus illante societate peccati mortalis non retinent rationem meriti ad vitam æternam ; recedente vero mortali, & redeunte gratia per pœnitentiam, reviviscunt in ratione meriti, ex eo quia fuerunt nata viva : hinc sunt versus :

Illa reviviscunt, quæ mortificata fuere.
Vivere non possunt, quæ mortua nata fuere.

Opera autem bona, quæ fuerunt nata mortua, licet non sint meritoria in ordine ad vitam æternam, nec per subsequentem pœnitentiam reviviscant, prosunt ad alios effectus, nimirum ad obtinenda bona temporalia, ad humiliationem, & ad vitanda graviora tormenta in inferno, & juxta versus Glossæ :

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Det faciunt humile, & minuunt tormenta gehennæ.

3194 Potest pro pœnitentia imponi opus alias debitum ex præcepto, voto, &c. ver. gr. jejunium in Quadragesima. Mairus *disp. 21. quæst. 12. num. 272* Aretius, Poncius, & alii Scotistæ, Lugo, Amicus, Aversa, & quamplures. 1. Quia opus per præceptum rationem liberi & meriti non amittit ; sic nec rationem satisfactionis. 2. Quia opus alias præceptum potest elevari per claves ad effectum satisfactionis ex opere operato. 3. Quia licet nemo possit per unicam solutionem duobus debitis satisfacere (quæ est ratio opinionis negativæ) hoc est verum ex natura rei, minime ex gratia, & benignitate creditoris unam solut onem pro duobus debitis accipientis, cujusmodi est Deus ; ex Trid. *enim sess. 14. cap. 9* habetur : *Docet præterea, ut non solum pœnis, &c. sed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.* Et tamen Deus illa dat in pœnam, juxta illud, *Propter peccata venium adversa*. Tum quia id est verum in materia ultimæ ; at extra materiam ultimæ, duabus obligationibus satisfieri, nihil obstare, ait Gobat *tom. 3. de voto n. 231.*

3195 Quicumque tale opus, v. gr. jejunium diei Quadragesimæ omitteret, deberet utriusque præcepti circumstantiam in confessione aperire, non præcise quia contra duo præcepta peccaret, sed quia contraheret duas malitias specie distinctas, ab ipsis præceptis intentas ; præceptum enim Ecclesiæ intendit obedientiam, seu temperantiam ; præceptum vero Confessarii satisfactionem, & hic justitiam : *v. n. 3125.*

3196 Hæc dicta volo, quantum ad id, quod fieri potest ; regulariter enim non debet imponi pro pœnitentia opus alias debitum. Imo nec pœnitens potest satisfacere per opus alias debitum, si Confessarius id non expresserit.

3197 Potest imponi pœnitentia applicanda pro animabus Purgatorii. Tamb. *in meth. conf. pag. 906. nu. 16.* Lugo, & alii, quia pœnitentia habet rationem satisfactionis ex duplici capite. 1. Quantum est ex parte operantis, & hæc prodest animabus. 2. Quantum est ex opere operato, & hæc prodest soli ipsi pœnitenti : nam est personalis ex institutione Christi, & consequenter pœnitens non frustretur satisfactione.

3198 Pœnitens tenetur per seipsum pœnitentiam implere, itaut nec auctoritate propria, nec Sacerdotis, possit eam alteri committere. Mairus *disp. 21. q. 11. n. 287.* Bunac. Lugo. Et quidem, quod non possit id alteri committere auctoritate propria, probatur, quia licet alias possit pro eo satisfacere ex opere operantis, ipse tamen, nec alius, potest opus illud elevare ad vim satisfactionis ex opere operato ; hoc namque spectat ad virtutem clavium, nempe ad ipsum Confessarium : hac ratione non potest ipse pœnitens pœnitentiam sibi per alium immediate : *v. in par. 2. prop. 15. ab Alex. VII. damn.*

3199 Nec id potest auctoritate Sacerdotis ; quia tres actus *contritio, confessio, & satisfactio*, sunt materia proxima, quatenus sunt in pœnitente : constat ex Trid. *sess. 14. cap. 3. Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe, contritio, confessio, satisfactio, qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hæc eatenus pœnitentiæ partes dicuntur.*

3200 Præceptum igitur satisfactionis est personale ; non mittis quam præceptum jejunii

audiendi Missam, &c. eo maxime quia pœnitens per pœnitentiam punitur, & exercet ; adeoque illic, & non alius, debet modestiæ servare, & puritatem fidei.

COMMUTATIO PŒNITENTIÆ.

3201 Potest Confessarius ab una Confessione impositam pœnitentiam totam, aliam in hujus locum commutare ; non solum à bona in meliorem, & contrariam, sed etiam & in indifferibilem, & gratiæ nativam, quia secundum Confessarium se habet ut Sacerdos gerens in eodem Tribunali, tam ut judex, quam ut medicus.

3202 Si posterius Confessarium non sic æquales, sed inferior, potest non secundum à Superiore imponitam pœnitentiam commutare, minime, si pœnitentia vota, quia sunt in favorem non tantum sacræ illorum, ita non potest de illis judicium reformare, imponendo pœnitentiam ; hæc vero non est reservata, quia quoad sua est æquata.

3203 Commutatio pœnitentiæ, si fiat ab eodem Confessario, licet potest extra Confessionem, ut quoque habet sanctum confessarii peccatorum, quia communicatio, & satisfactio erit sacramentalis ; quia Confessarius ex privato judicio non tenetur retinere potestatem pœnam mitigandi, & commutandi ad peccatorem, & servus opus pœnitentis. Quod si fit extra confessionem, potest pœnitens commutationem in dubium. Imo ex parte data potestas facit hic expressa Confessarii tacita potestatem commutandi.

3204 Si semel fuit ab alio Confessario, ita tum est, quod fieri debeat in Confessione, alias satisfactio non esset sacramentalis.

3205 Difficultas tamen est, *an in casu necessitatis possit pœnitens commutare, aut auctoritate propria pœnitentiam, ab alio sibi impositam.*

Affirmat Diana *p. 2. tr. 15. resp. 32.* Tamb. *in meth. conf. pag. 906. n. 12.* Nav. Tol. & alii, quia potestas Confessarii, cum sit judex, & medicus, potest de facto cessare juxta peculiarem pœnitentis conditionem judicare. Idem tenet Joseph de Augusti, de eo, qui est obligatus pœnitentiam recedere, quoniam, quod pœnitentia sit nimis gravis, quoniam, quod pœnitentia sit nimis onerosa propter ejus diuturnitatem, quoniam, quod pœnitentia sit nimis difficilis propter ejus impossibilitatem.

3206 Illam probabilem, quod non possit, tum auctoritate propria, tum consilio peritiori, docent Mairus *disp. 21. sect. 12. num. 290.* Bonac. Lugo, & alii, quia judex non tenet ferre sententiam, sed expertis consilia, & ea nova confessione, licet magnum, & difficile, tamen non est impossibile, quin pœnitens possit ad Confessarium recurrere, & ab eo pœnitentiam commutationem obtinere. Et in hoc casu debet ille imponere Confessarius, ut non incumbat de novo pœnitentiæ onus. Contra hoc, quod dicitur, quia hoc adhuc est onerosum in notabilem gradum, quia forte alius confessarius, aut haud disponeret.

3207 Videat an dum Confessarius, & dum in gratia, Tamen alio confessario mortale

aut veniale in specie, v. gr. mendacium. Minime, si dicat in genere esse confessum venialia, aut esse bene confessum; quia Confessio non fit nisi de peccatis, & absolutio non datur nisi pro peccatis.

3212 *Si pœnitens [illegible] finem non habuit generis cum facile Confessario [illegible] tradere, obtas [illegible] mem accedendi ad vitandum [illegible] fet certus, quod [illegible] ad Communionem, [illegible] vel, debuit schedulam negare, quia e[illegible] te Confessio alia non est sacramentalis, [illegible] ex alia cooperatur simultaneam ad Communio[illegible] sacrilegam.* Ita fere Arfdekin *in 2. pag.* 226 *n.* 7. *v. n.* 2733.

3213 Violat sigillum, si pœnitentiam pro munda imponi solitam revelet, v. gr. Psalmos Pœnitentiales, coronam, &c.

3214 Non violat sigillum, si revelet pœnitentiam pro venia imponi solitam, quia eruen Pater, & Ave, Clericatus *d.* 125. *num.* 8. Idem Diana *p.* 5. *tr.* 11. *ref.* 31. tenet, si unum Miserere, aut quinque Pater, & Ave; quia non indicat nisi Confessionem venialium.

3215 Violat vero, si dicat Superiori in tali demo à se læpe polluari facultatem pro reservatis, Clericatus *cit. n.* 13.

3216 Quinimo [illegible] rite tenet, violare sigillum Confessarium, si dicat: *Non absolvi Petrum.*

(N. 6 addatur causa, quæ excludit omnem mat festationem, seu suspicionem peccati; puta quia materiam non reperiit, vel tempus non habuit suam explend. Confessionem: quamvis etiam in his, & similibus locutionibus sit parce os aperiendum, & cum magna caute a, Coinn. *n.* 29. & 30. Ubi etiam notat, non esse licitum dicere de publice peccatore: Confessus est mihi suum peccatum.)

3217 Si contingat, Confessarium præpiri peccatum confiteri non posse, nisi revelet a terius peccatum in Confessione auditum, fuum reticere teneine; quia præceptum figilli Sacramentalis strictius obligat, quam præceptum confitendi omnia mortalia, hoc enim fo cum est affirmativum, illud negativum. Ita Arfdekin, *tom.* 2 *pag.* 236. *numer.* 11. Id tamen longe prius docuit Soncs *in* 4. *d.* 22. *q.* 2 *lit. M. ver. Ad aliud dico.*

3218 Confessarium, qui in Confessione ex fecto conspirationis novit sibi insidias parari, posse te continere domi, & vettere à silva, &c. quia id non est revelattvum Confessionis, sed indifferens ad peccatum confessum, vel non confessum, cum æque potuisset haberi, si peccatum non esset confessum, tenent Scotus *in* 4. *d.* 21. *q.* 2. *lit. M.* Tambur. *in meth. conf. p.* 412. *cap.* 6. *num.* 5. Bonac. Fenech, Arfdekin *in tom.* 2. *pag* 237. qui hanc addit rationem. *Quia fuga hac per se nullum peccatum manifestat, sed solum peccati Confessionem, quoniam peccatum scicis til. antea cognitum habuerunt,* Leandet *tra ct.* 5. *dif.* 10. *q.* 68. & 69. Busemb. *lib.* 6. *tr.* 4. *cap.* 2 *dub.* 1. *n.* 5. addit: *Ad fui ipsius gubernationem licite tale casu ea scientia uti, videri prophibitur, v. g. abstinendo à calice, in qua scitur esse venenum, assistendo) filia, in qua paratum sibi mortem sciat ex animi lasvoris Confessione*, docent Sylv. Henriq. Conninch. Laym. & quamvis Lugo id neget in casu, quo inde ex focus sequatur damnum pœnitenti; etiam in hac casu concedit Coninch. cum aliis, quia damnum per accidens sequitur: *v. tom.* 3. *n.* 365.

3219 Diana *vario part.* 5. *tract.* 11 *ref.* 46. cum Riccardo, Nav. Suario, & Soto, recte, & clarius rem distinguit: videl cet, si in casibus prædictis, & similibus, ex diverlione, & fuga Sacerdotis ob propriam vitam servandam, sequeretur aliqua lusp icio apud alios de peccato confesso, aut periculum damni pœnitentis, tunc non posse Sacerdotem se e vertere, etiam si sit in mortali; fed de contritione previsum teneri ingredi Ecclesiam, vinum venenatum in Altari sumere, & Deo se commendare; quia sigillum Sacramentale ob bonum fidelium, & reverentiam Sacramenti, fortius obligat, quam salus totius mundi, & multo magis quam propria vita servanda: quæ suspicio faciliter contingeret, quia facit conspirationis, videntes Sacerdotem posi au.itum Confessionem complicis, se divertere ab itinere certe assumpto, &c. jam suspicerentur de delicto conspirationis conflato, & possent in fecretum ire: tunc enim diverlio, & fuga, licet non sit ex natura fua manifestativa figilli, talis est hic & nunc ex circumstantiis.

3220 Si autem contingat, quod circumstantiæ sint tales, ut ex diverlione, & fuga, nulla directe aut indirecte oriatur suspicio peccati Confessionis, v. g. quatenus loci complicem confitentem non viderunt, &c. tunc Sacerdotem ob vitam servandam posse licite se e vertere.

3221 Confessarius nullo pacto potest [illegible] habita in Confessione, pro externo [illegible] tribunale, admittendo Sacramentum [illegible]

3222 [illegible] non potest Sacerdos [illegible] Sacramentum, [illegible] Matrimonium, [illegible] Sacramentum, quæ ex Confessione sciit esse valde grave, [illegible] appellatum, &c. Nec Abbas Monasterii, [illegible]

ex Confessione scit esse concubinarium, & loco aut officio removere potest. Ita Scotus *in* 4. *d.* 21. *q.* 2. *lit. N.* Ubi hoc notabile documentum est.

3223 *Sidicus: Non apponis remedium ad salutem ovis suæ; Respondeo: Consulat sibi in foro pœnitentiæ meliori modo, quo potest, ut illum secum sibi periculosum dimittat; si nolverit, non tenet esse Deum, sed defectus accidit. sibi je cundum [illegible] iustitiam interrigibilem, Dei correctioni [illegible]*

3224 Hinc Clemens VII. Decr. de ann. 1591. die 26. Martii generaliter prohibuit hujusmodi notitiæ usum: *Tam Superiores pro tempore exi[illegible] stentis gradum sortiris promoti caveant diligentissime, ne ex notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur.*

3225 Quo non obstante Decreto, Tambur. *Method. Conf pag.* 412. & 2. & Martinus *in Theol. mor. dif.* 21. *p.* 10. *art.* 2. duplicis generis distinguunt actus. 1. Qui versantur circa personam pœnitentis, ut eum punire, è loco removere, ei suffragium, aut communionem negare, &c.

Qui non exercentur circa personam pœnitentis, fed sunt illi extrinseci, v. gr. servo non tradere clavem arcæ, Superiorem claudere fores, unde fcit subditum nocte exire, &c. Qua præmissa distinctione, tener in Decreto comprehendi actus primi, non secundi generis, quia per hos nihil in exteriori gubernatione contra personas singulares decernitur. Et illis Superior utitur ob bonum proprium, vel ipsius pœnitentis, vel communitatis, vel alterius innocentis, & ut scandalum vitetur, ita tamen ut nec directe, nec indirecte sigillum violetur; aliquin sciens ex unius complicis Confessione, te fore occidendum, non pollet se domi continere, etiam si inde nulla sequeretur suspicio peccati confessi. Ita illi, & Martinus pro se citat Div. Thom. *hic qu.* 11. *art.* 1. *ad* 2. Div. Bonavent. *d.* 12. *p.* 2. *qu.* 1. & Scotum *in a. d.* 21. *quæst.* 2. §. *ad argumenti.*

3226 Cæterum notissime adest Decretum S. Inquis. Univ. Rom. de anno 1683 prohibens, *Ne quis publice, aut privatim doceat, aut defendat, licere uti scientia ex Confessione acquisita cum gravamine pœnitentis, quamvis fecliderentur quæcunque ejus revelatio, & quamvis multo majus grauamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur, mandans etiam universis Sacramenti pœnitentiæ ministris, ut à tali doctrina in praxim deducenda prorsus abstineant*, apud Arfdekin *tom.* 2. *pag.* 238. & Fenech. de Sigillo.

3227 Pro existenti igitur subditorum gubernatione, Superior super peccato ex Confessione cognito ita se getere debet, ut si nur quam illud audivisset; ac proinde habeat in mente dictum Scoti: *Non asseret esse Deum.*

3228 Non potest Superior ex notitia peccati in Confessione habita, inquirere media ad illud fcienduin extra Confessionem; ad finem sic puniendi subditum, aut alium circa personam pœnitentis exercendam; quæ ex hoc maxime odiosum redderetur (Sacramentum pœnitentiæ, vedum ipsi pœnitenti; verum etiam cæteris fidelibus. Si fe tenet, Confessarium ex notitia Confessionis habere jus [illegible] nem, & inde actiones contra earum personas patran

3229 Confessarius, non obstante Confessione, potest uti notitia peccati, quam alunde habet, dummodo eam nullo modo per notitiam Confessionis adjuvet, & absit scandalum; quia non utitur notitia Sacramentali.

3230 Confessarius, si ex complicis Confessione sciat pœnitentis peccatum, quod ipse non confitetur, non potest ipsum de eo specialim interrogare, sed solum in genere, *an habeat aliud peccatum, quod confiteatur*; quod si neget, eum tenetur absolvere, si alias impedimentum non inveniat.

3231 Si illud sciat extra Confessionem ex auditu fide digni, tenetur eum interrogare in specie: quod si neget, debet pariter eum absolvere, qu a putare potest illud cum alio Confessario confessum, vel relatorem dreeptum esse; quia in pœnitentiæ foro credendum est pœnitenti, licuti contra fe, ita & pro fe. Si tamen illud certo conttet Confessario, quatenus v. gratiarum, blasphemantem, &c. vidit, & certo sciat non esse cum alio confessum, tunc si neget, eum absolvere non debet, utpote indispositum, Arfdekin *tom.* 2. *pag* 23

3232 Nullo pacto licet Confessario loqui cum pœnitente de peccatis in Confessione auditis; quia ruborem affert, & reddit odiosam Confessionem: licet autem de ipsius pœnitentis licentia, quam concedere censetur, si ipse prior de illis loqui incipiat.

3233 Si Confessarius in Confessione gravem errorem commisit, qui pendeat in futurum, v. gr. quia bona fide consuluit contrarium, quem postea usurarium repetit, tenetur petere à pœnitente licentiam loquendi de materia Confessionis, præsertim ad salutem animæ illius pertinente. Si pœnitens neget, probabilius est, quod possit de peccato, & re

loqui, ad errorem corrigere. 1. Quia tunc *Propriè non loquitur extra Confessionem, seu peccatum, quæ audiuntur, & imperfecta evan.* 2. *Quia in casu mali consilii, nil loquitur de Confessura præterita, sed sumi consilium male datum revocat.* Ita Sedkin *tom. 2. pag. 336. num. 13.* & Fenech. Quod si pœnitens audire non velit, debet Confessarius eum monere, quod sit in malo statu, denegando licentiam, & recusando audire.

3234 *Si pœnitens, ob aliquem bonum finem*, ver. grat. ad Consilium à doctiori petendum, an malum aliquid avertendum, &c. licentiam det Confessario, de proprio peccato, aut alia re confessionis cum alio loquendi, peresi Confessarius sine fractione sigilli, cum eo loqui, sed non cum altero, ad quem licentia non fuit concessa; quia id, quod pœnitens potest facere per se, potest per alium facere, nec Confessio odiosa redditur; licentia autem debet esse expressa, & nullo modo sufficit præsumpta, quia talis præsumptio est odiosa, aut periculosa; imo tunc peccatum manifestare debet, de quo consilium petit, non peccaterem.

3235 Dixi, *ob aliquem bonum finem*; quia ut rite advertit Sanchez *in 4. d. 21. q. 2. litt. I.* jus sigilli Sacramentalis non est tantum ipsius confitentis, sed etiam totius communitatis fidelium, quæ aliqua maxime perturbaretur, & ipsius Sacramenti, cui ipse pœnitens renunciare non potest; ac proinde non potest pœnitens ex lubricare, & revelare licentiam Confessario date de re ad confessionem pertinente loquendi, nec Confessarius ea uti debet sine magna Sacramenti irreverentia.

3236 Ille vero, cui Confessarius peccatum de pœnitentis licentia manifestavit, ob consilium, aut aliam causam ad absolutionem Sacramentalem spectantem, ad sigillum Sacramentale tenetur, quia est notitia ex Confessione orta, & ad Confessionem ordinata, Arsdekin *cit. pag. 337. n 15.*

3237 Ad sigillum Sacramentale tenetur ultra Confessarium, interpres ille, qui cum Confessarius super re Confessionis consuluit; laicus, qui Sacerdotem se fingens, Confessionem excepit, aut qui casualiter peccatum confitentis audivit; item ille, cui Confessarius sacrilege revelavit peccatum. Ita Scotus *in 4. d. 21. q. 2. litt. N. L.* qui adverti præfatos præter Confessarium tenere sigillo Sacramentali, ita ut sacrilegium contra Sacramenti reverentiam committant, si ille eo peccato loquantur, quatenus ad eos notitia ex Sacramento pervenit; rem tamen cum eodem rigore, quia non subjacent pœnis Canonicis, quibus ipsi Confessarii subduntur, requisito intentio, potestas Ordinis, & jurisdictionis. Potestas Ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos ei ordinationis accepit à Christo potestatem ad absolvendum, ea non accepit subditos. Unde jurisdictio Confessarii *Est jus in subditos ad exercendam potestatem absolvendi, quam ex ut ordinis Sacerd. habet*, nunc absolutio à Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trident. *sess. 14. capit. 7.* Quia Sacramentum pœnitentiæ est actus judicii, qui, si exercetur in non subditum, est nullus: *vid. numero 3285.*

3238 *Pœnitens non tenetur ad sigillum Sacramentale, tenetur vero ad secretum naturale, quoad ea, ex quorum manifestatione se convertit gravis infamia sui, aut Confessarii. Omnino vide casum n. 2930.*

CAPUT V.

De Ministro Sacr. Pœnit.

3239 MInister hujus Sacramenti est solus Sacerdos. In eo, ut valide absolvat, requisitur intentio, potestas Ordinis, & jurisdictionis. Potestas Ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos ei ordinationis accepit à Christo potestatem ad absolvendum, ea non accepit subditos. Unde jurisdictio Confessarii *Est jus in subditos ad exercendam potestatem absolvendi, quam ex ut ordinis Sacerd. habet*, nunc absolutio à Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trident. *sess. 14. capit. 7.* Quia Sacramentum pœnitentiæ est actus judicii, qui, si exercetur in non subditum, est nullus: *vid. numero 3285.*

3240 Hinc fit, quod simplex Sacerdos non approbatus non possit valide absolvere à veniali, sive *disc. 21. qu 8. num. 202.* Faber Brancatus, & Scotistæ; qui licet materia sit libera, absolutio est sententia, & actus judicii, qui in non subditum est nullus. Unde oppositæ opinionis usus fuit prohibitus ab Innoc. XI. *ut in*

3241 Jurisdictio est triplex, ordinaria, delegata, & ex concessione juris.

Ordinaria, habetur ratione officii: eam habet summus Pontifex in omnes Christi fideles, Episcopus, & ejus Vicarius in omnes ad suam diœcesim pertinentes, Parochus in suos Parochianos, & Prælati Regulares in suos subditos; tales sunt Generales, Provinciales, Priores, & Guardiani, qui quidem alia approbatione non indigent, ut suorum subditorum Confessiones excipiant, quia tam ex jure communi, quam ex Ratutis nostri Ordinis, sunt ipsorum Sacerdotes.

Parochus relicta Parochia indiget approbatione, Sieli *de Pœnit. n. 757. cum com.* quia tunc cessat officium Parochiale, ratione cujus competit potestas ordinaria.

3242 *Delegata*, quæ non ex vi officii, sed

ex concessione Ordinarii Sacerdoti communi-

3243 Parochus, non obtinens Beneficium, cui est annexa cura animarum, non indiget alia approbatione; bene vero, si officium, vel Beneficium relinquat, Arsdekin *tom. 2. pag. 207. num. 2.*

3244 *Ex concessione juris*, competit habentibus jus vel privilegium eligendi pro se Confessarium non approbatum. Tales sunt Cardinales, & Episcopi.

Item Prælati Religionum, videlicet Generales, Provinciales, Commissarii, Visitatores, Superiores locales, Commissarii, & Procuratores Curiæ Romanæ, & Vicarii Conventuum in Capite, qui gubernant in Capite, hoc est, qui gubernant in absentia, aut morte Superioris localis, Melphi *in Comm. c. 7. stat. 1. qu. 1. & 7* Prælati Confessarium eligere possunt non solum in Conventu, sed etiam extra, sicut etiam extra possunt suorum subditorum confessiones audire; quia privilegium est personale, non locale. De Episcopis alio modo discurrit Diana *p. 3. tr. 2. resp. 2.* contra Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 1. n. 4.*

Parochi, aut qui Beneficium Curatum habent, non possunt sibi eligere in Confessarium simpliciter Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia non sunt Prælati: *v. in pen. 2. prop. 16* ab Alex. VII. *damn. & n.*

3245 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos, non approbatus, imo excommunicatus vitandus, hæreticus, &c. si non sit alius promptus, potest qualibet fideles à quibuslibet cathus & censuris etiam reservatis absolvere, ex Trident. *sess. 14. . . . 7.* quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Trident. mil um excipit Sacerdotem, sed ample loquitur: *Verumtamen sic admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditam semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolvere possunt.*

Hinc pro tali casu Ecclesia dat jurisdictionem, & tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis: *vide tom. 3. numero 171.*

3246 Quamplures Doctores, Diana, Lugo, Pontius, Faber, & alii apud Mattrium *disp. 21. qu. 8. nu. 203.* rite sub articulo mortis etiam comprehendunt periculum probabile mortis, cum hoc solo discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvere possit directe à quibuslibet peccatis, etiam reservatis; à censuris vero reservatis non nisi sub conditione, ut periculo elapso coram Superiore se præsentet, nedum pro satisfactione, & ut stet ejus mandatis, sed etiam pro absolutione: *v. n. 3355. & 3359.*

3247 *Articulus mortis* proprie est tempus illud, quo mors certo instat de proximo, & est inevitabilis.

3248 *Periculum probabile mortis* est illud, in quo instat certo, sed ex sæpe contingentibus probabiliter timetur mors; tale est in eis, qui prælium, aut periculosum & longam navigationem proxime sunt aggressuri: *v. n. 3357.*

JURISDICTIO DELEGATA

3249 NOn conferitur, nisi aliquo signo externo. Sacramentum est signum sensibile externum. Sufficit tamen quodcunque, quod revera, & judicio prudenti, in talibus circumstantiis judicet intentionem conferentis jurisdictionem.

3250 Unde non est necesse, quod fiat per litteras; adeoque qui fuit ab Ordinario ore tenus delegatus Confessarius, valide absolvit, antequam expediantur Litteræ, nisi Ordinarius expresserit, se nolle jurisdictionem conferre, nisi expeditis litteris, Diana *p. 1. tr. 14. resp. 41.* Sicri *de pœnit. nu. 609.* Leander *de pœnit. disp. 11. q. 80.*

3251 Item Ordinarius videns Sacerdotem, non delignatum audientem Confessiones in circumstantiis, in quibus posset commode impedire, non impedit, conficitur jurisdictionem illi conferre: in ordine tamen ad Confessionem illam, minime ad alias in futurum, Sicri *cit. nu. 693.* ex Gobat. *tr. 7. num 8.* & Leandro *cit. q. 94.* Nam (ut dicte ponderat) fumus in materia, in qua Judicium prudentum facit jurisdictionem rationem.

3252 Et convincit à pari: nam (sicuti in sententia omnium, ut testatur Nav. *in sum. c. 12. nu. 58.* est sufficiens signum externum voluntatum Principis ponsalia, si contrahentibus parentibus, filii filiæque, cum facile id vellent, reclamare possent, cur non erit sufficiens signum externum consuetudinis Episcopi, qui cum possit impedire, sileat?)

Idem tenet in iisdem circumstantiis, si Episcopus non videat, sed certo sciat, cum eadem sit ratio.

3253 Hic tamen Confessarius à principio confessionis mortaliter peccavit, quia incepit confessionem excipere sine jurisdictione. Adeoque pœnitens, detecta errore, tenetur peccata illa priora repetere, & sufficiet de illis se accusare in genere, si hoc faciat in eadem confessione, & cum eodem Confessario, dicendo: *Me accuso de omnibus peccatis, quæ iam manifestavi.*

Non

loqui, ac errorem corrigere. 1. Quia tunc *Proprie non loquitur extra Confessionem, seu perficta eam, quæ audiuntur, & imperfecta evan.* 2. *in casu mali consilii, nil loquitur de Confessura præterita, sed suum consilium male datum revocat*. Arsdekin *tom. 2. pag. 336. num. 13.* & Fenech. Quod si pœnitens audire non velit, debet Confessarius eum monere, quod sit in malo statu, denegando licentiam, & recusando audire.

3234 Si pœnitens, ob aliquem bonum finem, ver. grat. ad Consilium à doctiori petendum, an malum aliquid avertendum, &c. licentiam det Confessario, de proprio peccato, aut alia re confessionis eum alio loquendi, potest Confessarius sine fractione sigilli, cum eo loqui, sed non cum altero, ad quem licentia non fuit concessa; quia id, quod pœnitens potest facere per se, potest per alium facere, nec Confessio odiosa redditur; licentia autem debet esse expressa, & nullo modo sufficit præsumpta, quia talis præsumptio est odiosa, aut periculosa; imo tunc peccatum manifestare debet, de quo consilium petit, non peccaterem.

3235 Dixi, *ob aliquem bonum finem*; quia ut rite advertit Sanchez *in 4. d. 21. q. 2. dub. 1.* jus sigilli Sacramentalis non est tantum ipsius confitentis, sed etiam totius communitatis fidelium, quæ aliqua maxime perturbaretur, & ipsius Sacramenti, cui ipse pœnitens renunciare non potest; ac proinde non potest pœnitens ex lubricitate, & levitate licentiam Confessarium dare de re ad confessionem pertinente loquendi, nec Confessarius ea uti debet sine magna Sacramenti irreverentia.

3236 Ille vero, cui Confessarius peccatum de pœnitentis licentia manifestavit, ob consilium, aut aliam causam ad absolutionem Sacramentalem spectantem, ad sigillum Sacramentale tenetur, quia est notitia ex Confessione orta, & ad Confessionem ordinata, Arsdekin *ut pag. 237. n 12.*

3237 Ad sigillum Sacramentale tenetur ultra Confessarium, interpres ille, qui cum Confessarius super re Confessionis consuluit; laicus, qui Sacerdotem se fingens, Confessionem excepit, aut qui casualiter peccatum confitentis audivit; item ille, cui Confessarius sacrilege revelavit peccatum. Ita Scotus *in 4. d. 21. q. 2. dub. N. L.* qui adverti præfatos præter Confessarium tenere sigillo Sacramentali, ita ut sacrilegium certus Sacramenti reverentiam committant, si ille eo peccato loquatur, quatenus ad eos notitia ex Sacramento pervenit; rem tamen eum eodem rigore, quia non subjacent pœnis Canonicis, quibus ipsi Confessarii subduntur, non tenetur ad sigillum Sacramentale, tenetur vero ad secretum naturale, quod ea, ex quorum manifestatione se gravis infamia sit, aut Confessarii. Omnino *vide casum n. 2930.*

CAPUT V.

De Ministro Sacr. Pœnit.

3239 MInister hujus Sacramenti est solus Sacerdos. In eo, ut valide absolvat, requiritur intentio, potestas Ordinis, & jurisdictionis. Potestas Ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos vi ordinationis accepit a Christo potestatem ad absolvendum, ita non accepit subditos. Ut de jurisdictio Confessarii *Est ius in subditos ad exercendam potestatem absolvendi, quam ex vi ordinis Sacri habet*, nunc absolutio à Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trident. *sess. 14. capit. 7.* Quia Sacramentum pœnitentiæ est actus judicii, qui, si exercetur in non subditum, est nullus: *vid. numero 3285.*

3240 Hinc fit, quod simplex Sacerdos non approbatus non possit valide absolvere à venialibus, ut morta bus alias confessis. Ita Martinus *disc. 21. [illegible] num. 202.* Faber Brancat. & Scotistæ; qui a licet materia sit libera, absolutio est sententia, & actus judicii, qui in non subditum est nullus. Unde oppositæ opinionis usus sunt prohibitus ab Innoc. XI. *ut in*

3241 Jurisdictio est triplex, ordinaria, delegata, & ex concessione juris.

Ordinaria, habetur ratione officii: eam habet Summus Pontifex in omnes Christi fideles, Episcopus, & ejus Vicarius in omnes ad suam diœcesim pertinentes, Parochus in suos Parochianos, & Prælati Regulares in suos subditos; tales sunt Generales, Provinciales, Priores, & Guardiani, qui quidem alia approbatione non indigent, ut suorum subditorum Confessiones excipiant, quia tam ex jure communi, quam ex Ratutis nostri Ordinis, sunt pœnitentiarii Sacerdotes.

Parochus relicta Parochia indiget approbatione, Sicti *de Pœnit. n. 757. cum com.* quia tunc cessat officium Parochiale, ratione cujus competit potestas ordinaria.

3242 *Delegata*, quæ non ex vi officii, sed ex concessione Ordinarii Sacerdoti communi-

3243 Parochus, [illegible] obtinens Beneficium, cui est annexa cura animarum, non indiget alia approbatione; bene vero, si officium, vel Beneficium relinquat, Arsdekin *tom. 2. pag. 207. num. 2.*

3244 *Ex concessione juris*, competit habentibus jus vel privilegium eligendi pro se Confessarium non approbatum. Tales sunt Cardinales, & Episcopi.

Item Prælati Religionum, videlicet Generales, Provinciales, Commissarii, Visitatores, Superiores locales, Commissarii, & Procuratores Curiæ Romanæ, & Vicarii Conventuum in Capite, qui gubernant in Capite, hoc est, qui gubernant in absentia, aut morte Superioris localis, Melphi *in Comm. c. 7. stat. 1. qu. 1. & 7* Prælati Confessarium eligere possunt non solum in Conventu, sed etiam extra, sicut etiam extra possunt suorum subditorum confessiones audire; quia privilegium est personale, non locale. De Episcopis alio modo discurrit Diana *p. 3. tr. 2. res. 3.* contra Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 15. n. 4.*

Parochi, aut qui Beneficium Curatum habent, non possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia non sunt Prælati: *vid. in pun. 2. prop. 16* ab Alex. VII. *damn. ex n. 3275.*

3245 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos, non approbatus, imo excommunicatus vitandus, hæreticus, &c. si non sit alius promptus, potest qualibet fideles à quibuslibet reatibus & censuris etiam reservatis absolvere, ex Trident. *sess. 14. . . . 7.* quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Trident. mul um excipit Sacerdotem, sed ample loquitur: *Verum etsi non admodum, ne hac ipsa occasione aliquis periret, in eadem Ecclesia Dei custoditam semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolvere possunt.*

Hinc pro tali casu Ecclesia dat jurisdictionem, & tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis: *vide tom. 3. numero 171.*

3246 Quamplures Doctores, Diana, Lugo, Poncius, Faber, & alii apud Mattrium *disp. 21. qu. 8. art. 203.* rite sub articulo mortis etiam comprehendunt periculum probabile mortis, cum hoc solo discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvere possit directe à quibuslibet peccatis, etiam reservatis; à censuris vero reservatis non nisi sub conditione, ut periculo elapso coram Superiore se præsentet, nedum pro satisfactione, & ut stet ejus mandatis, sed etiam pro absolutione: *vide n. 3355. & 3359.*

3247 *Articulus mortis* proprie est tempus illud, quo mors certo instat de proximo, & est inevitabilis.

3248 *Periculum probabile mortis* est illud, in quo instat certo, sed ex sæpe contingentibus probabiliter timetur mors; tale est in eis, qui prelium, aut periculosum & longam navigationem proxime sunt aggressuri: *n. n. 3357.*

JURISDICTIO DELEGATA

3249 NOn conferitur, nisi aliquo signo exterius sensibile externum. Sacramentum est signum sensibile externum. Sufficit tamen quodcunque, quod revera, & judicio prudenti, in talibus circumstantiis indicet intentionem conferentis jurisdictionem.

3250 Unde non est necesse, quod fiat per litteras; adeoque qui fuit ab Ordinario oretenus delegatus Confessarius, valide absolvit, antequam expediantur Litteræ, nisi Ordinarius expresserit, se nolle jurisdictionem conferre, nisi expeditis litteris, Diana *p. 1. tr. 14. res. 41.* Sicti *de pœnit. nu. 600.* Leander *de pœnit. disp. 11. q. 80.*

3251 Item Ordinarius si videns Sacerdotem, non delignatum audientem Confessiones in circumstantiis, in quibus posset commode impedire, non impedit, censetur jurisdictionem illi conferre: in ordine tamen ad Confessionem illam, minime ad alias in futurum, Sicti *cit. nu. 692.* ex Gobat. *tr. 7. num. 8.* & Leandro *cit. q. 94.* Nam (ut docte ponderat) lumus in materia, in qua Judicium prudentum facit jurisfactam rationem.

3252 Et convincit à pari: nam (sicuti in sententia omnium, ut testatur Nav. *in sum. c. 12. nu. 58.* est sufficiens signum exterium voluntatum Principantium ignorantia, si contrahentibus parentibus, filii filiæ, cum facile si vellent, reclamare possent, cur non erit sufficiens signum externum consuetudinis Episcopi, qui cum possit impedire, silet?)

Idem tenet in iisdem circumstantiis, si Episcopus non videat, sed certo sciat, cum eadem sit ratio.

3253 Hic tamen Confessarius à principio confessionis mortaliter peccavit, quia incepit confessionem excipere sine jurisdictione. Adeoque pœnitens, detecta errore, tenetur peccata illa priora repetere, & sufficiet de illis se accusare in genere, si hoc fuerat in eadem confessione, & cum eodem Confessario, dicendo: *Me accuso de omnibus peccatis, quæ jam manifestavi.*

Non

3234 Non sufficit vel contradictio prohibitionis verbalis vel scripta, videlicet, quod sacerdos credendi errorem Ordinarium notificaverit ad confessum; quia ex Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *ref.* valorem irritæ Sacerdotis in quibus jurisdictio adhibenda, quam qui ita prohibetur de facto, quia hic non est, locum.

3235 Sufficit autem ratio probabilis de præsumpta [illegible] Lugo *de sac. pœn. disp.* 20. *n.* 60. Sanch. Cum. Quæ non [illegible] Si pœnitens [illegible] quatenus si Confessarius [illegible] quia [illegible] contrahitur [illegible] [illegible] [illegible]

pere ubique confessiones, ut testatur communis opinio contra Thomam Hurtadum.

DIFFICULTAS EST,

3279 *AN Ecclesia suppleat, seu det jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione vere & practice probabili circa jurisdictionem?*

Quid in hac re sit dicendum, & ego sentiam, latis dixerunt ex dictis *n.* 84. *ad* 100. Pro majori autem libertate, ac lumine, non erit abs re quid speciatim Doctores dicant, referre.

Certum moraliter esse, quod Ecclesia suppleat, & det Jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione vere & practice probabili circa jurisdictionem, etiam si talis opinio coram Deo sit falsa, docet Verricelli *tr. 2. q. 25. disput. 2. cap. 6. art. 6.* Filliuc. Castropal. Diana, & quamplures alii apud ipsos, cujus sententiæ certitudinem moralem fundant in consuetudine, hoc syllogismo: certum est, quod consuetudo det jurisdictionem: certum est adesse consuetudinem absolvendi ex opinione vere & practice probabili circa jurisdictionem; ergo certum est, quod ex tali consuetudine Confessarii habeant jurisdictionem absolvendi ex opinione vere & practice probabili.

3280 Pro majori sic discurrit Cardenas *tr. n.* 161. (Nam certum est in jure, quod *consuetudo det jurisdictionem*. Ex *cap. Cum contingat de foro compet.* ubi sic statuitur: *Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsos deferuntur, ex indulgentia, vel consuetudine speciali jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vendicare*. Et Glosa *ibi adjuncta ver. Vel consuetudine*, ait: *Nota, quod consuetudo dat jurisdictionem; & ex cap. Romana, de sent. excom. in 6.* prohibens jurisdictionem quibuscumque absolvendi à censuris, subjungit Pontifex: *Salva contentia super hoc consuetudine, si quam habent*. Ubi Glosa repetit eadem verba supra relata, quod *consuetudo det jurisdictionem*. Idem constat *ex c. Romana, de jure compet. in 6.* Glos. ibid. *verb. Consuetudine, & c. Ut litigaret de Officio Ordinarii, & c. Duduum, § Scitote, de electione, & c. Cum quidam, de excess. in 6.* ubi sic verbis: *De re per Ecclesiasticum Judicem judicata, in casu, quod ad eum tantum cognitio, de consuetudine, vel de jure, &c.* Ubi Glosa repetit eadem verba, quæ supra. *Et cap. Tua simul, de officio Ordinarii*, dicitur: *Cum sit in Canonibus definitum, Primates, vel Patriarchas nihil juris præ cæteris habere, nisi quantum Sacri Canones concedunt, vel prisca illis consuetudo contulit ab antiquo*. Constat etiam ex Concil. Trid. *sess. 22. in decr. de reform. cap. 3.* illis verbis: *Si alicui ex prædictis dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, de jure, seu CONSUETUDINE, jurisdictio, administratio, vel officium non competat, &c.* Ex quibus verbis patet, jurisdictionem competere ex consuetudine.

3281 Pro minori, sic ait: Quod autem detur talis consuetudo, negari non potest, quia eam affirmant communiter Doctores, quorum communis opinio in quæstione facti facit certitudinem moralem, ut probavi *in 1. p. crisi. theol. disp. 12. cap. 5. num. 73.* (ultra experientiam, qua omnes videmus, ita practicari apud Sapientes) P. Suarez *com. 4. in 3. part. disp. 27. sect. 4. num. 7.* ait: *Confirmatur ex universali Ecclesiæ consuetudine, quæ est sufficiens signum jurisdictionis; ut supra dictum est. Est autem universalis Ecclesiæ usus, ut Sacerdotes secum utantur hujusmodi jurisdictione* (probabili) *in administratione hujus Sacramenti*. Et quamvis P. Suarez *num. 8.* dixerit, hunc discurrendi modum *esse* probabilem; non tamen dixit, *esse* solum probabilem consuetudinem Ecclesiæ, sed illam tradit ut indubitabilem.

Lugo Card. *disput. 19. de pœnit. sect. 2. nu. 31.* agens de hac consuetudine absolvendi cum jurisdictione probabili, ita asserit: *Et hoc est PRAXIS omnium fidelium, & totius Ecclesiæ*. Et idem repetit *n. 33. & 34.*

3282 Denique pro consequentia subdit: Audendus est Bonacina *tom. 2. disp. 5. de Sacram. pœnit. q. 7. punct. 5. §. 4. num. 5.* ubi sic ait: Ex quo infertur, cum qui sequitur opinionem probabilem Doctorum sentientium, ipsum habere jurisdictionem absolvendi à reservatis, seu privilegium absolvendi non esse revocatum, valide agere, quæ agit, ac si re ipsa jurisdictionem haberet, & privilegium nondum esset revocatum, etiam si forte opinio illa probabilis, à parte rei non subsistat, sed falsis realiter nitatur fundamentis; nam Ecclesia supplet jurisdictionem; alioquin sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur Ecclesia non supplente jurisdictionem, quando adest error communis, & titulus coloratus. Et hoc eodem modo communiter docent Theologi fere omnes. Quo pacto non loquerentur Authores, si non esset ita in praxi recepta. Quid autem est praxis communis, nisi consuetudo?

3283 Eandem sententiam tenet Leander cum aliis *in tr. de pœnit. disp. 12. qu. 10.* hac motus ratione, quod non minus potens sit sapientum opinio, quam error populi communis ad dandam jurisdictionem.

3284 Certum tamen omnino est, quod Ecclesia non suppleat, seu det jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione tenuiter probabili, ut constat ex dictis *à n. 53.*

DE APPROBATIONE.

3285 *A* Pprobatio, quamvis ex vulgari usu loquendi confunda soleat cum jurisdictione, propriè & revera ab illa distinguitur, nam *Approbatio, est judicium Ordinarii de idoneitate Sacerdotis ad Confessiones excipiendas*, seu, *est passa conferra jurisdictio ad Confessiones excipiendas*, quod judicium ita potest absque jurisdictione, ut is Episcopus non absolvente judicio de idoneitate Sacerdotis, cum non deputaret ad audiendas Confessiones. Item Confessarius approbatus ab Episcopo non habet Jurisdictionem ad absolvendum à casibus Bullæ Cœnæ, eam tamen habet per Bullam Cœnæ, approbatione supposita, ut infrà de Bulla *v. à n. 3239.*

3286 Quoad approbationem, est Decretum Trid. *sess. 23. de reform. c. 15. Decernit Sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, approbationem, quæ gratis detur, obtinuerit.*

3287 Confessarius Regularis pro confessionibus sæcularium, ultra approbationem Episcopi, requirit approbationem sui Prælati Religionis, nempe Generalis, vel Provincialis, *Clem. 1. Dudum, de sepult.* adeoque qui approbatione Episcopi, sine sui Superioris approbatione utatur, illicite confessiones excipit, sed valide, quia Trid. pro valore nullam aliam approbationem requirit, nisi Episcopi.

3288 Approbatio *ad beneplacitum*, non expirat per mortem concedentis, aut ejus amotionem ab officio; quia ejus beneplacitum, & voluntas, eo ipso, quod non fuerit revocata, moraliter perseverare censetur. Tambur. *tom. 2. pag. 31. n. 8.* Diana *p. 6. tr 6 ref. 48.*

3289 Confessarius, sive sæcularis, sive Regularis, injuste reprobatus, non potest valide Confessiones excipere; quia Trid. ad valorem Sacramenti approbationem in Episcopi requirit, quam injuste reprobatus non habet.

Eadem ratione approbatus cum limitatione ad tempus, sexum aut locum, non potest valide terminos limitationis excedere, unde licet latus Religiosus suppleat defectum ætatis ab Episcopis pro mulieribus requisitæ, approbatus tamen solum pro viris, non potest valide mulierum confessiones audire; præsertim post Bullam Clem. X. ubi *v. §. 3. & §. 4. n. 3129. & 3193. v. pag. 2. prop. 13. & pag 3. prop. 36 ab Alex. VII. damn.*

Quamvis enim de hujusmodi limitationibus ad favorem Confessariorum Regularium plura scripserint Villalobus *tom. 1. tr. 9. diff. 53. nu. 2.* Leander *de pœnit. tr. 5. disp. 11. à q. 83. ad q. 1.* & quamplures apud eos fundati in pluribus locis Canonicis, præsertim illo *Clem. Dudum, de sepult.* ubi fratribus Prædicatoribus, & Minoribus à suo Superiore Episcopo præsentatis, & ab illo injuste non approbatis, eo ipso Pontifex approbationem concedit, his verbis: *Si vero iisdem Prælati fratribus ad audiendas confessiones, ut præmittitur, electis ejusmodi licentiam exhibere recusaverint: Nos ex nunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere, licitèque audire valeant, gratiosè concedimus de plenitudine potestatis Apostolicæ*, apud Arsdekin *tom. 2. pag. 142.*

3290 Modo tamen extat Bulla Clem. X. quæ *Episcopis, & Regularibus*, in materia Prædicationis, & Confessionis, omnino esse debet unica regula prorsus servanda. Ubi præsertim attende verba Bullæ: *de §. 3. & 5.* Bulla est, ut sequitur.

CLEMENS EPISCOPUS.

§. 1. (SUperna, &c. Nos attendentes, quod alias diversis temporibus prædictæ dubitationes & controversiæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, & declarationibus fuerint: Ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis magisque dilucidationem tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico Pax Christi floreat, pro summa, quo fungimur, Apostolatus officio, novis Apostolicis litteris mandandas duximus, & roborandas. Itaque consilio nonnullarum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra atque ex certa scientia, hac generali & perpetua valitura Constitutione decernimus, ac declaramus.)

3291 *n. 2.* Regulares, qui in Ecclesiis suis Ordinis prædicare voluerint, teneantur ab Episcopa Diœcesano benedictionem petere: Prædicare tamen possint, quamvis illam non obtinuerint: Quod si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in præfatis quidem Ecclesiis liceat Regularibus prædicare: Eosque contravenientes, ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis

clesiastici in vim Constitutionis fel. rec. Gregor. XV. Prædecessoris nostri, incipientis Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque justa & rationabili causa contradicere non debere. Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscunque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad crates Monasteriorum Sanctimonialium, eorum jurisdictioni subjectarum, licet clausis januis, & nullus sæcularis ibi interesset, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concedere Regularibus in Ecclesiis, quæ sucrum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut a Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consuevissent, quoad de illorum examinare: si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit: Et licentiam prædicandi semel isidem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generalim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis sucrum Ordinum prædicent.

3292 §. 3. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione: Atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire; sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum sæcularium, qui in his sunt, vere de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei, generaliter repertifuerint ab Episcopis, generaliter quoque, & indistincte absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum; aut generis personarum, in Diœcesi propria admittendos.

§. 4. Quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, adhibito Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere: semel autem simpliciter approbatos, posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quotcumque etiam infirmorum confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos certundem infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc nolle illis ab Episcopo sub pœna suspensionis a facultate audiendi confessiones præcipi. Sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat tempore scripturum, apud ipsum infirmum relinquendam.

§. 5. Hocce, qui dicta Religiosis amplectuntur approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit, Omnis utriusque sexus, quoad confessiones dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares vero ad ejusmodi confessiones audiendas, prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo; facus autem si ab ejus Vicario, aut ab arteecessoribus Episcopis, approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinati, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis coercellas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones coercerat. De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis conflet; nec eum teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ demtaxat, ubi eam sibi aperiri pollulaverit. Posse si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod de eisdem committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere, ac proinde nihil obstare, quominus ob eam possit Episcopus Regulares à semet ipsos approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus posse, Ex facultatibus per Mare Magnum. aliasve privilegia Regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam JESU, concessis, Dictum eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revocasse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

§. 6. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regulares Confessores in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem inulta, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eisdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigere supradictorum privilegiorum, nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere pœnitentes à censuris quoad externum & judiciale forum; & absolutos absens in foro Pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimo censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis, cogi posse, gerere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropoli tanum provocandum; sed cum eius sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedi Apostolicæ judicio, prout alias Constitutione Prædecessoris nostri fel. rec. Clementis IV. statutum fuit, esse eaquendam.

3296 §. 7. Decernentes sic, & non alias, &c. irritum quoque, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque quorumvis Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam JESU, ac cujusvis alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tam sæcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis eisdem in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo onerose, vel in limine fundationis concessis, etiam Magni Bullo aurea, aut alias nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessis & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad ea, nunc eisdem præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo lexcentesimo septuagesimo, undecimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno primo. Hæc Bulla.

3297 Vere de familia & continui commensales dicuntur Oblati, & Donati, seu Tertiarii, atque etiam sæculares, qui Religiosis deserviunt, & insuper intra eorum Monasteriorum septa habitant, vivunt, ac dormiunt, atque sub eorum Prælatorum obedientia degunt, non ratione voti, sed ratione servitii; ita namque gaudent privilegiis

Re-

Religiosorum, quibus inserviunt, etiamsi salario stipendiati sint; adeoque Confessarii Regulares possunt eorum Confessiones audire ex sola approbatione Præsati Regularis, sine approbatione Ordinarii loci. Quo privilegio non gaudent illi sæculares, qui tantum inserviunt; sed cum sæcularibus externis extra Monasteria habitant, & vivunt Turranus *tr. de Confessionib. q. 12. p. 117.*

3298 Confessarii approbati pro fratribus non censentur approbati pro Novitiis. Melphi *tract. 6. stat. 7. q. 10.* Quod probat ex Decreto Clem. VIII. pro Novitiis, ubi dicitur *Magistro suis Novitiorum confessiones audiendi cura committatur*. Et injungitur, ut eis Confessarii extraordinarii bis aut semel in anno deputentur. Et ex rollris illustris, quæ prohibent Novitios adire a Magistro confiteri: inde concludit Melphi, eorum confessiones factas alteri à Magistro, esse invalidas. Eii contra Bord. *resp. 4. n. 11.* qui tenet esse validas, putans Decreta Clem. VIII. pro Novitiis non obligare sub culpa.

Certum est, quod si Novitius sui moleste Regularium facultate confiteretur cum Confessario ab Ordinario approbato pro sæcularibus, valida esset confessio. Melphi *cit.*

Confessiones juvenum professorum factæ cum Confessariis approbatis pro fratribus, aliis a Magistris, sunt validæ, Melphi *cit.* nisi Provincialis in approbatione juvenes professos sub cura Magistrorum degentes expresse excluserit.

DE CASIBUS RESERVATIS.

3299 Licet ignorantia censuræ, irregularitatis ex delicto, &c. excusat a censura, irregularitate, &c. ignorantia reservationis non excusat à reservatione, quia reservatio non est pœna, sed medicina; est enim limitatio peritatis Confessariorum ad horum regimen, & ob bonum publicum facta, ut isti licet fideles ab iis peccatis committendis absterreantur, dum videant ea non posse ab ordinariis Confessariis absolvi. Tum quia reservatio est restrictio jurisdictionis, quæ tota pendet à voluntate Superioris, adeoque non aperitur, ut eam sciat Reus sed Confessarius.

3300 Reservatio non est facienda, sicut neque excommunicatio major est ferenda pro venialibus, aut mortalibus jam confessis, sed pro mortalibus gravioribus; ita DoEtores communiter: vide Tamb. *tom. 2. pag. 40. n. cas. resc. cap. 2 num. 3.* Leandrum *de quæst. 11. 5. disp. 11. q. 6.* Mastrius *in ident. mor. disp. 21. q. 6. num. 224.* Ratio communis est. 1. Quia venialia & mortalia confessa sunt materia libera, adeoque eorum reservatio esset inutilis. 2. Quia reservatio est ab Ecclesia instituta ad coercenda delicta atrocia: constat ex Trid. *sess. 14. c. 7.*

(Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere Sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam, & graviora crimina, non à quibuslibet, sed à summis domtaxat Sacerdotibus absolverentur; unde merito Pont. Max. pro suprema potestate sibi in Ecclesia universali tradita, causas aliquas criminum gravissimorum suo notuerunt peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cujusque Diœceli, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est) *v. n. 151. 1599.*

3301 Hinc Clemens VIII. pro casibus reservandis pro Religiosis edidit Decretum tenoris sequentis.

(Sanctissimus D. N. jam pridem accurate perpenset; & ex ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolvendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admonitum prudenter ac moderate illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritual remedii desperationem.)

Quo circa, ut huic malo sanctitas sua opportune provideret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire in Domino judicaverit.

1 Veneficia; incantationes, sortilegia.
2 Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio.
3 Nocturna, & furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.
4 Propinquas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.
5 Juramentum falsum in judicio Regulari, seu legitimo.
6 Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto.
7 Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus.

8 Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.
9 Lapsus carnis opere consummatus.
10 Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscunque personæ.
11 Malitiosum impedimentum, aut retardatio; aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientiæ puritate reservandum videtur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura discussione, & consensu. Superiores in singulis dominibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, &c. qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 20. Maii 1593.

3302 Præfatum Decretum confirmavit Urb. VIII. per Decr. S. Congr. Conc. die 21. Sept. 1624. addens quod legitur:

(Sanctitas sua denuoque declaravit, ut si hujusmodi Regularium Confessariis, vel cuilibet alterius reservati facultatem pertinibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolvere:) *v. tom 3. n. 282. pag. 642.*

3303 Facultas reservandi casus in Religionibus, competit Superioribus auctoritatem quasi Episcopalem habentibus, nempe Generalibus, Provincialibus, & Abbatibus; unde in ea Religione adest plenum Capituli Gener. Assisi de anno 1526. (Ordinatur, & mandatur auctoritate Apostolica, & tenius Capituli Generalis, quod nullus Guardianus possit sibi reservare casum aliquem, sed solum Minister Provincialis id poterit.) Turanus *tr. De Prælatis pag. 291. num 9. &* Rodr. *tom. 1. q. 21. art. 2. n. 3412.*

Reservationem imprudenter, & immoderate factam, invalidam esse ait Vasquez, quia ex Trid. Præsati reservare possunt solum in salutem, non in destructionem. Verius tamen dicendum est graviter illicitam, juxta dicta *in 1. num. 295 &* adeoque moderandam, sed validam; quia nec Trid. nec Clem. VIII. utitur particula irritativa, Tamb. *cit. pag 48.*

3304 Prudentiam autem in excommunicatione infligenda, ultra Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3.* relatum *in 1. tom. num. 5.* facit insignat Scotus *in 4. distinct. 19. qu. 1. litt. I.*

his verbis: *Et sic excluduntur quædam pericula, quæ provenient ex promitate quorundam fatuorum ad excommunicandum: sequens siquidem est hujus gladii percussio, qui tamen valo ab Apostolis inventus existebat. In omnibus enim epistolis Pauli, non invenies, quod excommunicavesit, nisi tribus vicibus: Primo, primo ad Corinth. 5 &c. idem in prima ad Tim. &c. Idem ad Gal. 1. &c.*

3305 Peccata, ut sint reservata, debent esse consummata; unde non sufficit, si sint attentata, nisi in reservatione exprimatur.

3306 Pueri ante annum 14 pubertatis, licet ex mentor à confessis (de qua infra) non eximuntur à reservatione; quia reservatio est restrictio jurisdictionis facta Confessario, quæ quidem est valde utilis pueris, ut à gravioribus peccatis deterreantur, Tamb. *tom. 2. pag. 40. n. 5.*

3307 Vagi, & peregrini, si deceduni è loco, ubi peccarunt non est reservatum, & accedant ad alium locum, ubi est reservatum, non possunt ab eo absolvi; quia vagi, & peregrini, qui scire nullibi diu quorum animo maiori anni parte permanendi, ubique fere uniuntur fere eadem ratione, si bona fide discedant è loco, ubi peccarunt est reservatum, & accedant ad locum, ubi non est reservatum, possunt ibi à Confessario communi ab eo absolvi, nisi eo accesserint in fraudem reservationis, ut in Bulla Clem. X. § 6. n. 3287.

3308 Eadem ratione, si quis peccarit commissum heri, quando erat reservatum, confiteatur hodie, quando non est reservatum, quaterus Superior hodie reservationem abstulit, potest ab eo absolvi à Confessario communi; è contra, si peccatum commissum heri, quando non erat reservatum, confiteatur hodie, quando factum est reservatum, non potest ab eo à Confessario communi absolvi, quia in primo casu hodie non est Confessarii communis reservata jurisdictio, bene vero in secundo casu, Tamb. *tom 2. pag 40. n. 9* Diana *p. 10. tr. 15. resp. 30.* contra Pasqualigum, qui etiam affirmat in 2. casu eo quia *lex de novo aliquid disponens, non trahitur ad præterita, sed solum ad futura.*

3309 Qui confitetur habenti potestatem super reservatis, si inculpabiliter ohlitus sit reservatorum, potest postea, quando memoriæ occurrunt, ab eis à quolibet Confessario communi directe absolvi, quia jam est ablata reservatio, ob intentionem virtualem, aut interpretativam pœnitentis; nam pœnitens, dum petit absolvi, virtualiter petit, in quantum indiget, & ipse Confessa-

rius intendit absolvere in quantum potest, & præmittere indiget, ut patet per illa verba: *In quantum possum, & ea indiget*; tunc igitur tollitur omnis reservatio, & censura, Mastrius *disp. 21. q. 9. n. 235.* Poncius, Diana, & communior.

10 Idem dic de eo, qui tempore Jubilæi est confessus, inculpabiliter aliquibus reservatis, ablatus, etiam si postea intra tempus Jubilæi omnia opera præscripta non impleverit, & inde Indulgentiam non sit lucratus, modo, dum confessus est, verum animum Jubilæum lucrandi habuerit: potest, quam, post Jubilæi tempus, quando recordatur, directe super ea à communi Confessario absolvi, ut infra de Jubilæo.

3311 Confessarium, si post debitum examen dubitet, an pœnitens lapsus sit in mortale reservatum, dubium juris, aut facti, sive dubium sit positivum, sive negativum, judicare debere in favorem pœnitentis, quod non sit reservatum, & absolvere, tenent Mastrius *disp. 21. qu. 9. num. 234.* Tamb. *tom. 1. de consc. pag. 21. cum Castro*, Leander *de pœnit. tr. 6. disp. 12. q. 11.* Arfeckin. *tom. 2. pag. 208. n. 11.* Rationem habes *in n. 52. & 56. vid. n. 19. & 23.* Freina vult, debere absolutionem suspendere, usque quo consulat periticres.

3312 Quod si postea pœnitens certo cognoscat omnino fisse peccatum reservatum, Mastrius, & Leander *qu. 12. cit.* cum aliis tenent, quod non sit obligatus recurrere ad habentem facultatem; idque expræsempta voluntate Superioris, quod non velit reservationem in dubio, nisi exprimat. At absolute dico cum aliis, quod sit obligatus, ut dictum est de peccato dubio, postea cognito ut certo, *in num. 3045.* Tum quia ignorans casum esse reservatum, licet bona fide absolvatur, cognito errore, tenetur accedere: Imo ipse Confessarius, si veniat in notitiam certam, tenetur pœnitentem, licentia petita, monere de errore commisso; quia tenetur revocare absolvendo: *n. n. 3232. & de scient. confess. & in prop. 17. & 20. pag. 8.* ab Alexand. VIII. *damn.* Plura vide *à n. 3102.*

3313 Reservatio cum sit odiosa, est benigne interpretanda; unde restringi debet ad peccata certo reservata, non ad dubia, sive dubium sit juris, sive facti.

Nec obstat Decr. Clem. VIII. de anno 1601. quod in reservatione comprehendit casus Cœnæ dubios; nam fuit moderatum per aliud Decr. ejusdem de anno 1602. ubi omnes particulas: *Clare, vel dubie contenta*. Verticelli *tr. 8. n. 16.* & Com.

DE POTESTATE EPISCOPORUM IN RESERVATA

3314 A Dest Decretum Trid. *sess. 24. de ref. I. c. 6.* ut sequitur:

(Licet Episcopi in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis dedictis ad forum contentiosum, *dispensare*, & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque ubi subditos, in Dioecesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, impositis pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicarius, sit permissum.)

3315 Hujus igitur Decreti virtute possunt Episcopi ab hæresi occulta absolvere; quod facere possunt extra Sacramentum pœnitentiæ, imo & in absentia, quia est absolutio à censura, *ut in n. 3152.* nam partes aliæ, *in foro conscientiæ*, solum imperat, ut talis absolutio non prosit in foro externo, si contingat hæresim in judicium deduci, Diana *p. 2. tr. 5. resp. 2.* Ita ut, si casus fiat publicus, hic absolut. s, ad vitandum scandalum, & ad non inferendum præjudicium foro exteriori, debeat in publico se gerere tanquam excommunicatus; possit tamen in occulto, secreto, & sine scandalo, se gerere ut non excommunicatum, Missam audire, Sacramenta recipere, cum aliis legui, manifestando se esse absolutum: *v. n. 3466.*

Data absolutione censuræ, potest quis à casu, etiam hæresis, à quolibet simplici Confessario absolvi; quia ablata censura reservata, cadit reservatio casus: *vid. tom. 2. pag. 536. & n. 289. ad 292.*

3316 Item per hæresis absolutionem potest in casu particulari occurrente, suo Vicario Generali committere, Diana *p. 2. tr. 6. ref. 92.* Jo. de Castillo *tr. 10. de censuris dub. sect. 4. pag. 186.* nam per illa verba, *in quibuscunque casibus per se, aut Vicarium*, & per alia *& in hæresis crimine eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum*, sensus est, quod in aliis casibus, præter hæresim, possit Episcopus specialiter deputare suum Vicarium quoad omnes casus contingentes, ea ratione, quod qui potestatem ordinariam habet (uti est Episcopus) potest eam aliteri generaliter delegare: in casu vero hæresis non possit facultatem absolvendi delegare suo Vicario ad omnes casus hæresis contingentes. At non inde sequitur, quod non possit eam illi delegare in casu particulari hic & nunc occurrente; sicut enim in casu particulari hæresis hic & nunc occurrente potest Episcopus alteri à Vicario committere, ut absolvat, cur non potest suo Vicario? Tunc igitur Vicarius Generalis absolveret, non ut Vicarius Generalis, sed ut specialiter deputatus generaliter ad omnes casus hæresis contingentes; sed ut particularis, seu ut specialiter deputatus specialiter ad casum particularem hic & nunc occurrentem.

3317 In Decreto est sermo de occultis: *secretum* est, quod non est notorie divulgatum, & potest aliqua segregatione celari: Ex Sanchez.

Occultum non est, quod est notum majori parti. Vicinæ, Parochiæ, aut Menalletii, dummodo ibi sint fatem recem personæ: Fagundez ait, non esse publicum in magna Civitate, si sit rectum septem, vel octo personis. Et Donatus *tom. 1. p. 2. pag. 67.* si sit notum octo, vel decem personis.

3318 Crimen commissum in domo, aut familia, non est per se publicum; quia domus privata non est universitas, seu communitas, Donatus *cit.* nisi ex circumstantiis prudenter judicetur fore facilitei evulgandum, puta si ibi reperti fint extern pures loquaces, &c.

3319 Occultum in una Provincia, potest ibi tanquam occultum absolvi, quamvis in alia sit publicum, docet Avila *p. 3. c. 7. disp. 11. concl. 3.* cum Salmanticensibus, contra Suarium; quia tale crimen revera in eo loco est occultum. Quam sententiam sequitur Jo. de Castillo *tr. 10. de censuris dub. 4. sect. 2.* & Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. q. 57.* maxime, si delictum sit publicum in loco tam distanti, ut non sit spes, ut facilitei ad locum illum, ubi est occultum, deferatur.

3320 Dicitur *deductum ad forum contentiosum*, quando est deductum in judicium & reus est citatus. Quod si postea non probetur, manet occultum ex defectu probationis in judicio, & potest ab Episcopo absolvi.

Si judex non sit finitus, & rem punitus, potest ab Episcopo absolvi, docent Bardi *in selectis lib. 9. q. 14. num. 7.* & Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. qu. 56.* quia Trident. dum tantum facul excludit, inquitur, dum delictum est deductu ad forum contentiosum, & ele in fieri fori: maxime peracto judicio; qua peracto judicio, jam salvatur finis Tridentini, quod est, ne quis declinet à foro, sed satisfaciat Judici. At probabilius mih. est non posse, Bonac. *de censur. disp. 6. q. 3. punct. 1. & disp. 7. q. 5. fund. 1.* cria tunc delictum est factum publicum publicitate juris.

3321 Capitulum Sede vacante potest id quod potest Episcopus, quia ei succedit in tota jurisdictione ordinaria; unde potest virtute ejusdem Decreti Trid. alteri committere absolutionem hæresis; debet autem hæresis deferri Capitulo sine expressione personæ absolvendæ ne aliter fiat publica, & absolvi non possit, Diana & Tamb.

3322 Hæc satis dicta sint virtute Decreti Triden.

DIFFICULTAS CELEBRIS EST,

3323 A *N bonis, Sanctæ Bullæ Cœnæ, possint Reges [illegible] in Cœna contenti, maxime ab hæresi?*

3324 Pro aliis casibus reservatis extra Bullam Cœnæ vigere facultatem Trid. & parter cesserinas *à n. 3315.* hactenus traditas mihi are, non est dubium.

3325 Pro calibus igitur in Bulla Cœnæ contentis, dum sunt sententiæ

Prima affirmat, Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. q. 45. & 46.* Tamb. *tom. 1. lib. 2. c. 1. pag. 49. & 8. n. 12.* Joan. de Castillo *de censuris tr. 10. dub. 5. n. 65. pag. 191.* Donatus *tom. 1. p. 2. tr. 13. q. 16. n. 17.* Meiphi *in Com. c. 2. stat. 14 pag. 111.* Pont. Fagundez, & innumeri alii apud ipsos. Et post proposi. dam. Arfeckin & Ferrech.

Ratio est: quia potestas, quam habent Episcopi absolvendi à casibus occultis, etiam hæresis, reservatis in Bulla Cœnæ, est certa, revocatio dubia: igitur non sunt ea expoliandi: nemo enim est spoliandus jure certo per superveniens dubium: Et in dubiis melior est conditio possidentis.

Major liquet; quia talis potestas eis competit ex jure communi antiquo, & Tridentini.

Minor suadetur; nam vitanda est correctio juris, quando commode fieri potest concilitio, maxime loquendo de Trid. cujus decreta sunt tantæ existimationis apud Pontifices, ut quotidie eorum observantiam præcipiant, & viridem esse velint; Bulla autem Cœnæ, cum non exprimat casus occultos, de quibus expresse loquitur, concessio Tridentini sacis Episcopis potest explicari de publicis, propter quibus ipsum Trid. prohibet.

3326 Item per clausulam generalem non intelligitur revocatum aliquis Concilii Generalis Decretum, nisi de eo fiat specialis & expressa mentio; ex *cap. Ex parte, de Capell. Monach.* & ib. Glossa *ver. Nulla mentio, cap. Nonnulli de rescript.* & ib. Glos. *ver. Facerem mentionem*, quod maxime procedit de Tri-

dent. ob ejus specialem gravitatem.

Denique per Bullam Cœnæ revocantur privilegia (ut liquet ex verbis) non jus commune, maxime Tridentini; & ita docuerunt Bannes, Henriquez, Penta, Medina, Gallus, & alii, qui fuerunt in Concilio, quos refert Jo. la Cruz, *de Sacr. Pœnit. q. 5. dub. 4. n. 1.*

3327 Præmissa vero ratio æque probat de casu hæresi occultæ; quia Bulla Cœnæ non fecit specialem reservationem pro hæresi.

His accedit praxis, & consuetudo, qua virtute Bullæ, casus Cœnæ occulti (excepta tamen Hæresi) absolvuntur toties quoties, in quantum casus occulti dicuntur evadere Episcopales: confectudo autem dat jurisdictionem: *vid. à n. 3274.*

3328 Non obstant Declarationes Pontificum, & S. Congr. quæ in contrarium referuntur pro hæresi occulta; quia aliquæ expresse loquuntur de virtute Bullæ Cruciatæ; aliæ non constant authentice, ut constare deberent, *ex n. 219.* Non debet autem cadere Decretum Tridentini per voces.

3329 Imo in contrarium Leander *cit.* addúcit auctoritatem Card. Caraffæ, à quo nomine S. Congr. sibi Comitolus esse responsum affirmat, ni. videlicet per Bullam Cœnæ derogatum esse, aut hoc tempore derogari antiquis Episcoporum privilegiis. Quod idem fecisse S. Pium V. refert Vivaldus cum aliis. Ita Leander.

3330 Nec demum obstat propositio tertia damnata ab Alex. VII. relata, quia ibi damnatur propositio hypothetica, quod

Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæretis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id ea derogare facultati Tridentini, in qua de occultis tantùmbus sermo est. anno 1629. 17. Junii in Concistorio S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & tolerata est.

In qua propositione ly, *Visa, & tolerata est*, damnatur; quia hoc est prædicatum, & totum id quod antecedit, est subjectum propositionis damnatæ.

Hæc sunt motiva primæ sententiæ affirmativæ pro Episcopis.

3331 Secunda sententia, quam amplectendam dico, negat de omnibus in Bulla Cœnæ contentis, & maxime hæresi, Diana *p. 1. tr. 5. resol. 2. p. 3. lib. 6. resp. 92. par. 4. tract. 14. resp. 220. & p. 7. tract. 2. resp. 23* Volpi *resol. 21.* Fagnanus *lib. 1. Decr. cap. Quoniam 13. de constitut.* Delbene *de Inquisit. part. 1. dub. 65.* Suarez, Toletus, Villalobos, & alii apud ipsos.

Constat ex ipsa Bulla Cœnæ, quæ postquam 22. excommunicationis contra 20. casus fulminat, immediate dictas censuras reservat his verbis:

3332 (Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum, quibuscunque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, &c. Necnon latcis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii Decreta, &c. concessorum, aut concedendorum.

3333 Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum aliqui, absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententiæ innodamus.

3334 Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, &c. ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, &c. ac cum quibuscunque clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, concessis.]

3335 Et quia nullum Concilium facultatem à dictis refervatis absolvendi Episcopis concessit, nisi Tridentinum *cit.* ideo ejus facultatem Bulla Cœnæ revocat: alias superflua esset verba illa: *Ac cujusvis Concilii Decreta.*

Ac proinde non obstant textus *num. 3326.* relati; quia in revocatione per Bullam Cœnæ fit mentio Tridentini in specie per verba æquipollentia; quoties enim derogatio Pontificia verificari non potest, nisi aliquo Concilio individuali derogato, derogatio, quæ secundum terminos generalis apparet, censetur specifica, & individua, ex *l. 2. ff. de liber. & rubr.* Diana *p. 7. tr. 2. resp. 23.*

3336 His accedit Declaratio S. Congregi Universi. Inquis. Rom. quam refert Protonotarius Apost. *in Praxi Episc. par. 2. c. 1. n. 2.* supra Bullam Cœnæ, & est sub his verbis:

An Episcopus, & Inquisitores possint hodie ex c. 6. sess. 24. absolvere lapsos in hæresim, non obstante Bulla Cœnæ Domini, Congregatio censuit eam Bullam derogare Decreto c. 6. Delbene de Inquis. p. 1. dub. 5. n. 16. p. 193. eam refert, & sub his verbis:

Congregatio censuit huic Decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de re-

sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pii V. esse derogatum

Et Pegna *in 3. p. direct. qu. 92. Inquis. Com. 241. ver. Equidem:*

Equidem in Supremo Inquis. Prætorio S. & Gen. Roman. inquisit. sæpe pronunciatum est, nec posse, nec debere Episcopum amplius virtute Concilii absolvere occultos hæreticos in foro confessionis; sive quia per Bullam Cœnæ sit Trident. derogatum; sive quia S. Pius V. & Greg. XIII. ita declararunt.

3337 His de causis ortum habuit damnatio Alex. VII. qui damnavit quidem propositionem hypothetieam, sed ita ut ipsam categoricam, quæ est ejus subjectum, damnaverit: Damnavit namque, quod sententia asserens, Bullam Cœnæ prohibere absolutionem ex minus in ea contentorum, solum quando publica sunt, ac proinde non derogari decreto Concilii, fuerit visa, & tolerata; igitur ejus contradictoria, quod talis sententia fuerit tolerata, est falsa; ergo ante ipsam damnationem dicta sententia non fuit tolerata, sed contradicta ab ipsamet Bulla Cœnæ, adeoque est falsa.

3338 Conveniunt autem fere auctores utriusque sententiæ, quod possit Episcopus dispensare in irregularitate ex hæresi occulta provenente; quia in Trid. *cit.* sola irregularitas ex homicidio voluntario excipitur: & in concessione exceptio firmat oppositum aliarum. Nec ex negatione facultatis absolvendi ab hæresi inferitur negata facultas dispensandi in irregularitate; quia per Bullam Cœnæ absolutio à censura reservatur, minùs: dispensatio ab irregularitate; imo de hac nulla fit mentio.

Item sunt res diversæ, & à separatis non fit illatio, ex *l. Papinian. exul. ff. de minorib.* Et accessorium sequitur suum principale in gratiosis, minime in odiosis, & quando non est accessorium naturale, sed ex jure politivo humano, Alberghines *in man. quæst. pag. 32.* cum Bord. Castrop. & Fagun. contra Malir. qui *disp. 13. n. 187.* cum Bonac. negat, quia *cui prohibetur majus, prohibetur minus*, ex *c. Cum illorum, de sent. excom.* ubi habetur, Episcopos non posse dispensare in his casibus, in quibus est prohibita absolutio.

3339 Conveniunt etiam communiter, quod absolvens à casibus Bullæ Cœnæ sit excommunicatus, sed quod talis excommunicatio non sit reservata, Volpi *resp. 20. n. 39.* & constat ex ipsa Bulla, *ut in nu. 3333.* licet tamen non sit reservata, ubi Bila Cœnæ est reservata Papæ. Ex Decr. S. Congr. justu Clem. VIII. 9. Januar. 1691. de quo infra.

QUÆRES I.

3340 *Quid agere debeant hæreticus occultus, si ab peccatum infamia, aut gravis scandali, si urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi?*

R Esp. relatum est in tractatu expositivo I. n. 3341. ad 3349. Volpi *tr. 20. Diana p. 7. tr. 2. resp. 23. & p. 1. tr. 5. resp. 4.*

QUÆRES II.

3341 *An Inquisitores possint in foro conscientiæ absolvere ab hæresi occulta?*

R Esp. Inquisitores in Regnis Hispaniæ, & Siciliæ, possunt absolvere ab hæreli non solum in foro judiciali, & externo, sed etiam in foro interno conscientiæ. Minime alii Inquisitores, Diana *p. 1. tr. 5. resp. 4. p. 8. tr. 7. resp. 50.* Fr. Tras, Acugna, Villalobos, Carenas, *p. 2. tr. 2 §. 7. nu. 61.* & quamplures apud ipsos, & post propos. damn. Pittachius *de superstit. p. 1. c. 2. n. 5. pag. 200.* Quorum alii hanc facultatem Inquisitoribus Hispaniæ, & Siciliæ, competere dicunt ex speciali privilegio; alii ex usu, & consuetudine, & ex tacita permissione, ac benignitate S. Sedis, & quidem rationabili; quia cum sint dissitantes ab Urbe, privaretur hæretici occulti apto remedio, retardarentur venire ad fidem, & cogerentur accedere Romam; quod est remedium non suave, sed rigorosum.

3342 Dicta firmat Caren *cit. n. 61.* ex Maximo *in praxi S. Officii p. 10. asser. 108.* dicens, ita fuisse decisum à Supremo Tribunali Urbis.

Et quidem plura esse à S. Sede concessa Inquisitoribus Hispaniæ, quæ non sunt aliis concessa, liquido constat, ut ex *n. 2.* Adde, Inquisitores in materi s fidei esse Delegatos Sanctæ Sedis.

3343 Hæc facultas absolvendi in foro conscientiæ ab hæresi occulta, competit non solum tori Confissorio, sed cuilibet Inquisitori seorsim, ita ut quilibet possit talem facultatem cuilibet Confessario in casu occurrente specialiter committere. Nec ad talem facultatem exercendam, aut committendam requiritur in Inquisitore Ordo Sacerdotalis; quia hæc facultas est concessa Inquisitori, non annexa Ordini, seu in ordine ad Confessionem Sacramentalem; sed annexa Officio, Diana *p. 1. tr. 10. resp. 3.* Jo. de Dicastillo *tr. 10. de censuris, dub. 12.* Freiras, Vittal. & alii apud ipsum.

QUÆRES III.

3344 *Quid agere debeant impediti?*

IMPEDITUS

3346 PErsonaliter adire Pontifem, non tenetur mittere pro absolutione

per nuncium, aut litteras; ita absolute tenet Henriquez n. 1. p. 2. pag. 69. n. 11. Tamb. to. 1. pag. 61. n. 9. Mendo in spir. ver. Reservatio casus, n. 40. Leander de cens. tr. 2. disp. 17. q. 6. quia solum exigunt personam.

3346 Cæterum pro occultis puto recurrendum esse ad Sanctam Pœnitentiariam per epistolas, in casibus ad illam spectantibus si commode fieri possit, & necessitas aliqua non imp diat; quia ad hoc est Sacra Pœnitentiaria ex benignitate Apostolica instituta, ad quam (maxime in nostris regionibus) facilis est recursus, & nullum est infamiæ periculum: v. Instructionem.

3347 Certum tamen est, quod non teneatur nec per Bullam Cruciatæ; quia est remedium extraordinarium.

Impeditus igitur adire Papam, impedimento perpetuo, aut longi temporis, potest ab Episcopo directè absolvi pro utroque foro ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ à jure, aut ab homine, etiam in Cœna Domini. & hæresis, Donatus cit. Tam. cit. pag. 62. Leander cit. q. 59. Pellizarius de Monialibus, cap. 9. n. 26. & Cam. cap. Si quis suadente, cap. Ea noscitur, c. Mulieres, cap. de Monial. to. 30. de sentent. excommun. in 6. q. que jura, licet loquantur de censura ob percussionem Clerici, publicam, & enormem; militant tamen in cæteris censuris, & casibus, quia eadem est ratio legitimi impedimenti, & benignitatis Apostolicæ, ne animæ periclitentur. Cui accedit praxis.

3348 Impediti ire Romam recensentur in 6. 5. 111 de sent. excom. in cap. 58. Quamvis inclusa, his verbis: (nisi immorente mortis articulo, infirmitate, infirmitate, aut inopia, puerili, vel senili ætate, seu alia corporis impotentia, sive quolibet impedimento Canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire, vel nisi juris beneficio à labore huiusmodi excusetur.

Item ibi in c. 13. Ea noscitur. Mulieres, simes, valeas dinari, seu membrorum destitutionis impediri, licet ad Apost. Sedem non veniant, absolvendi habeant fidelium communioni restituti, jurisdictio juxta facultates his, quibus per eos constiterit injurias irrogatas.

Impedimenta igitur legitima sunt

1. Articulus mortis, de quo infra.
2. Infirmitas longa, licet non periculosa, ut podagra, &c.
3. Inimicitia, cui gravi damnum sibi, aut suis prudenter timet, si discedat.
4. Pauperes, quia nemo tenetur accedere mendicando.
5. Ætas puerilis, seu impuberis, vel senilis.
6. Fragilitas sexus. Sic fuit impedita mulieres omnes, max me Moniales,
7. Debilitas virium. Sic viri delicati, qui labores itineris sustinere non valent.
8. Asseritus alteri. Sic qui sui juris non est, ut servus, aut filius familias, quando finc præjudicio domini, aut parentis, Papam adire non possunt.
9. Cura animarum, aut temporale dominium, quando rationabiliter timetur, ne subditi damnum patiantur. Sic qui propria habere tenetur alere filios, uxorem, familiam. Sic qui habet officium publicum, quod iter impediat, quoque relinqui sine detrimento non valet.
10. Quodlibet aliud impedimentum legitimum prudentis judicio, quod iter impediat, ut detentio in carcere, &c.

3349 Si impedimentum est perpetuum, absolvuntur sine onere comparendi; si temporale, cum onere comparendi, alias reincidunt in aliam similem excommunicationem. Ex c. Ea qui de sent. excom. c. Statutum, & l. 5. & cap. 11. de cæsare, tit. 39. de sent. excom.

Excipitur impubes, qui factus puber non tenetur Papam adire, sed adhuc potest pubertatem potest ab Episcopo absolvi de censuris in impubertate contractis, Leander. cit. qu. 59. ex cap. Quamvis, & c. Pueris, de sent. excom.

3350 Cæteri, elapso impedimento, tenentur ire præstentare Papæ, quamprimum commode possunt, prudenti arbitrio, attentis circumstantiis personæ, loci, temporis, provisionis faciendæ, & taliter ut non adsit notabilis negligentia, aut fraus.

3351 Sufficit, si se præsenteni per procuratorem, si Papa sit contentus, & non velit tanquam personam; quia jura, dum exigunt personam, benigne concedunt, ut impedimus non teneatur mittere procuratorem, sed ut non impedimus possit per seipsum, aut procuratorem, Leander cit. qu. 67. Excipitur casus percussionis Clerici, pro quo c. Quod de his, de sent. excom. exigit tantum se personam.

Præsentatio tunc fit, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sit directe, & plene absolutus; sed ad obediendum mandato Papæ, qui ultra satisfactionem partis, hoc aliud, ut partem satisfactionis, exigit, Sanch. apud Leandrum cit. q. 66.

3352 Præfates impeditos ire Romam, si sint etiam impediti adire Episcopum, posse à præmissis casibus publicis absolvi in foro conscientiæ à Parocho, aut alio legitime Confessario, & in horum defectu à quolibet Sacerdote, affirmant Cardenas, & plures apud Leand. cit. q. 62. quatenus eadem est ratio; quare sunt concedo Episcopis dicta facultas. Sed reliqui negant Leander cit. & Diana p. 9. tract. 7. resp. 10. quia jura in dictis impedimentis tantum ad Episcopum concedunt recursum, non ad Parochos, & Confessarios inferiores. Excipitur casus necessitatis, quo inflaret confessio, aut communio, de quo infra n. 3354 ad 3361.

3352 Impeditus adire Episcopum pro casibus ipsi reservatis, pariter posse absolvi, ab inferiori, affirmant Tamb. tom. 2. l. 3. c. 12. §. 2. n. 30. Castropal. Amendozia, & alii in fere consentiæ, & cum iisdem oneribus, quatenus non ob igar strictius Episcopus, quam Summus Pontifex.

At reclius negat Mastrius dis. 21. nn. 237. & de Lugo, quia jura id concedunt Episcopis in casibus Pontificiis propter distantiam, & accessum difficilem; quod non est in ordine ad Episcopos, qui maxime facilitet possunt pœnitentiarios in locis Diœcesis deputare; hinc Conc. Trid. tantum mortis articulum exigit.

IN ARTICULO MORTIS.

3354 Reus in probabili periculo, ejus, Confessarius inferior, immo quilibet Sacerdos, potest ab omnibus casibus, & excommunicationibus reservatis, etiam ob hæresim directe absolvere (mixime à fulgerione, & interdicto, de Lugo de panit. disp. 20. n. 203. ex Decr. in Trid. sess. 14. c. 7. n. 3245. relato) ex Decr. Trid. sess. 14. c. 7.

3355 Hoc tamen eli differentiam inter peccatum, & censuram, ut si peccatum non habeat annexam censuram, absolutus à peccato reservato in articulo mortis, si convaluerit, non teneatur se præsentare Superiori, quia onus comparendi, quod jura in illo articulo imponunt, solum pro censuris reservatis; exceptio autem firmat regulam in contrarium. Mastrius dis. 21. n. 232. & cem.

Si vero ut cr annexa censura, cujusmodi sunt casus reservati Pontifici, tenetur se præsentare, elapso mortis periculo (& sub hoc onere absolvitur) ut satisfactionem præstet, quam ut in foro externo absolvatur; nam absolutio à censura à privato Sacerdote, quamvis fuerit directe data, ob Trident. citat. solum tamen fuit data, & valet pro foro interno conscientiæ, ac proinde foro externo Superioris præjudicare non potest, ut dictum est in numer.

Quod si elapso periculo Superiori, puta Papæ, aut Episcopo respective, non se præsentet cum commode potest, ipso jure in censuram reincidit, ex c. Ea, qui de sent. excom. in 6. l. 3. tit. 11. & ex Decr. S. Cong. n. 3415. relato.

3356 Quando vero quis absolvitur à reservatis virtute Bullæ Cruciatæ, in bullæ, aut privilegiorum Regularium, in casibus, pro quibus illa se extendunt, tunc elapso periculo non tenetur pro foro conscientiæ pro censura se præsentare; idque ratione e privilegii, quod supplet comparitionem; privilegiatus en m illati non Superioris, & solum requiritur sat sfactionem partis, si fit pars læsa: v. n. 3367.

3357 Periculum mortis est in fœmina primo

lem; unde hæc potest ab inferiori absolvi, tantum ac doloribus sentit initia. Item in hominibus, qui ubicunque impune possunt occidi, & in iis qui periculosum iter, aut periculosam navigationem proximo tunc aggressuri. I, quibus timetur ex proximo amittus perpetuus ratio- lequelæ. Qui servient infestis pe le, qui incidunt in morbum, qui ut plurimum soler mortem afferre. Damnati ac tiremes, si de proximo periculosam navigationem sint habituri v. n. 3246. ad 3248.

IN URGENTE NECESSITATE.

3358 IN TRgens necessitas est, cum quis nec [illegible] est impeditus perpetue, aut longo tempore, nec in articulo, seu probabi i periculo mortis; est tamen in talibus circumstantiis, ut inflet confessio, aut communio, & non habeat promptum Superiorem, sed Confessarium inferiorem. Talis est casus in puella, aut juvene simul cum parentibus Eucharistiam sumpturis, qui sine infamia aut periculo notabilis damni, non possunt se retrahere. Et in similibus.

3359 In urgenti igitur necessitate, potest Confessarius inferior à casibus omnibus reservatis, etiam hæresis, absolvere, directe tamen, ita ut pœnitens debeat cum reservatis non reservata adjungere, & tunc ab iis directe absolvitur, indirecte ab illis; adeoque tenetur postea se præsentare Superiori, aut habenti authoritatem pro reservatis, non solum ad obediendum, verum etiam ut in foro conscientiæ absolvatur, tam à censuris, quam à casibus. Ratio est; quia casus illi fuerent solum indirecte ablelti: nam Confessarius inferior non habebat jurisdictionem super illis, ut 2 num. 3121. ad differentiam casus impedimenti, & articuli mortis, in quibus Episcopus, & respective Sacerdos in foro conscient a directe à reservatis absolvunt, quatenus Ecclesia tunc dat illis jurisdictionem, ex juribus adductis.

3360 Licet autem hæc sit communior sententia, quam sequor, Diana p. 11. tr. 8. res. 49.

probabilem putat sententiam Dicastillo, nimium in casu necessitatis posse Confessarium inferiorem dirimere poenitentiam a casu reservato absolvere, tanti cessante necessitate non teneatur Superiorem adire pro peccato, ut ab eo in foro confessionis absolvatur, ut dictum est de articulo mortis: idque non quia Confessarius inferior potest tunc reservata absolvere, sed quia in tali necessitate casus illi reservati non sunt; idque ex rationabili interpretatione voluntatis Superioris, qui malit pro tali necessitate casus reservatos, & rite, quia ex jure Trid. *sess.* 14. *c.* 7. reservatio facienda est in edificationem, minime in destructionem animarum: in destructionem autem esset, si in casu necessitatis, quo pueræ, v. gr. initiarent communio, ob infamiam, aut rubb. e damnum, quod a iis timeret, ad communionem ab casum reservatum non posse accedere.

1 At 3 communi sententia recedere nolo, maxime ob Decr. S. Congr. 7. Decembris 1646. infra adducendum *n.* 3415.

CONDITIONES TRES

3366 Requiruntur, ut quis absolvatur, non quidem pro peccatis, sed pro censuris reservatis, in casu impedimenti legitimi, & periculi mortis, nempe promisso de comparendo, modo dicto, de stando mandatis Ecclesiæ, & de satisfaciendo parti, si quæ læsa. Cum vero quis absolvitur in urgent. necessitate, requiritur promisso comparendi etiam pro ipsis peccatis reservatis, ob dicta *n* 3359. *n.* 3332.

3363 Quæ orata Confessarius sub mortali tenetur injungere, antequam absolvat, quia est materia gravis per Sacros Canones requisita, ita ut si teneter omittat monere, peccet mortaliter, licet valide absolvat, quia adhuc pœnitens ad alia tenetur.

3364 Pro censuris reservatis extra Bullam Cœnæ in foro Sacramenti, sufficit sera promissio; juramentum vero solum exigitur pro foro externo. Item dic de fidejussione, Tamb. *tom.* 1. *pag.* 65. *n.* 16. & *pag.* 400 *n.* 2.

3365 Pro censuris vero reservatis in Bulla Cœnæ, & pro delicto dantium causam interdicti, quærendum per cujus mortis concedatur illis Sacramentum Pœnitentiæ, requiritur juramentum, Diana 5. *tr.* 9. *res.* 23. vel una requiri sub mortali. Fidejussio vero solum requiritur pro foro externo.

3366 A pueris non est exigendum juramentum ex *n.* 3749. quia non præsumuntur habere usum rationis ad dignitatem juramenti requisitum. Certe meritorie, aut habenti impedimentum perpetuum, non est imponendum juramentum: cum esset frustraneum, & irritile.

3367 Per satisfactionem intelligitur restitutio famæ, honoris, vel famæ, quæ parti læsæ debetur. Non verit tamen pœna pecuniaria, quæ forte debetur fisco, Ecclesiæ, vel Notario, quia non sunt pars ista.

3368 Quia tamen non in omnibus casibus habetur læsio partis, non in omnibus est exigenda satisfactio; hinc in multis casibus, ut in casu hæresis, exigitur solum emendatio, & propterea solum requiritur promisso de comparendo coram Superiore: & de stando mandatis Ecclesiæ.

3369 Quando impotentia ad satisfaciendum non solum est præsens, sed moraliter certo prævidetur semper futura, non est exigenda promissio de satisfaciendo, quia esset frustranea; bene vero, quando sit spes peteritiæ.

3370 Impotentia satisfactionis contingere potest. 1. Ob impotentiam ipsius rei. 2. Ob cubitum, quod vertitur de qualitate satisfactionis, quodque resolvi non potest. 3. Ob obstinationem partis læsæ, quæ non est contenta satisfactione rationabili sibi oblata, aut ob quid simile. Ita Tambur. *tom.* 2. *pag.* 65. *num.* 14.

3371 In persecutione Religionis pars læsa est ipse Religiosus, Tambur. *tom.* 2. *pag.* 65 *num.* 24. Verricr. *tract.* 8. *quæst.* 20. Leander, contra aliosque unius, quod si Religiosus seu Pixidatus. Ratio est: quia ipse est persecutus. Tum quia alias pars ista etiam esset Ecclesia, & Pontifex excommunicans; hinc persecutus satisfacere tenetur pro utroque foro ipsi Religioso.

DE POTESTATE REGULARIUM IN RESERVATA.

QUÆRES I.

3372 *An Prælati Regulares possint absolvere suos subditos à casibus reservatis in Cœna Domini, etiam hæreseos?*

Certum est, Prælatos Regulares posse suos subditos & Novitios absolvere ab omnibus casibus, sive ab homine, sive à jure, reservatis Papæ extra Bullam Cœnæ, ut constat ex sequentibus juribus, & privilegiis. Hoc præmisso, pro resolutione quæsiti, duæ sunt sententiæ.

3373 Prima sententia negat etiam de occultis, modo hæresis, Bord. *tom.* 2. *resol.* 3. *q.* 2. Sig mundus, Vecchius, & alii apud ipsum, Dian. *d.* 1. *m.* 5. *resol.* 6. *p.* 2. *tr.* 2 *res.* 122. *p.* 6. *tr.* 7. *res.* 63. *p.* 8. *tr.* 7. *res.* 50. ubi *in pos.* 2. contra quos

quosdam alios casus ab hæresim non esse dubium, sed quoad hæresim expresse negat. Ratio est; quia Bulla Cœnæ revocat omnia privilegia, etiam motu proprio, & per viam remunerationis concessa, *ut in n.* 3334.

3374 Cui maxime pro tenet addunt tria Decreta. Primum S. Congr. Episc. & Regul. 17. Nov. 1628. jussu Urb. VIII. Secundum ejusdem S. Congr. 7. Decemb. 1646. Tertium Decretum S. Inquisit. Rom. sub Innoc. X. 23. Maji 1652. confirmatum sub Alexand. VII. 1656. & publicatum Panormi per Edictum DD. Inquisitorum 15. Febr. 1657.

3375 Secunda sententia affirmat, Prælatos Regulares absolvere posse suos subditos ab omnibus casibus reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & respective dispensandi, exceptis quinque: Videlicet (1 Schisma 2. Hæresis cum relapsu. 3. Falsificatio litterarum Apostolicarum. 4. Delatio prohibitorum ad infideles, & 5. Contemptus Romanum Pontificem.)

3376 Item excepta dispensatione super irregularitate orta. 1. Ex *homicidio voluntario* (suppone) injusto, non casuali, sed ex proposito patrato. 2. Ex *Bigamia* (scilicet ut) vera, & interpretativa, de qua simili tudinaria; in hac enim dispensare possunt, quia est irregularitas ex delicto, & in ea etiam possunt Episcopi cum suis subditis dispensare, *ex cap. Sane Sacerd. de Cler. conjugat.* & *Cap. Qui Clerici*, *vel vouentes*. Vide infra de irregularitate. 3. Ex *Mutilatione* propter voluntariam, & injusta, ex proposito patrata.

3377 Hanc sententiam tenentur Suarez *de Religione tom.* 4. *tract.* 6. *lib.* 2. *cap.* 20. Castellanus *de casibus reserv. qu.* 1. *sect.* 1 *art* 23. *n.* 6. Peyr. *de privil. Regul. in Constit.* Sixti IV. § 5. 3 *nu.* 6. *in Addit. ad Constitut.* Sixti IV. *nu.* 35. Bauny *in Theolog. moral. de casibus pars* 2. *dis.* 3. *tract.* 2. *quæst.* 26. Toranus *à pag.* 22. *ad* 35. Arendella *tom.* 2. *in addit. de anno* 1698. ubi se retractat à sententia negativa, quam in priori editione tenebat, Hasbercis *in summa* 69. *Regul. vers. Absolvere quoad Fratres*, ubi que Rocing. Pers. Villalob. Barros, Sousa apud Molph. *in Comment. cap.* 2. *statut.* 14. Insuper statuta multi Ordinis *cap.* 7. § 1. *num.* 1. Et unus pro mille Dessiderius Donatus *tom.* 1. *part.* 1. *tract.* 12. *qu.* 17. & *tom.* 2. *tr.* 11. *q.* 17. & 18. Quilatsdecte, & facile [ut sæpe] tem tractat, ac resolvit. Immo non solum id docet, & resolvit ex hæreli, sed etiam de re apsa in hæresim, ex Privil. Gregor. XIII. 18. Martii 1583. quo conceditur Generali Societatis suos subditos absolvere ab hæresi, & relapsu in hæresim,

3378 Ratio efficax est: Nemo est spoliandus jure certo per supervenientes dubium; certum autem est, Prælates Regulares habere jus absolvendi, & respective dispensandi suos subditos à reservatis, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, etiam ab hæresi: revocatio vero est dubia; imo potius constat nullam adesse; adeoque non sort præfate jure spoliandi, sed potestas ei prorsus is casibus absolvere, & respective dispensandi.

3379 Dicitur firmus firmus probari non posse, quamvis ipsis juribus, à quibus pendet. Et quidem pro certitudine juris.

Primo, est Privilegium Martis Magni concessum à Sixto IV. Prædilectionibus Bulla 9. *in num.* 1. Bullar. & Monitibus de anno 1474. Bulla 6. *in tom.* 1. & ultius 1 Bullarii Rodr. *pag.* 153. in quo privilegio fundatur assertio; quia conceditur Generalibus, Provincialibus, Custodibus, cum eodias, & Guardianes sub se habentibus, & Prælatis locatibus facultas absolvendi, & respective dispensandi suos subditos & alios fratres ad eos decliantes, ab omnibus excessibus, & à quibuvis excommunicationibus, suspensionis, aut interdicti, aliisque Ecclesiasticis, & secularibus sententiis, censuris, & pœnis, quavis ex causa à jure, vel ab homine latis, etiam per sententiam particularem, satisfactis parte, exceptis quatuor: Hæresis cum relapsu, Schisma, Falsificatio litterarum Apostolicarum, & Delatio prohibitorum ad infideles: *v. n* 3422.

3380 Item conceditur iisdem facultas dispensandi in omni irregularitate, ex quavis causa orta, etiam si celebrassent in loris Ecclesiæ interdicto suppositis, aut essent ligati Ordines suscepisset; vel cum eis celebrassent, priusquam homicidii voluntarii, bigamiæ, & multi alionis membrorum.

3381 Item facultas dispensandi irregularitatem ex defectu natalium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quovis alio illicito coitu cum facultate tam hujusmodi irregulares, quam defectum natalium patientes, promovendi ad Ordines Sacros, eosque exercendi, atque assumendi ad Religionis Officia.

3382 Nomine homicidii voluntarii venire illicitum in quinto præcepto Decalogi prohibitum, docet Rodr. *in comp. tract.* 51. *nu.* 24. & Bricen. cum aliis *tom.* 2. *resol.* 13. *nu.* 14. Ut de concludunt, posse Prælatos in utroque foro cum suis subditis dispensare tam ad Ordines, quam ad Prælaturas, ir irregularitate orta ex defectu, lenitatis, seu ex homicidio justo.

3383 Item concedit eis eandem potestatem ab-

absolvendi, & dispensandi erga Novitios sive post, sive ante ingressum, pro quibus addit:

(Ita tamen, quod si aliqui ex hujusmodi sententiis eisdem propter debitum sint affecti, satisfaciant, ut tenentur. Volumus autem, quod postquam fuerint absoluti, hujusmodi volentes aggregari collegio suprad. clo, nisi mox Ordinem intraverint (etiam si super hoc induciæ eis à Prælatis ejusdem Ordinis concedantur) eo ipso in prædictas sententias, à quibus eos totaliter absolvi contigerit, relabantur.)

3384 Ut quis Religionem ingrediatur, requiritur, ut debito satisfaciat, si debitum sint ab ipso voluntarie contractum. & si spes satisfaciendi; secus, si involuntarie, aut non sit spes satisfactionis, Mendo in Epit. *ver. Regulares n.* 35.

3385 Insuper concedit, ut ipsi Prælati possint à fratribus, quos pro tempore habuerint in Confessarios, pariter à præmissis absolvi, & dispensari.

3386 Denique præfatum quatuor casuum exceptionem his ponit verbis:

(Et propterea ne, qui sunt destinandi, pessæpe revocetur in dubium, &c. Declaramus hæreticos relapsos, Schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, dumtaxat esse ad Sedem Apostolicam destinandos; in reliquis vero omnibus, etiam Simoniæ pravitate qualitercunque irretitis, posse per illos, quibus juxta conceditur, absolutionis, & dispensationis beneficium, & gratiam juxta casuum exigentiam impartiri.)

3387 In quo privilegio satis exprimitur hæresis; quia exceptio firmat regulam in contrarium: hæresis autem cum relapsu non est pura hæresis formalis; sed tunc habetur, quando quis reiciendit in eandem hæresim, quam prius in Sacro Tribunali de veheminti adjuraverat, Carena *p. 2. tit.* 2. § 3.

3388 Præterea hoc privilegium, cum nullam faciat distinctionem de casibus publicis, & occultis, nec de foro interno conscientiæ, videtur comprehendere etiam publicos, & pro utroque foro, Rodr. *in comp. ref.* 3. *n.* 2. Bord. *tom* 2. *ref.* 13. *n.* 14. Peyr. *in const.* 6. Julii II. *n.* 21. Ctux., & Diana apud ipsum. Et liquet ex causa motiva privilegii his verbis

(Ut dicti Ordinis Professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, &c.)

Non autem tolleretur *pro posse* necessitas recurrendi Romam, si tenerentur eo recurrere pro foro externo.

3389 Absolutio vero quoad hæresim solum dari potest pro foro interno conscientiæ, quia pro foro externo Inquisitoribus competit, ob privilegium à Paulo V. & Alexand. VII. illis concessum, *de quo infra numero* 3420.

3390 Et quia sunt dubitatum, an dictum privilegium fuerit revocatum per Bullam Cenæ, Julius II. die 27. Febr. 1510. Reverendiss. Thomæ de Vio Cajetano Magistro Generali Ordinis Prædicatorum respondit per Bullam 16. quam refert Rod. in Bullario *pag.* 273. ut sequitur.

[Julius II. &c. Thomæ de Vio, &c. Exponi Nobis fecisti, quod licet fel. rec. Sixt. Papa IV. &c. extendendo declaraverit, in quibus casibus ad Sedem Apostolicam recurrendum esset pro absolutione, & dispensatione censuratum, & irregularitatum à personis Ordinis Prædicatorum; nihilominus propter clausulas derogatorias positas in Bulla, quæ singulis annis in Cœna Domini publicatur, dubitas facultatem illam Ordini prædicto ademptam, &c. Et proinde supplicatis humiliter, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Religiosorum quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, volentes occasiones tollere vagandi, attendentesque, quod multa in prædicta declaratione concessa sunt, quæ in Bulla prædicta continentur, ejusdem S. Sedis auctoritate decernimus, quod illi, quibus in prædicta declaratione concessa est potestas absolvendi, & dispensandi, licite possint perpetuis temporibus absolvere, & dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in Cœna Domini non esset facta, nec fieret, præterquam à conspiratione in Rom. Pontificem, & ab illis, propter quæ prædictus prædecessor noster declarando voluit ad eandem S. Sedem etiam recurrendum, &c. Non obstantibus quibuscunque Apostolicis ordinationibus, revocationibus, &c.)

3391 Ubi constat, Julium II. pro solis quinque casibus, *n.* 3375. relatis, velle, quod sit ad S. Sedem recurrendum.

3392 Insuper Paulus III. 18. Octobr. 1540. per Bullam 48. in Bullario *tom.* 1. *licet debitum*, idem privilegium concessit Præposito Generali Societatis, ut per se, vel per alios possit suos subditos ab omnibus casibus absolvere, & super irregularitatibus, & reatis dispensare, exceptis casibus à Statu IV. excepti, his verbis:

(Et

(Et ne sæpe in dubium revocetur, qui sint ad Sedem prædictam destinandi, declarationem in ea parte fel. rec. Sixti Papæ IV. prædecessoris nostri in Bulla, quam Mare Magnum vocant, confirmamus.

3393 Secundo est Privilegium S. Pii V. concessum Cassinensibus 15. Julii 1571. per Bullam 129. incip. *Dum ad Congregationem Cassinensem in tom.* 2. Bullarii. Quod Prov. est amplissimum; nam etiam casus publicos pro utroque foro comp ectitur, & nullum excipit, nisi homicidium voluntarium injustum, & mutilationem commissam post ingressum in Reli-

3394 Quibus privilegiis gaudent per communicationem omnes alii Regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, seu Monachales; Regulares enim ex pluribus juribus apud Rodr. *in comp. ref.* 116. communicant in omnibus privilegiis concessis, aut concedendis tam Mendicantibus, quam non Mendicantibus. Vide infra de Indulgentiis.

3395 Tertio est Privilegium Greg. XIII. 18. Martii 1684. quo concessit Patri Generali Societatis Jesu, ut possit per se, aut suos deputatos, suos subditos ab omnibus excessibus, etiam ab hæresi, & eius relapsu absolvere, quo privilegio per multum tempus usa est Societas, licet tandem hanc facultatem à se abdicaverit Pr. Generalis, Tamb. *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. § 1. *n.* 12. abdicatio autem, aut non usus Privilegiorum non Ordini concessorum, non præjudicat aliis Ordinibus communicantibus, Turrianus *de Privil. ex Panorm. in c. Cum accessisset: v. n.* 344.

3396 Ecce jus certum Prælatorum Regularium in suos subditos.

3397 Quod autem ejus revocatio nedum sit dubia, sed potius constet nullam adesse, firmiter suadetur ex solutione oppositorum.

Et quidem Bulla Cœnæ non revocat recensita privilegia. Primo; quia ex *num.* 3325. vitanda est correctio juris, quando commode fieri potest conciliatio. Bulla autem Cœnæ non exprimit Prælatos Regulares ergà subditos, sed rite potest intelligi de absolutione, & de privilegiis, quoad sæculares. Quod maxime suadetur; quia Summi Pontifices, etiam moderni, ut patet in Bulla Cœnæ Clem. X. *in tom.* 6. Bullarii *Const.* 34 in § 27. præcipiunt Ordinariis locorum, ut eam in Ecclesiis suis, dum in die majori populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncent, & declarent.

Insuper *in* § 28 præcipiunt, ut locorum Ordinarii, Ecclesiarum Rectores, ac Præsbyteri sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares, ad audiendas peccatorum Confessione quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant. In quibus verbis non exprimuntur Prælati Regulares in ordine ad subditos, sed potius Confessarii in ordine ad sæculares.

Ac proinde hæc propositio, quod Prælati Regulares possint absolvere sæculares ab hæresi occulta, fuit damnata ab Alex. VII. *ut in prop. 4. pag.* 2.

Inde opinio, quam tenebat Crouser apud Diana *p.* 6. *tr.* 6. *res.* 54. quod Regulares possint sæculares absolvere ab hæresi occulta, omnino cadit, ut maxime patebit infra *n.* 3459.

3398 Secundo; quia motivum, quo Summi Pontifices ea privilegia concesserunt, fuit adtollendas occasiones vagandi, ut eorum quies, & inde disciplina Regularis servetur, ut constat ex ipsis verbis *n.* 3388. Quod motivum semper viget, & à Summis Pontificibus intenditur; estque desumptum ex jure communi Canonico, *c. Cum singula de Præb. in 6. Ut periculosa, ne Clerici. vel Monachi in 6. & c. Cum illorum, de sent. Excomm.* § *fi Claustrales.*

3399 Tertio; quia omne tollit dubium Const. Julii II. *de num.* 3390. qui declaravit, quod non obstante publicatione Bullæ Cœnæ, [illegible] is sit, possint Prælati Regulares, quibus per privilegia concessum est suos subditos in perpetuum absolvere ab omnibus casibus in ea contentis, exceptis quoque, *ac si prædicta Bulla non esset facta*, &c.

3400 Non obstant Bullæ derogativæ plurium privilegiorum Regularium. Tales sunt Bull. 9. Greg. XIII. *In tanta* 1. Martii [illegible] Bulla 115. Clem. VIII. *Quacunque* 7. Decembr. 1640. Bulla 106. Urb. VIII. *In specula Militantis* 19. Junii 1630. & Bulla 7. Clem. X. *Superna* 21. Junii 1670.

3401 Pro Bulla Greg. XIII. *In tanta*. Supponendum est, quod S. Pius V. per aliam Bullam à præmissis distinctam, quæ est 41. & incipit *Etsi Mendicantium Ordines*, 6. Maji 1567. relevi vigenti sex gravamina ab Episcopis solita inferri Regularibus, & inde plura privilegia ibi Regularibus concedit contra Episcopos; quorum aliqua sunt contra dispositionem Trid. ut est illud, quod Regulares in propriis Ecclesiis [illegible] Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare possint; quod est contra Trid. *sess.* 24. *c.* 4. Item, quod Le-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CENTRAL DE BIBLIOTECAS

res Theologiæ à suis Superioribus ad munus Confessionis sæcularium admissi, ab Episcopis non examinentur: quod est contra Trid. *sess. 23. de reform. c. 15.* Et similia.

Ex quo factum est, (ut ipse Greg. XIII. in præfata Bulla narrat) quod plures ortæ sint altercationes & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & fratrum ipsorum Ordines, hac de causa tentatas prædictam Bullam privilegii S. Pii V. & alias ejusdem, quantum ad ea, in quibus præjudicium afferrur Episcopis contra Trid. dispositionem. Potestas autem Prælatorum Regularium in suos subditos quoad absolutionem, nullum præjudicium affert Episcopis, nec est contra Tridentini dispositionem: unde in vigore remanere videntur duo privilegia S. Pii V. pro Cassinensibus *de n.* 3393. & pro Prædicatoribus in Bulla 132. *incip. Exponi Nobis* 21. Julii 1571. in Bullario. Hinc ius nuperrime utuntur Peyr. Tamb. Donatus, & Amendolia, *n.* 3377. *etc.*

3402 At si mecum judicium velis de eo, quod in veritate sentio; dico intentum Gregorii XIII. non solum fuisse tollere dissensiones inter Episcopos, & Regulares, verum etiam tot privilegiorum diversitatem. S. enim Pius V. concessit privilegia à suis prædecessoribus distincta, unde alia privilegia, quæ ipse Pius concessit, Gregorius XIII. non revocavit, sed reduxit ad unam legem, & normam, quam illius prædecessores statuerunt. Conflat ex verbis ipsius Bullæ Greg. XIII. § 6.

3403 [Nos hac tanta varietate cognita, &c. præfentibus, & futuris diferiminibus occurrere volentes, &c. Statuimus, & ordinamus, de prædictis, & aliis omnibus litteris, & Constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore [suppleto S. Pio V.] eisdem de rebus, pro quorumcumque Regularium etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subjecta materia futuram esse, quæ sive ex jure veteri, sive ex sacri dicti Concilii decretis, sive alias legitime ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem, summque pristinum, & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus.]

3404 Ex quo firmiter concluditur, intactam imo confirmatam remanere dispositionem Sixti IV. cum Declaratione Julii II. & Confirmatione Pauli [illegible] ante S. Pium V. edita, in qua quinque casus *num.* 3375. excipiuntur, & alii tres quoad irregularitatis dispensationem, *ut in numer.* 3378.

3405 Bulla Clem. VIII. *Quæcunque*, non facit ad rem, sed solum dat formam, qua Ordines Regulares debeant erigere Confraternitates sæculares; & quomodo illis communicantur Indulgentiæ, ac indulta. Et deveniendo ad electionem Confessariorum, *in n.* 9 præscribit, ut Confessarii ipsorum Confratrum sæcularium debeant esse approbati, tam à suis Superioribus, quam à locorum Ordinariis; Nec eos possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, & à reservatis Episcopis respective, Peyr. in *Const. 6. S. Pii V. n. 42.*

3406 Bulla Urb. VIII. *In speculo militantis Ecclesiæ*, solum declarat, Privilegium Bullæ Cruciatæ, quoad electionem Confessarii, quo gaudent Laici, & Clerici sæculares, ut ab eo absolvantur ab omnibus casibus reservatis, etiam Papæ, etiam in Cœna Domini [hæresi excepta] in foro tantum conscientiæ, non in foro externo; hoc inquam privilegium non suffragari Regularibus, & Monialibus, sed eos: *Quarum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sed Apostolicæ quoad sibi reservata subjecti sint, perpetuo declaramus.* Vide *à n.* 1443.

Ubi (ut vides) Regularibus, & Monialibus non interdictum absolute absolutio à reservatis suis Superioribus, & Papæ, sed in virtute privilegii Cruciatæ; nam ea absolvebantur à reservatis suis Superioribus & Papæ independenter ab illorum voluntate, quod (ut ipsa Bulla exprimit) cedit *in maximum fletus, & Regularis observantiæ præjudicium.*

Unde ibi nullo pacto læditur, sed potius firmatur, & fovetur ordinaria Regularium Prælatorum potestas, qualis est illa à Summis Pontificibus, maxime à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa.

3407 Bulla Clem. X. *Superna*, nullo pacto loquitur de casibus Cœnæ, nec de Superioribus Regularibus in subditos, *ut patet à num.* 3292.

Idem liquet de Bulla Greg. XV. 5. Febr. 1621. *Inscrutabili*, & de Decretis S. Congr. annexis, ubi plura derogantur privilegiis: ut in Bullario.

3408 Conflat igitur pro certo Bullas derogativas privilegiorum non inficere assertionem secundæ sententiæ: *v. n.* 3404.

3409 Adde Pium IV. per Bullam 94. *In Principis Apostolorum*, 17. Febr. 1564. terminato jam Concilio Trid. revocasse omnia Regularium Privilegia in his solum, quæ Decretis Concilii Tridentini adversantur. Et ipsam Concilium Trident. *sess. 25. cap. 20.* confirmavit quoad reliqua omnia Regularium privilegia his verbis:

(In cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.)

3410 Insuper plures Summi Pontifices post Tridentinum confirmavere Regularium privilegia, quatenus Tridentino non adversantur. Et maxime Greg. XIII. apud Bullarium Rodr. *pag.* 451 per Bullam *Ex benigna* 21. Martii 1575. confirmavit omnia privilegia Fratrum Minorum de Observ. Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis de Pœnitentia. Ita pariter Clemens VIII. *cit. num.* 3439. Et demum Paulus V. per Bullam *Injunctis nobis* 1. Decemb. 1609. apud Lantuscam in Theatro *ver. Privil. in omnibus, in quibus* Sacri Concilii Trident. Decretis, *ac Constitutionibus*, & *litteris Apostolicis*, ac Decretis Clementis VIII. *non adversantur.*

3411 Præmissa autem privilegia, à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa, recollitis Decretis, & Constitutionibus non adversari, constabit ea pervolventi. Imo esse conformia Sacris Canonibus *supra n.* 3398. relatis, ne Religiosi vagentur.

3412 Catalogum privilegiorum Regularibus à Concilio Trid. revocatorum affert Portellus ver. Trid. Conc. & Hieron. Rodr. *resol. 116. n.* 15. Et ibi reperies privilegia prædicta non esse revocata; imo Concilium id immutasse pro Prælatis Regularibus quoad proprios subditos quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, Leander *cum multis de Sacr. Pœnit. . . . qu. 45.*

. . . . ndem non obstant Decreta in contrarium adducta, *n.* 3374.

Et quidem Decretum Sac. Congr. Episc. & Regul. die 17. Novemb. 1628. approbante Urb. VIII. quod territus refert Diana *p. 8. tr. 7. res. 50.* & Donatus *tom. 2. p. 3. tr. 11. qu. 17. num. 6.* censuit extincta esse privilegia, si quæ Regulares habebant, absolvendi à casibus Ordinario locorum reservatis, & à casibus in Bulla Cœnæ contentis, adeoque *Regulares nec intra, nec extra Fratum posse quenquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ contentis, aut Ordinario locis reservatis.*

3414 Decretum est, ut sequitur:

(Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositi, censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacr. Concil. Trid. obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis **sublata, atque extincta**, & quæ habebant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis. Quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam peculiario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quenquam absolvere ab eisdem casibus, in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis: Ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Ab aliis vero casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, si quidem Regulares habent à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minime sublatam iisdem Sacræ Congregationis decretis, hac de re editis justa sanct. memor. Clem. VIII.

Quam Sacr. Congreg. sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Romæ 27. Novembris 1628. F. A. Cardinalis S. Honuphr. Loco ✠ Sigilli. P. Fagnanus Secretarius.

3415 Quod Decretum non est novum, sed confirmativum aliorum similium jussu Clem. VIII. & Pauli V. quæ referuntur in Decreto responsali ejusdem Sacr. Congr. de die 7. Decembris 1646. ad Cardinalem Filamarinum, quod referunt Donatus *tom. 1.* & Peyr. *cit. tenoris sequentis.*

(Emin. Sig. Questa Sacra Congregazione ha più volte dichiarato con ordini espressi di Clem. VIII. di Gen. e Novemb. 1602. di Paulo V. di Gen. 1617. e di Urbano VIII. di Novemb. 1628. Che tutte le facoltà d'assolvere da casi reservati, o reservandi dagli Ordinarii, o vero compresi, o da comprendersi nella Bolla in Cœna Domini, implicite, vel explicite, & altri reservati solamente alla Santa Sede nel medemo decreto di Novemb. 1602. concessa a Secolari, o Regolari, &c. sono state annullate, & estinte, così dal Sac. Concil. di Trento, come dalle sudette Constituzioni, &c. Onde venendo rappresentato alla Santità di nostro Signore da Vostra Eminenza, che in cotesta Città, e sua Diocesi, alcuni Confessori Secolari, e Regolari, senza giustificare con quale facoltà, assolvono di tutte dalle censure, e casi sudetti, &c. Questi Emi nentissimi miei Signori di commissione di pres-

presa di sua Beatitudine mi hanno imposto di scrivere, che &c. faccia intendere à tutti i Confessori di colti), siano quantunque di essi privilegiati, & esenti, che omninamente si confermino con i sudetti decreti, e non ardiscano di contravenire sotto qualsivoglia pretesto à caso, etiam di precisa necessità, sicchè in articulo mortis, con reincidenza &c. si convalidet.

3416 Ubi (ut videtur) in præmissis omnibus decretis nulla fit mentio de Superioribus Regularibus in ordine ad proprios subditos, sed tantum de ipsis Confessariis Regularibus; adeoque intelligi debent in ordine ad sæculares, maxime in ordine ad Regulares; & ita sentiunt Donatus, & Peyr. citati, & quam plures apud ipsos. Ut enim inquit Donatus: *Edicta sunt restringenda, & in odiosis non comprehendantur Regulares, nisi in specie exprimantur.*

3417 Imo ita fuisse declaratum à S. C. Reg. do verbo cum SS. Clem. VIII. refert Peyr. *eus.* ex Peregrino, & Nalde.

3418 Et quidem sanis colligitur ex ipsis decretis: nam indistinctim & universim loquuntur de reservata Ordinario, & de reservatis Papæ in Bulla Cœnæ; quod non haberet locum quoad primam partem, si loqueretur de Superioribus Regularibus in ordine ad suos subditos; nam illi non subjacent casibus reservatis Ordinariis locorum. Tum quia ratio eadem, quibus prohibent absolutionem à reservatis Ordinario, prohibeat absolutionem à reservatis Cœnæ: unde solum loquuntur de ipsis Confessariis in ordine ad sæculares.

3419 Decretum SS. Inquisit. sub Innoc. X. 27. Maii 1652. non est ad rem; quia solum loquitur quoad sæculares, & ita virtute Jubilæi, ut constat ex ipso edicto Inquisit. Siculæ, quod fuit publicatum Panormi die 15. Februar. 1657. in quo Decreto nulla fit mentio de Prælatis Regularibus quoad suos subditos, & de Privilegiorum virtute.

3420 Nec obstat Privilegium concessum Inquisitoribus à Paulo V. 7. Sept. 1606. per Bullam, *Romanus Pontifex*, & ab Alexand. VII. 8. Julii 1660. per Bullam, *Licet alias*, relatum *in tom. 2. n.* 148. Quia per illud solum expresse revocatur privilegium Provincialium juridice procederdi contra reos subditos in causis hæresis, & suspicionis hæresis, processus formando, testes examinando, & tenas castigando, quod habebant à Leone X. per Bullam *Exponi nobis* 15. Octobr. 1516. in Bullario Rodr. à Paulo III. per Bullam *Romani Pontificis* 25. Aprilis 1546. & à Pio IV. per Bullam *Pastoris Æterni* 1. Aprilis 1562. *ibid.* & nulla fit mentio de potestate absolvendi in foro interno conscientiæ, quæ quidem est omnino distincta à potestate juridice procedendi, quæ utique solis competit Inquisitoribus.

3421 Hæc fuit Decreta omnia, quæ in oppositum possunt adduci. Si quod aliud reseratur, vel non apparet, vel non est promulgatum, vel non constat authentice.

3422 Deinde non obstat Stylus Curiæ, seu S. Pœnitentiariæ, si quis sit, absolvendi Religiosos, & respective cum eis dispensandi super aliquo ex præmissis casibus, Donatus *tom. 1. part. 1. tr. 13. cas. 17. n. 26.* quia id vel fiat ad majorem cautelam: ut ait Donatus: vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat. Tum quia Stylus Curiæ consistit in hoc, quod si aliqui Regulares ad illam recurrant, absolvat, & dispenset; at inde non sequitur, quod non sit in Prælatis Regularibus potestas ad hujusmodi absolutiones, & dispensationes; sicut nec id sequeretur, si quis Regularis ad Episcopum recurreret, & Episcopus absolveret, ac dispensaret, unusquisque enim utitur jure suo. Lege Portellum *ver. Dispensare num.* 18. majora docentem.

3423 Non erit autem abs re hic referre, quæ habet Melphi *de Pœnit. cap* 18. q. 3. in tomo Typis dato Romæ 1649.

[Majorem, & ampliorem facultatem dispensandi, & absolvendi, habent Prælati Regulares, quam sæculares (suppletur ergo sues subditos) & ita mihi semel consulenti Dominum Corcinum, Rotæ Decanum, & Sacræ Pœnitentiariæ Regentem, pro quibusdam casibus, qui à parribus mihi communi fuerant, respondit ipse Prælatus: Miser, quod nos ad Sacram Pœnitentiariam confugiatis, cum in vestris Privilegiis majorem Pœnitentiariæ facultatem habeatis; sicci de facto est.]

3424 Et quibus (ajunt sectatores secundæ sententiæ) evidenter concluditur, recensum jus Prælatorum Regularium in suos subditos esse certum, revocationem vero eorum esse dubiam, sed non ex clare constare nullam adesse; ac proinde asserti non esse securum sententiæ remanere moraliter certum.

PLURA DE PRÆLATIS REGULARIBUS QUOAD SUBDITOS INRESERVATA.

3425 Hæc dicunt recti Doctores de Prælatis Regularibus in ordine ad Moniales sibi subjectas: etiam diversæ Regulæ, & tam secundi, quam tertii Ordinis, collegialiter, & sub professione trium votorum substantialium viventes, ex Privil. Sixti IV. Bulla 19. *Sacri Præsidatus*, & *Mirum Patrum* Ordinis 26. Julii 1475. ubi ex concessis declarationem ultimæ privilegiorum, quorum non meminit Leo, non videtur esse, Privilegia Gaudent Tertiarii, & Oblati cum ipsis fratribus discalceatis viventes, ex Const. *Ad Decorem*, edita in Conc. Lateran. *sess.* 11. sub Leone X. 21. Martii 1516. § 21. *n.* 2. 3. &c.

3426 Item Abbates monasteriorum Cassinatium, seu S. Pœnitentiariæ, si quis sit, absolvendi Religiosos, & respective cum eis dispensandi super aliquo ex præmissis casibus, Donatus *tom. 1. part. 1. tr. 13. cas. 17. n. 26.* quia id vel fiat ad majorem cautelam: ut ait Donatus: vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat. Tum quia Stylus Curiæ consistit in hoc, quod si aliqui Regulares ad illam recurrant, absolvat, & dispenset; at inde non sequitur, quod non sit in Prælatis Regularibus potestas ad hujusmodi absolutiones, & dispensationes; sicut nec id sequeretur, si quis Regularis ad Episcopum recurreret, & Episcopus absolveret, ac dispensaret, unusquisque enim utitur jure suo. Lege Portellum *ver. Dispensare num.* 18. majora docentem.

3427 Moniales S. P. Dominici communicare cum personis aliarum Ordinum (exceptis cæsibus, & eorum locis congruentibus) etiam si Festum Ordinis Minorum, aut Ordinum aliorum locorum regularium eorum Monasteriorum in commune, docet Donatus *tom. 3. tr. 2. q. 18. & 19.* Item de de Castella.

3428 Prælati Regulares possidentes Jurisdictionem absolvendi, si legat cum respective ipsi Superiori, sollatet alteri committere delegare, quæ est sententia communis.

3429 *Jurisdictio* enim exigenda est, quæ competit ex particulari Superiori nominibus, quoque, *Regulari* personæ; & hæc exigat merito considerata, nisi causa sit temporaria data à Sancta Pœnitentiaria, vel Principe Supremo ad universitatem subditorum Ordinis vero est, quæ competit ex lege generali, & perpetua, quæque frequenter utuntur, seu personam, unius est portare particularis Prælati Regularis: & hæc non exigat morte concedendi.

3430 In Confessariis, et à potestate reservata absolvendi, non sufficit simplex approbatio in Confessariis sed requiritur approbatio generalis, aut specialis deputatio ad istos, respective ex privilegio.

3431 Prælati Regulares suos subditos absolvere possunt, ac dispensare, & pariter ab illorum absolvi, & dispensari non solum in foro interno conscientiæ, sed etiam externo, Melphi in Conc. *sess. 7. Sect. 2.*

3432 Quamvis ad Guardianos absolutio pariter à reservatis Papæ non pertineat, ut docent Pirh. *verb. Prælatus*, & Rodriguez *tom. 1. cap. 5.*

Dico verius non posse, Melphi *cap. 7. sect. 1. pag. 304.* quia quamvis possit, quoniam est ex se privilegium, tamen non comprehendit eximi [imo nec potuit tantum ex hac particulari nostræ Religionis, quæ in Capitulo Generali tale privilegium quoad Guardianos non acceptavit, fundata in Trid. *sess. 24. c. 6. ubi ad Christiani populi profectum pertinere videtur ut res ipsa eorum in ordine ad spiritualia bona subjiciantur.* Ubi ait canonicum Episcopis in suis Diœcesibus, & inde authoritatem quasi Privilegialem habentibus, constituti sunt Provinciales, nomine Guardiani; hæc de causis *sess. 7. § 2.* per tria Capitula Generalia habemus:

[Determinant, & terminant ut in illis casibus, quos per literatas Generalia, aut per Constitutiones Apostolicas reservatos esse, aut reservari contingere, nemo absolvere quivispam possimus nisi prius recommendatus sit nostris Sacris nominando, alii à Generali, vel Provinciali Patre absolvendi facultatem accepto.

3433 Hinc in nostra Religione Guardianus, sive sint ipsi pro Conventuali, Monasterium super reservata Papæ, aut Provinciali non habent, nisi ab ipso Provinciali obtinent. In cæteris vero Religionibus confert unusquisque propria [*tom. 2. n. 1787.*

3434 Illud certum est, Guardianum non posse approbare Confessarios pro aliis, sed id facere ad Generales, Provinciales, aut Custodes eisdem habentes (petitur: *tom. 2. n. 1788.*

3435 In Ordine nostro reservatur Provinciali casus gravis publicus. At in nostris instituta observatur, ne possit ab eo, etiam in foro externo, absolvere [si non sit absens, aut infirmi in Provincia Guardianus, vel eo absente per dies naturales Vicarius, si Minister præfatus intra eadem habeat non posset.

Potestatem ad dispensandum quoad alia, quæ ad Sacram Pœnit. non spectant, vide in tom. Rodr. *tract. 32. & Melphi in commentat. sept. 2. sect. 14. § 1.* qui fuit agit de pœna contra malo procedentes ad Ordines.

MONIALES

3436 Non exercetur subditi cuilibet exercitium ab Ipsorum, non est absolutum, quia licet quæ subditus.

Exemptæ vero subditæ cuilibet reservatis papæ Prælato Regulari. Unde Ordinarius non potest eas absolvere reservatis, nisi illis, qui ad claustrum spectant, quas monasteria exempta, solum quoad claustrum sunt Ordinario subjecta. Hæc dic de posti-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lis, quæ intra Monasteria exempta cum educandis morantur, & habitant, quia ratione loci sunt liberæ ab Ordinarii jurisdictione: *vid n.* 1450. & 3397. Donatus *tom.3. tr.5. qu.* 33. *n.*2. & facta ab Ordinario reservatione alicujus casus ad clausuram spectantis, certum est non posse Prælatum Regularem ab illo suam subditam absolvere.

Denique dispositio, & restrictio facta à Clemen. VIII. super casuum reservatione, relata *n.* 3301. solum locum habet pro Monialibus Prælatis Regularibus subjectis, minime pro subjectis Ordinario, quia Prælatis Regularibus est directa, Pelliz. *c.*10. *n.* 45.

NOVITIOS

3427 NOn comprehendi [ait Sieri de Sacramento Pœnit. *n.*779.] à reservationibus Religionis, quia in odiosis non sunt subditi: sic communis contra Peregrinum & Laym. *lib* 4. *tr.*5. *c.*4. & quamvis ex quodam vivæ vocis oraculo Pauli V. 5. Augusti 1609. concessum fuerit Superioribus Regularibus, ut possint reservare peccata etiam Novitiorum, hoc tamen privilegium non viget, quia ab Urbano VIII. revocata fuere omnia oracula vivæ vocis.

QUÆRES I.

3428 *An Prælati Regulares possint suos subditos absolvere ab excommunicatione contra abortum procurantes à Sixto V. inflicta; Insuper ab excommunicatione, & suspensione contra simoniace promotos ad Ordines, ab eodem Sixto fulminata?*

VIdetur, quod non, quia Sixtus V. ea reservavit Romano Pontifici, expresse comprehendendo in reservatione etiam Superiores Regulares in ordine ad inferiores.

Refpondeo pofle, Rodr. *to.* comp. *reſp.* 107. Port. *v.* Prelados *n.* 25. Pro quo facit conſtit. 1220. quod Sixtus per Bullam 70. Exhortationis, 30. Octobr. 1588. tulit excommunicationem latæ ſententiæ contra peccantes abortum ſecutum, ſive animati, ſive humanati, effectu incluſo & contra cooperantes ac illum conſilio, fautu, præcepto, aut alio modo: quam cenſuram reſervavit ipſi Romano Pontifici, comprehendendo etiam Superiores Regulares in ordine ad ſuos ſubditos, Greg. *to.*2. *n.*XLV. per Bullam 8. Sanctæ Apoſtolicæ, 31. Martii 1591. motuproprio confirmatis Sixti, & præcipue abſolutionem ſolum contra peccantes abortum intra tres menſes animati, & eam reſtringit contra peccantes abortum extra naturas; conſulit tamen Epiſcopis, ut poſſint in foro conſcientiæ ab hujuſmodi peccato & cenſura abſolvere per Confeſſarios ſive Sæculares, ſive Regulares ad id deputatos; at id non conceſſit Superioribus Regularibus, unde quoad hoc non fuit retractatum privilegium à Sixto V. emanatum.

3429 Poſtea vero recenſita privilegia fuerunt renovata, & in priſtinum reſtituta à Clemen. VIII. qui per Bullam 51. *Ratio Paſtoralis Officii*, 20. Decemb. 1667.

Et certa ſcientia confirmavit, & in priſtinum ſtatum reſtituit omnia privilegia tribus Ordinum S. Francifci utriuſque ſexus, tam propria, quam per communicationem inter ſe, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, per ſuos prædeceſſores Pontifices ris concella; *in iis omnibus, in quibus decretus* Concilii Tridentini non adversantur. Confirmatio autem ex certa ſcientia [ait Rodr. *in comp. reſ.*3. *n.* 8.] revalidat invalidum, & revocatum, habetque vim innovationis, *c.1. de tranſact. c. quoniam, de poeſtis*. Ex quo concludit Rodr. *ibi*. Superiores Regulares poſſe hodie ſuos ſubditos ris utriuſque ſexus de hoc peccato & cenſura abſolvere etiam in foro externo, Bord.

3440 Super irregularitate ex abortu fœtus animati diſpenſare non poſſunt; quia eſt ex homicidio voluntario injuſto, adeoque eſt excepmara à Sixto IV. *ut in num.* 3380.

3441 Bord. autem *ibi. n.*14. Rodr. *in com. reſ. n.*26. Port. & Pelliz. *to* 9. *c.*3. tenent poſſe prælatos Regulares cum ſuis ſubditis pro utroque foro diſpenſare, etiam in tribus irregularitatibus à Sixto IV. exceptis, videlicet homicidii voluntarii injuſti, bigamiæ, & mutilationis in emorotum: idque in virtute Privilegii Pauli III. per Bullam 12. *Exponi nobis*, 12.

[illegible] Generali, Abbatibus, Prioribus, & Patribus [illegible] Ordinis S. Benedicti Vallisoletani congregat. & per eos monasteriis eorum Prælatis Regularibus, Generali, Provincialibus, & Guardianis, concedit, ut ſequitur:

Ut hujuſmodi ſuis Religioſis ſubditis præſentes ſolummodo effectui, ſuperioritati ſuprafcriptorum ſtabilitæ, volumus quod illæ intra monaſteriis ſtabilitæ habitantes, & quæ ſunt ſub immediata ſubjectione ipſorum, eruntque de cetero perpetua futuris temporibus ſingulis annis penes Patres Generales Ordinum hujuſmodi omnes, & ſingulas ſcientias textus perſolvi debeant Ordines, & Congregationes prædictorum Religioſæ, ac ipſum Ordini, & Congregationi ſubditi, & devoti, nec non Prælatos ipſi eorum viſitatores exercentes intra ſeipſa verſantes, ſub ipſorum pro tempore abſolvendorum Monaſteriorum, ſeu aliorum Re-

Regularium locorum, abominibus, & ſingulis eorum peccatis, ſententiis, cenſuris, & pœnis per eos pro tempore quomodolibet incurſis, etiam in caſibus dictæ ſedi quomodolibet reſervatis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi, abſolvere, & cum eis ſuper quibuſvis irregularitatibus per eos pro tempore quavis occaſione, vel cauſa contractis diſpenſare, prout hactenus, ut præfertur, conſueviſſis, dicta auctoritate valentis, plenam, & liberam eadem authoritate tenore præſentium concedimus facultatem.)

Quod privilegium nullam irregularitatem excipit; nec ei opponitur (ait Pelliz. *cit.*) exceptio facta à Sixto: quia illius privilegii Sixti eſt pro toto anno; Pauli vero eſt limitatus ad unam ſolam diem anni, & ideò eſt conceſſus ampliùs, ſcilicet, *ut majores cum animi ſolatio ſint, & ferentiate Altiſſimo famulari poſſint*: hanc ſententiam probabilem, & tutam in praxi vocat Diana *p.4. tr.2. reſp.*6.).

3442 Illiuper Sixtus V. per Bullam 91. *Sanctam* 5. Januar. 1588. tulit cenſuram ſuſpenſionis contra male promotos ad Ordines, & ſic promoventes contra Decreta Conc. Tridentini per ſaltum, ſine titulo, furtivè, ante ætatem, &c. & ultra ſuſpenſionem, tulit excommunicationem contra ſimoniace promotos, & promoventes ad Ordines etiam minores, aut ad tonſuram; quas cenſuras pariter reſervavit Romano Pontifici, comprehendendo etiam ſuperiores Regulares in ordine ad ſubditos.

3443 Quem rigorem moderavit Clemens VIII. per Bullam 40. *Romanum Pontificem* 28. Febr. 1595. quatenus Bullam Sixti, & ejus pœnas reduxit ad terminos Sacrorum Canonum, ad Decr. Trid. & ad Conſt. 3. Pii II. *Cum ex Sacrorum Ordinum*, 17. Novemb. 1461. qua ſtatuitur, ut qui extra tempora, aut ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis, *ad aliquem ex ſacris Ordinibus ſe facerint promoveri a ſuorum Ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint; & ſi hujuſmodi ſuſpenſam executi, in eis Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, in ipſo irregularitatem incurrant*, & nulli reſtituat. Decreta Trid. de hac materia ſunt *ſeſſ. 7. de ref. cap.* 10. *ſeſſ 21. de ref. cap.* 1. & 2. *ſeſſ* 23. *de ref. cap.*3. *ad* 17. ubi vide ſuſpenſiones, quæ reſervantur.

3444 Licèt autem Clemens VIII. cenſuras, & pœnas, quoad alios defectus ſic moderaverit, ſuſpenſionem, & excommunicationem contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos à Sixto inflictas volens in ſuo robore permanere.

3445 Quia tamen idem Clemens VIII. poſtea anno 1597. privilegia antiqua, ut jam dictum eſt *in n.*3439. innovavit, ſequitur, ut Prælati Regulares poſſint hodie ſuos ſubditos à dictis cenſuris abſolvere, uti de abortu dictum eſt, & multo magis à ſimonia commiſſa in collatione officii, ſeu beneficii, Rod. *cit.* & Port. *ver. Prelati poſſe ſua ad abſolvendum.*

QUÆRES II.

3446 *An Religioſi poſſint confiteri, & à reſervatis abſolvi extra Ordinem?*

REſp. poſſe. 1. In articulo, ſeu periculo probabili mortis. 2. In caſu neceſſitatis, puta ſi reperirentur in tertio inhibitum, aut urgeret neceſſitas celebrandi, & Confeſſarius proprius non adeſſet.

3447 Itinerantes confiteri poſſunt Sacerdoti extra Ordinem de licentia ſui ſuperioris, quam licentiam in noſtra Religione dare poteſt Guardianus ex conceſſione Capituli Generalis in *ſtat. cap.*7. §. 1. *n.* 1. ubi generaliter dicitur: *Niſi ad gradi Confeſſarium generalem haberunt à ſuperioribus facul. orem*. Nomine autem Superioris, & Prælati venit Guardianus, certum eſt ex iſtdem *ſtat. n.* 1. & ita ſervari in praxi, docet Melphi *in ſtat. cap.*7. *ſtat.*1. *n.*6. qui rite ponderat grave ſore, ſi Religioſus, ubi Provincialis non eſt, licentiam hanc à Provinciali petere teneretur.

3448 Hæc licentia ſufficit ſi ſit generalis, aut tacita, ſeu præſumpta; imo implicite continetur in ipſa licentia itinerandi. Melphi cit.

3449 Religioſus autem itinerans non poteſt eligere Sacerdotem ſimplicem, niſi ad id habeat ſpecialem licentiam ſui ſuperioris, qui quidem poteſt pro ſuis ſubditis Sacerdotem ſimplicem extraneum approbare. Vel niſi deficiat extraneus approbatus; quia tunc poteſt eligere ſimplicem ex præſumpta licentia ſui ſuperioris. His ſeclusis caſibus, Sacerdos extraneus, ſi ſit ſæcularis, debet eſſe approbatus ab Ordinario loci; ſi Regularis, ſufficit, ſi ſit approbatus à proprio Prælato Religionis; quia Trid. in Decr. requirente approbationem Epiſcopi, non includit Religioſos, ut advertit Tamb. *tom.*1. *pag.*83. *n.* 17. & Port. *ver. Confeſſar p.*14.

3450 Nec poteſt ab extraneo abſolvi à reſervatis, niſi habeat expreſſam licentiam à ſuo Provinciali pro illis; vel niſi habeat ab eo auctoritatem paſſivam, ut abſolvatur ab illis. In caſu autem neceſſitatis pro reſervatis diſcurre juxta regulas generales *de anim.* 3514. *ad* 23.

3451 Hinc Port. *cit.* infere, quòd ſi duo Fra-

tres Sacerdotes simplices itinerent, non possint ad invicem confiteri, nisi expressam ad id habuerint licentiam sui superioris, quam licentiam fatentur eis ex epikeja dare posse Guardianus, si discedant e Conventu, ubi non est Provincialis.

3452 Port. *tit. n.* 13. refert Priv. Martini V. Patribus S. Hieron. *ut existentes extra Conventum possint eligere Confessorem facultatem, vel Regularem, qui eos absolvat in omnibus casibus, a quibus ab aliis possunt existentes in Monasterio.* Non conceditur autem absolutio à reservatis Prælatis Ordinis.

3453 In nostra Religione Confessio Religiosi Reformati facta cum Confessario Observante, & è converso, est valida, si Confessarius sit à Generali approbatus; quia Observantes, & Reformati formant unum corpus sub uno capite, unde diversas constituunt Provincias ejusdem Religionis.

3454 Invalida est, si Confessarius sit approbatus à suo solo Provinciali (nisi Religiosus Pœnitens sit hospes, aut itinerans) quia Religiosi unius Provincialis non sunt subditi alterius Provincialis; & quia jurisdictio non extenditur in non subditos, facultas delegata, quam habet Confessarius ab uno Provinciali, non extenditur in subditos alterius.

Eadem ratione Confessarius unius Provinciæ, si ad aliam accedat, non potest ibi confessiones excipere, sed ill[ius] Provincialis approbatione indiget.

3455 Valida autem est, si Provincialis Reformatus pro suis Confessariis Observantem approbet, & è converso; Provincialis enim potest (spectato jure communi) Sacerdoti externo, tam Religioso, quàm sæculari, concedere, ut sui Religiosi Confessiones excipiat, quia respectu suorum subditorum habet jurisdictionem quasi Episcopalem, Sicti *de Sacr. Pœn. n.* 773. & Melphi *in Comm. cap.* 7. *sanct.* 1. *quæ.* 10. in fine subdit:

3456 (Excipio casum fortuitum, cujusmodi esset, si quis ex familia S. Francisci, vel S. Petri in Monte aureo, ob negotia ad Arcem Citadinum Conventum accederet, & ibi celebrare vellet, vel quid simile; tunc dico, licite, & valide confiteri. Hoc enim in praxi videmus fieri ex utraque parte. Lege Candidum 2. *part. disp.* 24. *art.* 57. *dub.* 1. qui docet, posse ex privilegio hospites etiam alterius Provinciæ confiteri; & absolvi a reservatis, si Confessarii talem facultatem habeant.)

DE POTESTATE CONFESSARIORUM REGULARIUM QUOAD SÆCULARES, ET EXTEROS.

3457 CErtum est in jure communi, cui non accedit consuetudo, non dari casus reservatos Episcopis; sed illos solos eis reservari, quos ipsi in prontiis respective diœcesibus sibi reservant. Vidal. *pag.* 52. cum Com. Hoc præmisso,

3458 Dico eos absolvere posse in foro interno conscientiæ ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papæ, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & intra Italiam, extra Urbem exceptis aliis sex, de quibus infrà *n.* 3473. insuper exceptis casibus reservatis Episcopo in suis respective diœcesibus, Peyr. *tom.* 1. *de subdito, in appendice q.* 4. *cap.* 10. *pag.* 174. *Item in tom. Privil. in const.* 6. Julii II. *& in constitut.* 8. Pii V. Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tr.* 4. *q.* 33. Rodr. *in Comp. reg.* 3. *à n.* 36. Port. *2. in Confess. n.* 22. Vidal. *pag.* 64. Joan la Cruz *de Privil. l.* 2. *c.* 7. *dub.* 1. *& Com. v.* n. 3402.

3459 Conflat ex privilegio Societatis, in quo quidem communicant omnes Regulares, concesso à Paulo III. per Bullam 7. *Cum inter cunctas*, 3. Junii 1545. apud Bullar. Rodr. *pag.* 370. his verbis:

(Nec non illis ex Vobis, qui presbyteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium ad vos undecumque accedentium Confessiones audiendi, & Confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibuvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini lolita est legi) absolvendi, ac pro eis committis pœnitentiam salutarem injungendi: nec non vota quæcumque per eos pro tempore emissa (ultramarinis visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, nec non Religionis, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi &c. plenam, & liberam facultatem, authoritate Apostolica beneplacitum concedimus:

Non obstantibus quibuvis constitutionibus &c., & litteris Apostolicis etiam per Sixtum IV. in Capitulo: *Et si Dominus*, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & sedem prædictam, etiam confistorialiter editis, &c. quibus, &c. expresse derogamus:) *v. n.* 3397.

Præmissæ particulæ: *audiens eorum confessiones*: intelliguntur secundum jus dispositionibus, videlicet ut absolutio à peccatis fiat in Sacramentali Confessione, à censuris vero fieri possit extra illam. Rodr. modò citandus.

3461 Et quia in præmisso Privilegio nulla fit limitatio, Rodr. *in Comp. reg.* 3. *n.* 36. concludit, posse Regulares absolvere Sæculares & exteros utriusque sexus ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis, occultis, aut publicis, nec non a quibusvis censuris, tam à jure, quàm ab homine, etiam specialiter, & nominatim latis, dummodò partis satisfactio fiat, aut detur sufficiens cautio de satisfaciendo; *ut à n.* 3364. & pro utroque foro. quod firmat ex quadam Declar. Pii V. de anno 1568.

3462 Hæc autem doctrina Rodr. quantum ad excommunicatos nominatim, & quantum ad utrumque forum, non subsistit.

Et quidem nominatim ab Episcopo excommunicatos non posse absolvi, constat, quia regulariter hujusmodi excommunicationes Episcopi sibi ipsis reservant, ut videri potest in formulis; & à reservatis Episcopis Regulares non valent absolvere ex tot Bullis Pontificis, & Decretis relatis 3407. & 3413. maxime ex Bulla Clem. X. *Superna n.* 3295. §. 6. Hinc damnata fuit ab Alex. VII. propositio affirmativa: *ut in prop.* 12. *pag.* 58.

3463 Quia regula illa, *maiori concesso, intelligitur quoque esse sum, quod minus est*; non habet locum, quando minus est separabile à majori, in majori non continetur, & insuper prohibetur.

3464 Præterea adest Bulla 133. Clem. VIII. *Quæcumque* 7. Decemb. 1604. *quæ in* §. 9. loquendo de Confessariis Regularibus erga sæculares habet:

Ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Urbe Vicario, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare, prætextu dictorum privilegiorum nullo modo possint) Tanb. *tom.* 2. *de casibus reser. cap.* 11. §. 7. ait quod, si rationabilis sit causa, puta si Episcopus nimis distet, aut licentiam neget, tunc non nominatim excommunicatus possit pro foro interno absolvi, si sit dispositus, & per ipsum non stet, ut pro foro externo à suo Prælato absolvatur: ita ille.

3465 Item falsum est, quod absolutio à censuris possit à Regularibus dari etiam pro foro toti. Ex ipsis namque verbis Privilegii Pauli III *Confessionibus audiris, & sanctam salutarem exinegendi*: satis constat, potestatem amplam absolvendi esse datam solum pro loco interno conscientiæ, & nolle Pontificem hujusmodi delinquentes a judicio externo, & pœna juridica liberare.

Cui accedit praxis, & observantia.

3466 Nec juvat declaratio Pii V. qua Rodr. ad probat; quia puto eam comprehendi in revocatione facta a Gregor. XIII. *in regia*, ut liquet ex dictis *a n.* 3401. *ad* 3404. & præterea, quia absolutio pro foro externo, quoad alienos subditos, præjudicat potestati Ordinarii propri, & Judicis, ad quem spectat causæ cognitio: non sic absolutio soldum pro foro interno conscientiæ; hæc namque (ut advertit Donatus) non ligat manum Judicis; non enim impedit processum, nec retardat actum justitiæ, nec tollit jus tertii; quia quoad forum judiciale non censetur absolutus, ut dictum est *n.* 3315. hinc absolutus in foro conscientiæ, est absolutus coram Deo, non coram Ecclesia.

3467 Id solùm verum est, quod docet Diana *part.* 5. *tr.* 11. *quæst.* 26. cum multis, *quod Judex contra tam absolutum per Bullam (supple in, vel per privilegia) non teneatur procedere, unde si velit esse benignus, potest etiam hanc absolutionem etiam pro foro externo & rebellare accusationem fiscalis accusantis illam, vel in ferenda sententia temperare eam, & pœnam.*

Corroboratur mea assertio ex aliis amplissimis Privilegiis Jubilæi, & Bullæ Cruciatæ, in quibus quidem datur ampla facultas absolvendi ab omnibus casibus, & censuris a jure, vel ab homine, occultis, aut publicis, Sedi Apostolicæ, aut Episcopis reservatis, in solo tamen foro conscientiæ, ut maxime liquet in amplissimo Jubilæo contra Turcas edito à Clem. X. §. 9. 1675. *inter grauissimas*, & Decl. Urb. VIII. relata pro Bulla Cruciatæ *in n.* 3406.

3469 Denique omne tollit dubium Clem X. per Bullam *Superna* §. 6. quam refero *in n.* 3295. Omnino vide ibi, ubi nostra assertio præcipitur, & irritum declaratur oppositum.

3470 Pro foro igitur interno conscientiæ, & excluis excommunicationibus ab homine latis, firma & valida sunt nostra Privilegia quoad sæculares, & exteros; atque in hoc robore remanet Privilegium Pauli Tertii quod numquam fuisse revocatum, imo fuisse confirmatum, constabit perlegenti Bullas, & Decreta, tam revocativa, quàm con-

confirmativa Privilegiorum, *à nn.* 3400. *ad n.* 34[illegible]

Imo semper fuisse in usu, ut tradunt Doctores *cit.* & Peyr. *in cons.* 6. Julii II. *n.* 1.

3471 Non obstat Decretum S. C. Epist. & Regul. jussu Clem. VIII. editum 9. Januar. 1601. quod præcipit cuilibet Confessario sæculari aut Regulari extra Urbem intra Italiam degenti, ut nullus sub prætextu privilegiorum audeat absolvere à casibus in Bulla Cœnæ contentis: *Vel aliàs quomodolibet, quæ Sedi Apostolicæ* [illegible], & facultates, ubi non idem Decretum revocat, & quæ sub aliis revocationibus non compreh[illegible]untur, tantum & non aliter absolvere [illegible] casibus in præsenti declaratione non [illegible]

Non obstat, inquam, quia prædictum Decr. ob dubia, & difficultates a Regularibus inde exposita, fuit anno sequenti 16. Novembris 1602. moderatum per aliud Decr. ejusdem S. Congr. jussu ejusdem Clem. VIII. editum, ut sequitur: apud Peyr. [illegible] Decr. *num.* 2. *ver.* 11. §. 17.

3472 (Cum autem dubia quædam, ac difficultates, circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem, emerserint, eadem S. Congr. ne ullus deinceps obscuriori, scrupulo, ambiguitative locus relinquatur, & ut clariùs appareat, in quibus casibus vigore ejusdem decreti reservatis, intellectaque prohibita absolutio, speciali mandato ej. dem S. D. N. Clementis Papæ VIII. similiter vivæ vocis oraculo, super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, & declarat, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantùm in posterum comprehendi casus, quæ in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur.

3473 Ac præterea. 1. Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Bullæ Greg. XIV. 2. Violationis clausuræ Monialium ad malum finem. 3. Provocantium, & pugnantium in duello, juxta Decr. Conc. Trid. & Const. Greg XIII. incip. *Ad id vitandum*, 4. Injicientium violentas manus in Clericos, juxta Canonem 5: *quos suadente diabolo* 17. q. 4. ac juris dispositionem. 5. Simoniæ realis leviter contractæ. 6. Atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt.

In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem S. Congr. vult, & mandat, dictum Decretum in sua [illegible] mittere, & pristino robore permanere.

Ac præterea declarat, non quidem Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, sustulit fuerint, posse juxta eorum privilegia, indul-

3474 Ex quo Decreto firmiter concluditur, Privilegium Pauli III. remanere in sito robore, in quo quidem erat ante recensitum Decretum de anno 1602. quoad omnes casus Papæ reservatos, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, reservatis Episcopis, & aliis detractat sex rebus. Constat tam ex exceptione in Decreto facta, quorum exceptio firmat regulam in contrarium, quàm ex positiva confirmatione potestatis quoad alios casus.

3475 Hoc tamen discrimen est omninò observandum, ut à 20. casibus reservatis in Bulla Cœnæ Regulares absolvere non possint nec intra, nec extra Italiam; quia reservatio Bullæ Cœnæ est facta pro toto Orbe Christiano. Idem dic de casibus reservatis Episcopis, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *incipit* n. 3405. lata pro toto Orbe Christiano ex Decr. Ub. VIII. 19. Nov. 1598. relatum inn. 3414. *& insuper* in damnata ab Alexand. VII. A reliquis vero ex casibus à Clem. VIII. reservatis, relatis in n. 3425. non posse intra Italiam, & extra Urbem, pro ut vernis Urbe, & extra Italiam, ut declarat ipsum Decretum Clem. Item in suburbiis Urbis, Bord. *tom.* 2. *resolv.* 112. quia in favorabilibus termini sunt ampliandi; unde locutio Civitatis venit[illegible] subur[illegible]

3476 Idem docent Nord. *cit.* n. 13. & Diana *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 13. in Insulis Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ; quia Geographi, & Historiographi has Insulas non communerari extra patrios Italiæ; & Pontifex, quando edit Constitutionem pro Italia, & vult Insulas comprehendere, eas expressit similibus verbis: *etiam quod insulas contiguas*, quod non facit Decr. Clementis. Oppositum tenet *Marsilius* apud illos, dicens, in relatis insulis Decretum Clementis practicari, *quod tamen* [illegible] 92.

3477 Ex dictis colligies, Confessarios Regulares absolvere posse à casibus S. Officii, satisfacta parte, modo dicto *in tom.* 2. *num.* 641. *ad* 644. nisi continerent hæresim formalem externam, hoc continuantor in Bulla Cœnæ, nec sint intra Italiam, de aliis sex non Episcopis sine reservati. Mendo *in Epit. v. Regulares n.* 28.

3478 Demùm Pellizz. *de Monialib. cap.* 9. *n.* 19 docet Confessarios Regulares etiam intra Italiam posse absolvere Moniales non subditas à quinque casibus à Clem. VIII. reservatis, quatenus prohibitio absolutionis est facta solum respectu pœnitentium sæcularium, minime Regularium. At hoc non probo, quia prohibitio est facta respectu pœnitentium exterorum absolute, ut patet ex verbis Decr. de anno 1601. *num.* 3471.

Vide *num.* 2. *à n.* 397.

3479 Obtinet hic refero privilegium Pauli III. per Bullam 48 *Licet debitum* 18. Octobris 1546. concessum Generali Societatis Jesu, & per communicationem Generalibus aliorum Ordinum, ut sequitur:

§. 33. [Et ut cum aliquos ex Fratribus, seu Sortis Societatis hujusmodi in Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & Provincias alias remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miseri; possit eis auctoritate nostra facultatem concedere, ut Christianos ibidem commorantes, Confessione peccatorum suorum audita, & pœnitentia salutari injuncta, eos, & eorum quem libet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini reservatis, & consequentibus censuris, & pœnis absolvere.]

§. 34. Et cum iis, qui ab infidelitate convertuntur tantum, & in locis remotissimis, qui ipsius in gradibus non licitis, tamen lege divina non prohibitis, matrimonium contraxerant, ut in isdem manere possint, dispensare.

§. 35. Ac in locis prædictis remotissimis, quæcunque Ecclesias, Hospitalia, & alia pia loca, prout expedire iterum, utiget, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, sive aliorum pro, ædificia, & vestes Sacerdotales, patias, cooperalia, calices, altaria, cæmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, Catholicus ibi non adest) benedicere, ac profanatas Ecclesias recons liare possint. Et quæcunque statuta, & ordinationes, dirupto necessaria facere, illaque, postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrahere.

36. Ac Præposito Provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi sic decedentis, aliam eligere ibidem, & inire valeant.

§. 37. Et quia in numerosis populis illarum Regionum, tanta est Sacerdotum raritas, ut unus plurium eorum populorum suscipere debeat, et his eodem die Missam celebrare diversis in locis valeat.

3480 Ubi nota, Privilegium absolutionis de §. 33. non revocari per Bullam 115. Clement. VIII. *Quæcunque* 7. Decemb. 1604. relatam 3464. quia Bulla Clem. expresse loquitur de

Examen Ecclesiast.

lecris fidelium, & Orbis Christiani, ubi sunt Episcopi Catholici.

3481 S. mihter Innoc IV. apud Bulbar. Rodr. Bul. a 20. concessit Sacerdotibus Ordinis Minorum, ut in terris infidelium Christianorum ibi commorantium Confessiones audire, & à peccatis, atque censuris absolvere possint.

DE POTESTATE IN CENSURAM RESERVATAM OB VIOLATIONEM CLAUSURÆ.

3482 (Clausura violatur per ingressum mulierum, aut virorum in Monasteria Monialium, vel mulierum in Monasteria virorum, & per egressum Monialium à suis Monasteriis.

QUOAD INGRESSUM

3483 Tres sunt censuræ, videlicet excommunicationes latæ sententiæ in jure fulminatæ.

Prima est Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regul. & Monialibus cap.* 5. *nemini vires*, & mulieres cujusvis conditionis, sine Superioris licentia in scriptis ingredientes Monasteria Monialium.

3484 Secunda est Greg. XIII per Bullam 28. *Libi gratiæ*. 24 Junii 1575.

3485 Tertia est lata à Clem. VIII. per Decretum de anno 1602. relatum *num.* 3472. contra violantes clausuram Monialium ad malum finem. Et de hac non debet esse sermo; quia cum sit reservata Rom. Pont. fici extra Urbem, & intra Italiam, cum excluserit privilegium, certum est, Confessarios Regulares extra Urbem, & intra Italiam, non posse ab ea sæculares absolvere.

Pellizz. de Monialibus *cap.* 5. *n.* 20. docet, hanc censuram, & reservationem Clem. VIII. non afficere Moniales, sed solum ipsos ingredientes ad malum finem; quia in ea Monialis se habet passive, & ponitur ut terminus, minime ut subjectum.

3486 Prima autem censura Tridentina incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, nec præterea licentiatum; sed nulli est reservata: unde potest absolvi à qualibet simplici Confessario, qui tamen reperiatur ad Monialium Confessiones excipiendas deputatus, quod semper in hac re est supponendum ex Bulla Clem. X. *n.* 2292.

3487 Secunda censura Greg. XIII. incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, ab omnibus mulieribus cujusvis conditionis, & ætatis, usum rationis habentibus, ingredientibus Monasteria virorum, & ab omnibus viris, & mulieribus cujusvis conditionis, ingredientibus Monasteria Monialium.

Item Superioribus utriusque sexus, & pariter à custodibus clausuræ; ut sunt portinarii, & rotariæ admittentes, aut permittentes ingressum sub prætextu licentiarum Sedis Apostolicæ, Legatorum, aut aliorum Prælatorum.

Item à singulis Religiosis, & Monialibus tam superioribus, quam privatis, qui illos præsumunt admittere sub prætextu licentiarum ipsarum Ordinariorum.

3488 Hinc Superiores, & custodes clausuræ incurrunt, sive positive, sive negative concurrant, nimirum tam admittendo, quam permittendo, & non impediendo, cum possint. Personæ vero privatæ incurrunt, solum si positive concurrunt admittendo, nisi veniant nomine *Conventus*; tunc autem veniunt nomine *Conventus*, quando omnes congregati in unum cum Superiore consentiunt in ingressum: & tunc incurrunt, etiam si negative concurrant permittendo ingressum.

3489 Talis autem censura in vim Bullæ Greg. non incurritur ab intervenientibus, admittentibus, aut permittentibus, nisi ingressus tam virorum, & mulierum in Monasteria Monialium, quam mulierum in Monasteria virorum, fiat sub prætextu licentiarum; & est reservata Romano Pontifici.

3490 Insuper adest etiam excommunicatio reservata Romano Pontifici lata à Pio V. per Bullam 20. 24. Octob. 1566. quæ incip. *Regularium personarum*, contra mulieres ingredi audentes Monasteria virorum sub prætextu licentiarum.

3491 Deinde Pius V. per aliam Bullam de clausurarum præcedentis, die 16. Julii 1570. quæ incip. *Decet Romanum Pontificem*, declaravit in præfata Bulla fuisse suæ intentionis comprehendere mulieres ingredientes Monasteria virorum etiam sine prætextu licentiarum.

3492 Ex quibus Bullis Greg. & Pii plura resolvuntur. Primo. Excommunicatio est reservata Romano Pontifici. Unde si est occulta, potest absolvi ab Episcopo virtute Decr. Conc. Trid. *sess.* 24. *d. reform. cap.* 6. minime si est publica: *ut in nu.* 3314. Posse tamen absolvi à Confessariis regularibus, etiam si sit publica, aut dedita ad forum contentiosum, in foro tantum interno confidentiæ, docet Donatus cum multis *tom. 1. p. 2. tr. 4. qu. 23. & 24.* Peyr. *in const. 6.* Pii V. *p. 203. n. 41. item Const. 6.* Julii II. *& 10. 1. ac subd. 10.*, in qua dictæ Bullæ in relevatione suos comprehendunt Privilegia Regularium. Et hic casus ingressus mulierum intra Monasteria virorum. & virorum, ac mulierum intra Monasteria Monialium, non comprehenditur in casibus 20. Bullæ Cœnæ, nec in lex Clem. VIII. in Decreto de anno 1602. quod Decretum est attendendum, quia est moderativum dispositionum præcedentium in oppositum *ut patet in nu.* 3471. & 3472. Vide *a num.* 3459. *ad* 3465.

3493 Imo idem docet Donatus *cit. qu.* 34. de ingressu mulierum in Monasteria virorum ad malum finem, videlicet ad explendam libidinem; ob eandem rationem, quia solus casus violationis clausuræ Monialium ad malum finem comprehenditur in sex casibus Clem. VIII.

3494 Secundo. Pœnam inhabilitatis, & privationis Officiorum, fulminatam à Gregor. XIII. *in* §. 3. & a Pio V. una cum suspensione à Divinis *in* §. 4. non esse reservatam, ait Rod. *tom. 1. quæst.* 24. *art* 17. nam, ut constat legenti: reservatio est facta solum pro excommunicatione; unde concludit potest ab ea absolvere pro utraque foro, quoad suos subditos, Episcopos, & Prælatos Regulares. Ita Rodr.

3495 Tertio, si sit sermo de ingressu mulierum intra Monasteria virorum, prædictæ omnes pœnæ incurruntur, etiam si ingressus fiat sine prætextu licentiarum, ut constat ex Bulla declaratoria Pii V. *Decet Romanum Pontificem, in n.* 3441.

3496 Si autem sit sermo de ingressu virorum, aut mulierum intra Monasteria Monialium, non incurruntur pœnæ, nisi ingressus fiat sub prætextu licentiarum, Pellz. *de Monialibus c. 5. n. 92.* cum multis, quia jure expresse apponunt prætextu licentiarum, ut constat legenti Bullam Greg. XIII. *Ubi gratiæ, de nu.* 3485. quæ de tali ingressu disponit.

Et declaratio Pii V. quod pœnæ incurrantur, etiam si ingressus fiat sine licentiarum prætextu, solum & expresse loquitur de ingressu mulierum in Monasteria virorum. Hic facient rationes aliæ legales *de 2. tom. d n.* 422. *ad* 425.

3497 Nec id sit tibi, cum Donato *to. 3 tr.* 5. *q.* 2. *num.* 10. mirum; nam juratio tantum apponunt prætextum licentiarum, quia prætextus licentiarum erat causa molestiæ, & scandali; nam sub hoc prætextu mulieres prætendebant ingredi Monasteria virorum imponeS; & sic majori cum facilitate, & audacia, non sic quæ nec licentia; & vulgo dicitur, quod sit magis molestus, & timendus inimicus occultus, quam publicus.

3498 Cæterum Fylluccius cum aliis apud Pellz *cit.* Donatus *tom 3. tr. 5. qu. 2.* tenent dictas pœnas incurri, etiamsi ingressus fiat sine licentiarum prætextu: pro quo adducit Bylum Curiæ. Stylus autem Curiæ facit in gem, quando lex est obscura; minime, quando est clara, ut in casu. Unde standum jure requisitorum licentiarum præ.xtus.

3499 Idem confirmavit Paulus V. per Bullam 52. *incip. Facultatem.* 2. Sept. 1608. & per Bullam 74. *Monasteriam statuta*, 10. Julii 1612. per quas Bullas, quoad ingressum mulierum in Monasteria Monialium, Paulus V. omnino confirmat Bullam Greg. XIII. *Ubi gratiæ*, relatam n. 3484. & apponit licentiarum prætextum, ac proinde de hac Bulla Pauli V est eodem modo discurrendum.

3500 Idem denique confirmavit Urbanus VIII. per Bullam 30. 27. Octob. 1624. ut sequitur:

¶ Sacrosanctum &c.

§. 1. Cum itaque plures licentiæ Monasteria Monialium ingrediendi di ersis mulieribus sæcularibus, &c. à Nobis, & diversis Romanis Pontificibus, &c. concessæ fuerint, &c.

§. 2. Nos omnem dubitandi meteriam, quæ super modo consensum hujusmodi præstandi forsan oriri posset, è medio tollere volentes, &c. declaramus, consensum dictarum Monialium de cætero per eadem Monialis capitulariter, & per decreta suffragia præstandum esse, & præstari debere; alias licentiæ hujusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt nullatenus suffragentur.

§. 3. Et quæ Sanctimonialium Monasteria vigore licentiarum prædictarum absque consensu capitulariter, ut præfertur, præsitio, ingredi præsumpserit sententias, censuras, & pœnas contra clausuras Monasteriorum Monialium violantes indicta, la noverint incurrisse.

Quid clarius?

3501 De ingressu Confessarii dictum est à *n.* 1453. *v. n.* 1419. A Regularibus attendenda est Bulla Alex. VII. 19. Octob. 1664. quæ disponit super ingressu superiorum, & Confessariorum, atque super commorantione Confessariorum prope Monasteria. Bulla est, ut sequitur:

3502 ¶ Felici Sacrarum Virginum statui, &c. Præsentibus perpetuo valituris sanctimus, ut in posterum intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscunque aliis superioribus Regularibus, quibus aliquo casu, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra sepia eorundem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa visitationis localis; & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis superioribus visitaverit, alius superior à visitatione hujusmodi le omnino abstineat. Quod si ob clauturam, aut a Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exempt s, curæ & vigilantiæ Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem ac necessariam causam opportuerit superiorem Regularem eodem anno plures ingredi sepia Monasterii; tunc non aliter ingrediatur, quam cum præsentia Episcopi Diœcesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæcularis bonæ exempti, ac maturæ ætatis, ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ. Visitet autem superior Regularis interiorem clausuram per seipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitime impeditus; quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum; & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat; nec ante errum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat; neque ipse Visitator, neque ejus socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porro si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis; si alius à Generali, unum tantum, exclusis omnibus aliis etiam ratione Officii. Qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis. & in actu visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed cum adspicere, & ab ipso adjici semper possint. Ac præterea Visitator assistant quatuor Moniales ex superioribus Monasterii, quæ, similiter visitatione durante, nunquam leparentur à Visitatore, & Sociis. Reliquæ vero Monales, & quæcunque aliæ mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, ubi legitimo detinentur impedimento, convenient omnes in Choro antequam Visitator ingrediatur interiorem clausuram, & in eo permaneant durante visitatione, & quousque idem Visitator cum Sociis è Monasterio exierit. Idcoque curet Visitator, ut tempestive admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta, de præfixa die, & hora visitationis. Visitato vero personalis fiat ad crates, & omnino extra clauturam Monasterii, & per ipsummet superiorem dumtaxat ut supra dictum est de visitatione interioris clausuræ. Ad hæc Confessor Sanctimonialium tam ordinarius, quam extraordinarius minime ingrediatur sepra Monasterii, nisi ad Sacramenti Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis, ibi degentibus, nec non ad commendandam animam Agonizantium; nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua

Confessarium vitare, & ab eo ipso valeat semper petere. Idipsum dicendum præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut nova nemorum ejusdem à poenitentibus petenda Confirmatione compellantur, revocent ad claustra Confessores, non absque peculiari Dei Omnipotentis, & nostra, ac Sedis Apostolicæ offensa, & aliorum Christifidelium scandalo, & aliis quibuscumque Regularis, apud Monasteria Sanctimonialum, vel alibi, ut supra, quibusque locis, præsentibus dictis Litteris Nostris derogantibus, Monialium Confessarii, Monialium Confessariorum Regularium collectæ, Italiarum Monialium Confessarii, Monialium confessio fiat; nemo claustra violet (nisi ob manifestum incendii periculum in Monasterio subitanei, vel ruinæ imminentis) & extra fines septa, sæpedictæ, aut in parlatorio aliis simul aspectu, auditu, aut tactu permixtus. Quod si intra dictum terminum Superiores Regulares generalis cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, ita ordinare, & omnino mandare, etiam invocato, si opus fuerit, brachio seculari auxilio. Verentiarios, & Monialium Regularium, virosve, quibus Moniales fore habentur, in forta dicta recipere, vel introducere, loquutum, vel osculandum, & commedendi cum eisdem, munerave ad aliquem Christifidelem, quo nisi sint consanguinei, seu consanguineæ Monialium Monasterii, sub ab quibuscumque pœnis, ratione personæ, & aliis arbitrio Ordinarii loci infligendis, vetamus, & interdicimus. Monialium Confessarios, vel alios Regulares, intra, vel extra Monasteria, ubi Monialium Confessarii Regulares non habentur, vel habere non debent, ad Monialium Confessionem, ut supra, admittere, & ipsarum à Monasterio Monialium in civitate ab ipso Pontifice congregatis, & approbatis, vel intra, vel extra civitatem Confessores, locorum, seu extra monasteria constitutis, exempti sub Confessore cum suis Socijs, aut Superiore, etiam si Superiores fuerint, absque permissione, & nostra vera, & speciali Regularium aliquid contra præmissa facere, vel mittere præsumpserit, aut adjectam cognoverit, ipso facto poenam excommunicationis & privationis officiorum in Superiore, qui contra, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocalium activam, & passivam, absque alia declaratione incurrat. Prohibemus insuper omnibus, & singulis, & exempti sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri volumus.

3505 In suo Indice Monialium de Oldenzaal extat Statutum Capit. Gen. de anno 1600. Quod in monasteria Superiorum, conventus de cætu ingrediantur, semper in Vicarius, seu Confessarius Monialium, non plures in eisdem Statutis exprimitur. Unus evangelii Pronotarius in locum adest vice Confessarius Monialium; adest enim ante meas.

QUOAD EGRESSUM

3506 Dat regulam, & pœnas in eum Bonifacius VIII. in c. unico de Statu Regularium, in 6. apud Donatum tom. 3. tr. 3. q. 2. n. 3. & q. 11. a. 2. q. 23.

3507 Periculo, & deperditio animarum Monialium patet, quæ honestatis limites in habitu, & Monialibus undelibet, & quibuscumque temporibus impedimenta aliquibus extra fines Monasterii transgressis per habitualia facilitatem perfunctorum discursus, &c. præsertim confessionis, &c. Sanctorum, processus, & singulis Monialium processionis, atque festivitatis, &c. sub perpetua in suis Monasteriis clausura de cætera penitentiæ claustrali, ita quæ nullis exeundi, & valeat quacunque ratione, vel causa, sit, vel fuerit, quamvis, & tali merito evidenter earum allegato sub dicto cuncturæ, quod unus professorum alias absque gravi periculo, imo in non dilucidationem Monasterii ipsi demum apprehendi facultas.

3508 Semper curandit pastor, quod si Abbatissa seu Priorella urgentior possibus bonum gregis, vel salutaris cujuscumque ob aliquod spatium, quod Monasterium habet ab ejus Principe, seu Domino temporali, non, & non valet illud præcave per monitoriorum, possit uti ex Monasterium bonella, & decenti fortitudine, & firmitudine, seu jurisdictionis Ordinarii Principis præfatus, & ex prudentia ordinarium Monasterium à vetustis exemptis.

3509 Eandem Constit. Bonifacii VIII. *de Regularibus*, expresse approbavit Conc. Trid. *Sess. 25. de Regularibus, & Monialibus, cap. 5.* Pius V. per Bullam & Cleri Pastoralis 29. Maii 1566.

3510 Insuper idem Pius V. & Bulla 1570. per illum Romam, priorem declaravit, ut sequitur.

Denuo, & novellam omnium Sanctimonialium, &c.

Quamvis pastoralis, & solicitudo nostra, & sollicitudinis ad quamlibet partem, & terram, locorum, aut alias agendum, ut hæreticorum non Monasteria, & alias sic omnes suscepta ea cura, & sollicitudo vigilanti, aut impensius

causa, aliove prætextu à Monasteriis exire, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt.

§. 2. Unde nos malo huic, &c. salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto S. Conc. Trid. &c. ac aliis nostris litteris, &c. volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumque Monialium, &c. etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subjectorum, aut domorum, parentum, aliorumve contangunctorum visitandorum, aliave occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus, stare licere.

Aliter autem, quam ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon committantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo ipsarum eo ipso absque aliqua declaratione subjacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant.

Et insuper tam egressas, quam præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, administrationibus per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia imposterum obtinenda inhabiles, &c.

3509 Nemine epidemiæ venit pestis, Pelliz. *cap. 5. num. 32. v. An. 1515.* per receptatrices, & comitantes intelliguntur personæ illæ, quæ huc comitant, aut receptione cooperantur egressui Monialium, aut sunt causa, ne redeant ad Monasterium: minime illæ, quæ urbanitatis, amicitiæ, aut consanguinitatis præcise causa Monialem illicite egressam recipient, vel remittarentur. Pelliz. *de Monialibus 6. 2. n. 56.*

3510 Pius ergo V. apponit excommunicationem reservatam Romano Pontifici, & pœnam inhabilitatis, & privationis officiorum non reservatam; unde de hac discurre, ut *in n. 3494.*

Quantum ad excommunicationem,

3511 Dico, ab ea absolvere posse Episcopum, si sit occulta, ut *in n. 3492.*

DIFFICULTAS ENT SI SIT PUBLICA.

In qua re Pelliz. *de Monialib. cap 5. n. 28. & cap. 9. n. 26.* affirmat; quia Moniales sunt perpetuo impeditæ, & si pro absolutione deberent adire Papam, cogerentur ad impossibile, cum teneantur ad perpetuam clausuram: at impossibilium non est obligatio.

3512 Resp. Non posse Episcopum ab hac excommunicatione, si sit publica, absolvere, Donatus *tom 3. tr. 4 q. 8.* Ratio, quæ me movet est, quia Pius V. quando hanc censuram contra Moniales fulminavit, & eam soli Romano Pontifici reservavit, omnem aliam pro absolutione excludendo, jam sciebat, Moniales esse impeditas perpetua clausura, ad quam ex juribus antiquioribus tenebantur; si igitur, hoc non obstante, tali rigore reservationis contra Moniales usus est, argumentum evidens est (ni dicere velimus, Pium V. voluisse edere legem derisendam) quod Summus Pontifex velit, occurrente casu egressionis, Moniales pro absolutione adire Romanum Pontificem, non quidem personaliter, quod est impossibile, & præter intentum Summi Pontificis, sed per litteras, nuncium, aut procuratorem: quod omnino vult, quia vult in tali casu else consilium, requisitum, & cernoratum, ut possit una cum absolutione, & medicina, debita pœna, & correctione ab hujusmodi excelsu Moniales coercere.

3513 Ratio autem perpetui impedimenti favet Monialibus, ut possint ab Episcopo absolvi, juxta dict. lup rius, solum in aliis casibus, in quibus absolutio reservatur generaliter pro omnibus fidelibus, inter quos tantum per inclusionem tanquam species in genere venient Moniales; minime in casibus, in quibus censura reservata specialiter & explicite est lata contra Moniales, qualis est centura à Pio V. lata contra Moniales egredientes, & alia Greg. XIII. lata contra Moniales admittentes aut permittentes ingressum virorum, aut mulierum intra earum Monasteria, ut *in n. 3484. & in n. 3487.* in Bulla Greg. 13. & 14. Idque ob præfatam rationem, alias Pontifex edidisset legem, & reservationem detidendam, quod non est excogitandum.

Hinc Fagnanus *in lib. 1. Decr. cap. Quamam 13. de consist. n. 30. 31.*, ex Bulla Pii V. ademptam esse facultatem Episcopis competentem in vim dicti *cap. 6.* absolvendi Mo-

nia-

niales secreto delinquentes in materia claustræ.

3514 Idem ob eandem rationem &c. de excommunicatione Romano Pontifici reservata, lata à Greg. XIII. & Pio V. specialiter & expresse contra mulieres ingredientes Monasteria virorum aut Monialium, juxta superius dicta. Hæ quidem licet in Jure Canonico super relato censeantur impedire, hoc eas juvat in casu legi reservantis latæ contra easdem, inter quos mulieres solum tacitam speciem in genere continentur; minime in casu legis specialiter & expresse contra mulieres latæ, adeoque tenentur adire Romam per litteras, aut nuncium.

3515 Cui non obstat dictum, quod personaliter impeditus acire Pontificem pro absolutione non teneatur ad se per litteras, aut nuncium; quia hoc est verum regulariter, minime in casibus extraordinariis, in quibus vel Pontifex expresse se declarat, vel evidenter ex ejus lege colligitur, quod velit, ut hujusmodi impediti recurrant ad pœnitentiariam absolutionem: hujusmodi sunt casus, in quibus expresse & specialiter Pontifex fulminat excommunicationem ubi reservatam contra mulieres, & Moniales. Tunc igitur mulieres, & Moniales adire debent Pontificem pro absolutione, modo quo poterunt, non quidem personaliter, sed per litteras, aut nuncium.

Verum tamen est, posse eas Regulares pro Monialibus approbatas absolvere, etiam in casibus publicis, in foro tamen conficienter, juxta dicta *in n.* 3492.

3516 Corroborantur dicta, quia Jus Canonicum, *cap. 6. Mulieres, & cap. 32. de Monialib. in lib. 6. tit. 39. de sententia excommunic.* loquitur expresse de censura ob percussionem Clerici, aut Monialium: in hoc, inquam casu, concedit, quod possint ab Episcopo absolvi, & solum Decretes ex peculiari ratione, quatenus pro omni casu sunt impeditæ, illud extendent ad reliquos casus. Ampliatur autem hujusmodi extensionem, sed non plus æquo, & citra claram mentem Summi Pontificis, ut extensio dicti juris fiat ad omnes casus, & cum exclusione omnis modi recursus pro absolutione ad Papam, etiam in iis casibus, in quibus evidenter colligitur Papam velle, ut recurratur ad ipsum, uti in recensitis casibus constat: *v. n.* 3524. &

QUÆRES.

3517 *Monialis quædam egressa est à proprio Monasterio, & ingressa in aliud Monasterium conjugum, urbanitatis, seu curiositatis causa: An incurrerit excommunicationem contra egredientes, & ingredientes?*

Pellz. *de Monialib. cas. 9. n. 57.* & Bordonus ibi affirmant, quia Monialis non tenetur ad clausuram in communi, sed ad clausuram propriæ Monasterii; unde licet in casu transeant de clausura ad clausuram, clausuram, ad quam perpetuo servandam eli obligata franxit.

3518 Solum dissentiunt in hoc, quod Pellz. velit esse duo peccata, & duas excommunicationes incurri, quatenus sunt duo actus, egressus videlicet, & ingressus.

3519 Bord. vero vult esse unum, & unam excommunicationem incurri ob egressum, quatenus Bulla Pii V. dum excommunicat Monialem illicite egredientes, terminum à quo respicit, non ad quem: non respicit, inquam, locum, ad quem ingreditur: cum enim casus accidere soleat, ut Moniales egredi tantur ad vagandum, lex non comprehendit hunc casum extraordinarium, ingressus ad aliud Monasterium contiguum. *Et lex adest, quæ vera accidunt, non aperuit, l. Nam ad ea. ff. de legib.*

3520 Si autem cupis scire, quid hac in re sentiam: dum actus in præsenti casu considerandos puto, egressum videlicet de proprio Monasterio, & ingressum in aliud, quod parum refert, si sit ejusdem, vel alterius Ordinis, cum id materialiter se habeat.

QUANTUM AD INGRESSUM

3521 Nullo enim neutiquam excommunicationem non reservatam Tridentini. Insuper excommunicationem Greg. XIII. & Pii V. reservatam Romano Pontifici. Ab hac autem posse ab Episcopo absolvi, etiam si sit publica.

Ratio primæ partis est, quia Trid. *cit. n.* 3483. comprehendit omnes cujusvis generis, conditionis, & sexus, adeoque Moniales. Potest tamen hæc censura à quovis Confessario pro Monialibus approbato absolvi, quia non est reservata, ut in *n.* 3486.

3522 Ratio secundæ partis est, quia Moniales ingredientes in aliud Monasterium Monialium, comprehenduntur in Bulla Gregor. XIII. *Ubi grassat*, relata *nu.* 3487. non quidem explicite, sed implicite.

Non, inquam explicite, quia Bulla explicite loquitur, & censuram fulminat contra mulieres sæculares cujuslibet conditionis, quæ præterea licentiatum prætendebant ingredi Monasteria Monialium, & earum licentias revocat.

Con-

Confirmatur; quia hæc licentiæ non concedebantur Monialibus, sed sæcularibus, nec Moniales id prætendebant, sed sæculares, unde de mulieribus sæcularibus revera Bulla loquitur; quod maxime convincitur ex Bulla Paul. V. *Sacrarium num. 3499. Monialium ita sanc*, & Urb. VIII. *Sacrosanctum nu. 3500.* quæ confirmat Bullam Greg. & pariter expresse loquuntur de mulieribus sæcularibus, ut constat Bullas legenti.

3523 Comprehenduntur autem in Bulla Greg. implicite, quia contra Moniales ingredientes, & eadem ratio legis contra mulieres sæculares latæ; imo potiori jure. Nec valet extensio legis ad Moniales videatur dura Boicontio apud Pellz. *cit. nu.* 3519. Quia Bulla Pii V. *Regularium personarum, de num.* 3490. & alia ejus. *Decet Romanum Pontificem, de num.* 3491. expresse comprehendit mulieres ingredientes Monasteria virorum, & indecentis nomine mulieris non veniunt Moniales, sed sæculares, sicut nomine virorum non veniunt Clerici, nec nomine Clerici, Regulares, nisi per aliquam particularem exprimantur; & hoc non obstante, docet Bord. cum communi, in Bullis relatis Pii contra mulieres ingredientes Monasteria virorum, comprehendi implicite Monialem ob identitatem finis, cum sexu sit mulier & expositia pericula non minus, quam quælibet mulier sæcularis, quia eit finis legis.

Ita pariter dicere debet, quod Monialis exiens suum Monasterium ad aliud Monasterium Monialium ingredientes urbanitatis aut curiositatis causa, comprehendantur implicite in Bulla Greg. XIII. *Ubi grassat*, contra mulieres latæ; quia licet vere mulieres, & pariter juxta per hujusmodi earum ingressum scandala sequuntur, & Sanctimonialis sumquies, tam unde egrediuntur, quam ingrediuntur, perturbatur: qui eit finis legis ut constat ex verbis plus Bul. & Greg. *Et causa periculosa, de n.* 3505.

3524 Ratio tertiæ partis est; quia lex Greg. XIII. non est lata pariter contra Moniales ingredientes, sed generaliter contra mulieres, ut *nu.* 3487. inter quas comprehenduntur Moniales tanquam species in genere, & implicite, adeoque eas jubet Jus Canonicum *cap. de Monialib.* quo reputantur propriæ impeditæ; in re sunt ab Episcopo absolvibiles, etiam in casu sit publicus.

3525 Non tic Abbatissæ admittentes, aut permittentes, & cæteræ Moniales admittentes hujusmodi ingressum; hæ namque, si casus eit occultus, absolvi possunt ab Episcopo, immo si eit publicus, quia relata Bulla Greg. eu specialiter & expresse lata contra ipsas, unde resultant dicta *num.* 3514. Ubi (ut vides) uno modo discrepamus de Monialibus ingredientibus, & alio de Monialibus admittentibus aut permittentibus hujusmodi ingressum; quoniam Bulla diverso modo de illis discurrit, ut constabit egregio tibi *n.* 3487.

3526 Posse autem prælatas admittentes aut permittentes absolvi in foro cessante à Regularibus pro Monialibus approbatis, sequitur ex dictis *n.* 3515.

QUANTUM AD EGRESSUM

3527 Esp. cum distinctione: vel enim Monialis illa est ita egressa de suo Monasterio ad Monasterium contiguum, ut transierit per aliquam viam medium, licet brevem, sæcularibus communem; vel ita ut non transierit per talem viam, quamvis duo illa Monasteria sint immediate contigua, nulla interposita via.

3528 Si primum, procul dubio est incursa in excommunicationem Pii V. *Decens, & honestati*, relatam *in num.* 3508. ut constabit ex dicendis *num.* 3530. Ea maxime, quia ibi prohibetur egressus, etiam t. Sat ad vitandum aliud Monasterium subjectum; ubi supponitur transitus per vias intermedias sæcularibus communes, ut constat ex fine, & narrativa Bullæ. Ac proinde de ea dicuntur, ut *n.* 3510. *ad* 3515. *v. n.* 3526.

3529 Si secundum (standa in jure communi, & ad expressa in recentioris Bullis) videtur,

Quod habeatur fractio clausuræ materialis, in mente formalis, seu perfecta, & prout jura requiruntur ad incurrendam censuram: clausura enim videtur *incurtilis, qui sensu clausa continetur: ad quem sæcularibus non patet accessus*. Donatus *tom. 3. tr. 3. q. 1. nu. 5.* Mendo *verbo Monasterium num. 3.* adeoque violatio formalis, seu perfecta clausuræ per egressum videtur *egressus à loco, qui sensu clausa continetur, ad locum, ad quem sæcularibus patet accessus*. Cujus modi non est egressus Monialis ad Monasterium immediate contiguum, sed est de clausura ad clausuram.

3530 Præfixæ duæ definitiones videntur desumptæ ex Bulla Gregor. XIII. *Dei sacris* edita 30. Dec. 1572. & est Const. 8 ubi in §. 6. habetur.

[Declaramus præterea, nulli Monialibus, etiam Tertiariis, licere habere ullum, per quem ex Monasterio intra ri possit in plateam Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam sæcularibus ad Missas Divina Officia patere solet accessus, sed omnino muro obstringendum: neque unidem licere Monialibus etiam

enim Tertiarii regulâ à tanta Monialium, quæ in eis clauduntur, Monasterii, cessat ad claudendum illarum introitum pœnam, quæ parere solet aliàs similibus remediis; vel ad retinendum, vel ad cedendum, seu loca colonis assignanda, quæ vulgò *Fattoriæ* vocantur; vel ad parlatorium solum tantum claudendum, quæ loca, cum facta pro causis publicis, inter sæculares numerantur, extra claustra sunt, & ideo non subsunt decretis, etiam pro utilitate quæ claustra sunt.]

Idem videtur de illis locis, cum *Capitulo Provinciali*, & *Definitorii*, quem habet *Papa*, *Cardinalis*, aut *Protector* Religionis, ordinarie vocati ad celebrandum eapitulum Monialium Franciscanarum, exorsus adquando pro loco, in quo talem capitulum per Fratrum Patres celebrarunt, & vagant, cum hominibus, & quocumque pergunt, cum eorum familiis, & equitaturis pergentes. Quod certe similiter vale pro Superiori Generali Ordinis, cæpiscopi Ordinis, & Commissario Generali Cismontano, & Ultramontano, & Provinciali, cæpiscopi Ordinis, & Commissario Provinciali, & Definitoribus Provinciæ, & Custode, & Guardiano, & Vicario, & Definitoribus loci, & Confessario, & Predicatore, & Procuratore, & Syndico, & Secretario, & Famulis, & Equitaturis, quando visitationis, vel aliarum causarum gratia, *Sotomayor, de regim. Regularium tract. 8. cap. 21. n. 41.*

3526 Similiter ex limitatione an. 1595. omnino accendo.

3527 Non obstat regula vulgata, quod *ea quæ sunt de jure communi, derogata non videantur consuetudini.*

Primo, quia hæc regula est defectiva ex regula 25. juris 6. *Cæca ratione, & sensum continet ambiguum*; quando autem agitur de pœnarum declaratione, materia dantur favorabilis, & requiritur Reipublicæ, *L. lex enim certum, & ad leg. Aquil.* adeoque stricte debet intelligi. *Ex quibus vide Dianam tom. 1. tract. 1. resol. 1. n. 37.*

Secundo, quia illa regula limitatur ex alia regula: *Consuetudo rationi legi, vel generalior statuto, seu dispositioni, quæ ab Ecclesiastico vel alio superiore ipsa disponitur, tantum ab Ecclesiastico vel alio superiore ipsa disponente tollitur*, 5. regula, 5. Sanctus Liberius in 9. conf. *De juris prudentia*, Fagnanus tom. 1. n. 12.

Dicta militant in re nobili; cum agitur de purgenda infamia ægrotæ Monialis; quæ punctio exercenda regulariter pertinet ad Religiosos. Et ratio ejus prohibentis, & permittentis, nempe difficultas, & pericula ex ea proximo eventura, est generaliter disputata, tantum ut comprehendat difficultates, & vagationem in Monasteriis inducendas communiter.

3528 Fatentur relatata facto novissimum, & disputatione duæ Congr. Epist. & Regul. Pallotin. recingit Pamphili, de Monialibus nuper Monasterii, intentione facti parentis, qui earum Monasteriorum ab alio dissolvit, & propria expendiantur in aliud Monasterium immediate constituendum, & transferri. Pro quo tuto Sac. Congr. per alia Decreta de die 9. Octob. 1638. & 18. Septembris 1699. & per tres Epistolas de die 21. Augusti 1699. & 4. Septembris 1699. & 18. Octobris eodem, & anni, Innocentio XII. Romæ existente, Archiepiscopo Panormitano directum, cujus tenor Antonio M. C. Archiepiscopo quæsitum fuerat, facultatem eidem Archiepiscopo concessum, transferre Moniales (aliarum pro tempore reformatæ) subjectorum à cæteris eisdem claustris Sacri Apostolatus reformatis. Quibus gravi tractatu deliberatum, & responsum, Congregationis pro tempore fuisse, & perpetuo esse negativum.

3529 In quibus duo considerantur. 1. Recursum Monialium incursibile exemptionis earum Papæ reservatum. 2. Abesse, licet petitas, non posse Episcopum absolvere.

3530 Respondetur. 1. Decisa non esse exemptionis reservatum incursum, & facta petitio pertinaciter, & perpetuo Monialium consentiente Superiore Monasterii, etiam si ad tantum consensum interponendum compellatur, etiam si ad tantum damnum cum impunitate Monasterio incorporando. Et absque legitima Superioris licentia agentes in n. 3528.

3531 2. Confessum adeo pertinere, quod *de jure illis, qui semel, cæpit exercere, ad eum exercendum non licet recedere.* S. namque exemptionem Monialis alterius Monasterii, etiam immediate constituti, quæ quidem respectu alterius sunt exemptæ.

3532 3. Monialem, quæ egrotat est à proprio Monasterio in aliud transeundo exemptionem, duas necessitates exemptionem reservatas, una duo simul adsint, quæ hic non adsunt, *de quibus* n. 3528. Quæ non ad solutionem excommunicationis impositæ, Glossæ, ut n. suas 3524. ad finem. Quæ solutionem ab absolutionem excommunicationis quoad effectum, dicitur, ut n. 3511. ad finem.

QUÆSITUM

3533 An monialis Monialis posita absolvi à reservato per expressum casum Bullæ Cœnæ?

Resp.

Respond. non posse. Quia privilegium Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis, non suffragari Regularibus, & Monialibus, declaraverunt plures Summi Pontifices; Pius V. Const. 131. *Expons nobis* 11. Julii 1571. Clemens VIII. Const. 64. *Romani Pontificis* 23. Novemb. 1599. & Urb. VIII. Constit. 105. *in specula* 26. Junii 1630. ut infrà de Bulla, ita ut adhuc id affirmare potius terrefitatem sapiat, quàm probabilitatem; unde non video, quo pacto post propositionem primam ab Innoc. XI. damnatam, possit quis hanc opinionem sequi.

3540 Nec juvat dicere, quòd Moniales possint uti privilegio Bullæ de licentia sui Superioris, quia earum Superior vel est Episcopus, vel Prælatus Regularis; illi autem possunt quidem cedere juri suo, & dare licentium utendi Bulla pro reservatis, sed pro reservatis sibi, minime pro reservatis Papæ: quotiam Papa vult quoad sibi reservata ea subjici Sedi Apostolicæ, per hæc verba: *Ordinarii dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subjectæ sint.*

3541 Pelliz. *de Monialibus cap. 7. num. 4.* tenet, prædictam declarationem Clem. VIII. & aliorum Pontificum comprehendere Moniales subjectas Prælatis Regularibus, minime subjectas immediatè Sedi Apostolicæ, sive Ordinario loci; quia respectu harum cessit finis prohibitionis, videlicet, quòd electio Confessarii virtute Bullæ pro reservatis, *aliquando in speculo vergat Religionis detrimentum.* Nam cùm hæ sint exemptæ à regimine Prælatorum Regularium, talis electio Confessarii non potest cedere in damnum ipsius Religionis. Tum quia alius finis est, ut Monialis quoad Sacramentum Pœnitentiæ, subjiciantur *dispositioni suorum Prælatorum*; quo pacto autem possunt quoad hoc subjici Prælatis sui Ordinis, si sunt abeorum jurisdictione exempta? ita Pellix.

3542 Deo autem pro certo, prædictam declarationem comprehendere etiam Moniales à Prælatis Regularibus exemptas; constat ex verbis ipsius Bullæ Clem. VIII. ab ipso Pellizario relatis.

(Concessionem S. Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessorem, & absolvendi a casibus reservatis, cum fratribus, & sororibus Monialibus Ordinis prædicti (suppl. in B. Mariæ de Monte Carmelo) ac aliorum quorumcumque Ordinum, &c. ubilibet, locum minime habere, nec centuri, sed nostræ intentionis existere, quòd iidem fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus; eisdem tamen Prælatis, ut in usu hujusmodi potestatis, erga subditis benignos, & laudes exhibeant, præcipimus.)

3543 Insuper Urb. VIII. *cit.* idem confirmat, dicens, quòd talis electio, & absolutio virtute Bullæ cedit *in maximum flatus, & Regularis observantiæ præjudicium*, Item *in detrimentum eorum Regularis disciplinæ.* Ubi, ut videtur, Clem. & Urb. loquuntur intransitivè, minime transitivè, nimirum, quòd talis electio facta a fratribus, cedit in detrimentum observantiæ, & disciplinæ Regularis Religionis fratrum; licta vero a Monialibus, in detrimentum observantiæ, & Religionis Monialium; Moniales enim, v. g. Claristæ, sunt vere Religiosæ, & vere in se Religionem, & Ordinem constituunt; solùm dicuntur ejusdem, aut diversi Ordinis, relate ad Religionem virorum.

3544 Confirmatur: Quia Clem. & Urb. eodem modo id declarant, & prohibent quoad Fratres, & quoad Moniales: igitur si loquendo quoad Fratres, fumunt hinc illudendi ansi observantiæ, & disciplinæ Regularis intransitivè, ita loquendo quoad Moniales. 2. Quia non minoris, sed majoris considerationis est disciplina, & Observantia Regularis ipsorum Monasteriorum Monialium, quam Religiosorum virorum, unde pro ea servanda Pontifices intransitive loquuntur, ac proindè absolutè, sive Moniales sint subjectæ Regularibus, sive Ordinario.

3545 Corroboratur ex n. 3540. ex Urb VIII. qui quoad exclusionem Cruciatæ vult Moniales etiam Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subjici.

Non cessat igitur pro Monialibus Ordinario subjectis primus finis.

3546 Secundus finis, quòd sint subjectæ *dispositioni suorum Prælatorum*, etiam verificatur de Monialibus immediate subjectis Ordinariis: quia Ordinarii, & Episcopi sunt vere, imò magis principaliter Prælati. Et *ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus*, *l. de prætio, 10. ff. de publ. in rem. act.* Maximè cùm idem finis Observantiæ, & disciplinæ Regularis servandæ mihitet pro cunctis Monialibus, sive Prælatis Regularibus, sive Ordinariis immediate subjectis.

3547 Confirmatur: quia aliud est dicere, quod Moniales quorumcumque Ordinum subjectæ sint *dispositioni suorum Prælatorum*; & aliud *Prælatorum sui Ordinis*. Primum dicunt Clem. & Urb. minime secundum, quod Pellizarius

CA-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE

CATALOGUS CENSURARUM, ET CASUUM RESERVATORUM.

SUSPENSIONES

3548 1. Contra suscipientes Ordines sacros sub titulo falso patrimonii, vel beneficii, vel extra tempora ab Ecclesia præscripta, vel a non legitimam ætatem vel absque litteris dimissoriis. Trid. *sess. 21. de reform. c. 2. sess. 23.*

2. Suscipientes duos sacros Ordines eodem die, aut duobus diebus continuis, & immediatis; qui suspenditur ab exercitio posterioris; quæ suspensio est Papæ reservata.

3. Suscipientes Ordinem superiorem per saltum, non recepto inferiori, v. g. Sacerdotium non recepto Diaconatu. Trident. *sess.*

4. Contra Clericum, qui vacante Sede Episcopali Ordinem sacrum recipit cum dimissoriis Capituli, nisi cessatione beneficii recepti, aut recipiendi arctatus fuerit. Et Capitulum contravenions interdicto subjacet; & hi ordinati sunt ipso facto suspensi ab Ordinibus susceptis ad beneplacitum futuri Episcopi. Trid. *sess. 7. cap. 10.*

5. Contra Sacerdotem sæcularem, aut Regularem, qui conjungit in matrimonium, aut benedicit subditos alterius Parochiæ sine licentia Parochi, vel Ordinarii. Trid. *sess. 24. cap. 1. de reform.*

6. Contra Episcopum, qui Ordines, vel primam tonsuram confert extraneo absque dimissoriis proprii Episcopi, aut Ordinationes habet in aliena diœcesi absque licentia Ordinarii. Trid. *sess. 23. de reform.*

7. Contra Religiosos introducentes mulieres intra Monasteria, qui sunt suspensi a divinis Officiis, ex Bulla B. Pii V. & Gregor. XIII. Ubi ipsæ fœminæ ingredientes Monasteria virorum, aut è converso, sub prætextu facultatum, excommunicantur ipso facto.

EXCOMMUNICATIONES Reservatæ Papæ extra Bullam Cœnæ.

3549 1. Differverant, in excommunicatione delegati Papæ post annum.

2. Communicantes in divinis scienter cum excommunicatis à Papa: quomodo communicans sit Clericus, & excommunicatus, sit nominatim denunciatus.

3. Incendiarii nominatim per sententiam Ecclesiæ publicati.

4. Illi, qui gravant in personis aut bonis eos, qui sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti in aliquem tulerint, si in eo per spatium duorum mensium perseveraverint.

5. Illi, qui post absolutionem à priori excommunicatione reservata Papæ, sub conditione comparendi coram Papa, aut satisfaciendi parti læsæ, talem conditionem elapso tempore negligunt.

6. Religiosi, qui Sacramentum Extremæ Unctionis, aut Eucharistiæ per modum viatici, vel matrimonia solemnizant sine speciali licentia Parochi: vel absolvunt excommunicatos à Canone, præterquàm in casibus in jure concessis.

7. Confessarii, qui dispensant in votis ultramarinis, SS. Petri, & Pauli, & S. Jacobi in Compostella, Cistertiis, & Religionis aliquæ à casibus reservatis Papæ absolvunt sine privilegio, & concessione.

8. Lacerantes, & exenterantes corpora defunctorum, ut conserventur, vel ut decoquantur, ut ossa possint in alia loca transferri.

9. Dantes, vel recipientes aliquid pro modum pacti, & conditionis ob ingressum Religionis.

10. Spoliantes Ecclesiam cum fractura portarum, aut senestrarum, postquam fuerint per sententiam Ecclesiæ nominatim denunciati.

11. Moniales professæ, si è Monasterio egrediantur, nisi causa magni incendii, aut luis, aut pestis, per Superiorem, & Episcopum probata; item eas comitantes, & recipientes.

12. Ingredientes Monasteria monialium sine necessitate, & debita licentia. Et mulieres ingredientes Monasteria virorum sub prætextu facultatum.

13. Clerici, vel laici quocumque arte usurpantes bona, res, jura, fructus, redditus, aut jurisdictiones alicujus Ecclesiæ, vel beneficii sæcularis, Montium pietatis, aut aliorum piorum locorum; vel impedientes, ne percipiantur ab eis, ad quos de jure spectant.

14. Prædicatores, qui aliquid prædicant contrarium, aut dissonum Sacræ Scripturæ. Qui tempus præfixum futurorum malorum vel adventus Antichristi, aut certum Judicii diem prædicunt. Qui futura quasi specialiter revelata dicunt, aut alienas, atque inanes divinationes asseverant, ex Leone X. in Concil. Lateranen.

15. Religiosi, aut Clerici sæculares, qui aliquem inducunt ad vovendum, jurandum, aut promittendum, ut apud eorum Ecclesias se

sepulturam eligat, vel jam electam ampliùs non mutet, *Clement. cupientes, & cap. 2. Extrav. Vitt. de sepulturis.*

16. Illi, qui contra piam sententiam de Immaculata B. M. V. Conceptione, ejusque festum, aut cultum, aliquid quovis modo, publicè, vel privatim, voce, vel scripto, in qui, concionari, tractare, disputare ausi fuerint, vel argumenta contra eam afferendo, & insolubilia reliquendo. Alex. VII. in Bulla *Sollicitudo*, die 8. Decembris 1661.

CASUS 20. RESERVATI in Bulla Cœnæ Domini.

3550 1. Hæreticos cujuscumque sectæ, eorumdem receptatores, fautores, defensores, eorumdem libros hæresin continentes, vel de Religione tractantes scienter legentes, retinentes, imprimentes, defendentes, & schismaticos: *v. to n. 376. pag. 555. & n. 681. & pag. 560. & n. 518.*

2. Appellantes ab ordinatione sua, seu mandatis Romani Pontificis, ad futurum Concilium, eorumque fautores.

3. Piratæ, exules, ac latrunculi maritimi discurrentes mare Romani Pontificis, præcipue à Monte Argentario usque ad Terracinam, accentum fautores, receptatores, & defensores.

4. Naufragorum Christianorum cujuscumque generis bona, etiam in locis inventa, fluviis rapientes.

5. Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes, præterquàm in casibus à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permittis.

6. Falsificantes litteras Apostolicas, aut falsò fabricantes.

7. Deferentes arma, aut alia usui bellico idonea ad Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel hæreticos, per Sanctæ Sedis sententiam expressè, & nominatim declaratos. Vel ad Christianæ Reipub. aut Catholicæ Religionis statum pertinentia in ejusdem damnum illis annunciantes.

8. Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam convehunt.

9. Ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, sua, vel alterum opera ladentes, vel sine jurisdictione vexantes in Curia Romana commorantes.

10. Romipetas, & peregrinos, etiam in Urbe morantes, vel recedentes, ladentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

11. Interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Præcessibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis ejicientes, nemon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

12. Occidentes, quovis modo perentientes, aut bonis spoliantes, per se, vel per alios, eos, qui pro negotiis suis ad Romanam Curiam recurrunt, aut eorumdem Advocatos, Procuratores, Agentes, Auditores, vel Judices super dictis causis deputatos.

13. Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad laicam potestatem.

14. Executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum, impedientes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes.

15. Judices sæculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia, quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquin perturbant, *v. to n. 1. à n. 710.*

16 Impedientes Prælatos, ne sua jurisdictione utantur, quique illorum, & Delegatorum judicia eludentes, ad Curiam sæcularem recurrunt, aut contra illos decernunt, atque in his præstantes auxilium.

17 Usurpantes jurisdictiones, fructus, reditus, & proventus ad Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, vel ea sequestrantes; *v. a n. 704.*

18. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus: *v. à num. 704. & à num. 791.*

19 Judices, & quilibet ministri, aut executores sæculares, quovismodo liber se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas.

20. Occupantes, invadentes, aut detinentes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ immediate, vel mediate subjecta, & illius jurisdictionem usurpantes.

Hi casus sunt desumpti ex ipsa Bulla Cœnæ, ut *in Bullario tom. 4. & 6.*

ALII SEX CASUS EXTRA Urbem, & intra Italiam Summo Pontifici reservati.

3551 1. Violatio immunitatis Ecclesiasticæ circa confugientes ad Ecclesias: *v. tom. 1. n. 609.*

2. Vio-

2. Violatio clausuræ Monialium id malum finem: *v. n. 3482.*
3. Injectio manus violentæ in Clericum.
4. Provocatio, & pugna in duello: *v. n. Anum. 2130.*
5. Simonia realis scienter contracta: *v. n.*
6. Confidentia beneficialis: *v.*

PRÆFATI CASUS HIS CONTINENTUR VERSIBUS.

Casus 20. Bullæ Cœnæ.

3552 1. Hæretici, 2. A Papa appellans.
3. cum fure. 4. Piratæ.
5. Augens vectigal. 6. Aut Breve Falsificans.
7. Hostibus arma ferens. 8. Victum quive amovet Urbe,
9. Quos Papa. 10. Aut pietas,
11. Aut sua causa cict.
12. Præsulibus gravis. 13. Ad laicum spectantia sacrum.
14. Sit reus, 15. Aut Judex, qui trahit acta forum.
16 Prælati, 17. Ecclesiæve ulurpans jura.
18. Onus & qui,
His statuit 19. Capitis noscit eosque reos.
20. Sedis Apostolicæ terras quique occupat atrox.
Hos omnes Domini Cœnæ Anathema ligat.

ALII SEX CASUS.

3553. 1. Ubi sacri violata loci, 2. Vel septa sacrarum Virginum. 3. Ibi in Clerum cum violenta manus.
4. Simonia fide. 5. Aut facto producta,
6. Duellum.
Hos intra Italiam, nonnisi Papa levat.

EXPOSITIO

3554. 1. IN 3. casu Bullæ Cœnæ non comprehenduntur, qui furantur in illum ibus, aut in alio mari, sed in mari Pontificis. Nec qui ad alia pergentes, semel ex accidenti alterius navis bona deprædantur; sed qui ex professo ibi rapinis dant operam, licet actu nihil furentur. Nec Catholici infideles persequentes, & rapientes. Nec si inter spoliatos, & spoliantes sit bellum, quia tunc non dicuntur piratæ, sed repressalia facere.

In 4. non comprehenduntur, si bona non sunt Catholicorum. Si quis capit cum sua vita periculo, & alteri perjudicet. Si ab hostibus incendia, aut vi demerguntur. Vel si bona naufragantium ab alio capta, ab eo domino aut furto quis accipiat.

3. In 5. comprehenduntur nova gabella, non antiqua, nisi quoad novum augmentum. Item impositæ à non habentibus auctoritatem imponendi. Eam habent Papa, Concilium generale, Imperator, Rex: eam non habent Civitates, & alii Principes, alterius supremi Principis jurisdictioni subjecti, nisi habeant mixtum imperium.

4. In 6. incurritur, si in libris originalibus, aut authenticis Sedis Apostolicæ, aliquid etiam minimum addat, mutet, aut deleat, quod verborum sensum mutet. Non incurritur, si literæ expiraverint, aut si errores grammaticalis corrigatur.

5. In 7. non comprehenduntur, qui vendunt sine delatione, ut si Christiani in illis partibus degentes illis vendant, aut existentes in propriis locis, v. g. Liburni, vendant Turcis ad se venientibus.

6. In 10. comprehenduntur illi, qui Romam petunt, vel ibi commorantur devotionis, seu peregrinationis causa.

7. In 17. non comprehenduntur, qui tales fructus debiles habentur, sicut alii fures, quia hi non dicuntur sequestrare, nec usurpare, quod est quædam appropriationis species, sed furari. Neque qui bona personæ Ecclesiasticæ usurpant, illi proventia, non ratione Ecclesiæ, Monasterii, aut beneficii Ecclesiastici, sed ratione patrimonii, aut alterius tituli temporalis, & non Ecclesiastici; nec quando beneficia vacant.

Hæc ex summa Dianæ. Toleto, & Merdo *tr. Bulla Cœnæ. Prælex casibus Clem. VIII.*

3555 Religiosi gaudent immunitate confugiendo ad proprias Ecclesias ob delictum etiam in ejusdem Ecclesiæ Monasterio commissum: & Superiores, ac alii extrahentes, incurrunt censuram, si eos extrahant ad infligendam pœnam in foro externo debitam delicto intra idem Monasterium commisso. Non incurrunt autem, si extrahant ad correctionem. Patet ex dict. *n. 681. ad 684.*

3556 Quibus accedit decisio Sacr. Congr. Immunit. in Æsina apud Matthæucci *in c. cur. Immun. Eccl. n. 5c.*

(Exposuit Sacr. Congregationi super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus, Fr. Carolus de Montecchio Ord. Minorum Observantiæ Reformatorum S. Francisci, se extractum fuisse de mandato Patris Provincialis ab Ecclesia Conventus Æsini, in quo morabatur, instando propterea declarari nedisse in excommunicationem tam ipsum Provincialem, quam Fratres executores: Et eadem Sac. Congr. audiris rationibus à P. Procuratore Generali Ordinis allatis, inter quas adducitur fuit, prædictum Fratrem Carolum extractum fuisse ad correctionem, & ob id ad domum disciplinæ translatum; censuit, Provincialem, aliosque Fratres professos non incurrisse. Romæ hac die 29. Aprilis 1701.)

EXPLICATUR EXCOMMUNICATIO PERCUSSORIS CLERICI.

3557 PErcussorem Clerici, aut Monachi excommunicat Innoc. II. *cap. Si quis suadente 17. qu. 4.* his verbis: *Si quis suadente diabolo in Clericum, vel Monachum manus violentas injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullius Episcoporum præsumat eum absolvere:* comprehenduntur mares, fœminæ, mandantes, consulentes, aut ad id positive efficaciter cooperantes, effectu secuto.

3558 Nomine *Clerici*, veniunt Clerici saltem prima tonsura initiati, habitum, & tonsuram gestantes, etiam si sint excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, aut verbaliter degradati. Item Clericus conjugatus, si cum una, & virgine contraxit, & habitum actonsuram deferat. Illi quidem gaudent privilegio Canonis: *Si quis.*

3559 Privilegium Canonis amittit Clericus. 1. Bigamus *vere*, quatenus cum duabus contraxit, vel *interpretative*, quatenus cum corrupta, *lib. 1. in 6. tit. de bigamis.* 2. Si habitu, & tonsura dimissa, ter monitus non resipuerit, *c. Cum contingat 2. de sent. excomm.* 3. Qui sine habitu & tonsura, enormibus se immiscet, crassando, latrocinia committendo, seditiones, aut bella commovendo, &c. *n. n. 737. & 787.*

3560 Nomine *Monachi* includuntur Religiosi professi, & Moniales, Conversi, & Conversæ, *c. Cum illorum, & cap. de Monialibus lib. 5. tit. 39. de sent. excomm.* Novitii utriusque sexus, etiam si fuit admissi ante annum 15. dummodo non sint infantes, sed usum rationis habeant, & hi sicuntur *Oblati, cap. Religiosos, de sent. excom. in 6.* Tertiarii Mendicantium, si habitum gestent, & in communitate vivant. Mulieres Tertiariæ in propriis domibus viventes, vitam exemplum docentes, juxta formam *num. 738.* præscriptam Const. Leonis X. *Dum intra.*

Eremitæ collegialiter viventes, sub obedientia Episcopi, aut alterius Prælati viventes, Glos. *in cap. Qui vere 16. qu. 1.* & ex usu cum tacita voluntate Pontificis. Et quamvis professionem non emittant, eorum est similitudinaria Religio, ad similitudinem scilicet Fratrum Eremitarum.

Omnes illi, qui habitu Religioso assumpto *Examen Ecclesiast.*

Monialium servitiis sunt mancipati, & pro illis elemosynas quærunt, dummodo vivant prope Monasterium, earum more. Item Laici, qui habitu Clericali incedentes, inserviunt Congregationi Presbyterorum, qui collegialiter modo Religioso sub certo Superiore vivunt.

Denique equites S. Joannis Hierosolymitani: quia sunt vere Religiosi. De reliquis equitibus, dic, *ut in n. 746.*

3561 *Per injectionem violentam manuum*, intelligitur *omnis actio exterior injuriosa, personam Ecclesiasticam violenter tangens, seu immediate, seu mediate*, vel gr. si vestem tangat. Hinc si quis impropteria in Clericum dicat, aut lapidem projiciat, sed lapis eum non tangat, excommunicationem non incurret.

3562 Item nomine *manus*, venit quodlibet instrumentum, quo fit actio physica injuriosa, nempe pes, &c. & ponitur *manus*, quatenus est instrumentum magis solitum ad tales injurias.

Ad hanc igitur excommunicationem incurrendam, tria copulative requiruntur, factum consummatum, violentia, & injuria. Injuria semper est annexa actioni physicæ, violetæ, & nocivæ.

3563 Masitius ex nostro Asserano summarium & satis actiones, in quibus quis excommunicationem incurrat, vel non incurrat, refert; & quidem incurrit, qui Clericum conspuit, pulvere, lutu, vel aqua conspergit, vellem lacerat, aliquid per vim & injuriam de ejus corpore eripit, pileum, v. g. pallium, ita ut actio sit graviter injuriosa, manu, vel pede, aut baculo eum percutiat. Si manus violentas injicat in equum, cui ille insidet: sistendo per frænum, quia licet talis actio sit levis respectu corporis, est gravis respectu honoris, heum perfequatur, ut in flumen, vel fossam incidat, aut equo deordat. Si in carcere violenter detineat, aut in loco, unde sine dedecore exire non possit.

3564 Incurrit, qui aliquem ex his injuriis physicis offendit Clericum mortuum, Pignatellius *t. 8. consult. 5. n. 3.* Sperellus *dec. 45. nu. 56.* contra Henriquez, qui Canon est favorabilis statui Clericali, & idem extendendus. Idem patiori jure dicendum Clericum dormientem. At non incurrit, qui vestes illi non adhærentes lacerarat. Sequitur ex n. 3561.

Incurrit, qui manu sinistra ad collum Clerici injecta, altera manu supra pogionem apposita; aut qui una manu eo pectus, aut capuccium apprehensa, alteram in forma pugni tenens eum minatur: *Si non esses Clericus, te percuterem.* Est emm actio physica, violen-

ta & injuriosa. Sperellus *decis.* 45. *numer.* 36.

3565 Incurrit, qui venenum Clerico præbet, illatum ac ille bibit, Lezana *tom.* 2. *ver. Clericus num.* 5. Sperellus *dec.* 20. etiam si mors non sequatur, quia propinatio veneni est actio exterior physica, violenta, & nociva, ac inde injuriosa, & secuto haustu, habetur effectus secutus sufficiens ad censuram; nam recte ponderat Matthæucci *tom.* 1. *ver. Excom. Casanis num.* 29.

(In casu veneni propinati, duplex consideratur effectus; alter est ipsa propinatio, ob quam indubie non incurrereretur censura, nisi ea consummata esset, & sic nisi Clericus venenum biberet; alter est effectus venени, nimirum mors, & iste effectus nullatenus est necessarius ad incurrendam censuram, sicut non est necesse ad effectum, ut mandans eam incurrat, quod Clerici mors, vel corporalis læsio sequatur: sed sat est, quod mandatarius sclopum explandens, Clericum cum pulvere vel aliqua materia attingat, quia semper verificatur, quod violentus manus iniecerit in Clericum, per actionem nimirum justitiæ repugnantem, ipsam Clerici personam cum injuria & temere tangentem.)

Quod si mors sequatur, tunc erit sacrum enorme, & homicidium.

3566 Non incurrit ipse Clericus, qui se ipsum injuriose percutiat; quia jus de persona disponsa loquitur, Mattheus contra aliquos.

Nec alius, qui causa disciplinæ, & correctionis, Clericum percutit, ut Pater, Superior, Præceptor, Senex, aut aliquis propinquus. Conflat ex *Authentica presbyteros* 1 *cap. de Episcopo, ex cap.* 1. *de fori. excomm. & in c. cum voluntate*.

Nec qui clam crumenam Clerico abscindit aut vestem tollit; quia non est actio violenta, sed fraudulenta.

Nec qui percutit ad defendendum se, suos, aut suas res, vel honorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Nec si percussio sit jocosa, vel casualis, ut quando janitor, vel apparitor turbam arcens percutit Clericum.

Nec si percussio fiat ex subito, & non plene deliberato animi motu; vel si injuria judicio prudenti non sit talis, ut ascendat ad mortale.

Nec si ipse Clericus percussioni se submittat, aut consentiat, si percussio non sit injuriosa: ver. gr. si fiat joco, vel si velit ex alterius manibus disciplinam pati; si vero sit injuriosa, percutiens est excommunicatus, etiam si Clericus percussioni consentiat, quia injuria statui Clericali irrogatur, cui Clericus credere non potest: *v. à num.* 2096. 2100. *& à* 2116.

Nec qui ratione officii ut extrahit de Ecclesia Clericum divina Officia turbantem, aut ibi indecentia patrantem, Glossa *in ver. Celebrationem*; quia præsumitur zelo, & non injuria manus injicere.

Pari ratione non incurrit, qui repellit Clericum inuste suam domum occupantem, si alio modo repellere non possit; quia utitur jure suo, adeoque non committit injuriam.

Nec mulier, quæ percutit Clericum super honestate, non parvis verbis, sed tactu eam insultantem, si alio modo repellere non possit. *v. n.* 2094.

Nec qui percutit Clericum in fragranti crimine cum uxore, matre, sorore, vel filia repertum, ex *cap. Si vero, ut in num.* 2096. incurrit autem, si percutiat non statim, sed interposito tempore, quo dolor sedari posset. Vel si data opera clam expectet, ut in fragranti repertum percutiat; vel si eum cum alio consanguineis peccantem repetat, quia textus *exc.* ita disponit.

Nec pueri ante annum 14. pubertatis pugnis se percutientes, ut infra *de excommun. in fine*.

Nec qui percutit Clericum degradatum degradatione reali, & actuali, ut infra de degradatione.

Nec demum incurrit Summus Pontifex, si Clericum percutiat: quia subjectum censuræ debet esse subditus illi, qui fert censuram; Summus autem Pontifex nullum Superiorem agnoscit, & ideo nullam censuram incurrere potest. Tum quia censura est de jure humano politivo, & Summus Pontifex est supra omne jus humanum politivum.

PERCUSSIO DIVIDITUR.

3567 COmmuniter à Doctoribus in levem, mediocrem, & enormem.

3568 Levis est, *quæ sit sine relictione vestigii*, ut quæ sit palma, pugno, pede, baculo, vel lapide vestigium non relinquente.

3569 Mediocris est, *quæ fit cum relictione vestigii, sine tamen mutilatione, notabili sanguinis effusione, aut lethali vulnere*. Ut si talis sit, quod dens, aut capillorum copia evellatur, vestes extringantur, si flectore vultus fœdetur, & similia.

3570 Enormis est, *quæ sit cum mutilatione, aut cum notabili sanguinis effusione, quæ non fit è naribus, vel cum lethali vulnere, vel licet in se sit levis, sit autem enormis & atrox ratione dignitatis personæ*. Levis namque erit, si alapa percutiatur Clericus; enormis vero, si Episcopus, Abbas, Provincialis. Levis erit, si sanguis effluat è naribus, quia sunt organum nimis facile ad emittendum ex levissima causa sanguinem. *v. n.* 571.

3571 Recentiùs divisio percussionis in triplicem, est arbitraria, facta à Doctoribus; sed judicio quidem prudenti.

3572 In jure autem ex Consilt. 2. Joannis XXII. apud *Consectio pag.* 19. duplex distinguitur, levis scilicet, seu modica, & gravis seu enormis; quæ Constitutio, quia valde juvat, afferetur, & est, ut sequitur:

(Perlectis litteris vestris circa absolutionem excommunicatorum, ves in eis dubitare perspeximus, quæ esset modica, aut levis injuria, circa quam, sicut talis loquitur, absolvendi vobis contulimus potestatem. Ad quod cum sit facti potius, quam juris quæstio, vobis prout possumus, respondemus; illam videlicet modicam percussionem, aut impulsionem, pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capitum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit, nec tam teterrimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret, transire in atrocem injuriam profitemur, ut propter hoc sit absolutione talium abstinendum: ut tamen non solum ipsum factum, imaciam facti qualitas percutiendi, modus, aut injuriandi, circa hoc diligentius attendatur; & ipsius facti circumstantia, loci videlicet, & etiam personæ, quæ sit levis, vel modica, gravis, aut enormis injuria, manifestius cognoscatur. Loci quidem, ut in theatro, vel in foro coram Rege, Prætore, vel Judice, in Ecclesia coram multis in alio loco pub ico alicui injuria confecatur. Personæ, veluti si Magister, vel Judex, aut etiam Magistratus, aut Prælatus, Pater, aut Parvus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus, ab inferiori, vel homini contra naturam juris patiatur, per hæc quidem graves videantur injuriæ; & quæ sint leves, aut modicæ, tanquam ex opposito cognoscatur. Sane quia negotii natura non patitur, ut ad plenum omnia dilucidentur, judicium autem talis enormis injuriæ vestro duximus arbitrio committendum, ut potestatem vestram, cum ad hæc processeritis, temperetis, ut ex ea metus hujusmodi potius, quam ultra eas, cir a absolutionem talium procedatur, ne injuriantes de vicina absolutione consilii, defectu in atores protumpant percussiones, vel injurias, & sententias Canonis jam periculosius contemnentes, in excommunicationis sententias proclivius prolabantur. Tolerabilius est enim aliquos, qui per vos etiam possunt absolvi, nobis, vel Superiori absolvendos reliquere, quam contra statuta Canonum imagine quidam absolutionis [quod non sit sine grandi periculo] quenquam relinquere innodatum: cum umbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu, &c.)

3573 Ex his colliges, percussionem dici levem, non in se, sed in comparatione ad mediocrem, & enormem; unde in se debet esse peccatum mortale, quia excommunicatio non incurritur ob veniale. Nec sufficit, quod mortalis sit quoad actum internum; sed requiritur, quod talis sit etiam quoad actum externum, quia Ecclesia non judicat de internis, hinc si quis animum internum haberet cum violentia, & injuria percutiendi Clericum, in effectu tamen absque extrinseca violentia & injuria leviter illius pectus tangeret, non incurreret censuram; quia actio externa non esset mortalis in se, sed solum quoad actum odii internum.

3574 In dubio, an percussio sit levis, vel gravis, est censenda gravis, Clericatus *c.* 27. *n.* 14. ex Extrav. Pii II. apud Navar. *c.* 27. *n.* 91. sequitur ex Const. Joan. XXII. *in* 3592. & ex *n.* 3564.

3575 Percussor Clerici est vitandus absque eo, quod talis denunciatur, per hoc solum, quod sit notorius percussor Clerici, ita ut nulla valeat tergiversatione celari. Ex Extrav. Martini V.

QUANTUM AD ABSOLUTIONEM EPISCOPUS

3576 POtest à percussione levi absolvere, ex *c. Pervenit, de fori. excom.*

3577 Potest à mediocri, & ab enormi absolvere, si fuerit occulta, ex Decr. Trid. *sess.* 24. *de ref. c.* 6. *ut in n.* 3314. & à publica, si persona excommunicata sit ex impeditis, ut sunt Monniales, &c. juxta dicta *à n.* 3345.

PRÆLATUS REGULARIS

3578 POtest suos subditos, & Novitios absolvere, nedum à percussione levi, aut mediocri, ex *c. Monachi, c. illorum, §. Si Claustrales, & c. Comunica. de fori. excomm.* sed etiam ab enormi, ex privilegiis *à n.* 3375. relatis, Lezana *tom.* 1. *c.* 18. *n.* 2. Laym. *in theolog. mor. lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 7. *n.* 10. Tamb. *de jure Abb. tom.* 2. *disp.* 14. *q.* 10. *n.* 6. Sa *to ver. Absolutio ordinaria quoad fratres*.

Quia ju relatis privilegiis, maxime in alle, in qu. sunt petitio, qui essent excessus enormes, pro quibus sit ad Sedem Apost. recurrendum; solum quinque sunt excepti casus, ut in *n.* 3386.

& 3190. inter quos non est percussio enormis ; excepto autem fœmat regulam in contrarium .

3579 Firmiter suadetur, quia in limitata hac facultate reservandi casus sedi à Clem. VIII. Per alios Regularibus circa suos subditos, sub nn. 10. contrahitur reservatio *Occisi, aut vulnerato, seu gravi in percussa cujuscunque personæ* . Quæ concessio supponit facultatem absolvendi ; nullus namque Superior potest sibi reservare casum, quem non potest absolvere : *vid. numer.* 3701.

Quod (ut recte ponderat Matthæucci *tom. 1. num. Excom. Canonis , nn. 55.*) magis placet ex verbis, quæ Urb. VIII. confirmans Decretum Clem. VIII. addidit : *Sanctitas sua denuncia de claustris, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus aliquibus reservati facultatem pœnitentibus , Superior dare noluerit , possint nihilominus Confessarii illa vice pœnitentes Regulares , etiam non obtenta à Superiore facultate , absolvere* . Ubi ad rem notatur, per ly , *facultatem pœnitentibus Superior dare noluerit* : Pontificem supponere, Superiores per se ipsos, vel alios, quibus id commiserint , posse propriis subditos à præfatis absolvere : *v. n.* 3302.

3580 Qui autem sint hi Superiores, dictum est *n.* 3379. 3412. & 3424

Quam rem ad satisfactionem : *v. n.* 3871.

3581 De Monialibus exemptis , recitat Matthæucci *cit. n.* 60. (Moniales exemptæ (enim percutientes, absolvuntur à suis Prælatis Regularibus, vel alio de præfatorum commissione ; etenim privilegia Regularibus data, eorundem Monialibus communicantur, ut observat Pignatelli. *tom. 7. consult. 80. num. 4. Prælect. prax. part. 2. cap. 3. artic. 7. num. 1.* expresse in Bulla Alexa Sixtus V. jubelgus : *Ut Monialet , & Tertii Ordinis Sorores , existentes sub cura Fratrum Prædicatorum , & Minorum , respective . possint , & debeant habere , & licite uti in omnibus , & per omnia, privilegiis, immunitatibus , gratiis, favoribus, concessionibus, facultatibus , & indultis fratribus & temporibus præfatis Ordinibus Prædicatorum & Minorum concessis . quatenus earum sexui , & statui non contradicant* ; & pro Monialibus S. Cæ repetit Leo X *Const. cum sicut , &* Greg. XIII. *Const. ex benigna Sedis , &* Sixtus V. *Constit. etsi Mendicantium* . confirmantes privilegia Fratrum Minorum de Observantia , & Monialium Sacræ Claræ , ac Tertii Ordinis Sancti Francisci, etiam per mutuam communicationis & extensionis inter se , & cum aliis Ordinibus .

3582 Si in aliquo Conventu sint tantum Prælatus , & unus Sacerdos subditus , qui inviem se percusserint; tunc si percussio est occulta , potest Prælatus illum Sacerdotem absolvere ; eumque eligere , & absolvi ; vel è converso , potest ille facultatem committere , ut ipse Superior absolvatur , locum absolutus subditum absolvere, Port. *in sec. mor.* quia tunc, cum percussio sit occulta , Prælatus non est vindex, sed tolleratur ; adeoque habet jurisdictionem , & inde potest eam exercere , & delegare .

3583 Si vero percussio sit publica, ut nulla possit tergiversatione celari , videtur , quod non ; quia tunc , cum sit vindicta , & inde ceasset jurisdictione , nec posset absolvere, nec eam delegare .

Attamen Diana *tr. 6. r. 2. ref. 26.* Passerinus , Leganensis, Clericus, *nn. 17.* Port. *cit.* & alii cum Tamb. docent , quod tunc, licet non possit sibi ingere subditum patiter publice excommunicatum , quatenus hic , cum sit vindictus , non est capax jurisdictionis; potest tamen eligere alium Sacerdotem , & ab illo absolvi ; quia tunc , licet sit privatus jurisdictione , illa exercio non est actus jurisdictionis, sed solum delegatio potestatis , cui Papa ex vi juris ani privilegii dat jurisdictionem .

3584 Si subditus sit laicus , aut Superior non sit talis , qui potestatem ordinariam habeat absolvendi, adeoque non possit eam alteri delegare, ut in *n.* 3302. 3379. & 3412 tunc recurrere debent pro absolutione ad Superiorem Provincialem .

QUÆRES I.

3585 *A quo sit absolvendus Religiosus, qui Religionem alterius Ordinis , aut Clericum sacerdotem percussit ?*

PAller. *de effect. c. 26. n. 67.* Rode. & alii apud ipsos tenent . Prælates Regulares absolvere posse tuos subditos à Censura Canonis ob percussionem etiam enormem alterius Religiosi , sive proprii, sive alterius Ordinis , sive etiam Clericorum sæcularium : hæc motivalione , quia privilegia Prælatorum Regularium absolvendi ab hujusmodi censura , *de qua à nn. 3379. ad 3392.* maxime privil. Bonif. IX. Ordini Prædicatorum, hæc dant facultatem absque limitatione .

3586 Dico tamen , Religiosum Clericum sæcularem percutientem non à proprio Superiore Regulari debere absolvi, sed ab Episcopo , ex *cap. Religiosi in 6.* sub eodem titulo, vel à Sede Apostolica , ut ly *in Curia*, vel à Superiore Regulari de licentia Episcopi loci.

3587 Religiosus vero percutiens Religiosum a tertius Ordinis , debet ab ambobus eorum Prælat s absolvi, ex eadem Decretali, his verbis : *Si vero claustralis aliquis in Religiosum*

personam alterius claustri manus injecerit violentas , per Abbatem proprium , & ejus , qui passus est injuriam , absolvatur . Quam decretalem Cabas. *n. 5.* & Engel. *num. 112.* ex Molina apud Matthæucci *cit. n. 48.* explicant, ut absolutio, & exercitio pœnæ fiat per Superiorem percussoris , tanquam per Judicem Ordinarium , cum præsentia , & consensu Superioris offensi , tanquam actoris super injuria sui Religiosi , nisi Superior offensi integrum negotium Superiori percussoris committerit , aut injuriam remittat .

Quod si Religiosi illi ad invicem, & mutuo se percusserint, poterit quilibet Superior suum subditum absolvere ; quia injuria compensatur , Alarius *pag. 626. n. 9.*

QUÆRES II.

3588 *An Regulares possint absolvere sæculares & exteros à percussione levi Clerici ?*

POle, tenent Diana *part. 9. tr. 4. ref. 53.* Bonacina , Verricelli *tract. 8. quæst. 15.* cum aliis apud ipsos ; quia licet Regulares non possint absolvere sæculares à casibus ipsis specialiter reservatis , à casibus tamen , quos ipsis in propriis respective diœcesibus sibi reservant ; absolvere possunt à casibus ex jure communi reservatis Episcopis , seu à quibus ex jure communi conceditur Episcopis facultas absolvendi ; talis est percussio levis, quæ proinde hodie (ait Verricelli *cit. n. 15.*) non est excommunicatio Papalis , sed Episcopalis , Episcopis competens , non ex jure speciali, sed ex jure communi, & ordinario, ex *cap. Perveniit , ut in n. 3578. n. n. 3429.*

3589 Nec obstare dicunt Decr. Clem. VIII. de anno 1602. relatum *num. 3472.* ubi prohibetur cuilibet Confessario tam sæculari , quam Regulari , sub prætextu privilegiorum absolutio *Injectionum violentæ manus in Clericos* , juxta Canonem : *Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. ad juris dispositionem* : quia tales reservationes est facta juris dispositionem ; jus autem commune , *c. Perveniit* , percussionem levem commissi Episcopo : adeoque restringit Canonem : *Si quis suadente* , ubi habetur reservatio Papalis , ad percussionem mediocrem , vel enormem ; ac proinde Confessarios Regulares intra Italiam , & extra Urbem , solum à mediocri , vel enormi, non posse sæculares absolvere : quia hæc sola in reservatione Clem. VIII. comprehenditur, maxime percussio levis .

3590 Dico tamen, Regulares non posse intra Italiam, & extra Urbem, Clericos absolvere à percussione levi, nisi ab Episcopo facultatem obtineant absolvendi casus ipsi reservatos, Miranda *in man. Prælatorum, tom. 2. Examen. Ecclesiast.*

are n. Leone *de consens.* apud Diana *cit.* & alii. Ratio est , quia Decretum Clem. VIII. absolute reservat percussionem violentam , non distinguendo de occulta , aut publica , nec de levi , aut mediocri , vel enorme : & ubi lex non distinguit , nec nos distinguere debemus . Nec Canon : *Si quis suadente* , distinguit de levi &c. ut patet *in n.* 3557.

3591 Neque verba Decreti reservantis , *ad juris dispositum* , favent Confessariis Regularibus, quia jus *c. pervenit* (ad quod verba referuntur) absolutionem à percussione levi concedit Episcopis, minime Confessariis Regularibus, aut sæcularibus ; & pariter Decretum Clem. VIII. per dicta verba eandem facultatem confirmat Episcopis , sed expresse prohibet eundem Confessariis tam sæcularibus , quam Regularibus ; intra Italiam , & extra Urbem . Et ex hoc fit, quod non possint à percussione levi exteros , & sæculares absolvere .

3592 Qui tamen poterunt à percussione levi sæculares , & exteros absolvere, si facultatem supra casus Episcopo reservatos ab ipso Episcopo obtineant , quam facultatem Episcopus posse ipse delegare , non est dubium, quia est potestas ordinaria : & tunc Confessarii sæculares, aut Regulares, à percussione levi absolvunt, intrinseca virtute privilegiorum, sed ex delegatione, & commissione Episcopi .

De privilegio Canonis , sive agunt Privitera *tom. 2. pag. 22. ad 34.* Peyr. *tom. 2. p. mihi* 381. Matthæucci *tr. 1. à pag* 321. Clericatus *c. 27.*

CASUS 8. RESERVATI

Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepisc. Panormitano .

3593 1. RApientes virginum , prolem suffocantes, & nefandum fœdamque sceleris , non modo exercentes , sed etiam fieri committentes .

2. Paganis viris, vel mulieribus, aut bestiis abutentes .

3. Qui Sanctimoniales , vel alias mulieres intra Monasterium commorantes , turpiter alloquuntur , iisdemque per se vel alios scribunt , vel turpiter quid intendunt , aut tractant .

4. Sortilegium operantes, & magicas artes, veneficia, superstitiones que exercentes, & quolibet Sacramento, vel sacramentali, aut re sacra ad id abutentes .

5. Literarum, ac signi Archiepiscopalis , & ejus Curiæ falsarii, & qui litteras , & scripturas Archivii, vel furto abripiunt, vel quovis modo mutilant , aut deturpant , ut

ntegre legi nequeant : v. num. 3544. num. 5.

6 Notarii, qui legata ad pias causas facta non denuncient.

7 Clerici ad quoslibet Ordines per saltum, vel furtive promoti : vide infra de Irregul. tom. 3. n. 37. & 39.

8 Bonorum Ecclesiasticorum invasores.

EXPLICATIO.

3594 *Reliqui suffocantes*, dicuntur perfectæ vitæ, quæ in bello, periculum adventantes, & non curantes, proximi opprimunt; vel quæ proximi ex adulterio, v. g. natum, ut occultent, suffocant.

3595 Non sufficit ad reservationem, si raptus sit viduæ, aut defloratæ. Conditiones raptus v. n 2158 pro sodomia : v. à nu. 2145. ad 2178.

3596 Nomine *Pagani*, non veniunt hæretici, sed non baptizati, & Turcæ, &c.

3597 Qui semel sortilegium commiserit, incidit in reservationem; quia vere dicitur sortilegium operans. Non sic semel, aut rarum magicas artes, veneficia, & sugestiones operans, quia reservatio hic requirit exercitium, dum autem, vel tres actus non faciunt exercitium; nam exercitium dicit frequentiam. Tamb. tom. 2. pag. 46. n. 1.

3598 In 6. casu non comprehenditur legatum factum ad satisfactionem rei ablatæ, aut furti, ut peccant mortaliter in hac Diœcesi Notarii illud non denunciantes, ex præcepto Synod. Pannon. de anno 1679. num. 243. ubi fit distinctio inter legata ad pias causas, & legata ad satisfaciendum rei ablatæ aut furti, & ideo pro utrisque est peccatum, sed pro prioribus reservatur.

3599 Pro 8. casu invasio propriè est bonorum stabilium; nam mobilium, dicitur furtum, ut inv. 3554. n. 7. ubi de, quæ sint bona Ecclesiastica.

3600 In Diœcesibus, ubi in peccato carnis cum Confessario reservatur peccatum complicis, nomine *peccati carnis*, venit, non solum culpa consummata [n si exprimatur] sed quodlibet peccatum mortale externum carnis nempe tactus impudici, &c. Item nomine *complicis*, venit persona illa, quæ cum Confessario peccavit : hæc quidem non potest ab eodem valide absolvi; bene vero ab alio Confessario, quia respectu ejusdem Confessarii, peccatum complicis est in tali Diœcesi reservatum, minime respectu alterius Confessarii; nam respectu alterius Confessarii persona illa non dicitur complex in peccato carnis v. tom. 2. pag. 601. n. 608.

CASUS RESERVATI

In Ordine Minorum Regularis Observantiæ S. P. Francisci.

Ministris Generalibus, & Provincialibus.

Pro Observantibus sunt 19.

3601 1. NOmen Dei, aut Domini Nostri Jesu Christi, aut Deiparæ Virginis Mariæ blasphemantes.

2. Ribus sacris abutentes.

3. Quidquam in Religionis detrimentum, extra Religionem patefacientes.

4. Discordias Patrum, vel depositiones Prælatorum manifestantes.

5. Calumniam in judicio cuiquam imponentes, vel ad id faciendum inducentes.

6. Falso, ac scienter, quempiam accusantes, & accusantes revelantes.

7. Falsum testimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut aliquo quomodolibet intimantes.

8. Jurati veritatem negantes, & falsum affirmantes.

9. Ter debite moniti obedire renuentes.

10. Contumaciam carnis peccatum quodcunque admittentes.

11. Damnis contra Regulam accipientes, tenentes, vel alterantes.

12. Res sacræ vel notabilis furtum perpetrantes.

13. Religionis bona extra Ordinem donantes.

14. Fratribus, vel sæcularibus vendentes, aut quovis alio modo alienantes.

15. Generalis, vel Provincialis, aut eorum Secretariorum literas tum missas, tum accipiendas, impedientes, frangentes, falsificantes, & quomodolibet intercipientes.

16. Sigilum Ordinis, vel eu olvis alterius Prælati, aut personæ notabilis, falsificantes.

17. Libellum famosum facientes, fieri procurantes, inducentes, consulentes, projicientes, vel publicantes.

18. Graviter quempiam percutientes, aut contra Prælatum machinantes.

19. Carnes, cum Ecclesiæ præcepto, vel Regulæ veritum fuerit, comedentes. nisi fuerit pro illam facultatem ob necessitatem à Superiore antea impetraverint.

PRO REFORMATIS 13.

3602 1. VEnefici, incantatiosi, e sortilegi.

2. Di subbidienza contumace, quando fatta la terza monizione per un giorno naturale, il suddetto persevera nulla disubbidienza.

3. Percussione grave d'un altro Religioso Chierico secolare.

4. Manifestazione di cose, che infamino la Religione, o Frate particolare.

5. Peccato di carne volontario compito.

6. Proprietà di peccato mortale.

7. Furto di cose notabili, o replicato.

8. Falsa accusa con infamia dell'accusato, o dar memoriale falso in qualche Tribunale.

9. Falso testimonio in giudicio.

10. Falsificazione di marco, o suggello de' Superiori, o di persona notabile, o del Convento.

11. Maliziosa impedimento, o ritardazione, ed apertura di lettere de' Superiori a' sudditi, e de' sudditi a' Superiori.

12. Far l'belli famosi, consigliare, e indurre, che si facciano, quando si giunge a segno, che siano esposti, battuti, o in qualsivoglia modo pubblicati.

13. Procurare, ajutare, consigliare aborto animato, ancorchè non sia seguito l'effetto.

Vide dicta supra Decr. Clemen. VIII. 2. n. 2302.

Super quo dubitatum fuit,

An in Decreto Clem. Papæ VIII. de anno 1303. 16. Maji super qualitate casuum ab eodem Regularium Superiori bus reservandorum edito, censuræ etiam comprehendentur; in re ipsi dem Superioribus absque Capituli Generalis, aut Provincialis consensu, aliquibus peccatis in Decreto hujusmodi non contentis, excommunicationem annectere, ejusdemque absolutionem sibi reservare liceat?

S. Cong. Card. negotiis Regularium præpositi, Illustrissimo Bardino referente, censuras in supradicto Decreto comprehendi censuit. Romæ 7. Julii 1617.

CONFESSARII SCIENTIA.

3603 CONfessarius ut valide absolvat, requiritur, & sufficit, quod cognoscat peccata saltem substantialia confitentis, & illius formam, Busem. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 4. n. 3. quia sic habet partes essentiales Sacramenti.

3604 Ut autem licite absolvat, ejus scientia debet esse tanta, ut sciat discernere, an peccata, quæ communiter patrantur, sint mortalia, vel venialia, unum, aut plura, ut cum fas est magnates specierum peccatis communiter occurrentibus; nam de aliis etiam dubiosis sæpe dubitant, Leander hic d. sp. 11. casuist. sed quirum multis quæst. 169. sat. non requisiti, quod Confessarius de omnibus, quæ audit à pœnitente, judicet, an sint peccata gravia, vel levia : imo neque, an sint, vel non sint peccata; sed de communibus : reliqua vero audiat, & intelligat, ac posita absolvat, cum debita intentione : quia si non teneatur omnia peccata cognoscere, minime tenebitur determinatum judicium de omnibus ferre.

3605 Item scire debet spectantia ad restitutionem, requisita in pœnitente, ut sit recta dispositus, & remedia peccatis opportuna, insuper casus reservatos, censuras, & irregularitates.

3606 *Confessarii Regulares*, ex suis privilegiis, extra Italiam, & intra Urbem absolvere possunt toties quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus Pontificis, exceptis casibus 20. reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & casibus reservatis Episcopis pro singulis respective Diœcesibus. Idem vero intra Italiam, & extra Urbem, absolvere pariter possunt toties quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus Episcopis reservatis, casibus 20. reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & insuper aliis sex casibus Pontificiis, qui post præfatos 20. referuntur. Unde Confessarii Regulares solum habitum, & talarum in propria Religione reservatorum, debent memoriam tenere. Insuper absolvere non possunt nominatim excommunicatos per sententiam ab homine, nisi virtute Bullæ Cruciatæ, & satisfacta parte : vid. in pag. 2. propos. 20. ab Alexand. VII. damn.

3607 *Confessarii autem seculares*, ultra præmissa debent quamplurimum aliarum sententiarum reservatarum memoriam tenere; quapropter omnium catalogum pro Confessariorum commodo apposui.

3608 In casibus difficilioribus, sufficit quod sciat dubitare; & tunc, si sit periculum erroris, v. g. circa impedimenta matrimonii, restitutionem, censuram, reservata, &c. debet absolutionem differre, usquequo libros consulat, aut doctiores.

3609 Sacerdos notabiliter in scientia deficiens, mortaliter peccat, si ad audiendas Confessiones se exponat. Major autem, aut minor scientia requiritur, & sufficit, juxta locorum, & pœnitentium diversitatem, juxta illud Haiæ 24. *Erit sicut populus, sic Sacerdos.* Sæpe pœnitentes docti possunt Confessario juvare : vide numer. 278. 2684. 3233. & 3312.

CONFESSARII PRUDENTIA.

3610 HAbita prudentia Confessarius utetur, & accurate sui, & Sacramenti conditionem attendat. Et hoc Sacramentum *secunda tabula post naufragium* : adeoque Tribunal

peccatorum participes, & unus alterum ad infernа trahet; quia raro eorum ignorantia est invincibilis, & raro id evenit sine damno communi, & sine scandalo subditorum putantium Confessarium licere.

3621 *Confessarius* (ait Gobat *tom. 3. de vota n. 373.*) *tenetur ex charitate sequi opiniones probabiles, quando sectando severiores cogeret pœnitentem in periculum peccati formalis.*

3622 Parochus, si ex Confessione pœnitentis dignoscat impedimentum dirimens, & matrimonium sit contractum, gerere se debet *ut in n. 3618. & 3619.*

Si non sit contractum, debet illum monere, & si opus fuerit, terrere, ne contrahat: at si perfectat in contrahendo, non potest illum à matrimonio repellere, sicut nec potest ab Eucharistia. Imo nec potest illum post Confessionem monere, absque eo, quod prius ab illo licentiam petat, & obtineat. Aut. à Spir. Sanct. *de Sacram. Pœnitent. tr. c. dis. 1 sect. 5. num. 1357.* cum Bonac. idque ratione sigilli Sacramentalis, *ex n. 3206. & 3222.*

3623 Si ipse solus impedimentum occultum sciat extra Confessionem, non potest ad Matrimonium procedere, sed tenetur illud Ordinario manifestare, Aut. à Spir. Sanct. *de Matr. tr. 11. disp. 4 sect. 14. nu. 212.* quia bonum Sacramenti prævalet juri particulari fecerit naturalis, *in sum. 2. pag. 506. à n. 68.*

QUÆRES I.

3624 *Petrus, qui bona fide contraxit cum impedimento dirimente, quod etiam in statu conjugii ignorat, fecit votum cum juramento de non reddenda debitum uxori: accedit pro Confessione ad Parochum pro tali voto violato. Parochus scit impedimentum dirimens, quomodo se gerere debeat?*

RESP. Si Parochus prudenter putet, quod ex manifestatione impedimenti nullus speretur profectus, sed potius damnum, non tenetur illud aperire, juxta *nu.* 3619. Quia pœnitens non petit, an habeat impedimentum [tunc enim unique teneretur positive respondere, *ut in nu.* 3618.] sed confitetur peccatum in faciendo votum de re alteri debita, aut de re ex conscientia erronea violata. Unde tunc se gerere debet, sicut cum eo qui operatur ex conscientia erronea, & inde dicere votum non tenere, imo à peccato in eo emittendo absolvere: nec tunc mentitur; quia stante conscientia erronea, sic vovendo peccavit, nec votum servare tenetur.

QUÆRES II.

3625 *Dum duo sponsi accedunt cum pompa & comitatu ad Ecclesiam ad matrimonium contrahendum, alter eorum recordatur impedimenti dirimentis. Quid iste agere debet, ut se retrahat sine infamia, & scandalo?*

RESP. Si impedimentum non afferat infamiam, aut scandalum, ut si sit affinitatis ex copula licita, &c. tunc debet ipse sponsus illud manifestare, & inde se retrahere, usquequo de remedio provideatur, vel penitus desistendo, vel dispensationem petendo.

3626 Si impedimentum afferat infamiam, aut scandalum, ut si sit affinitatis ex copula illicita, &c. tunc debet requirere Parochum pro Confessione occasione reconciliationis, & ei aperire impedimentum; Parochus autem potest sponsum monere, ut statim voveat castitatem, quo peracto, de licentia pœnitentis dicat, eos non posse contrahere; quia sponsus ille habet impedimentum voti, quo indiget dispensari; & nesciebat.

3627 Quod votum debet vere emitti, aliàs Parochus mendacium profereret, quod quamvis veniale, nulla ratione cohonestari potest, cum sit ab intrinseco malum. Potest autem emitti ad breve tempus, ut sic Sponsus, si nolit, aut non possit pro dispensatione impedimenti dirimentis, recurrere, possit; voti tempore elapso, cum alio contrahere.

PRUDENTIA CUM MONIALIBUS

3628 ESSE debet eximia. Sit Confessarius deputatus pro omnibus indifferens, donaria a particularibus haud recipiat, nunquam loquatur, nisi quæ ad confessionem, & salutarem animæ instructionem conducunt: non sit aspex, nec indiscretus in zelo: motum reformationem, minime totam, & simul, sed paulatim procuret, ne totum volens, totum perdat, & ovem amittat.

3629 Monere tenetur Monialem de conscientia erronea contra ipsam, etiam si sit super aliqua regulari observantia, quam erronee putat obligare sub mortali, quia si sunt vitanda peccata, quæ committuntur scienter, quanto magis, quæ ignorantes? Et cum sit sermo de mulieribus, valde juvat attendere doctrinam, & dictum D. Thomæ *in n. 151.*

3630 Quando autem conscientia erronea est super observantia Regulari, debet quidem manere, quod ejus omissio non sit mortalis, sed debet simul firmis motivis emire talem observantiam suadere, ita ut monitio sit ad peccatum mortale vitandum, minime ad observantiam omittendam.

Præ-

3631 Prompta habet remedia contra scrupulos, & valida motiva ad offendenda mund. mala, ac suavitatem Religionis, & jugi Christi, in comparatione ad jugum mundi.

3632 In occasione proxima naturæ considerationem offerre Dei, quatuor Novissimorum, maxime mortis, vitæ, ac pœnæ æternæ, atque etiam mortis politicis, famæ, honoris, cum reflexione ad honestatem natalium, & ad pœnam atque inquietudinem animi, & corporis, quia in similibus experitur.

[illegible] ruptiis Monialium [illegible] firma sint ejus resolutiones, & consilia, in mente habent, contrarietatem responsionum, & consiliorum scandalum potere Moribus.

[illegible] enique eorum ab opinionibus laxioribus [illegible] æquitati tamen se accommodet.

PRUDENTIA IN OCCASIONE PROXIMA.

3635 Occasio peccandi est duplex, remota, & proxima. *Occasio proxima* est illa, in qua homo positus, circumstantiis attentis exprimitur, quod sæpe, sæpius, & frequenter cadat in novum peccatum [illegible] *mota* est illa, quæ attentis circumstantiis est frequenter, licet sit rara, cum peccato conjuncta. Unde maxime sunt attendendæ circumstantiæ proximæ, loci, firmitatis doloris, &c. Ita sæpe eadem occasio carnis, seu conversatio mulieris, quæ juvenem est proxima, seni, aut juveni timorato, qui peccatum abhorret, est remota.

3636 *Occasio proxima* propriè dicit duo, videlicet occasionem extrinsecam, & periculum formale proximum peccandi, quæ duo separari possunt; nam potest esse occasio extrinseca sine periculo proximo, ut in sene, &c. & periculum proximum sine occasione extrinseca, in juvene confuetio ad se polluendum, ubi sine occasione extrinseca est periculum proximum peccandi, ortum ex habitu pravo interiori.

3637 *Periculum formale proximum* est illud, quod circumstantiis attentis, ita inclinat, & movet ad peccandum, ut in persona simili ordinariè soleat esse frequenter cum peccato conjunctum. Periculum vero materiale, seu remotum, est illud, quod non est hujusmodi. Periculum formale aliud est extrinsecum ortum ex occasione extrinseca, aliud interiorem ortum ex prava conditione ipsius hominis.

3638 Occasio proxima, licet sit frequenter in peccatis carnis, in quolibet tamen peccato mortali potest contingere.

3639 *Concubinarius est*, qui mulierem, cum qua frequenter peccare solet, domi retinet, vel extra pro se expositam.

3640 Qui est in occasione remota, potest absolvi, aliquin [in singulis Apost. 1. *ad Cor. 6.*] *deberemus omnes exire de mundo*; nam etiam in ipsa solitudine, & in actibus licitis, adest occasio remota peccandi: possunt tamen bene exerceri.

3641 Qui est in occasione proxima involuntaria, quatenus non est in sua potestate eam repellere, potest absolvi, dummodo concurrant quatuor *in numer.* 3652 exposita. Ratio est: quia occasio peccandi in se non est peccatum, nisi sit voluntaria; & qui in ea est, potius dicitur eam pati, quam in eam se committere. Talis occasio involuntaria contingere potest in filiis familiæ cum famula domini; inter fratres, sorores, filios, & filias familiæ, & similes conjunctes; qui non sunt sui juris, habitantes in eadem domo sub cura parentis, avi, patrui, &c. item in serva respectu domini. Confessarius servam adstringat, ut toris vitibus resistat, & non offendat reciprocantium amoris. Dominus tamen absolvi non potest, quia in eo casu est voluntaria, & libera: imo serva, si dominus non fœmendet, potest licite fugere, aut dominum compellere, ut eam alteri vendat. Cum istis tamen debet se gerere Confessarius, sicut cum recidivis, differendo aliquando absolutionem, & difficiliter se offendendo, quando absolvit.

3642 Qui est in occasione proxima voluntaria, [quam feliciter libere potest repellere, & non vult, absolvi non potest, etiam si mei, quia est indispositus ob defectum veri doloris, & propositi; immo est in continuo peccato mortali, juxta illud, *Qui amat periculum, peribit in illo*; quia occasio proxima voluntaria, & periculum formale proximum voluntarium, si absumatur, est peccatum ejusdem speciei cum actu, ad quem ordinatur; qui enim in illam, seu in illud libere se conjicit, habet judicium probabile prudens, quod peccabit, adeoque virtualiter vult peccatum. Unde licet, si tequatur actus principalis, v. gr. fornicatus, non sit opus circumstantiam periculi in confessione aperire, sed sufficiat actum principalem exprimere; si tamen non sequatur, opus est exprimere, se conjecisse in periculum gravium, seu occasionem proximam talis peccati. Eadem ratione omnes licet quærere de recta occasionem proximam peccandi pro aliquo bono spirituali; aut temporali: v. *prop.* 61. & 62. ab Innoc. XI. *damn.*

3643 Eum, qui est in occasione proxima voluntaria peccandi, seu concubinarium, posse semel, & iterum absolvi, antequam è domo concubinam ejiciat, dummodo firmiter proponat ejicere, tenent Leander *tr. 5. disp. 7. q. 35.* & quamplures apud illum; sicut qui restituere firmiter proponit, quam possidet, potest semel, & iterum absolvi.

3644 Dico tamen, eum, qui habet occasionem proximam, nempe extra propriam domum, posse semel, & iterum absolvi, dummodo firmiter proponat occasionem expellere, & in eam amplius se non committere. Monco tamen Confessarium, ut post opportunas monitiones, protestetur *se eum pro ea vice absolvere*; hoc namque medio interdum usus sum, & expertus sum fructum; pœnitens namque terretur, dum videt sibi denegationem absolutionis comminari.

3645 Ille vero, qui retinet occasionem proximam voluntariam, nempe mulierem in propria domo; nec semel debet absolvi, nisi prius illam ejiciat, Paludanus, D. Anton. Sylvester, & alii; *quia cum fœmina semper esse, & non cognoscere fœminam, nonne tutius est, quam mortuum suscitare?* ait Bernard. *ser. 65. in Cant.* Quam securitatem salutis potest præsumere homo, dum detinet ignem in sinu?

3646 Quod si cessaverit periculum formale & proximum de novo peccandi, tam corpore, quam mente, v. gr. propter senectutem, infirmitatem, cognitionem de novo certam, &c. aut quia propositum amplius non peccandi fuit ita intensum, & solidum, ut revera sit & mulier sint emendati, & simul habitent ut frater, & soror, idque diuturni temporis experientia constet; tunc vir nec tenetur mulierem è domo ejicere, nec ab absolutione impeditur, etiam si interdum, raro tamen peccaverint; dummodo non adsit scandalum vicinitæ, quatenus concubinatus fuit occultus; ve. si publicus, ex testimonio tamen Parochi, aut alia via constet de emendatione: & quod vivant ut frater, & soror. Leander *cit. qu. 40. 41. & 43.* cum aliis, quia tunc occasio de proxima facta est remota, & periculum de formali, & proximo, factum est materiale, & remotum, ut constat *ex n. 1625. & 1636.*

Nec opus præcise sumptus est occasio proxima, ad quam in omni loco esset occasio proxima. Cardenas *disc. 40. c. 4. art. 2. n. 83. c. 5. art. n. 78. c. 7. art 1. n. 126.*

3647 Hic facit exemplum, quod adducit Cardenas *dis. 40. cap. 2. num* 19 Sici duo homines, unus quorum ingrediatur domum, in qua consuevit peccare, cum proposito tepido, & remisso, quod non sit peccaturus; alter ex causa necessaria ingrediatur in similem occasionem, munitus tamen solido timore Dei, intensissimo proposito non peccandi, ac ferventi oratione, atque experientia, quod hic aliquando munitus, fuerit firmus in servando propositio; tunc primus se constituit in periculo formali, non hic secundus.

3648 Bertaldes *in direct. 9. p. decis. in fin. n. 3.* ait, *quod mulier habitans in domo, ubi peccat, si non vesciatur frequenter, sed rara, puta ter, aut quater in anno secundum Graffium, aut semel in mense secundum Cœlestinum in comp. T. 6. mor. absolvi possit, dummodo adsit scandalum; quia talis cohabitatio tam ad peccatum indigens, non est amplius occasio proxima, quantum posset sine ille ita cum alia muliere extra peccare, absque ea quod esset occasio proxima, aut impedimentum absolutionis.*

3649 Imo in regulis prudentiæ in confessione, 3. regula, inter quindam Calisii: *Quod ille, qui expertus est, quod non est in tali occasione peccandi vices repetitas, quin una vice cecidit, eam confere debeat occasionem proximam.* Ita fere ille.

3650 Cæterum hic casus emendationis, ex firmo proposito in occasione proxima mulieris in propria domo, est quidem possibilis, sed rarus, & singulares, ut inter cursos cervus albus; unicum remedium est vel matrimonium, si illud inire possunt, vel separatio, quoniam in materia carnis victoria non habetur, nisi per fugam. Unde nunquam Confessarius in occasione proxima voluntaria debet huic proposito quantumvis intenso fidere, & absolvere, si concubinarius potens concubinam è domo ejicere, in proposito sun non-it ejicere; quia ex regulariter contingentibus tale propositum non solet executioni mandari. Videri potest Cardenas *disc. 40. cap. 4. art. 2. & cap. 5. art. 2.*

3651 Ab occasione proxima extrinseca repellenda non excusat causa alia utilis, aut honesta: *ut constat ex n. 1606.* imo nulla alia causa est sufficiens, nisi sola impossibilitas physica, aut moralis; quia hæc reddit occasionem extrinsecam involuntariam. Impossibilitas physica est in iis, qui non sunt sui juris.

3652 Difficultas est in discernendo, quando adsit *impossibilitas moralis* propter quam recte discurrit Cardenas *cit.*

Ad impossibilitatem moralem constituendam requiritur causa necessaria, seu urgens, quæ superet vires fragilitatis humanæ; talis

censetur, si ex separatione sequatur valde gravi detrimentum in vita, fama, aut bonis: ita Doctores communiter: Bertaldus *de Peccatis ita regulis prudentiæ in Confessione*, 3. *regula*, præsertim Leander *hic tr. 5. disp. 9. 36. 38.* (qui tamen *n. 9. 39.* plus æquo se extendit circa gravitatem detrimenti,) quia tunc non dicitur velle occasionem proximam extrinsecam, sed pati, & permittere, ut damnum evitet.

3653 Ille autem, qui non potest repellere occasionem extrinsecam, tenetur vitare periculum formale peccandi per actus proprios, numirum. 1. Per verum, & firmum dolorem de præteritis. 2. Per intensum, & fidium propositum solus cum sola non aloquendi, imo totis viribus mulieris aspectum vitandi: insuper, quodsi ea, aut aliqua causa, occasio occurret, Dei gratia non peccabit. 3. Per verum propositum, & promissionem separationis, quando erit possibilis, cessante impossibilitate moralis. 4. Per fervidam orationem pro divino auxilio, & frequentia Sacramentorum, maxime confessionis cum eodem Confessario; à quo medio vitandi periculum formale per actus proprios nulla causa sufficit ad excusandum, etiamsi ei periculum vitæ; quia præfata media, nempe firma detestatio peccati, propositum constans, & imploratio divini auxilii, &c. sunt in potestate cujuslibet hominis, adeoque ad illa quilibet homo tenetur, etiam cum periculo vitæ; nam quilibet homo tenetur ad vitandum peccatum mortale, etiam cum periculo vitæ.

3654 Non sufficit propositum remissum, & tepidum, quia non est sufficiens ad vitandum, aut saltem extenuandum periculum formale peccandi, sed requiritur valde intensum, & constans.

3655 *Sit exemplum*. Puella post diuturnum tempus concubinatus, conscientiæ moribus mota accedit ad Confessarium, exponens impossibilitatem moralem excundi ex ea domo, seu necessitatem moralem in ea permanendi, quia alias, utpote omni spe humana destituta, aut fame periret, aut in majus malum, nempe in publicum meretricium caderet. Confessarius cognita impossibilitate morali occasionem extrinsecam repellendi, eam monuit, ut periculum formale vitaret, aut saltem extenuaret per actus proprios, & resistendo, uti supra. Respondit mulier posse elicere firmum & verum propositum resistendi libidini complicis, quatenus resistendo incurrit eandem impossibilitatem moralem, quoniam certo cognoscit, quod tunc è domo expellereiur, & ita eadem mala incurreret.

3656 In hoc casu Confessarius non potest hanc puellam absolvere, nisi è domo illa egrediatur; quia impossibilitas moralis excusat à repellenda occasione extrinseca, at non excusat à proposito firmo repellendi periculum formale per proprios actus, ob rationem allatam; adeoque in hoc casu impossibilitas moralis dicti propositi est vincenda per repulsionem occasionis extrinsecæ.

3657 Illa igitur puella non potest absolvi, nec deobligari à repellenda occasione extrinseca, quia non habet emcax & constans propositum vincendi periculum formale per proprios actus, & resistendi constanter, non obstante, quod sit à domo expellenda: ita fere discurrit Cardenas *dit.* Quistandem ad paritatem de concubinario, qui ob impossibilitatem moralem excusatur ab expellenda muliere, *in cap. 7. art. 2. num. 148.* respondens, ait: *Diversa itaque est ratio in concubinario, qui urgentissima necessitate coactus retinet fœminam: iste enim potest per propositum efficax, & imprecationem divini auxilii, extenuare periculum peccandi; hæc autem fœmina non potest illud extenuare per propositum, & alia media, nisi expellenda sit a domo, ut supponit hypothesis.*

3658 Casus contingere potest, ut occasio proxima sit voluntaria viro, sed involuntaria mulieri. Voluntaria viro, in quantum ipse libere petit, & quærit. Involuntaria mulieri, in quantum ob sui pulchritudinem experta est, quod eadem in aliis domibus eandem occasionem est passa, nec aliunde modum vivendi sine eodem periculo habet, & aliunde ipse non quærit virum, sed passive se habet, & patitur. Et consequenter, quod ipsa possit absolvi, quatuor præmissis conditionibus. Vide *in pag. 3. prop. 41.* ab Alex. VII. *dam.* & *in p. 6. prop. 62.* ab Innoc. XI. *dam.*

CIRCA OCCASIONEM PROXIMAM, QUAM QUIS PATITUR.

3659 PLuta congeri Sieri in suo opusculo de Sacram. Pœnit. in editione de anno 1698. ut sequitur:

„ *Quamvis quis fuerit in occasione proxima peccandi mortaliter, est tamen dispositus, si eam nolit, sed patiatur, dummodo adhibeat alia remedia necessaria ad vitandos relapsus.*

„ HAnc propositionem concedit communis sensus Theologorum. Et ratio est; „ quia in tantum qui voluntarie versatur in „ occasione proxima, quam potens tollere „ non vult tollere, non est dispositus ad absolutionem Sacramentalem, quia habet „ actualem voluntatem peccandi, adeoque „ caret proposito sufficienti. Quod autem „ habeat voluntatem actualem peccandi, patet;

„ tet; tum quia vult causam, ex qua sequi„ tur peccatum, unde censetur, velle peccatum; tum etiam qui non vult adimplere „ id, ad quod tenetur sub peccato; tenetur „ autem sub peccato ad removendam occa„ sionem proximam peccati. At hæc non „ militant in eo, qui patitur occasionem „ proximam peccandi, quia non vult causam peccati, adeoque non censetur velle „ peccatum; nec voluntatie omittit adimple„ re id, ad quod tenetur, quia non tenetur „ ad id, quod moraliter non potest præstare. Doctrinam hujus rationis brevibus complexus est S. Basilius *in constit. Monaster. c. 4. fol.* 489. ubi dicit, in hujusmodi casibus hominem non amare periculum, sed „ illud invitum subire. Videatur etiam D. „ Thom. 2. 2. *qu.* 10. *art. 7. in corpore*. Et „ hac ratione apparet, causam excusantem „ ad non removendam occasionem proximam „ peccandi, talem debere esse, ut reddat im„ motionem moraliter impossibilem, adeoque „ non sufficere ad non fugiendam occasio„ nem proximam peccandi causam aliquam „ utilem, aut honestam: quod adeo verum „ est, ut oppolita sententia damnata fuerit „ ab Innoc. XI. Et quidem merito, quia „ charitas propria dictat, quod nulla utilitas ht præferenda periculo proximo peccandi. Nec ulla ratio honestatis potest co„ honestare perseverantiam in periculo pro„ximo peccandi, adeo ut magnum bonum „ non solum temporale, sed nec etiam spi„rituale possit reddere licitum, quærere di„ recte occasionem proximam peccandi, ut „ idem Pontifex declaravit, damnans oppo„ sitam sententiam. Adde, nec sufficere quam„ cunque necessitatem permanendi in occa„ sione proxima peccandi, ad hoc ut aliquis „ non teneatur illam removere. Est ergo „ requisita talis necessitas, ut reddat mora„ liter impossibile tollere occasionem proxi„ mam: Hæc autem necessitas esset gravis „ infamiæ, magnum damnum, atque incom„ modum gravissimum sive in corporalibus, „ sive in spiritualibus; hæc enim, mala in„ gerunt moralem impossibilitatem.

„ Ex dictis sequitur primo, posse absolvi „ Ch urgum, quando sine suo gravi detri„ mento, vel infamia, non potest omittere „ exercitium suæ artis, quamvis in medendis fœminis experiatur voluntarius pollu„ tiones, dummodo adhibeat alia remedia „ quæ videt posse necessaria ad evitanda „ peccata. Item judicium sero de viris fun„ dentibus christeres mulieribus, Sanch. *l. 9. de matr. disp.* 45. & alii.

„ Sequitur secundo, Confessarium etiam „ non Parochum, esse dispositum ad absolu„ tionem Sacramentalem, etiam si nolit re„ cedere ab officio audiendi Confessiones, „ quamvis in tali exercitio experiatur fre„ quentes delectationes morosas, aut volun„ tarias pollutiones, si abstinendo à confes„ sionali patraret gravem infamiam, aut no„ tabile detrimentum, & damnum in bonis „ fortunæ, adhibeatque alia congruentia re„ media, Toletus, Castrop & alii.

„ Infertur tertio, cum Na arro *in summa c. 3. nu.* 21. de Lugo, *disp. 14. de pœnit. nu.* 152. Suario *de pœ disp. 32. sect.* „ Regnaldo *tom. 1. lib. 8. n.* 19. Graffio *p. 1. dec. c. 28. n.* 23. Coriolano *de casibus reservatis fol.* 76. Lopez *p. 1. instruct. c.* 22. & aliis communiter, filiumfamilias non „ teneri domum Patris deserere, quando in „ ea esset talis occasio peccandi, quam ipse „ tollere non potest, quia in hoc non est „ sui juris; dummodo vere pœniteat, & alia „ qua adhiberi emendatio, seratque propositum adhibendi alia media.

„ Infertur quarto, Adolescentem sæpius „ peccantem cum filia domini, vel alia fa„ mula, si nequeat sine notabili damno ne„ cessario removere, esse dispositum, quamvis in occasione præmaneat, quia illam „ non vult, sed eam subit invitus, Tanc redi *tr. de Sacr. pœn. disp. 3. q. 14.*

„ Infertur quinto, Mercatores, Scribas, „ atque alionum officiorum personas, non „ teneri deserere officia propria, quamvis in „ illis exercendis experiantur proximas occa„ siones peccandi, si dicta officia nequeant „ deseri sine notabili damno, peta, quia „ non haberent aliunde, ex quo viverent. Castropal. *tract. 2. disp. 2. punct. 6. 8.* Navar. Graffius, & alii communiter.

„ Infertur sexto, cum Thoma Hurtado *tom. 1. tr. 1. c. 7. res. 5.* extante plures alios, Citharœdos, Magistros scholarum, & si„ miles absolvi posse, quamvis nolint sua „ ministeria omittere, & quamvis in illis „ experiantur occasiones proximas peccandi, „ si ad ea exercenda compellat urgens ne„ cessitas. Spectat autem ad prudentem Con„ fessarium bene attendere in casu particula„ ri, an vere lubricanda ellent gravia illa da„ mna, & incommoda, si pœnitens hujus„ mod. occasionem tollat: sæpe enim non „ est prudens in pœnitente timor dicti mali „ subrundi; qui ea nimis facilis falli, dum „ credere dulce est.

„ Infertur septimo, cum communi, Adole„ scentem non teneri, vel supra tabulam cuba„ re,

te, ne dormiat in lecto cum sorore, quamvis expertus sit pluries peccalle; est enim gravissimum incommodum, supra tabulam, vel humi dormire; tenetur tamen alia media proportionata præstare: & ex eadem ratione optime dicit Taner. *tr. de Sacram. pœnit. disp. 2. q. 14.* posse absolvi adolescentem, qui cum alio adolescente in lecto solet habere tactus impudicos, etiam si non proponat deserere lectum, si deberet humi cubare, & alia media præster.

Inferur octavo: elle absolvendam Concubinam, vel Concubinarium, si nolint à cohabitatione lepatari, ob metum cadentem in constantem virum, ob metum inquam mortis, mutilationis, amissionis notabilis fame, honoris: est enim necessitas urgens, quæ cog t, Thom. Hurtadus, & ex ipso Leander *tr. 5. de pœn. disp. 7 q. 74.* Aubere tamen debet alia remedia efficacia, quæ absque isto gravi incommodo adhibere potest.

Infertur nono: posse absolvi, qui non statim ejicit feminam, cum qua solitus fuit peccare, si gravissimum damnum in re familiari, ac pecunia deberet pati, Ovedeus *tom. 2. tr. 6 contr. 3. n* 183. dummodo cohabitatio sit ad breve tempus, ut notat Castrop. *tr. 2 disp. 2 punct. 9. §. 3.*

Infertur decimo: elle dispositum ad absolutionem Sacramentalem illum, qui cum consanguinea, vel alia femina habitante in diversa domo, habet frequentes tactus inhonestos, quamvis nolit abstinere ab ingressu illius domi ob gravem infamiam, quam lobiret, si ingrederetur. Navar. *in sum in cap. 3.* dummodo tamen adhibeat alia remedia.

An autem, si postquam adhibita sunt alia remedia, & pœnitens sæpius absolutus in eadem relapsus sit peccata sine ulla emendatione, possit absolvi, quamvis nolit omittere illam occasionem, est gravissima dubitatio, atque ex tota pendet ab illa quæstione, an in tali casu teneatur pœnitens subire illud grave damnum, ut tollat occasionem proximam. Non teneri ad hoc, adeoque posse in prædicto casu absolvi, docet cum Vivaldo, & aliis, Cardinalis Delugo *de pœnit. disp. 14 n. 156.* Ratio his Doctoribus est, qu alli prima vice non tenebatur, nequidem deinde tenetur; nam cum occasio proxima non sit peccatum, sed dispositio ad peccatum, potest cohonestari ex illo gravissimo damno, quod ex remotione occasionis subire deberet; & ut approbans hanc sententiam, ait Gobat. *in gramm. tr. 5. c. 32. in tali casu ille, qui occasionem proximam patitur non vult, sed permittit peccatum, se exponendo periculo cum propolito resistendi, quoad poterit.* Quod adeo firmum est Cardinali Delugo, approbantibus Dicastillo, & Gobat, ut dixerit, Petrum constitutum in periculo proximo peccandi, quod averrere nequit, nisi incurrat extremum pauperiatem, & calamitatem, si haberet revelationem, quod sit tentationi succubiturus, non teneri illam occasionem removere, adeoque posse absolvi, si animum habeat utendi omnibus aliis mediis, quæ Confessarius prudens injungel. At oppositum docet Suarez *de pœn. disp. 32. sect. 2.* cui assentior; quia si adhibitis omnibus aliis mediis, perseverans in illa occasione proxima, non expectatur ullam emendationem, videtur, quod remotio, ratis occationis sit unicum medium ad vitanda peccata, adeoque adsit obligatio tollendi tale periculum, nec ab hac obligatione eximitur ratione damni, quod passurus erit, juxta illud: *Si oculus tuus, vel pes tuus scandalizat te, erue eum*: & quidem debet homo, juxta Christi Domini præceptum, amittere potius omnia bona mortalia, ne animæ suæ detrimentum patiatur. A sententia dubium tamen destituunt Tannerus *tom. 4 disp. 6. n* 112. Lopez *in Instructorio cap. 8.* Cyeti. & Corradus, qui omnes docent, etiamsi nulla alia media fuerint multiplicer adhibita, adhuc non obstante quocunque damno teneri hominem deserere occasionem proximam. Ad argumentum pro oppolita sententia respondetur: Non teneri hominem, ante adhibita alia media, subire illud grave damnum ex remot one occasionis; quia hæc remotio non apparet unice necessaria ad evitanda peccata; apparet tamen unice necessaria, si postquam adhibita sunt alia media, hæc videntur insufficientia ad impediendos relapsus. Unde non est mirum, si antequam adhibita fuerint alia media, homo sit dispositus ad Sacramentalem absolutionem, non vero post adhibita inutiliter alia media: nam in primo casu, cum remotio occasionis non fuerit unicum medium, non tenebatur homo ad illud fuit piendum cum notabili incommodo: in secundo casu, cum censeatur unicum medium, tenetur ad illud etiam cum notabili incommodo; adeoque, si illud adhibere renuat, non est dispositus ad Sacramentalem absolutionem.

Ubi obiter moneo Confessarios, ut omnino curent, quod illi, quorum confessiones dirigunt, vivant caute in usu opinionum etiam probabiliorum; potest enim accidere casus, quod aliqua opinio considerata præcisa à circumstantiis, apparet tuta, & tamen hic, & nunc non sit tuta in praxi, vel ex eo, quod in praxi sit tractiva alicujus inconvenientis, adeoque illa eadem virtus, quæ prohibet illud inconveniens, prohibet etiam hic & nunc usum illius opinionis. Vel potest accidere, quod usus alicujus opinionis in praxi impediet aliquod medium unicum ad obtinendam aliquam virtutis, ad quam tenemur ex præcepto; illa quidem virtus obligat, ne deducatur in praxim illa sententia. Vel potest accidere casus, quod usus alicujus opinionis sit cum periculo ruinæ animæ: hujusmodi, lentes rarum usum, & reverentia erga Deum, & amor propriæ salutis æternæ impediunt, v. gr. qui probabiliter credit, se committurum peccatum, si tali, vel tali occasioni se exponat, nequit se illi occasioni committere, licet etiam probabiliter judicet, nullum patrandum peccatum; nam hoc secundum judicium potest esse falsum, ac propterea, qui se ducereiur, traheretur ad periculum ruinæ, ut merito ac recte discerunt communiter scholastici contra paucilos.

Hæc Sieri.

3660 In recensitis tamen corollariis est (maxime quoad praxim) attendendum, si sit vera impossibilitas moralis, & non figuretur. Et ubi est vera, si vere præmissa quatuor remedia adhibeantur, & non pallientur; quod contingere potest in pluribus: Sit exemplum in corollario decimo, ubi non video practicam impossibilitatem moralem; quæ inquam moralis impossibilitas remota ad absistendum ab ingressu diversæ domus, ubi est mulier, cum qua frequentes tactus inhonestos est expertus? Sæpe quis occupationis supervenientis causa, solet diu desistere ab accessu domus mulieris quam frequentare solebat, absque ulla impossibilitate morali, & absque eo quod inde gravis infamia oriatur: hoc igitur idem, quod practicatur necessitate, cur non potest practicari virtute?

3661 Insuper Cardenas *disput. 4. n. 17.* refle ait, cadere sub damnatione Innoc. XI. *in prop. 62.* opinionem, [quam non pauci docent, nempe *licitum esse non fugere occasionem proximam cum jactura divitiarum, seu bonorum fortunæ.* Non enim limitat ad urgentem necessitatem moralem combinatu, neque ad impossibilitatem moralem. Quare illa causa, quam afferunt, ut concubinarius non teneatur expellere occasionem proximam, manet intra terminum solius utilitatis, atque in terminis comprehensis sub damnatione.)

3662 In quolibet ergo casu occasionis proximæ, quam quis patitur, non est danda patienti absolutio, nisi impossibilitas moralis sit vera, & quatuor remedia vere & bona adhibeantur, *ut dicta à n. 3652. ad 3657.* Et accurate est attendendum, ne hat palliatio, & fatim obrepat. Et favet monitum ipsius P. Sieri in fine. Dicta occasione proxima, non licet ea uti ad Act. 2. Spir. S. ce Sac. Pœnit. *tr. 5. dis 5. à n. 177. ad 183.*

QUÆRES I.

3663 Sacerdos, qui est in occasione proxima, nec tenetur retinere suam concubinam, potest indultus vestibus in Sacristia confiteri, & promittere Confessario, se ejecturum concubinam, An Confessarius debeat illum absolvere?

Resp. Nec debere, nec posse, maxime si facta interrogatione, negaret idem absque ullius premissione. & non servatæ promissum. Ratio est; quia ex una parte exigendo absolutionem, impedit pœnitens nullitatis Sacramenti, & sacrilegii ob periculum ind spositionis Sacerdotis, quæ quidem liabilibus rebus dantis rationabiliter præsumitur. Ex alia parte non facit injuriam Sacerdoti; quia potest ille providere per veram contritionem: *v. tom. 3. n. 642. à num. 279.*

QUÆRES II.

3664 An Confessarius possit permittere pœnitenti, qui concubinam dimisit, ut ad ejus domum accedat ad visendos filios, quos ex ipsa genuit?

Affirmat Sanctus *in selectis disp. 19. num. 9.* si non sit periculum reincidentiæ, nec scandalum, in quantum constet de emendatione.

Sed rectius Clericatus *cap. 122. num. 33.* cum Diana docet, non debere accessum permittere sine necessitate, & tunc non nisi cum probis sociis, *v. n. 3646.*

PRUDENTIA CUM RECIDIVIS.

3665 Recidivitas, seu consuetudo peccandi, proprie distinguitur ab occasione proxima; quia occasio proxima, *ex num. 1044.* ultra periculum formale peccandi dicit occasionem extrinsecam; consuetudo vero est frequens remeidentia in idem peccatum, sine emendationis apparentia, orta ex intrinseca fragilitate; hinc consuetudinarius, & recidivus dicitur juvenis, qui frequenter se pollui, nullam emendationem offendens: hic quidem non tenetur ad occasionem repellendam, quia occasio est ipsa fragilitas carnis juveni intrinseca, & involuntaria; tenetur ad periculum formale vitandum, aut saltem extenuandum per actus proprios supernaturales.

No-

3666 Nomine autem consuetudinarii, & recidivi, quoad prudentiam Confessarii, veniunt enormiter illi, qui sunt in occasione proxima extrinseca involuntaria, ob impossibilitatem physicam aut moralem eam regellendi, Bertaldus *in Reg. prud. cis. & Tomb. tom. 2. in moth. Conf. l. 3. c. 3. §. 4.*

3667 Item, *aliud est* [ait Cardenas] *negare confuetudinario absolutionem, donec auferat confuetudinem: & aliud per unam, vel alteram hebdomadam absolutionem differre, ut vim sibi inferat contra confuetudinem.* His praemissis,

3668 Dico 1. Confessarius, si vel ex praevijs monitionibus, vel ex propria remorsu videt in confuetudinario aliquam emendationem, quatenus non cum tanta frequentia, sed rarius cadit, debet illum absolvere, Tomb. & Bertoldus cit. quia tunc poenitens est dispositus, & sicute aliqua emendatione, habet jus ad absolutionem; & denegatio, aut dilatio absolutionis, posset eum deiperare, ut caderet in pejus. Hinc

3669 Dico 2. Confessarius desperans de emendatione confuetudinarii, si prudenter discernit cum non habere verum propositum non peccandi, *sed* remissum, aut ore tenus; debet absolutionem denegare, aut differre, donec reperiat eum dispositum cum firmo proposito non peccandi. Si vero in eo discernat verum propositum non peccandi, potest libere eum absolvere, sed etiam potest absolutionem differre, Cardenas *ubi sup.*

Assertio tres habet partes. Ratio primae, quia tunc poenitens non est dispositus, cum ei deficiat verum propositum.

3670 Ratio 2. Quia tunc poenitens est vere dispositus, adeoque potest Confessarius illum absolvere, juxta illud Trid. *sess. 14. cap. 1. Poenitentes per Sacerdotum sententiam non semel, sed saepius quoties ad poenitentiae Tribunal confugerint, posse ab admissis peccatis liberari*; & D. Hieron. *Epist. 48. ad Rusticum: Non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad poenitentiam peccata condonantur: v. nam. 3072.*

3671 Ratio 3. quia Confessarius non solum est judex, sed etiam medicus; & quia dilatio absolutionis est validum remedium ad curandum, aut saltem extenuandum morbum confuetudinis peccati, ideo potest Confessarius illud adhibere, quando prudenter expedire ita dicaverit. *At hoc autem* [ut inquit Cardenas *cit. cap. 2. num. 12.*] *magna requiritur prudentia in Confessario; nam remedia, quae aliquibus profunt, aliis possunt nocere ob diversas infinitarum dispositiones.* Id etiam insinuat Conc. Later. *in cap. omnis utriusque sexus*, dicens: *Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati.*

Confessarius igitur sit medicus, non carnifex, & ejus finis sit ovem lucrari, non perdere: *v. n. p. 6. prop. 60. ab Innoc. XI. damn. & n. 3092.*

PRUDENDIA CUM MERETRICIBUS.

3692 TAmb. *in meth. Conf. lib. 3. c. 7.* cum Bauci, & Nav. absolute tenet, meretricem in lupanari existentem posse absolvi concurrentibus tribus, videlicet: 1. justa causa permanendi in eo loco, quatenus hic & nunc aliunde non habet, ita tamen ut omni conatu curet alio abire. 2. vera detestatione peccati. 3. constanti proposito Dei auxilio non peccandi in ea occasione.

3693 Dico: si hujusmodi meretrix accedat ad Confessarium sponte, ex vera poenitudine & cum eximio dolore, tunc posse absolvi concurrentibus dictis tribus, maxime ut n. 3692.

Si vero accedat tempore Paschali, ut satisfaciat praecepto, non habere statim absolvi, sed differendam esse absolutionem juxta prudentiam Confessarii, attenta ejus frequentia ad peccandum; quia tunc potest prudenter dubitare, an propositum sit efficax, & constans. Eximitur semper casus, quo illa extraordinarium dolorem & propositum habet, ut Confessarius prudenter discernat eam à Deo efficaciter tactam, & visitam: tunc quidem expedit ens est, ut statim absolvat, monitionibus confirmet, & Sacramentorum frequentia munist.

CAPUT VI.

PECCATUM PHILOSOPHICUM.

De Peccatis.

3672 CElebris, sed non satis clara est divisio peccati actualis *in philosophicum & theologicum*; quamplurium autem expositionum confusione laeclera,

Haec quidem divisio solum habet locum in actibus ab intrinseco malis, ut perjurio, homicidio, odio Dei, &c. hoc praemisso,

3673 Dico: *Peccatum Philosophicum, Theologicum*, non distinguit, nisi penes diversas considerationes, idem enim peccatum, verbi gratia homicidium innocentis, dicitur *Philosophicum* considerationum, ut contrariatur naturae rationali, seu rationi: dicitur *Theologicum* consideratum, ut offensa Dei, & contrariatur legi aeternae: consideratio enim rationis, & virtutis moralis naturalis est Philosophi; consideratio vero Dei, ejusque legis aeternae est Theologi: Hinc homicidium innocentis consideratum, ut contrarium principio naturali rationis: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*, dicitur peccatum philosophicum; consideratum vero, ut contrarium legi aeternae, theologicum.

Revera tamen, & ex natura rei idem peccatum, verbi gratia homicidium innocentis est philosophicum, & theologicum, quia ex ipso, quod adversatur rationi naturali indispensabiliter adversatur Deo, cumque legi aeternae, adeoque est offensa Dei, & peccatum theologicum. Unde non datur peccatum philosophicum reipla, & in praxi theologico separatum; non enim dari potest homo legis naturalis invincibiliter ignarus.

3676 Lex namque aeterna interior Dei ex *n. 142.* non consistit in imperio libera ad extra, sed in judicio intellectus representantis bonum, & malum naturale, & in actu voluntatis divinae approbativo, & displicentiae circa malum, approbativo, & complacentiae circa bonum, explicatis per verbum indicativum, *Nola* malum, v. g. homicidium, *Vola* bonum, v. g. dilectionem proximi.

3677 Quae lex (ut vides) est naturalis, & necessaria, eique lex propriè dicta, & obligatoria, quia adest divinae voluntatis intimatio. Quoque lex nobis innotescit, & intimatur independenter à revelatione, & locutione libera extrinseca, sed per lumen naturale, eo tempore, quo homines usum rationis accipiunt, ita ut usus rationis sit debita legis notificatio, & intimatio; hinc per hujusmodi legem incipiunt discernere inter bonum & malum, adeoque ex eo tempore lex naturalis incipit obligare. Quare, si non supervenisset lex aeterna Dei per revelationem & locutionem liberam factam Moysi, prohibens homicidium, & praecipiens dilectionem, adhuc obligati essemus ad non occidendum, fed di gendum; hujusmodi namque lectiae, seu imperium liberum, non est aliud, nisi externatio legis aeternae naturalis intimiores.

3678 Quod autem adsit hujusmodi lex naturalis intimata nobis per usum rationis, & naturae lumen, independenter ad omnem prorsus gamorum externum, fusdem Regius Psaltes in Psalm 4. qui, cum interrogaret, *Quis ostendit nobis bona?* ut feliciter ea sequamur, respondet: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Hoc Paulus ad Rom. 2. *Gentes naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, & sibi ipsi sunt lex, & ostendunt opus legis inscriptum in cordibus suis.* Et eandem Cicero. 1. de legibus, legem naturalem definit, quod sit: *Ratio summa insita in natura, quae jubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria.*

3679 Insuper ultra lumen naturae legem aeternam cunctis hominibus intimans, & Deum esse demonstrans (Dei namque existentia est naturaliter cognoscibilis) dantur divina auxilia sufficientia, ut non detur in praxi ignorantia invincibilis Dei, & legis naturalis aeternae.

3680 Firmiter demonstratur ex seria & sincera Dei voluntate, qua teste Apostolo, 1. ad Tim. 2 *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Super quo praeclarum est testimonium D. Clementis Rom. *l. 2. constit. Apost. c. 59. Ex ore Domini Nostri Jesu Christi audivimus, & perfecte scimus discimus, quae sit voluntas Dei, bona, gratae, & perfecta, per Jesum Christum nobis demonstrata, ut nullus intereat, sed universi homines unanimi sententia credentes ei, & unanimem laudem fundentes in eum, vivam in aeternum.*

3681 Ex quo fit, ut nullum hominem Deus destituerit mediis sufficientibus, & necessariis ad sui, & fidei cognitionem. Et quidem sua universali, & mirabili providentia, teste Joan *cap. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Hinc Theologi docent, nullum ex infidelibus esse, quem Deus per se ipsum, aut per Angelum custodem non illuminaverit; sive explicite, praedicatores mittendo, vel interne, suggerendo fidem; sive implicite, inspirando, quod fecta, in qua versatur, sit falsa, ac prorsus veram inquirat: quod quidem assertum suadetur, tam ex recentissimo testimonio Jeannis, quam ex diligenti Angelorum cullectione; quoniam sicut Angelus tentatur non semel fideles vexat circa mysteria fidei; ita credibile est, quod Angelus Custos non semel infidelibus inspiret, quod secta, in qua versantur, sit falsa.

3682 Praeterea efficacibus & praeclarioribus mediis monere voleos [ut ait Paulus, 2. ad Corinth. 5.] *Pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit*: adeoque omnes hominum est ex fidelibus, & infidelibus, gentilibus, & atheistis, qui influxum à Jesu Christo non accipiat. Vide *in pag. 7. prop. 4. 5. & 6. ab Alex. VIII. damn.*

3683 Hinc colliges; in actibus ab intrinseco malis malitiae philosophicae esse naturaliter annexam malitiam theologicam, seu offensam Dei, & peccatum mortale, cui cor-

respondet pœna æterna, a cujus incursu ignorantia non excusat; quia pœna æterna non est pœna extraordinaria, ut censura, &c. sed ordinaria, & quasi naturalis, annexa cuipiam lethali; adeoque qui habere & advertenter committit in malitia mortali gravem, tacite consentit in pœnam æternam, quoniam secundum philosophiæ, sed etiam theologice peccat, cum offendat Deum.

3684 Hæc tatione, qui in lege naturæ contra eam graviter deliquerunt, peccato mortali, & theologico peccaverunt, & si in eodem decesserunt, damnati sunt, ut in Cairo contingere potuit.

3685 Totam rem in re firmat, & declarat Apost. ad Rom. *cap.* 2. dicens: *Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*, videlicet (inquit Lyranus) legem scriptam non habentes, quales fuerunt Gentiles, sine lege scripta peribunt, quia habuerunt legem naturalem bonum, & malum offendentem; & ideo Gentiles operantes contra dictamen illius legis, merebantur pœnas, & viventes secundum ipsam, præmiari. Unde concludit Apost. *Cum enim gentes, quæ legem non habent*, licet Molinam, *naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt*; scil. ex naturali dictamine rationis, *ejusmodi legem non habentes*, scilicet Molinam; *ipsi sibi sunt lex*: videli, ratio naturalis, quæ est principalior pars hominis, propter quam dicitur totus homo, ipsa quidem est ejus lex; quia lex scripta divina, vel humana, est à lege naturali derivata, quantumcumque habilis; quia prima principia agibilium sunt impressa intellectui practico, ex quibus deriventur leges quasi quædam conclusiones.

3686 Deinde Apost. *cap.* 1. ut removeret objectionem quancam, quæ fieri posset, quod peccatum, utpote quod definitur *transgressio legis divinæ*, non fuerit ante legem scriptam, inquit: *Usque ad legem enim peccatum erat in Mundo*; quia licet antea non erat lex scripta, erat lex naturalis infesta mentibus humanis. *Peccatum autem* (prosequitur Paulus) *non imputabatur, cum lex*, scilicet scripta *non esset*. Non certe Deus non imputabat illud in offensam, & ad pœnam; sed quatenus tam crevere in Gentium mentibus, & passionem carnis, quod lex naturalis fuerat obfuscata, in tantum, ut eos transgressionem Gentes non reputabant peccatum, sed peccati sicuti aquum habebant, & sine subesse etiam publice committebant; unde in Genesis 6. dicitur: *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra*. Et Genesis *cap.* 19. *Delebimus enim locum ipsum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos*. Unde Sancti Patres docuerunt, hanc, scilicet obfuscationem legis naturalis, fuisse unam ex causis, ut Deus legem scriptam dederit.

3687 Revera tamen ante legem scriptam fuit peccatum; quia fuit lex naturalis, cujus transgressio est peccatum. Conferat ulterius ex pœna; nam ait Apost. ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors*, in pœnam: propter peccatum enim Dei ante legem scriptam pœnivit aquis diluvii totam carnem, & ignis Sodomorum Urbes. Hinc iste eodem Apost. ad Eph. *cap.* 5. *Propter hæc enim*, scilicet fornicationem immunditiam, & avaritiam, *venit ira Dei in filios diffidentiæ*.

3688 Hinc merito ab Alexan. VIII. die 24. Augusti 1690. damnata fuit propositio sequens:

Peccatum philosophicum, seu mortale, est actus humanus discordans naturæ rationali, & rectæ rationi; theologicum vero, & mortale, est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quatenus grave in actu non capitale, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale disponens ad eternum Deo, neque æterna pœna dignum.

3689 Deinde excluditur primo error eorum, qui conceptus formales peccati philosophici, & theologici, istum metaphysice [& ut melius à cæteris secundum essentiam constituta, & var as considerationes distinctes, in re, & practice spectantes, infinper ignorantiam Dei invincibilem practice. Imo tegerariter admittentes, dixerunt, Americanos, Romanos, & Gentiles, qui vitam adulteris, furtis, & homicidiis plenam exigunt, non peccasse peccato theologico, quia Deum non cognoverunt; sed solum peccato philosophico, in quantum præmissa delicta forum contraria rationi, non naturali cognoverunt: ac proinde non commisisse offensam Dei, nec fuisse æterna pœna dignos.

3690 Secundo extitit error eorum, qui Molinistarum errores sectantes, & latam viam peccandi licentiæ aperire volentes, præcisiones objectivas, imo & formales, præcidentes, ac physicas chimeras zelantes, dicentes animas unitas, tentationibus carnis urgentibus, non debere cavere, quid agant sensus, nec in Dei amore, & ejus odio perstitere, & si unquam sensus in libertines, etiam veritum mutuere, prorumpant, non peccare theologice, quia nec offensam Dei, nec Deum sibi cognoscunt. Quæ major fatuitas! Pratendunt tistere in unione, & amore Dei, & simul illam non cognoscere: Stulte: Si Deum non cognoscis, quid amas? Ido um.

3691 An peccatum igitur theologicum, non requiritur quod sit ex intentione expressa contrariando Deum, seu legem naturalem æternam; quia hæc accederet rationem contemptus formalis: sed quod sciat cognoscatur esse contrarium Deo, seu legi naturali æternæ. Adeoque peccatum philosophicum, seu actus abinteleco malus, si sit voluntarius, quatenus scilicet cognitus esset contra rationem, adhuc est volitus, necessario est offensa Dei, quia est contra legem æternam, & inde contra ejus legislatorem, quem Deus.

PECCATUM THEOLOGICUM

3692 A Circuit ex D. Aug. *Est dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam*, per Scotum, *est carentia rectitudinis debitæ inesse actui*. Quæ definitio licet proprie competat peccato immissionis, ex examen hauriri potest effectio peccati dmissionis, quod sit *non dictum, non factum, vel non concupitum contra legem æternam*.

3693 Clarius. *Peccatum commissionis est, quo fit id*, quod prohibetur: *Peccatum omissionis est, quo omittitur id*, quod præcipitur.

3694 *Peccata spiritualia* sunt, quæ consummantur per potentias spirituales, ut superbia, ira, &c. *Carnalia* sunt, quæ consummantur per potentias carnales, ut furtum, homicidium, fornicatio, &c. Item peccatum actuale dividitur in peccatum *cordis, oris, & operis* quatenus triplicitur peccari potest, *cogitatione, ore, & opere*.

3695 *Peccatum habituale* est macula relicta in anima ex peccato actuali mortaliter permanente.

3696 *Peccatum originale* est carentia justitiæ originalis immissa ab Adamo per virtutem posteres.

3697 *Vulnera peccati originalis* sunt quatuor, *Ignorantia, malitia, concupiscentia, & infirmitas*. Quæ vulnerata erta est ex dilectione ordinis, & armonize, quæ ex dono justitiæ originalis habebatur: et corpus animæ, sensus rationi, & ratio Deo plene subjicerentur. Et pœna est exclusio à vita æterna.

3698 Et quamvis hæc quatuor vulnera sint præcipue effectus peccati originalis, sunt etiam effectus peccati actualis, personalis, mortalis nam per illud ratio hebetatur, & obfuscatur in agendis: voluntas inclinatur ad malum, indutatur ad bonum, infirmatur ad tentationes vincendas, & ad bonum arduum aggrediendum; denique potentia appetitiva, & sensus magis serviunt ad malum.

PECCATUM MORTALE, ET VENIALE

3699 INsistent, quia *Mortale* privat hominem gratia sanctificante, constituit Deo inimicum, & dignum pœna æterna. *Veniale* vero non est hujusmodi, sed solum impedit, ne homo in serventiores actus bonos, & charitatis prorumpat. Quæ differentia est à posteriori, & ab effectibus. A priori autem per Scotum *in 2. d. 21. quæst. 1. in. B*, Peccatum mortale à veniali differt per hoc, quod mortale est *privatio rectitudinis debitæ ad Deum beatifice consequendum*. Veniale *est privatio rectitudinis non necessariæ, sed aptitudinis ad Deum beatifice consequendum*. Unde veniale dicitur dignum venia.

3700 Peccatum aliud est mortale, vel venia e ex genere suo, seu ex objecta, aliud per dens ex circumstantiis adjunctis. Mortale ex genere suo est illud, quod est contra legem graviter obligantem. Veniale ex genere suo est illud, quod est contra legem leviter obligantem.

3701 Dede per hoc, quod aliquis actus sit contra consilium, non sequitur, quod is peccatum constituat. *1. ad Cor 7. De Virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do*: hinc qui habuerit, neque venialiter peccant. Discrimen igitur peccati sive mortalis, sive venialis est, quod sit contra legem. Ait enim Apost. ad Rom. 4. *Ubi non est lex, neque prævaricatio: & ibidem, c. 7. Non cognovi peccatum*, [illegible]

3702 Legem graviter obligare, vel leviter dignoscitur, vel ex modo loquendi Scripturæ, si pœnam æternam, v. g. comminetur, vel non: vel ex declaratione Ecclesiæ, vel ex communi sensu Doctorum. Sit exemplum: Apost. enim ad Galatas 5. postquam recenset peccata contra præcepta Decalogi, & similia subdit: *Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur*. I. quando autem de verbo ut isto, &c. ad Eph. 5. non comminatur mortem sed solum ait: *Quæ ad vem non pertinent*.

Lex igitur introdit obligationem, consilium vero perfectionem.

MORTALE, ET VENIALE PER ACCIDENS.

3703 QUando dicitur mortale fieri veniale per accidens, & è converso, non est seritus, quod actus, qui est mortalis, fiat venialis, vel è converso, sed quod materia, quæ ex genere suo est mortalis, aut veni alis, ratione circumstantiæ adjunctæ sit venialis, aut mortalis. In hoc sensu

3704 Peccatum ex genere suo mortale fieri potest veniale, 1. Ex *imperfectione actus*, scili-

set ex defectu plenæ advertentiæ, aut libertatis de quo fuse modo: qui defectus potest universaliter dari in qualibet materia.

3705 2. *Ex parvitate materiæ.* Parva materia *est illa, quæ suppositis gravitatis signis, judicio prudentis parum conducit ad finem à Legislatore intentum.* Hinc, quia judicio prudenti labor nullo licitè parum conducit ad finem vacandi Deo die festo, multum veto labor sex horarum; ideo ille erit materia parva, & venialis, ille magna, & mortalis.

3706 Parvitas materiæ à mortali excusans non datur in omnibus materiis; non enim datur in materia infidelitatis, in simonia de jure divino, in juramento falsò asserrorio, in materia luxuriæ, ut fusius dictum est in propriis locis. Parvitas materiæ non datur in illis materiis, in quibus ex ratione per se prima objecti oritur relatio ad virtutem, quæ circa illud versatur, ut in allatis exemplis, v. g. in actu hæresis contra fidem; datur vero in illis materiis, in quibus ex ratione per se prima objecti oritur oppositio ad virtutem, neque gravis, neque levis, sed talis est ratione per se secunda. Sic furtum opponitur contra justitiam ratione damni proximi, quod non est grave, aut leve ex ratione per se prima eorum proximi, sed ratione quantitatis rei, aut conditionis personæ.

3707 Peccatum ex genere suo veniale fieri potest mortale per accidens, 1. *ratione conscientiæ erroneæ, de qua in n. 9.*

3708 2. *Ratione contemptus aut inobedientiæ formalis. Contemptus formalis*, habetur, 1. Quando præceptum violatur: eo quia committitur præceptum formaliter, ut superius est, seu quando præceptum violatur, eo quia ipsi, aut superiori subjici renuis, & hoc est peccatum superbiæ confurmatæ. 2. Quando non vis obedire præcepto aut superiori, quia præceptum est, vel quia superior est, & hoc peccatum est inobedientiæ formalis.

3709 Qui peccat contemptu formali, duo peccata committit in Confessione exprimenda, unum contra virtutem, cujus est præceptum, alterum contra obedientiam, vel contra Religionem, si Deum præcipientem contemnat.

3710 Qui contemnit contemptu materiali præceptum humanum leve, aut grave in materia levi, venialiter peccat; mortaliter autem, si sic contemnat præceptum divinum. Contemptum materialem in præsenti voco, quo quis præceptum violat, ex eo quia contemnat præcipientem sumptum non formaliter, ut superior est, sed materialiter, ut talis homo est, v. gr. quia est indiscretus, imprudens, indoctus, insulsus, &c. Ratio est, quia in 1. casu, contemptus dicitur non absolutus, sed secundum quid, quo contemnitur home talis, non potestas, ac proinde injuria non redundat in Deum, *à quo est omnis potestas*; in 2. casu injuria fit Deo, qui etiam quoad esse Dei esset summa reverentia dignus.

3711 Item non peccat mortaliter, si rem levem parvi pendas, non quia præcepta est, & relata ad præcipientem formaliter, sed ex tua, aut quia res levis est. Idem est, si parvipendas rem levem præceptam præcepto divino, ex eo quia præcisè res levis est; si tamen putes vile præceptum divinum, alias tantum blasphemium committeres, & sacrilegium: *v. n. 2070.*

INOBEDIENTIA FORMALIS

3712 Si vitium inclinans ad non faciendum, quod jubetur, ex eo principaliter, quod jubetur. *Materialis* est, quæ inclinat ad non faciendum, quod jubetur. *Inobedientia formalis* importat malitiam specificam inobedientiæ in Confessione exprimendam. *Inobedientia vera materialis* est circumstantia generalis inclusa in omni peccato, ac proinde non involvit malitiam inobedientiæ, nec est in Confessione exprimenda, nisi præsupponat præceptum superioris specialiter obedienti intendentis: unde qui fideliter, regulariter servum contrahit malitiam furti, minime inobedientiæ, nisi furtum in ulteriùs prohibitum sub præcepto formali obedientiæ.

3713 Præceptum formale obedientiæ habetur, quando superior præcipit: *In virtute sanctæ obedientiæ, In nomine Christi*, aut simili forma; & tunc generis obedire sub mortali, quia intendit obligare, quantum potest: sub venali, vel nullo, si alia forma utatur. Bonacina *de Relig. & Cens. disp. 4. q. 1. dub. 4.*

3714 Declaratur; ut præceptum superioris obliget sub mortali, duo simul requiruntur juxta dicta de lege, *n. 149.* primum superioris intentio, qua intendat sub mortali obligare, & gravitas materiæ: nam potest superior sub venali obligare in materia gravi. Gravitas autem in materia considerari potest vel secundum se, vel ratione finis, & circumstantiarum; hinc quamvis res possit superior præceptum sub mortali obligans imponere in materia communi levi; potest tamen, si materia, quæ est in se levis, fit gravis ex fine, & circumstantiis, ut dictum est in *tom. 2. n. 12.* Unde præceptum formale obedientiæ, latum fuisset in virtute sanctæ obedientiæ, &c. supponere debet in materia gravitatem, secundum se, aut ratione finis, & circumstantiarum.

3715 Hæc præmissa. Quando gravitas accepti, & intentionis superioris non constat, tunc

tunc est defuenda ex gravitate formæ verborum.

Gravitas formæ verborum habetur, si præceptum imponatur, non verbis communibus; *Præcipimus, injungimus, mandamus, volumus, & similibus*; sed verbis specialibus, *In virtute S. Obedientiæ, in nomine Christi, sub obsecratione divini judicii, sub pœna maledictionis æternæ, &c. ut* Bonac. *ibid. ad* 178. Donatus *tom. 1. tr. 17. q. 22. 13. & 14.*

3716 *Inobedientia formalis* semper involvit malitiam gravem, etiam si materia sit levis, quia involvit contemptum superioris, & præceptoris ut talis. Inobedientia materialis, supposito præcepto obedientiam intendente, est gravis, vel levis, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, & juxta dicta *n. 3710.*

3717 Religiosus ex vi voti obedientiæ non tenetur ad obedientiam formalem, sed materialem; quia non vovet obedientiam formalem, & sub motivo obedientiæ, sed obedientiam materialem, videlicet executionem rei quæ præcipitur, ex quocunque motivo præcipiatur: hinc à mortali excusatur ex levitate materiæ: *v. n. 2057. ad 2071.*

RATIONE PERICULI PROXIMI.

3718 De eo actum est *à n. 3637.*

QUÆRES I.

3719 *An, qui concupiscit mulierem, cujus statum ignorat, aut mulierem in communi, peccat peccato simplici, adulterii, vel sacrilegii?*

Negat Tamb. *tom. 1. lib. 1. cap. 2. §. 9. n. 13.* quia non potest assignari cujus sit species. Vide autem, quid debeat in Confessione aperire, qui concupivit mulierem, cujus statum ignorat, ex mulierem in communi; quia alias non exprimeret peccatum, quod patravit.

3720 Respondeo; sic concupiscens, vel ita statum fœminæ ignorat, ut neque de ejus conditione dubitet, an sit conjugata, vel Deo dicata? & tunc malitiam simplicis fornicationis contrahit, quia aliæ species, cum non sint conjugatæ, sunt involuntariæ. Vel ita ignorat, ut licet non certe sciat, dubitet tamen prudenter, an sit conjugata; & tunc contrahit malitiam adulterii, quia ejus periculo se exponit, & est generalis ad illam speciem: *v. n. 26.*

3721 Eadem ratione mortaliter peccat, qui elicit actum in dubio, an sit peccatum grave, vel leve, nisi rationabiliter deponat dubium.

QUÆRES II.

3722 *An opera ex se, & in se indifferentia actus si malitiam in genere, sed in materia levi cogitata, vel dubitata, peccata mortaliter, aut venialiter?*

Peccare mortaliter, affirmant Massius *in Theol. mor. disp. 15. q. 1. art. 2. n. 12.* & Bonac. 1. Quia operans à quod cum cognitione malitiæ in genere, vult virtualiter illud agere, etiam si sit mortale. 2. Quia alias rudes in gravissimis peccatis, & fures tegi aliter à mortali excusarentur, quia regulariter, dum peccant, solum in genere apprehendunt, quod male agant, minime quod graviter, & mortaliter male agant.

3723 Peccare solum venialiter, tenent Arriaga *de actib. hum.* Nav. Busembi. & plures apud eos. 1. Quia talis malitia sic apprehensa, est imperfecta in genere moris, adeoque non potest actus contrahere ex illa malitiam gravem, sed levem. 2. Quia gravitas nullo pacto est cognita: igitur non est voluntaria, & inde contrahi non potest. 3. Quia aliàs si quando quis profert mendacium leve, cogitaret solum in genere actum esse malum, & nullo pacto cogitaret esse leve, peccaret mortaliter ex disparitate non assignanda; quod est valde dictum.

3725 Falsum autem est, quod operans cum tali cogitatione ceseatur virtualiter velle actum, etiam si esset mortalis, quia intentio virtualis supponit actualem præteritam, in aliquo uno modo permanentem, quæ nulla supponitur. Nec sic operans est obligatus ad diligentiam ad inquirendum, an actus sit mortalis, vel non, quia de gravitate nulla supponitur in mente cogitatio, dubietas, aut suspicio: ac proinde inadvertentia, & oblivio est invincibilis. Nec sequitur, quod inde rudes in gravissimis peccatis & fures regulariter à mortali excusarentur; quia regulariter, licet non adverant distincte ad quartitatem furti, & damni v. g. satis explicite advertunt ad gravitatem in confuso; quod sufficit, ut graviter peccent.

QUÆRES III.

3725 *An hic actus, quo quis dicat: Vola commissione omnes venialia, sit peccatum mortale?*

Resp. esse mortale, non ex genere suo, sed per accidens ratione periculi probabilis peccandi mortaliter, cui se exponit, juxta illud Eccles. 25. *Qui spernit modica, paulatim decidet*, & D. Greg. III. part. admon 34. *Qui minima peccata denisare neglexit, sibi ruinæ fortissimæ, non quidem repente, sed partibus tenuis cadit.* Malc. *disp. 15. n. 60.* & Lezana contra Caltrop.

4. RATIONE SCANDALI, AUT FINIS,
De quo actum est à pag. 42.

AD PECCATUM MORTALE REQUIRITUR

3726 ULtra materiæ gravitatem, quod sit perfecte voluntarium; patrarium scilicet cum deliberatione intellectus, idest cum plena advertentia malitiæ gravis, & cum pleno voluntatis consensu; ita ut ex alterius defectu excuseur quis à culpa mortali: debet, inquam, esse actus humanus, seu voluntarius, hoc est, procedens ab homine libere cum prævia cognitione objecti; unde homo debet esse liber libertate proxima indifferentiæ ut ita agat, aut omittat, ut possit non agere aut non omittere: juxta illud Psalmi, *Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit.* Aliaquin actus ab eo procedens deficeret *actus humanus*, quatenus ab homine procederet; sed non *humanus*, quia modo non libero etiam fieri potest à bruto: *v. in p. 7. prop. 2. 2. & 8. ab Alex. VIII. damn.*

3727 Plena advertentia tunc habetur, quando intellectus per firmum & plenum judicium, cum libero & expedito interiorum sensuum usu de malitia objecti deliberat; de ea expendendo singula.

Advertentia imperfecta contingere solet, vel propter hominis ad singula discutienda raritatem, qui licet advertat rem esse malam, imperfecte tamen, & veluti in confuso advertit. Vel quia fit impeditus liber usus sensuum internorum: ut contingere solet in somno, ubi aliquando habetur expressa cognitio malitiæ gravis, & tamen non sufficit ad culpam, in quantum non sufficit ad libertatem consensus, quæ plenam advertentiam supponere debet, & hæc importat expeditum interiorum sensuum usum: Similiter, si sensus interni non sint omnino, sed aliquantulum impediti, & legati, ut contingit in illis, qui sunt statim è somno excitati; tunc cognitio malitiæ, etiam gravis, dicetur semiplena, in quantum non est sufficiens ad plenam libertatem consensus requisitam ad mortale.

3728 Plenus consensus est plena & perfecta voluntatis libera approbatio, plenam advertentiam præsupponens, ad differentiam semiplenæ consensus, qui est imperfecta voluntatis approbatio, in quantum voluntas objectum non amplectitur tato (ut ita dicam) actu, sed imperfecte, & ex subreptione quadam.

Hinc voluntatis consensus ex duplici capite potest esse imperfectus. 1. ex defectu advertentiæ ex parte intellectus. 2. ex defectu ipsius consensus ex parte voluntatis. Ratio primi; quia cum semiplena advertentia non potest itare perfectus consensus: ratio secundi; quia cum plena advertentia compati potest semiplenus consensus.

3729 In voluntate autem tres reperiri solent motus, & 1. motus primo primus, qui vel omnem usum rationis, & malitiæ advertentiam prævenit, ac proinde nullo pacto est liber, vel (juxta mea principia) est aliquam imperfectissimam cognitionem supponat, est tamen ita celer, ut non sit in hominis potestate eum cohibere, in quantum vehementissima passio sensitiva, aut distractio, ita rationem perturbat, ut non sit locus libertati. 2. Est motus secundo primus, qui advertentiam imperfectam supponit, locum semiplenæ libertati relinquit, ita ut simpliciter impediri possit; & evenire solet ob distractionem, aut passionem aliquam sensitivam: nam sicut, quando hæ sunt pertectæ, liberatem impediunt; ita quando sunt imperfectæ, illam diminuunt. 3. Motus perfectus, & deliberatus, qui tunc habetur, quando consensus est plene liber, præsupponens rationem expendentem singula, quæ malitiam concernunt.

3730 Motus primo primus nullum est peccatum, etiam si objectum sit in se graviter malum. Et sic omnino à peccato excusantur vehementissimi motus iræ, concupiscentiæ, & sensualitatis. Motus secundo primus est peccatum venale. Motus tantum deliberatus est peccatum mortale, si materia sit gravis.

3731 Difficultas tamen non levis est ad dignoscendum, quandonam sit, vel non sit in actu plena advertentia, & deliberatio, pluesque ac perfectus voluntatis consensus. Et quamvis ex dictis non mediocris haberi possit notitia, ut tamen plenius rem expendam, conjecturas, & signa valde utilia, quæ communiter à Doctoribus recensentur, afferam.

3732 Signa igitur imperfectæ advertentiæ sunt. 1. Si remisse, & [ut ita dicam] ad similitudinem semidormientis, rei malitiam apprehendis. 2. Si postera melius consideraris, judicesque id non fuisse factarum, si ita apprehendisses. 3. Si vehementi passione, apprehensione, vel distractione laborasti: vel turbatus fuisti, ita ut fere nescires, quid ageres. Ita Busemb.

3733 Signa imperfecti consensus sunt. Primo, si quando act onem alias graviter malam qui fecit, non fuit plene sui compos, sed quasi semidormiens, distractus, &c. ita ut judicet, se id non fuisse factarum, si plene vigilasset. Imo addit Mastrius *in Theol. mmal. disp. 15. de peccatis*: quod, si quis post factum cubitet an id fecerit in somno, vel in vigilia: num esset sui compos, vel non, &c. non est leve indicium, id fecisse sine plena advertentia, & sine pleno consensu: nam quæ cum plena advertentia fiunt, facilius sic facta cognoscuntur, quia plena advertent a præterita liberam permittit homini de suis actibus cognitionem, nisi forte temporis mora aliquam induxerit obliviouem.

3734 Secundo, si quis dubitet, an plene consenserit. Si hic vir timoratæ conscientiæ peccatum mortale abhorrens, eique dissentire tobitus, præsumendus est, non plene consensisse, licet aliquam in repellendis tentationibus negligentiam admiserit. Secus est juxta eundum de viro perdito, tentationibus succumbere lolito. Ratio utriusque est; quia ex juris periti valida præsumptio & probabilitas ex consuetis desumitur.

3735 Tertio, si quis valde timide & suspecte se processisse meminit. 4. Si compertus te fuisse sub tali dispositione, talibusque circumstantiis, ut facilitier potuisses peccatum exequi, non tamen iis executus: imo cum tui plene compos es, præ viribus resipuis, præsumere potes te non plene consensisse; quia non ita facilitier affectus deliberates mutatur. Hinc [ut advertit Tamb. *cap. 1. de Peccatis, §. 3. nu. 28.*] quando motus pravus tempore imperceptibili insurgit, & paulo post, ut adversus, curas expellere, est signum nullius, aut certe dumtaxat imperfecti consensus præstiti.

Dixi: *ut advertit*: quia si non advertis, potest motus pravus, utpote delectatio morosa, aut alius motus per notabile tempus absque peccato durare; licet non sit verisimile, quod intra notabile tempus advertentia malitiæ gravis non supperat.

3736 Quinto denique, si quis solet ita esse affectus, ut ac minus firmum, & sæpe repentum non committendi mortale habeat, præsumere potest non plene consensisse peccato. 1. Quia hic non consentit facilitier. 2. Quia quando aliquid est multoties odio habitum, si pulsa plene ametur, facilitime, & sine difficultate cognoscitur.

3737 Quælibet ex conjecturis præfatis facit judicium probabile, quo uti esse possumus, non fuisse plenum consensum, ac proinde nec peccatum mortale. Quæ conjecturæ sunt similiter menti danda pro serenitate conscientiæ.

3738 Colliges, quod si in actu, seu objecto sint plures malitiæ specie distinctæ, tu tamen adverras tantum ad unam, illam contrahis, non aliam: v. g. si quis cognoscat fœminam, ignoret tamen esse conjugatam, malitiam fornicationis contrahit, non adulterii, quia illa, non hæc, fuit cognita, & inde voluntaria.

3739 A peccato excusant. 1. Impotentia sive physica, sive moralis; quia ad impossibile nemo tenetur. *v. tom. 2. pag. 125.* 2. Violentia absoluta; quia tollit voluntarium: *v. n. 2493.*

Eadem ratione excusat ignorantia invincibilis sive juris, sive facti. De qua *in tom 2. 568.* De merit, quando excuser, dixi m est hic pag. 31. *v. in pag 7. prop. 2. ab Alex. VIII damn.*

DISTINCTIO SPECIFICA PECCATORUM

3740 DEsumitur per oppositionem ad diversas virtutes, vel ad diversas honestates ejusdem virtutis, seu per diversum modum tendendi contra eandem virtutem. Exemplum primi sit in fornicatione & adulterio, quæ distinguuntur specie; quia fornicatio opponitur virtuti castitatis, adulterium vero superaddit realitatem injustitiæ, quia opponitur castitati, & justitiæ, ob injurium quæ infertur alteri conjugi, qui est dominus corporis conjugis.

Exemplum secundi sit in furto, ex rapina quæ opponuntur eidem virtuti justitiæ, & tamen distinguuntur specie; quia rapina superaddit malitiæ injustitiæ furti injuriam violentiæ, quæ est diversus modus tendendi contra eandem virtutem justitiæ, & importat oppositionem ad diversam honestatem ejusdem virtutis, quæ diversitas modi tendendi potius relinquitur discernenda penes s. arbitria. Aliud exemplum clarius est in diversitate modi tendendi per excessum, & per defectum contra eandem virtutem, *v. in n. 2386. & 1086.*

DISTINCTIO NUMERICA PECCATORUM

3741 NOn desumitur à distinctione numerica præceptorum, sicut neque distinctio specifica peccatorum absolute desumitur ex diversitate præceptorum, Diana *p. 1. tr. 7. res. 22.* Leander *bre. disp. 8. q. 2. a. 5.* contra Nav. nam præceptum non furandi, ex præceptum non concupiscendi rem alienam, sunt diversa; & tamen furtum, & desiderium furandi sunt ejusdem speciei. Item homicidium est unum numero. & specie peccatum; & tamen est contra duo præcepta, divinum, & humanum.

3742 Dixi: *absolute*, quia sæpe ex præceptorum diversitate etiam peccatorum diversitas

specifica à posteriori colligitur, & tunc habetur, quando præcepta intendunt virtutes diversas, sive materia sit diversa, sive eadem: sic fractio jejunii præcepti Ecclesiastico præscripti, & simul à Confessario in satisfactionem injuncti, duplicem malitiam specie distinctam contrahit, contra temperantiam, & mentiri tiam; quia præceptum Ecclesiasticum habet, ut motivum formale, temperantiam; præceptum vero Confessarii, satisfactionem Sacramentalem pœnitentiæ.

3743 Quando vero præcepta, licet diversa, sunt circa eandem materiam, & idem motivum formale, tunc unicum specie erit peccatum: hinc qui die Dominica, quo aliud festum occurrit, Sactum omittit, vel die Quadragesimæ, quo vigilia contingit, jejunium frangit unum specie & numero peccatum committit, quia utrumque præceptum eandem virtutem & honestatem intendit, nempe Religionem, & Dei cultum in auditione Sacri, & temperantiam in jejunio.

3744 Ratione, in sententia mihi probabiliori, quod *Franciscani* non habeant nisi tria vota essentialia, cætera vera sint pure præcepta: Franciscanus in Quadragesima die Veneris, quo vigilia occurrit, jejunium frangens, unum numero & specie peccatum committit, non obstante, quod tria transgrediatur præcepta: secus est dicendum in sententia, quæ eos tenet esse obligatos ex voto ad jejunium, quia votum Religionem intendit.

3745 Item *Distinctio numerica peccatorum non desumitur ex distinctione numerica objectorum*. Leandet *hic tr. 5. disp. 8. § 3. à q. 19.* Tamb. & alii. Ratio est, quia gratis admisso, quod ex distinctione numerica peccatorum dentur in eodem actum plures malitiæ numero distinctæ (quod negant Filliuc. Suarez, & alii) adhuc inde non sequitur, quod constituantur plura peccata numero distincta; nam peccatum non est unum numero ex sola malitia morali, sed etiam ex ipso entitate individuali actus; adeoque licet plures numero sint malitiæ, si unicus est actus, qui est earum subjectum, unicum erit peccatum; sicut in physicis, si plures essent albedines in eodem subjecto, unum esset album, non plura; concreta enim accidentalia multiplicantur numero ad multiplicationem numericam subjectorum, non formarum. Tum quia Trid. *sess. 14. c. 5. & can. 7.* nos obligat ad exprimendum in Confessione speciem, & numerum peccatorum; minime, ad numerum malitiarum.

3746 Hinc resolves, unum numero peccatum committere, nec teneri ad explicandum numerum personarum. 1. Eum, qui unica explosione bombardæ plures occidit. Qui unico actu plures mulieres concupiscit. 3. Qui unico actu detractionis plures lædit. 4. Qui unico actu malo pluribus scandalum dedit. 5. Qui unico actu bona multorum surripuit. 6. Qui simul circa plura sub juramento mentitur.

3747 Dices: Qui unico actu plures baptizat, *ut in num.* 2988. plura numero baptismata perficit; ergo tot, qui unico actu plures homines occidit, aut unico actu plures mulieres concupiscit, plura numero peccata committit.

Resp. disparitatem esse, quia *ex nu.* 2991. homo est subjectum baptismi; & idem, si unico actu baptizentur plures homines, tot numero erunt baptismata, quot homines, ob rectalitam rationem: quia concreta accidentalia multiplicantur numero ad multiplicationem numericam subjectorum: respectu autem actus occisionis, & actus concupiscentiæ, homo, & mulier non est subjectum, sed terminus, & objectum; & quia ex offensis ab objecto actus speciem sumit, non numerum, idea, qui unico actu plures occidit homines, aut unico actu plures concupiscit mulieres, non tot numero peccata committit.

3748 In his tamen casibus, & similibus non sufficit dicere, *uno actu commisi homicidium, semel concupivi conjugatam, &c.* quia non fatetur peccatum, quod commisit; sed debet in plurali dicere, *semel occidi plures, semel concupivi plures conjugatas.*

3749 Item adverti debet, an numerus objectorum sit excedens, ut notabiliter aggraver; quia tunc est apertendus, juxta dicta *à n. 3141.*

3750 Insuper qui unico voluntatis actu statuit omittere diei cum officium per mensem, aut annum, vel jejunium per totam Quadragesimam, non committit tot numero peccata, quot sunt dies, sed unum: unde sufficit, si dicat, *habui voluntatem omittendi unius anni officium, frangendi jejunium per multum tempus, &c.* In casu autem, quo dicum actum voluntatis executioni mandaret non recitando, non jejunando, &c. singulis diebus, tunc quolibet die unum novum peccatum patraret, ratione omissionis exterioris officii, & actus externi fractionis jejunii.

Ratio est. 1. Quia singulis diebus recitare posset, & jejunare. 2. Quia actus illi externi sunt actus disparati, omnino consummati, & completi, quorum unus secundum existimationem moralem prudentum non facit unitatem moralem cum alio; sicut enim unius diei recitatio non ordinatur ad aliam, ita una omissio recitationis quoad unum diem non ordinatur ad aliam.

3751 E contra, qui eodem die omittit recitare plures horas, unum numero peccatum committit, & non tenetur numerum horarum exprimere, quia in officio unius diei una hora ordinatur ad aliam: adeoque omnes conflant unum officium diuturnum. Leand. *cit.* His præmissis,

3752. Dico 1. *Distinctio numerica peccatorum desumitur ex distinctione numerica actuum voluntatis moraliter interruptorum.* Ratio est; quia peccata sunt concreta accidentalia, quæ multiplicantur numero ad multiplicationem subjectorum; & cum præceptum subjectum malitiæ formalis peccati sit actus voluntatis, sequitur quod ad multiplicationem numericam actuum voluntatis, cujusmodi sunt actus moraliter interrupti, multiplicentur numero peccata, tam illa quæ solum consummantur interius in voluntate, quam illa quæ consummantur exterius per alias potentias; quoniam nullus haberi potest actus bonus, vel malus, nisi ab ipsa voluntate elicitive, vel imperative procedat.

3753 Difficultas est in assignando, *quandonam actus voluntatis interni moraliter interrumpi censeantur?* Canus vult non interrumpi, nisi per actum contrarium: sic volens fornicari cum Berta, si ab hac voluntate cesset per aliquam distractionem, aut somnum, v. gr. noctis, & postea, quando advenit, eandem voluntatem ampliaretur, non teneretur has renovationes explicare, quia censentur moraliter unus actus, & solum sunt plures numero materialiter, & physice.

3754 Filliuc. addit, interrumpi etiam per liberam cessationem ab illo.

Diana addit, interrumpi etiam per quamcunque cessationem involuntariam, nempe somnum, &c.

Mastr. inquit, actus voluntatis tunc censeri moraliter interruptos, quando nec formaliter, nec virtualiter perseverant in aliqua effectu.

Tamb. asserit, actus voluntatis physice interruptos ob distractionem, negotia, somnum &c. accipere unitatem moralem à permanentia habituali malæ cogitationis, ratione cujus permanentiæ animus illius peccatoris semper est affectus, & promptus ad cogitationes illas malas; nisi interruptio physica sit tanta, ut non censeatur adesse dicta permanentia, sed evanuisse: ut si habenti voluntatem occidendi inimicum superveniat plurium mensium, aut mortalis infirmitas, si postea voluntatem occidendi resumat, distinctus actus censetur, & cum priori non continuatus.

3755 In harum opinionum varietate illud certum est, actus voluntatis moraliter interrumpi per retractationem, seu voluntatem contrariam.

3756 Dico 2. *Distinctio numerica peccatorum etiam desumitur ex distinctione numerica actuum externorum moraliter interruptorum.* Ratio est eadem, quia actus externi moraliter interrupti, sunt plures numero moraliter distincti actus, ac pro ide numero distincta peccata.

3757 *Explicatur assertio*: actus externi sunt duplicis generis, *Ordinati* scilicet, aut *Disparati*.

ACTUS ORDINATI

3758 A D unum numero actum, *seu finem principalem*, ut sit quis, ad hoc ut inimicum occidat, ut puellam obtineat, per plures menses paratur insidias, adhibet media, &c. omnes illi actus non sunt peccata distincta ab ipso actu finali, sed unum peccatum, quia unitatem numericam sumunt ab ipso actu finali; unde effectu scuto, sufficit dicere: semel fornicatus sum, homicidium commisi. Solum adverti debet, an aliquis ex illis actibus contineat malitiam specificam, à malitia actus finalis distinctam, v. g. malitiam scandali, &c. ut de circumstantiis dictum est; quia tunc talis actus est specialiter aperiendus utpote mutans speciem.

3759 Hinc colliges 1. Oscula, tactus, verba impudica, & alios actus copulam præcedentes, comitantes, & subsequentes, unum numero peccatum integrate cum actu principali, nempe cum copula, quæ sola est explicanda, quia omnes hujusmodi actus ordinantur ad unum actum principalem, ut dispositiones, partes, complementa, aut appendices operis.

3760 2. Qui obtinuit finem, non tenetur actum voluntatis, & decretum illud procurandi exprimere, nisi fuerit moraliter interruptus; sed sufficit, ipsum peccatum consummatum fateri, v. g. copulam. Si autem finem non sit assecutus, sufficit, si dicat, se procurasse homicidium, puellæ copulam, &c.

ACTUS DISPARATI

3761 SUnt, quorum unus non dependet ab alio; ut si quis nunc blasphemat aut concipiscit puellam, & hinc ad horam iterum blasphemat, aut concumbit puellam, independenter tamen à primo actu.

3762 De istis loquendo, si fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores fiant ex vi prioris, censentur moraliter continuati, & conflant unum numero peccatum. Si vero non fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores non dependeant à priori, censentur moraliter interrupti, & plura numero peccata totalia regulariter confectur, si mutuum inter medietemporis, v. gr. si inter unam, & aliam blasphemiam intermediet hora: Tunc si adit dubium, debet exprimi tempus.

3763 Hinc resolves, unum numero peccatum committere eum, qui uno impetu, & eodem calore pluries, etiam aliqua interruptione physica intercedente, primum concupiscit blasphemet, pejeret, detrahat; & Confessarium, qui in mortali successive plures confessiones audit, unam post aliam.

3764 E contra, qui plures successive occidit, vel eadem nocte plures fornicationes habuit, etiam eum eadem muliere, & voluntate continuata per totam noctem fornicandi, debet numerum occisorum, & fornicationum exprimere, quia tot numero peccata committit. Similiter Sacerdos die Natalis Domini tres Missas in mortali celebrans, tria sacrilegia committit. Diana *p. 11. tr. 2. resp. 2.* Leander hic *n. 5. disp. 8. §. 3. q. 9.* &c. *& alibi.*

3765 Quorum ratio est, quia quando actio habet terminum definitum, & limitatum, in quo completur, & terminatur, multiplicata actione, multiplicantur numero peccata; minime, quando non habet terminum definitum. Prioris generis, secundum gradientem, & communem hominum existimationem, est plures fornicationes successive habere in uno voluntatis imperio, aut tres Missas die Natalis in mortali celebrare, quia sunt actus omnino consummati, non facientes inter se unitatem moralem. Posteriores vero generis sunt auditiones plurium confessionum, quia sunt secum à Confessario per modum unius, & judicia illa moraliter existimantur unirl.

Tum quia confessiones plurium excipiuntur (ut ita dicam) uno impetu, & calore, una nempe assistentia, ac proinde censentur actiones moraliter unitæ.

De fornicationibus specialiter patet, quia ura copula est terminus completus, & consummatus; nam non est via ad aliam, sed potius impedimentum, hinc alia non pendet à priori, sed à perversa voluntate peccatoria.

3766 Ex dictis concluditur regula universalis, hæc est, distinctionem numericam peccatorum determinandam esse ex distinctione numerica actuum moraliter interruptorum.

CAPUT VII.

De septem vitiis Capitalibus.

3767 1. SUperbia *est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ.* Quatuor sunt ejus species. 1. Cum quis existimat habere à se bona gratiæ, naturæ, & fortunæ. 2. cum cognoscit habere à Deo ea bona, sed ex suo merito, & justitia. Utraque est ex genere suo mortalis, & non excusatur, nisi ob rem inconsiderationem. 3. Cum cæteris despectis, appetit videri, quod habet, quæ est mortalis, si laborum despectus sit notabilis. 4. Cum jactat se habere, quod non habet, de qua modo.

3768 *Jactantia* est mortalis, vel venialis juxta qualitatem rei, de qua quis se jactat: & 2. jactantia de bono, etiam si sit de re falsa, est ex se venialis, mortalis vero per accidens, si fiat cum notabili contemptu, aut damno alterius, ut fuit jactantia *Pharisæi* Luc. 18. 2. Jactantia de peccato commisso est mortalis, si peccatum est mortale. Non tenetur quis explicare speciem peccati, de quo se jactavit, nisi cum jactantia interveniat gaudium, aut complacentia de illo. Leander hic *n. 5. disp. 8. §. 3. q. 22.* Diana *p. 3. tr. 4. resp. 161.* sed sufficit dicere: *Laudavi me, aut glorificatur sum de peccato mortali*; quia tota malitia jactantiæ consistit, quæ ad gloriam apud homines rapiendam alluunt quis pro medio peccatum, ad quem finem materialiter se habet, quod peccatum sit hoc, vel illud.

3769 Narrare peccatum commissum non ob jactantiam, aut approbationem, sed ex levitate ratione supplicis relationis, est veniale *tr. n. 2286.*

3770 *Feliæ superbiæ* sunt vanagloria, præsumptio, & ambitio.

3771 *Vanagloria* est cupiditas inanis gloriæ: est ex genere suo venialis. Potest fieri mortalis per accidens, qui jactantia: *tr. n. 2706.*

3772 *Præsumptio* est appetitus aggrediendi aliquid supra vires. Regulariter est venialis.

Am-

3773 *Ambitio* est inordinatus appetitus dignitatis, & honoris non debiti, vel debitæ majoris. Est ex genere suo venialis; fit mortalis, vel ratione materiæ, ut si ambias officium, quo notabiliter ex indignus; vel ex circumstantiis, ut si modo, vel medio mortaliter malo, puta per simoniam, vel ratione damni, quod proximo inferatur; vel si fit cum notabili aliorum contemptu.

Moderate appetere, & acceptare honorem convenientem, & ob honestum finem, atque etiam juxta rationis taxam fimiter impediments resillere, & pericula aggredi, quæ ejus confecutionem impediunt, non est actus superbiæ, aut ambitionis, sed magnanimitatis.

3774 2. *Avaritia est inordinatus divitiarum appetitus.* Est ex genere suo venialis; fit mortalis, si ejus causa transgrediatur quis in materia gravi divina præcepta.

3775 3. *Luxuria est inordinatus appetitus venereorum.* Est ex genere suo mortalis: de ea *in 6. præc. Dec.*

3776 4. *Ira est appetitus inordinatus vindictæ.* Est ex genere suo mortalis: *de ea n. 291.*

3777 5. *Gula est inordinatus appetitus cibi, & potus.* Est venialis ex genere suo; fit mortalis. 1. Si fiat in tanto excessu, ut quis violet jejunia Ecclesiæ. 2. Si gula fiat notabiliter nocivus ad functiones, ad quas sub mortali tenetur. 3. Si inde graviter, & adverenter suæ saluti noceat.

3778 In hac materia fuit damnata ab Innoc. XI. sequens propositio, 8. *Comedere, & bibere usque ad fatietatem ab solum voluntatem non est peccatum, modo non obsit valetudini; quia licite ponit appetitus naturalis fuis actibus frui.*

3779 Quæ propositio tria puncta continet, quæ seorsim, & singillatim sunt ex genere suo venialia, & multo magis simul unita.

3780 Et 1. Peccatum est, *comedere, & bibere usque ad satietatem*, videlicet *immoderate*, quia comestio, & potus sunt ordinata à natura ad vitam conservandam; adeoque id, quod est ultra superfluum, à recta ratione deviat, & inde est peccatum.

2. Eadem ratione peccatum est, si id fiat ob solum voluptatem, quia qui sic comedit, comedit more brutali, perverendo ordinem à natura inditum, ut in simili dixi *n. 2280.* Non peccat autem, qui moderate comedit ob voluptatem, eam saltem virtualiter ordinando ad necessariam vitæ sustentationem: quia inde non habet voluptatem pro fine principali & unico, sed pro fine subordinato, vel pro medio ad finem principalem sustentationis consequendum, juxta illud, *Quod supra, n. 3.* & sic non pervertit naturæ ordinem. Ita fere discurrit Cardenas *disp. 6. prop. 8.* qui addit, quod comedens ob voluptatem, si moderate comedat, virtualiter pro fine principali sustentationem intendit, quia superfluus cibo non utitur, sed necessario ad sustentationem, adeoque non ob solam voluptatem comedit.

3781 3. Quamvis *licite possit appetitus naturalis suis actibus frui*, id est verum, si fruatur ac complaceat moderate, & non pervertendo ordinem, & finem, ad quem actus est à natura inditus. Quoniam (ut ait D. Thom.) *Omnia delectabilia habent pro regula necessitatem congruentiæ*, ac proinde assumi debent secundum finem proprium, ad quem sunt à natura ordinata; *sic concentus musicalis*, est ordinatus ad lætitiam, aut ad naturam applicationibus defatigatam sublevandam, *odorifera*, ad capitis confortationem, aut tetri odoris vitationem: adeoque appetitus naturalis hominis eis immoderate, aut ob solam voluptatem, & delectationem, sine peccato venali frui non potest.

3782 *Ebrietas* est, qua quis violenter, & modo innaturali ob voluptatem, aut ingluviem, feienter se usu rationis privat. Est ex genere suo mortalis, quia est gravis Dei injuria, ejus imaginem sic deturpare. Et quamvis Lessius cum aliis apud Arfdekin *tom. 2. pag. 149. q. 12.* putet, licitum esse inebriare aliem per modum necessariæ medicinæ, aut ad impediendum grave malum, v. g. homicidium, ad quod patrandum erat ille determinatus: verius puto cum Arfdekin non licere, quia ebrietas formalis est ab intrinseco mala, cum priver nominem modo innaturali usu rationis, & reddat similem bruto. Malum autem potest alia via impediri per potionem somnificam, quia somnus est naturalis.

6. INVIDIA: *vide num. 315.*

3783 7. ACedia, ex D. Thom. *est fastidium spiritualium verum.* Unde importat quoddam tædium bene operandi juxta illud Psal. 118. *Dormitavit anima mea pre tædio.* Est ex genere suo mortalis opere consummato. Venialiter peccat, qui tædio & fastidio se afficit super jejunio, aut auditione sacri, &c. non quia bona sunt, & utilia animæ, sed ob incommodum corporis: illa tamen, si sint præcepta, in executione impiet. Mastrius *disp. 15. n. 144.*

CA-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT VIII.

De Indulgentiis.

3784 INdulgentia *est remissio pœnæ temporalis extra Sacramentum per applicationem satisfactionis Christi, & Sanctorum, virtute clavium: vide n.* 3179.

3785 Indulgentia, alia est *plenaria*, quæ remittit totam pœnam Purgatorii, quia satisfacit pro tota pœna temporali peccatis præteritis debita.

Hinc non potest quis unico actu plures Indulgentias plenarias lucrari, quia cum per unam tota remittatur pœna, per alias nil obtinetur; sed tunc omnes simul ad integrum effectum concurrunt. Gobat. *tom.* 2. *part.* 1. *c.* 23. *num.* 209.

Alia est partialis unius anni, septem annorum, &c. pro qua sciendum est, quod antiquitus secundum Canones aliquibus peccatis gravioribus imponebatur pœna, v. gr. jejunium, aut aliud, facienda per tot annos, quadragenas dictum, &c. liogulis diebus, aut hebdomadibus, &c. Hoc supposito, quando conceditur Indulgentia partialis unius anni, centum annorum, plurium quadragenarum, &c. per id non designatur totidem annis, aut dies de pœnis Purgatorii, sed totidem annis, aut dies de pœnitentia per latos Canones injunctis; adeoque Indulgentia centum annorum tantum tollit durationis Purgatorii, quantum tolleret pœnitentia centum annorum per latos Canones imposita: quanta autem hæc sit, nemini notum est, nisi Deo.

3786 Ad Indulgentiam lucrandam sufficit intentio virtualis. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resp.* 24. Leander *de sacr. tr.* 5. *disp.* 14. *q.* 37. & alii apud Arsdekin *tom.* 1. *pag.* 241. *num.* 1. Addit, quod ille, qui Indulgentiam ignorat, adhuc illam lucretur, si opus injunctum exequatur, ob intentionem implicitam, qua, si sciret, vellet lucrari. Quilibet mane in Præparatione Missæ protestari loleo, me intendere lucrari, tam pro me, quam pro defunctis, Indulgentias omnes, quas mediante eo sacrificio, lucrari possum.

3787 Per Indulgentiam remittitur pœnitentia satisfactoria à Confessario imposita, sed non pœnitentia medicinalis; & tunc non tollitur præceptum per ejus abrogationem, sed per materiæ fabricationem.

3788 Indulgentia non remittit culpam, neque pœnam peccato veniali debitam, non remissa culpa; quia pœna non potest remitti non remissa culpa.

3789 Qui est consectarius Indulgentiam debet esse in gratia, saltem dum ultimum opus facit. In Indulgentia pro defunctis requiritur, quod ipse defunctus, & non operans sit in gratia, quia Indulgentia habet valorem ex opere operato, & ille, non ille, est tam consecuturus.

3790 In Indulgentiis attendenda sunt opera injuncta, & conditiones, quia *tantum valent, quantum verba sonant*: & licet possit dari parvitas materiæ, consultius est exacte opera injuncta exequi.

Quæres opponitur, quod *sis confessus, & contritus*, attendi debent verba: si enim ex illis colligatur, Pontificem velle statum gratiæ, tunc non erit necessaria confessio, si quis cognoscat se in gratia; erit autem necessaria, si exigatur tanquam conditio.

3791 Indulgentia concessa alicui Ecclesiæ, si Ecclesia naufragium, aut simul tota deflruatur, & hic paulatim, aut mox reædificetur, remanet Indulgentia; quia Indulgentia non datur loco simpliciter, sed Ecclesiæ, quæ est moraliter eadem. Et pariter Ecclesia, si de uno in alium locum reædificetur Superioris auctoritate, suas secum ferl Indulgentias, si eundem servet titulum, & Patronum. Quod si non reædificetur, etiam si id fiat post longum tempus, Indulgentias amittit, Gobat *tom.* 2. *tr.* 4. *part.* 2. *cap.* 6. *n.* 362. Diana *par.* 6. *tract.* 7. *resol.* 32.

3792 Indulgentiæ debent executioni dari gratis, nam à Summis Pontificibus in Brevibus solet apponi clausula irritativa: *Præsentes nullæ [illegible] absolutione, aut executione decem, vel quanto cumque tempore suspendatur*. Quod late advertit Diana *part.* 5. *tract.* 13. *resp.* 71. ubi refert mandata Regis Catholici pro observantia.

QUÆRES,

3793 *An translato festo, transferatur quoque Indulgentia?*

RESP. transferri, si transferatur festum non solum quoad Officium, verum etiam quoad forum, hoc est quoad abstinentiam à servilibus; si Indulgentia fit concessa, non affixa determinatæ diei talis mensis, sed pro die Festo Sancti. Non transferri vero, si festum transferatur solum quoad Officium, Gobat *tom.* 2. *tr.* 4. *part.* 2. *cap.* 7. *à num.* 323. Diana *par.* 6. *tract.* 7. *resp.* 31. Lezana, & alii apud ipsos.

Ratio desumitur ex intentione Legislatoris, nempe Summi Pontificis; Indulgentia nanque, ut constat ex Bulla 14. Clem. IV. & ex 34. S. Pii V. datur in usum & devotionem populi, atque in festi solemnitatem: Populus autem non attendit ad officium, sed ad id, quod est publicum, nempe ad festi solemnitatem quoad forum, cui maxime confert Indulgentia. Et quo fit, quod translato festo non solum quoad officium, sed etiam quoad forum, transferatur Indulgentia, si talis translatio non fiat voluntarie, sed juxta Rubricas, & ritum Ecclesiæ: non transferatur vero Indulgentia, si festum transferatur solum quoad officium.

3794 Et quamvis sit privilegium, seu declaratio Pontificum, ut in festis Primariorum Sanctorum Religionum, Indulgentia transferatur una cum festo, ut præsertim Gregor. XIII. apud Pevr. & Gobat. *cit.* concessit pro festo S. Francisci de Paula.

Modo non est recedendum à dictis; quia tunc temporis hujusmodi festa non erant solum quoad officium, verum etiam quoad forum, seu cum abstinentia à servilibus; non sic modo post Urb. VIII. qui numerum festorum quoad forum restrinxit, & moderavit.

Ac proinde servanda sunt Decreta Sacr. Congreg. Rituum de die 30. Septembr. 1679. & 10. Junii 1690. relata in Rubricis particularibus nostri Breviarii *tit.* 10. *num.* 109. quibus disponitur, quod translato festo, minime transferatur ipsa Indulgentia.

INDULGENTIA PORTIUNCULÆ

3795 DIe 2. Augusti in Ecclesiis Religionis Seraphicæ applicari etiam potest pro defunctis. Ita est novissime declaratum, & concessum per Breve Innocen. XI. anno 1687.

3796 Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum prope Assisium [illegible] suspenditur ibi per [illegible] m sanctum, ex Brev[illegible]

C[illegible]

21

& locis Ordinis, suspenditur pro vivis, minime pro defunctis: vide infra *num* 3835.

3797 Insuper in recenstta Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum prope Assisium est perpetua quolibet anni die, per Breve Innoc. XII. sub die 28. Augusti 1695. tenoris sequentis:

(*INNOCENTIUS PAPA XII.*

Ad perpetuam rei memoriam.

REdemptoris & Domini nostri Jesu Christi vices, licet immeritis, gerentes in terris, cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem humilitati nostræ commisit Deus, fideli, prudentique liberalitate libenter erogamus, sicut pia sublimium Principum præclaris in Ecclesiam Dei meritis fulgentium, ac Religiosorum virorum propriæ alienæque saluti laudabiliter incumbentium vota pollulant, & Nos ad augendam fovendamque fidelium pietatem profuturem in Domino arbitramur. Itaque spirituali Christi fidelium ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum nuncuparam, Domus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, prope, & extra muros Civitatis Assisien. assidue (ut accepimus) ex universis Christianis Orbis partibus devotionis causa confluentium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, nec non dilecti filii Bonaventuræ Poetti Ministri Generalis dicti Ordinis supplicationibus, etiam tortus Ordinis prædicti nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus piæ, atque eniæ plurium orthodoxorum Principum preces in ipsum tendentes accessere, favorabilem assensum præbere cupientes, ac de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus ad Ecclesiam supradictam, sicut præmittitur, confluentibus, qui illam vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, in quocunque anni die devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus pergetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transeuntes, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Augusti 1695. Pontificatus Nostri Anno quinto.]

J. F. Card. Albanus.

3798 Eandem Indulgentiam quotidianam concessit visitantibus Ecclesiam S. P. Francisci Conventualium Civitatis Assisii, Innocen. XII. *per Breve, Commisse nobis.*

QUÆ-

QUÆRES I.

An indulgentia Portiunculæ in aliis Ecclesiis Ordinis pro eo die lucrifiat toties quoties?

CErtum est, quod stando in jure, non appareat talis extensio; nam Indulgentia illa lucrifit toties, quoties, quæ est concessa perpetua simpliciter absque præfixione diei; quæ vero est affixa diei, non lucrifit, nisi semel eodem die, ut statuitur in Decr. Innoc. XI. de Apocryphis Indul. modo adducendo. Indulgentia autem Portiunculæ solum est primi modi Assisi, alibi est secundi modi.

Nec in diplomatibus, quibus dicta Indulgentia plenaria à Summis Pontificibus conceditur aliis Ecclesiis Ordinis, apponitur particula, *ad instar*.

3800 Si tamen attendas praxi, fideles putant in cunctis Ecclesiis Ordinis pro die secunda Augusti lucrifieri toties quoties, ad instar Indulgentiæ Assisi; unde eam diem in continuis visitationibus insumunt: quod vidi practicari etiam Romæ, nedum à simplicibus, verum etiam à viris doctis, & Primatibus; unde hæc Indulgentia ubique nuncupatur Portiunculæ; qua stante praxi, & confideratione, quod hæc Indulgentia sit extraordinaria, utpote quæ ortum habuit à Christo Redemptore, causam habet Religio confugiendi ad pedes Summi Pontificis pro expresla concessione, sicut concessum dicitur pro Indulgentia S. Francisci de Paula die secunda Aprilis.

3801 Modo tamen adest Decretum S. Congr. quo disponitur, *servandum esse solitum*, apud Matthæucci *to. 2. p. 100. ver. Indulg.* ut sequitur:

Emmentiss. & Reverendiss. Domini.

(Episcopus Labacensis à parte Imperii Orator Devotus, EE. VV. humiliter exponit, quod non obstante Decreto Innocentii XI. de Apocryphis Indulgentiis sub die 7. Martii 1674. quo declaravit, semel dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam lucrifieri, perguunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Reformatorum Provinciæ Carniolliæ populo persuadere, Indulgentiam pro die secunda Augusti, de Portiuncula nuncupatam, eorum Ecclesiam visitantibus concessam, toties, quoties, eadem die lucrifieri posse.

Cum autem hujusmodi abusus ad Summ. Pontificem ab Ordinariis deferri jubeat Sacr. Congr. Concilii Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3.* in decreto de Indulgentiis,

Idcirco Orator quærit, & declarari petit, an præfata Indulgentia, de Portiuncula nuncupata, etiam comprehendatur sub Decreto, & declaratione felic. mem. Innocentii XI. supradicto. Pro qua gratia, &c.

Ita 17. Julii 1700. Sacra Congregatio Emmentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Procuratoris Generalis, & Ministri Provincialis, censuit servandum esse solitum, apud impressorem Cameralem.)

3802 Pro Ecclesiis S. Mariæ Angelarum:

QUÆRES II.

[illegible] stationes debere esse mo[illegible]ntes unam. & aliam visitationem, aliquod medium esse, & interpellationem. Afferunt exemplum in humanis: si quis enim, postquam Principem invitat, statim, ac per plures vices absque interpellatione ad invisendum rediret, tales visitationes plus sapere[nt] rustici, aut stomachi, quam prudentiæ.

3805 Sed, quid sentiam, scire cupis: Dico secundum modum plus sapere prudentiæ humanæ; primum plus pietatis, ac simplicitatis. Scio tamen cum S. Job. *c. 10. Deo non esse oculos carnei, nec sicut videt homo, illum videre.*

PRO COMMUNICATIONE INDULGENTIARUM.

3806 IN Ordine Minorum de Observantia adest Bulla Innoc. XII. die 15. Decemb. 1695. apud Rubricas particulares nostri Breviarii novi, ut sequitur:

(Innocentius Episcopus, &c. salutem, &c. Sua Nobis Dilectus Filius Fr. Franciscus Diaz à Sancta Bonaventura, Sacrarum Congregationis Indicis, Rituum, & super Disciplina, seu Reformatione Regularium Consultor, ac Missionariorum diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Familiæ Ultramontanæ Procurator petitione monstravit, quod alias ad ipsius instantiam, à fel. rec. Innoc. Papa XI. Prædecessore nostro, Litteræ in forma Brevis, sub die 5. Septembr. de Anno Domini 1686. emanarant, in quibus confirmata reperitur Communicatio Privilegiorum, & Indulgentiarum, etiam Plenariarum, usque tunc non revocatarum, inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregationes, Ordines, & Personas utriusque sexus, obedientiæ, vel [illegible] dilectioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Subjectas, a pontibus Romanis Pontificibus, ipsius Innocentii, & Nostris etiam Prædecessoribus, eisdem per diversa privilegia concessa, à qua communicatione, prout ex tali victus a Sede Apostolica extitit declaratum, retinere dignoscitur, quod quando decoratum reperitur Altare unius loci, vel una Ecclesia, aut una Confraternitas, seu quævis Congregatio, Ordove aliquorum à dictis personis aliqua Indulgentia, sive Plenaria, sive non, applicabilis pro modum Suffragii, vel non applicabili pro animabus Purgatorii, ad favorem earundem tantum) personarum, vel omnium simul Christi fidelium concessa, minime tamen revocata, qui in eo Loco, Altari, vel Ecclesia Confraternitatum, id diebus in concessione expressis perfecerint, quod per eandem concessionem fuerit præscriptum: in omni Loco, Altari, vel Ecclesia, Confraternitatum, Congregationum, Ordinum, & Personarum præfatarum, eadem Indulgentia ab omnibus respective acquirantur, qui itidem diebus eadem ibi emittere diligentias, in concessione taxatas,

QUÆRES

3807 *An stante præcisa mutua communicatione Pervetustorum, & Indulgentiarum Ordini nostro concessa, omnia pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii a Religiosis, seu Ordinibus utriusque sexus, Minorum S. Francisci subjectis, ubicunque terrarum [illegible] ita?*

3808 REsp. affirmative; sic namque declaratum fuit ab Innoc. XII. in Bulla initia *cum.* 3806. quæ incip. *Sua Nobis*, declarativa confirmationis prædictæ mutuæ communicationis factæ ab Innoc. XI. ubi inter alia requiritur resolutio hujus dubii, tenoris sequentis:

(Sed quia adhuc post prædictum Decretum dubitabant nonnulli, an mens dictæ Congregationis fuerit illa fore, quod pia Loca Viæ Crucis, seu Calvarii, ad recludendam, seu meditandam Christi Passionem, a prædictis Personis, seu Ordinibus ad similar Stationum Calvarii Montis, juxta diversa etiam privilegia Sanctæ Sedis erecta, competentia sint in præfata mutua communicatione, eadem Congregatio sub die 12. mensis Novembris mox elapsi declaravit, etiam præfata pia Loca Viæ Crucis, seu Calvarii, comprehendi in quæ dictis Litteris dicti Innoc. XI. Prædecessoris Nostri, ac proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & Privilegiis eisdem Litteris contentis, & expressis, ac Nos sententiam prælaudatæ Congregationis sub die 15. ejusdem mensis Nov. pariter benigne approbavimus, sicuti in Decreto præfatæ Congregationis, desuper similiter emanato, plenius continetur.)

3809 Insuper in alio Brevi ejusdem Innoc. XII. incip. *Debitum*, &c. Ordini nostro concesso 19. Maji 1694. inserta, ac comprobata reperitur sequens dispositio in nostro Capitulo Generali edita, ut sequitur:

(Quod Tertiarios vero, & Chordigeros, ferventiæ statuta, seu Decreta Capituli Generalis Romæ, ut præfertur, anno 1688. celebrati: omnimodaque adhibeatur cura, ut in cunctis Confraternitatibus erectis, seu erigendis in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum, &c. Exercitium Viæ Crucis, & orationis mentalis, quam citius stabilitur; eoque introducto, una à Dominicis, seu diebus festivis, pro quolibet mense, à Superiore Loci, de alienis discretorii Conventus, seu Monasterii, in perpetuum assignabitur, ad consequendam Indulgentiam Plenariam, novissime à SS. D. N. Innocentio XII. in Brevi, *Alias* benigne concessam.) Quæ ordinatio in non exiguum cedet animarum profectum, ubique terrarum à Nostris tribus pragi manebitur.

[illegible] pia loca debite erecta à Nostris: Indulgentiis [illegible]

3810 [illegible] Stationum Viæ Crucis, [illegible] communicationem juxta præfata Brevia habent recensita loca Viæ Crucis ubique à Nostris erecta, sunt ditiores Indulgentiæ Plenariæ, ac non Parciales, cum liberatione animæ à Purgatorio ita [illegible] pistatum. Indulgentiarum per Reverendum P. Matthæum à S. Joseph, nunc Magistrum Generalem, [illegible] Cruc. Indulgentiam Ex. [illegible] facta, & hac Pauli manu rubris data anno 1669.

3812 Catalogum Indulgentiarum non revocatarum habes apud Rodr. in compl. Pract. Lamtuscam, & Matthæucci *ver. Indulg. to. 2. p. 3. prop. 37. ab Alex. VII. damn.*

DE-

DECRETUM

DE APOCRYPHIS INDULGENTIIS AB INNOCENTIO XI. APPROBATUM.

3813 DElatæ fepius fuere ad Sacram Congregationem Indulgentiis, facrifque Reliquiis præpofitam, Indulgentiæ quædam confictæ, & omnino falfæ, quæ per diverfas Orbis Chriftiani partes circumferuntur; aliæ vero examinandæ, quæ adhibito ftudio inventæ funt, vel apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocatæ, vel nullæ, quod datum eis tempus præterlifferet: quarum quidem plurimæ, cum non facilem cognitionem habeant Chriftifideles harum rerum, minus peritos fallunt, qui fpe indulgentiæ, remiffionifque peccatorum fuarum confequendæ fruftrantur. Quamobrem eadem Sac. Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies ferpenti occurrere, animarum profectus, & Indulgentiarum dignitati confulere, plures illarum fingulari diligentia colligi, & Indici referri curavit.

Tales in primis funt illæ, qui afferunt, conceffæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus orationem charitatis Jefu Chriſti Domini Noſtri, *Precor te, piiſſime Domine, &c.* ab Urbano II. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ut vulgo dici ſolet, Campagnolæ, & Sanctæ Victoriæ, ab Eugenio III. Revelationi de Piaga in numero Jeſu Chriſti, factæ S. Bernardo, ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptionis, à Bonifacio IX. Viſitantibus Capellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die feſto, à Joan. XXII. ofculantibus menſuram plantæ pedis Beatæ Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini Beatæ Mariæ, vulgo dictæ Lagetthi, à Leone X. geſtantibus funiculum S. Franciſci, primum in Urbe impreſſæ, deinde Mediolani anno 166 (ſuas tamen habent, & veras, Confratres Archiconfraternitatis Chordigerorum Sancti Franciſci) recitantibus Salutationem Angelicam ad quiſvis horologii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis Immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna ſubjecta eſt, à Pio IV. vel S. Pio V. Principi Senatum, à Clemente VIII. dicentibus Orationem: *O magnum myſterium, &c.* & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Averſione impreſſæ, tum aliæ pro animabus Chriſti fidelium defunctorum, impreſſæ Mantuæ 20. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum: *Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur, &c.* vel ſi die Sabbati intererint, dum idem canitur, & Coronis, Rofariis, Imaginibus, & Numiſmatibus, quæ Medallas appellant, ab eo benedictis, Friderico Cardinali Borromeo ſupplicante anno 1611. dum Eccleſia Romæ in honorem Sancti Carolo ædificaretur, & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus: *Sit laudatus et ſanctiſſimo Sacramento, Laus Sanctiſſimo Sacramento*, ab Urbano VIII. in honorem ejuſdem Sacramenti; precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata Miſſa, dicentibus: *Ave filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii, &c.* à Clemente X. recitantibus mane, meridie, ac veſpere conſuetam Antiphonam, *Angelus Domini, &c.* & in fine, *Deo Gratias, & Mariæ*. Ac demum aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tributæ, aut ajunt, Coronæ Myſteriorum Paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, præe Magni Ducis Etruriæ.

Talis Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, qua repetita quinquies Orationi Dominicæ, & Salutationi Angelicæ, unam liberari animam qualibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliæ Perufin Confraternitatis Sanctorum Sebaſtiani, & Rochi, & Romæ Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani. Tales demum aliæ Cruciſignatorum S. Euſtorgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Eius generis ſunt & illæ conceſſæ, ut ajunt, Capellæ Rofarii in Eccleſia Sancti Antonii de Rovigo, ſeu Rodigii, vel Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Bergomi, aut Sancti Petri Montis Tedoni die feſtivo Inventionis Sanctiſſ. Crucis, vel geſtantibus funiculum S. Franciſci de Paula, vel celebrantibus Miſſas S. Auguſtini, aut alias quinque in honorem quinque feſtivitatum B. V. vel recitantibus Officium Sanctæ Franciſcæ Romanæ, aut Antiph. *O Peſſima magna, &c.* in memoriam Paſſionis Jeſu, aut Rofarium S. Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat) aut Orationem, quæ impreſſa cum Imagine Sanctæ Annæ circumferri ſolet, *Ave gratia plena, &c.* (quæ oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatæ, quod aſſerunt à Paulo V. probatum fuiſſe, aut Orationem: *Deus, qui nobis in Sancta Sindone, &c.* (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. concella precibus Duciſſæ Sabaudiæ ad annos 25. curiis in illius ditione degentibus) aut aliam: *Ave filia Dei, &c.* poſt Communionem recitandam, vel aliquo conſpicuo ligno venerantibus Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramenti nomen. Indulgentiæ ruriles oſtogenta millium annorum veteri de Tabula exſcriptæ, quam in Baſilica Lateranenſi aliqui aſſervati aſſerunt, pro dicentibus Orationem ilam vere piam: *Deus, qui pro redemptione mundi, &c.* tum quæ impreſſæ fuerunt Papiæ anno 1670. ſub hoc titulo, *Sommaria dell' Indulgenze conceſſe dalla Santità di N. S. Papa Leone X. all' Immagine della Concezzione della Gloriofa Vergine Maria*; vel Piſauri ſub nomine Beatæ Joannæ anno 1608. evulgatæ; vel Barletæ, ſeu Baruli à recitantibus quaſdam non ſane malas Orationes iucrandæ; vel Patmæ à viſitantibus per Quadrageſimæ dies Eccleſiæ Tertii Ordinis Sancti Franciſci; vel Piſtorii, & Vaſtallæ à recitantibus Orationem, *Ave Sanctiſſima Maria Mater Dei, Regina Cæli, &c.* & aliæ in peculiari impreſſo libro deſcriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Beneſactores.

His annumerandæ ſunt, quæ Crucibus Caravacenſibus tributæ dicuntur, vel Coronæ, ſive Stellario Conceptionis Virginis Immaculatæ, quod ex duodecim globulis precatiis conſtat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloyſiæ ab Aſcenſione Hiſpanæ Monialis Ordinis Sanctæ Claræ, vel Menſuræ altitudinis Jeſu Chriſti Domini Noſtri, vel Immaginis, aut Menſuræ vulneris lateri ejus inflicti, vel Orationi, ut ajunt, in Sepulchro Domini noſtri repertæ, & Indulgentiæ, ut ajunt, immæ revelationi factæ Sanctis Birgittæ, Mechildi, & Eliſabeth, vel Beatæ Joannæ de Cruce, & conceſſæ, ut aſſerunt, granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hiſpaniarum Regem, & Miniſtrum Generalem Fratrum Minorum Obſervantiæ Sancti Franciſci.

Omnes vero, & ſingulas jam dictas Indulgentias Sacr. Congreg. partim eſſe confictas, & plene falſas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini ſuffragari poſſunt, eaſque in futurum ullo in loco ut veras publicari, & lucrandas Chriſtifidelibus proponi vetat; Foliaque, & Libros, ubi ſic proponuntur, ſeu aſſeruntur, omnino præcipit aboleri, niſi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; necidem tamen vult, alias, quas hac Decretum non continet, pro veris & legitimis, tacneque probatis haberi.

Ac demum omnes Indulgentias conceſſas ante Decretum Clemen. VIII. latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Rofariis, Granis, ſeu Calculis, Crucibus, & Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incip. *Romanus Pontifex, &c.* editum 23. Maii anno 1606. perſonis Regularibus quamcunque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Conſtitutionem 115. Clemen. VIII. cujus inſtitum: *Quecunque, &c.* & 68. Pauli V. incipientem: *Quæ ſalutaster, &c.* habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate etiam Jeſu, Capitulo, vel Cœtu quocunque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliiſque perſonis, vel perſona, etiamſi eatum, vel ejus mentio ſpecialis, & individua facienda eſſet, niſi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius eſſe roboris, & momenti patiter declarat.

Porro Summatia Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinæ Chriſtianæ, Confraternitatibus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rofarii, B. Mariæ de Mercede, & Redemptionis Captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, Cinctuæ S. Auguſtini, & S. Monicæ, niſi ab eadem Congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentiæ vero Stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus ſingulari quodam beneficio vel communicatæ ſunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, Ordinibus aut perſonis, diebus tantum Stationum in Miſſali Romano deſcriptis ſuffragari poſſe declarat; leme autem duntaxat in die Plenariam Indulgentiam in certos dies Eccleſiam viſitantibus conceſſam, vel aliud pium opus petragentibus, lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctiſſimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolanter ſervari juſſit. Datum Romæ die 7. Martii 1678.

Aloyſius Card. Homodeus.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secr.

ALTARE PRIVILEGIATUM

3814 ESt illud, in quo à Summo Pontifice conceſſa eſt Indulgentia Plenaria pro defunctis; quam quidem poteſt Papa animabus Purgatorii concedere, eas liberando non directe, & immediate per modum abſolutionis, & judicii, ut facit pro vivis, cum non ſint illi ſubjectæ, ſed per modum ſuffragii, ſeu cuiuſdam auxilii, offerendo Deo de theſauro Eccleſiæ ſatisfactiones per modum precis congrui pro earum liberatione.

3815 Indulgentia Altaris privilegiati, aut alia pro animabus Purgatorii conceſſa, certo & infallibiliter ſuum habet effectum, D. Thomas *in 4. diſt. 21. qu. 2. art. 3. q. 2.* Martinus *diſt. 24. qu. 3. num. 46.* Diana *part. 9. tr. 2. reſ. 3.* Villalob. & communior contra Layman, &

alios. Ratio est; quia ex una parte præstatur quod offertur, est æquale debito; nam offert de thesauro Ecclesiæ constituente in satisfactionibus Christi, B. Virginis, & Sanctorum, qui est superabundans, & nunquam deficiens: *v. tom. 2. pag. 670. num. 241.* Ex alia parte habetur promissio Dei de tali pretio acceptando, inclusa in articulo fidei de communione Sanctorum, & expressa in verbis Christi Matth. 16. *Quæcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Quæ promissio est universalis; *Quodcunque*, & non excludit animas Purgatorii; quia ly, *super terram*, cadit supra solutionem activam, non supra passivam.

3816 *Communio Sanctorum* constituit in hoc, quod corpus Ecclesiæ Catholicæ, seu universalis, quod complectitur tres partes, *militantem*, scilicet viatorum in hac vita contra hostes animæ militantium; *satisfaciens*, in alia vita in Purgatorio satisfaciens; & *triumphantem*, Beatorum in Paradiso Dei fruentium, est ita perfecte unum, ut unius membri bono participent cætera membra, ex Apost. ad Rom. 2. & ex *Psal.* 118. sic nostræ orationes, & sacrificia juvant animas Purgatorii; orationes vero Sanctorum nos juvant, & illas.

3817 Hinc colliges 1. Differentiam inter sollicitationem, quæ à fidelibus præstatur auctoritate fori; pro animabus Purgatorii, & inter eas, quæ fiunt auctoritate Apostolica; nam illa efficitur per modum simplicis deprecationis, & impetrationis, ut Deus de congruo recipere dignetur; hæc vero per modum conjectationis, & cum gratæ satisfactionis exigendi pretii, quod offertur, & promissionis Dei de eo acceptando, inclusæ in articulo fidei de communione Sanctorum, & expressæ in verbis Christi.

3818 2. Quod nulla Indulgentia valeat pro defunctis, nisi sit expressè à Papa concessa pro illis; quia nullus potest disponere, & offerre retium pro illis de bonis communibus Ecclesiæ, quæ sunt satisfactiones Christi, & Sanctorum, nisi solus Papa.

QUÆRESIS

3819 In concessione Altaris privilegiati apponi solet clausula, *dummodo in Ecclesia tot*, v. g. *quindecim Missæ celebrentur quotidie*, An si ita ex non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?

Diana *part. 9. tr. 2. resp. 9.* ait de suo apponens refert Resp. Bordoni *tom. 2. resp. 2.* & eique acheretere videtur. Qui respondet non tenere, si numerus Missarum præscribatur tanquam conditio.

3820 Addit tamen contra Rodr. Silvium, & alios, talem clausulam regulariter non esse conditionem ad valorem privilegii necessariam, sed apponi narrative, attenta supplicantium facta, in qua eli expressus conveniens, aut magnus sacerdotum numerus; narrativa autem nec conditionem, nec jus facit, ex *cap. Ex litteris 3. de fide instrum.*

Quod suaderi potest; nam in similibus Brevibus non semper idem numerus sacerdotum celebrantium præscribitur, sed aliquando sepiem, aliquando quindecim; & aliquando quadraginta; quæ diversitas non aliunde oritur, nisi ex diversitate expectorum in supplicationibus, ad quæ summus Pontifex attendit.

3821 Tum quia particula, *dummodo*, regulariter eodem significat, non conditionem; Tamb. *in Meth. celebr. Miss. lib. 1. cap. 4. §. 4. n. 41.* Barb. & Sanchez; qui modus non constituendi tactum, nempe privilegium; sed adjicitur actui perfecto.

Mallucs *disp. 23.* Tearder *tr. 5. de pœnit. disp. 14.* Diana *p. 9. tr. 2.* Arsdekin *in tom. 2. p.*

QUÆRES II.

3822 *Beneficiatus nimis sua habere, & magna Curæ difficultate, concessionem Altaris privilegiati obtinuit cum clausula, dummodo quotidie quatuor Missæ in ea Ecclesia celebrentur. An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?*

Resp. tenere, si id fat raro, aut aliquo casu fortuito; mirime si fat communiter, Diana *part. 9. tr. 2. ref. 9.* Rocc. & alii apud ipsum.

Ratio primæ partis est; quia hæc accipienda sunt humano modo, & moraliter, ut frequentius accidit, *l. 3. §. 5. & 6. ff. de leg.* & splendor Ecclesiæ non amittitur ex defectu Missarum, qui fortuito & raro contingit.

3823 Ratio secundæ partis deducitur ex resolutione prioris quæstionis; in tantum enim in consuetis clausulis, *dummodo signata, quindecim, septem Missæ quotidie celebrentur*, diximus dictas clausulas non apponi regulariter ut conditiones, sed narrative, & ut modum; adeoque, si pauciores dicantur, non cadere concessionem; quia cum pauciori numero servatur sufficiens cultus, & decor Ecclesiæ, qui pro concessione Altaris à Pontifice intenditur. Non ita res se habet in casu; quia clausula quatuor Missarum non est regularis, sed extraordinaria, & singularis; & si minus quam quatuor Missæ celebrentur, non servatur cultus, decor, & splendor Ecclesiæ à Pontifice pro con-

cessione intentus (quæ fuit causa laboris, atque animæ difficultatis) adeoque collig mus, dictam clausulam appositam esse taxative, ut conditionem, atque ita de concessionem Altaris caderet, si communiter non servetur.

CAPUT IX.

De Jubilæo.

3824 Jubilæus à verbo *Jobel*, quod apud Hebræos est *annus remissionis*, durare solet per quindecim dies, excepto Jubilæo Anni Sancti, qui durat per totum annum.

3825 In eo concedumtur plures facultates r. Absolvi omis ab omnibus censuris, & casibus reservatis, faciendæ à quolibet Confessario, approbato tamen ab Ordinatione loci, exceptis crimine hæresis formalis, nisi extrimatur, ex Decr. Alexand. VII. 1656. 2. Commutandi, non dispensandi omnia vota, exceptis solum votis Castitatis, & Religionis, ac votis remissionis à reato acceptatis: v. fuse de voto.

3826 Jubilæus non potest his lucrari, sed semel, Busemb. *tom 6. tr 4. c. 1. dub 4.* & Bonac. contra Arsdekin *tom. 2. pag. 241.* qui plures pro se refert. Nam clare colligitur ex verbis Jubilæi.

3827 Qui omisit lucrari Jubilæum in sua patria, potest illum lucrari alibi, ubi tempus præscriptum non jam est elapsum. Qui post confessionem iterum peccat peccato reservato, potest iterum absolvi, si non expiraverit tempus. Si quis tempore Jubilæi incepit confessionem, quam tamen materialiter imperfectam ob nullam causam opus fit differri, potest nunc tolli reservatio, & fieri commutatio votorum. Imo Confessarius potest postea peracta confessione præstare omnia, quæ ante; quia cepta causa manet potestas delegati, donec finitur, Busemb. *cit.* Bonac. Diana. Confessarius potest absolutionem post Jubilæum differre ob necessitatem proximam pœnitentis, vel quia pœnitens accessit ultimo die, & confessio non potest perfici.

3828 Qui peccat peccato reservato in confidentiam Jubilæi, potest virtute Jubilæi absolvi, nisi expresse exceptuentur reservata, in confidentiam Jubilæi commissa. Aliud est peccare posita notitia, seu post notitiam Jubilæi, & aliud *in confidentia* Jubilæi; nam *confidentia* importat, quod notitia Jubilæi influat in peccatum, & sit ejus causa, quatenus quis illud non faceret, si non haberet notitiam Jubilæi, & spem facilis absolutionis.

3829 Qui absolutus est à reservatis, si postea non impleat alia opera, & Indulgentiam non lucretur, vere remanet absolutus, si quando confessus est, habuit intentionem veram, & non fictam lucrandi Jubilæum. Imo de eo, qui omnia opera neglexit, in fine tamen, seu ultimo die, pœnitentia ductus accedit ad confessionem, & communionem, probabile putat Arsdekin *tom. 2. pag. 242.* cum Diana *part. 5. tr. 12. ref. 26.* & aliis, quod Confessarius possit omnia opera præscripta in alias pias actiones commutare, & reddere eum participem Jubilæi, quia tunc est vere impotens ad opera præscripta peragenda. Eadem ratione addit contra Lugo, quod pro eo, qui omnibus præscriptis peractis, ultima Dominica communicare non potest, quia inadvertenter hibet, possit Confessarius communionem in aliud opus commutare: *vide à num. 3309.*

Quamvis autem per confessionem invalidam virtutem Jubilæi non tollatur reservatio, addit Clericatus *c. 122. n. 18.* tollit reservationem, si confessio invalida fuit facta Superiori, ita ut postea sufficiat confessionem repetere simplici Confessario, & ab eo absolvi; quia satisfecit intentioni Ecclesiæ per confessionem reservatorum Superiori factam.

3830 Opera præscripta debent omnino intra unam & eandem septimanam impleri, imo tria jejunia non possunt aliis diebus ejusdem septimanæ impleri, v. g. die Jovis, &c. sed fieri debent diebus præscriptis, Mercurii, Veneris, & Sabbati.

3831 Non potest quis propria auctoritate opus præscriptum etiam in melius commutare, sed solus Confessarius commutare potest, quando impotentia physica aut moralis adest.

3832 Adolescentes, & senes, qui ex privilegio Ecclesiæ ante 21. & post 60. annum non tenentur jejunare, tenentur pro Jubilæo, quia est conditio apposita ad gratiam Jubilæi: quod si habeant causam justam non jejunandi, petant commutationem.

3833 Eleemosyna sufficit, quod sit modica, quia reliquitur arbitrio quantitas, licet impotentes dare eleemosynam, ut Religiosi. & alii pauperes, prohibiteri non tenentur ad aliud opus, ut vult Arsdekin *to. 2. pag. 242.* Leander *tr. 5. de pœnit. disp. 14. quæst. 52.* cum tamen sit, ut commutationem petant. Dominus, si det famulo eleemosynam elargiendam pauperibus, & famulus eam defraudet, & pro se retineat, Jubilæum non lucratur, quia non præstat in re opus præscriptum, Leander *cit. quæst. 49.* Dia-

ra *part. 5. tract. 12. resolut. 31.* contra Sà.

3834 *Quantum ad visitationem.* Si Ecclesia Regularium sit designata ab Ordinario pro visitatione, Regulares ibi commorantes satisfaciunt eam visitando, Bardi contra Lyranum, quia Jubilæi simplicem visitationem præscribunt. Si vero totum Ecclesiæ sit designata determinare pro multitudine, tunc tenentur visitare alienam Ecclesiam designatam pro illis. Visitato fieri debet ex intentione lucrandi Jubilæum, quia visitans debet orare pro intentione Pontificis.

3835 Per Jubilæum Anni Sancti suspenduntur extra alias Indulgentiæ, sed non pro restitutis in mortis articulo, neque suspenduntur Indulgentiæ pro defunctis. Item per Jubilæos non suspenditur Bulla Cruciatæ, ita declaraverunt Gregor. XIII. Clemen. VIII. & Urban. VIII. apud Bernh. *lib. 8 cap. 1. dub. 3. quæst. 3.* & novissime Innocen. XII. Certum tamen est quod ut quis mereatur Jubilæum, & aliis Indulgentiam, non indiget Bulla Cruciatæ in locis Bullæ, quia Jubilæus est indultum generale specialiter à Summo Pontifice concessum independenter à Bulla.

CAPUT X.

De Bulla Cruciatæ.

3836 BUlla *est diploma, seu Breve Pontificium, in quo multa gratiæ conceduntur cantibus certam eleemosynam in subsidium Terræ sanctæ contra infidelet, & hæreticos.*

Taxa pro Bulla vivorum. Pro Cardinalibus Episcopis, Archiepiscopis, Dignitatibus, & pro infrascriptis quibusdam personis deferri pro Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Prætegibus, Comendatoribus, & aliis Officialibus Curiæ Suæ Majestatis, communes nostribus, viris viventibus, cœlo tealis, videlicet, monetæ Siculæ decem tareni, & grana decem. Viduæ vero, si nulle prepon ntur ex dictis gaudeant, etogare debent solum duos teales.

Pro communibus personis duos teales, videlicet duo tareni, & duodecim grana cum dimidio: *v. n. 3839.*

3837 Non valet Bulla, si pro eleemosyna detur pecunia in individuo fictiva.

Valet, si pecunia fictiva fuerit immista cum propria, ut discerni non possit; quia per mixtionem est sua factus ejus dominus cum onere restituendi tantundem: *vide à n. 2742. 2756.*

Valet, si meretrix det pecuniam ex turpi lucro; quia licet cum peccato, est juste acquisita: *v. n. 2781.*

3838 Qui Bullam accipit credito, ea uti potest, si accipiat animo solvendi. Si vero accipiat credito animo solvendi, sed ob sui impotentiam nullam habet spem illam solvendi, non fruitur privilegiis Bullæ; quia revera non est soluturus, & Bulla requirit eleemosynam realem, saltem quæ certe speratur.

3839 Bulla durat per annum à die publicationis, usque ad diem sequentis publicationis, quæ fieri solet Dominica Septuagesimæ.

Non potest quis eam uti, nisi vere illam habeat; non enim sufficit propositum accipiendi. Sufficit, si eam habeat demi.

Si eam amitteret casu, probabile est, quod posset ea frui: minime, si sponte projiceret.

3840 Qui accepit Bullam in loco, ubi valet, si accedat ad locum, ubi non valet, potest uti privilegiis Bullæ, exceptis privilegiis vescendi ovis, lacticiniis in Quadragesima, & carnibus ob consilium utriusque Medici, in diebus, quibus prohibentur; quia expresse excipiuntur.

3841 Extraneus accedens ad locum Bullæ, quacunque causa, etiam sumendæ Bullæ, si accipiat Bullam, potest ejus privilegiis frui, quod si redeat ad patriam, potest iisdem frui, exceptis privilegiis quoad carnes, & lacticinia. Si vero alicui existenti extra Regnum Bulla ab alio accipitur, & remittatur Bulla, non potest ille Bulla frui; quia Bulla requirit, quod qui vult Bulla gaudere, quando Bulla accipitur, sit in eo loco, cui Bulla conceditur: *v. n. 3803.*

Per Bullam plura privilegia conceduntur, quæ ibi expresse referuntur, & præsertim

ABSOLUTIO A RESERVATIS.

3842 PEr Bullam absolvi possunt omnes casus, & censuræ reservatæ; tam Episcopo, quam Summo Pontifice, tam in Bulla Cœnæ Domini, excepta hæresi formali, & externa, etiam occulta, de qua fuse *in tom. 2. numer. 258. & à numer. 261. & hic à num. 3340. ad 3352.* hoc cum cautela, ut casus reservati Episcopo, absolvi possint toties quoties; similiter casus reservati Papæ extra Bullam Cœnæ Domini, si sint occulti, etiam toties quoties; quia evadunt Episcopales, quatenus videlicet absolvi possunt ab Episcopo, ut in *numer. 3388.* Si vero sint publici, & pa-

riter casus Bullæ Cœnæ Domini, sive publici, sive occulti, absolvi possunt semel in vita, & semel in morte.

Si contingat, quod quis eodem anno cadat iterum in eosdem casu publicos, loquendo de reservatis Papæ extra Bullam Cœnæ, aut in eosdem casus, sive publicos, sive occultos, loquendo de reservatis in Bulla Cœnæ, potest absolvi per secundam Bullam, pariter semel in vita, & semel in morte; at si contingat tertia vice, non potest accipere tertiam Bullam eodem anno: *v. n. 3847.*

3843 Declarat, qui tenent, posse Episcopum virtute Trid. absolvere à casibus reservatis in Bulla Cœnæ, si sint occulti, consequenter tenent, quod per Bullam, casus reservati Papæ tam extra, quam in Bulla Cœnæ, si sint occulti, possint absolvi toties, quoties; quia evadunt Episcopales. Vide dicta *à numer. 3844 Dicitur semel in morte*; & significatur, quod si quis in articulo mortis virtute Bullæ à reservatis absolvitur, si convaluerit non tenetur se præsentare Superiori, cui sunt reservati; quod tamen facere debet, qui in articulo mortis à reservatis absolvitur sine Bulla. Omnino *v. n. 3355. & 3356.*

3845 Absolutio à censuris (ait Mendo *in epit. ver. Bulla Com. Cruc.*) nequit concedi, si detur parvitas, nisi ea satisfiat, aut detur cautio sufficiens; nec potest concedi à censuris latis ab homine in particulari, ne judicia turbentur; sed à cæteris. Attamen præstita satisfactione, aut cautione, seu data impotentia satisfaciendi, potest quis excommunicatus specialiter ab homine absolvi pro foro interno conscientiæ virtute Bullæ, à quacunque excommunicatione reservata, & à non reservata; & ab hac potest absolvi à quovis Confessario absque Bulla. Quod idem die virtute Jubilæi, aut privilegii, si detur. Etenim hæc absolutio nullatenus perturbat ordinem judicialem, cum solum prosit pro foro interno, ita ut absolutus possit gaudere suffragiis Ecclesiæ. & à peccatis absolvi; & pœnas exigat, ut eum per ipsum non fiat, quominus absolvatur, non privatus iis bonis spiritualibus. At à censuris generalibus reservatis non potest quis ideo absolvi pro foro interno, nisi ab habente specialem jurisdictionem, quia illæ censuræ reservatæ sunt etiam quoad forum internum.

Inde si absolutus pro foro interno obtineat Beneficium, tuta conscientia poterit illud retinere, & facere fructus suos, ello posset Judex eum illo privare. Imo si ille celebret, non maret pro foro interno irregularis; esto sit puniendus, & habendus ut irregularis pro foro externo. Quod si excommunicatus non debeat satisfacere cuiquam, sed ejicere concubinam, aut quid simile, neque absolvi, nisi illud exequatur. Si autem sit parvitas in casibus, in quibus non tenetur restituere ob impotentiam, aut quia acquisitione incommodo gravi sui status, non tenetur satisfacere; nam satisfactio est etiam restitutio.

In articulo mortis potest præstari absolutio à censuris, dum confiteri, & mandato relinqui in testamento, aut aliter, hæredibus obligationem satisfaciendi. Qui vel ex jure ordinario, vel ex delegatione absolvit, non præstita satisfactione, aut cautione; absolvet valide, sed illicite, quia non servat in re gravi jus formam. Idem dic, si absolvat virtute Bullæ; nam clausula addita de satisfactione præstanda, non est imitativa potestatis, sed admittit formæ juris. Et quamvis ad amplius censetur, si moribundus absolveretur, nor petita satisfactione, nec cautione; nam pia mater Ecclesia non vult, ut in his casibus negligenter Confessarii in suo munere obeundo præjudicet pereant:

3846 Virtute Bullæ non potest dari absolutio à cessatione à divinis, & ab interdicto, sive generali, sive speciali, locali, sive personali; quia Bulla est pro censuris, quæ impediunt receptionem Eucharistiæ, vel Sacram. Pœnitentiæ, non alias, cujusmodi sunt recentiæ censuræ. Nec vi Bullæ potest dispensari super irregularitatibus ex delicto, quia ultra allatam rationem, Bulla non dat facultatem ad dispensandum, sed absolvendum. Tamb. *tom. 2. de Bullis c. 9. §. 6. n. 5. & 6. n. 3606.*

QUÆRES,

3847 *An absolutus ex Bulla ab uno casu Pontificio, v. g. à duello, si incidat in alium casum Pontificium diversæ speciei, v. g. in furtum rei sacræ, possit eodem anno ex eadem Bulla absolvi: & sic successive, si incidat eodem anno in alios casus Pontificios diversæ speciei?*

AFirmat Leandr. *de censuris tract. 2. disp. 17. q. 83.* cum pluribus, quia cum Bulla sit favorabilis, ejus verba sunt ample interpretanda, verba autem Bullæ, *semel in vita*, quibus facultas absolvendi à reservatis Papæ refertur simul ad unam absolutionem, possunt commode explicari de absolutione quoad eandem speciem peccati; dato enim, quod Confessarius plures eodem anno virtute ejusdem Bullæ absolvat, *semper* tamen à casibus specie diversis, verificatur, quod semel, & non pluries, ab eodem casu reservato ab-

solvat. Et alias majori frueretur privilegio, qui in plura incidisset reservata, quam qui in pauciora; nam ille posset semel absolvi à centum reservatis diversæ speciei, hic non posset à duobus specie diversis per duas absolutiones semel ab uno, & semel ab alio.

3848 Resp. non posse. Bardus *de Bulla Cruc. tr. 1. sect. 1.* Quia verba Bullæ sunt ample interpretanda, sed non ultra sensum expressum; expresse autem ly *semel* adhibet actum absolutionis, non casum; verba enim sunt: *Possint eligere in Confessarium quemlibet Presbyterum facultatem aut Regularem approbatum ab Ordinario, qui eos possit absolvere semel in vita, & semel in articulo mortis, à quibuscumque peccatis, & censuris, reservatis Sedi Apostolicæ, etiam declaratis in Bulla Cœnæ Domini, excepto crimine hæresis.* Unde ly *semel* facultatem absolvendi restringit non solum quoad speciem, sed etiam quoad genus.

Nec est mirum, quod sic majori frueretur privilegio, qui in plura incidisset reservata, quam qui in pauciora, quia hoc evenit per accidens, in quantum unum mortale non potest sine alio remitti.

QUÆRES II.

3849 *An Confessarius actu approbatus ab Ordinario in sua Diœcesi possit confessiones audire in alia Diœcesi virtute Bullæ Cruciatæ?*

Resp. omnino non posse, sed debere esse actu approbatum ab Ordinario loci, ubi fit confessio. Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 15. disp. 15. n. 3.* Cardenas *disp. 2. p. 1. q. 3.* & Mend. contra Dianam *p. 1. tr. 11. res. 7.* Leandrum *de sacr. tr. 5. disp. 13. q. 10.* Tamb. *de Bulla c. 11.* & quamplures alios. Ratio est, quia quoad electionem Confessarii, Pontifex in Bulla nil privilegii concedit; sed vult, & intendit se conformare Tridentino, quod requirit approbationem actualem ab Ordinario loci, ubi fit confessio.

3850 Hanc fuisse suam mentem, sæpe declaravit Pontifex, & 1. cum Bulla requirit *Confessarium approbatum ab Ordinario.* S. Cong. Corr. ab Archiepiscopo Valentino interrogata, quid veniat nomine *approbati ab Ordinario*, respondit his verbis: *Congregatio Concilii respondet: Approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.* Quod Decr. refert Bardi *de Bulla Cruc. p. 2. tr. 5. c. 1. sect. 2. n. 19.* & Rodr. *in Bulla Cruc. §. 9. n. 5.* affirmat illud legisse, & per publicum Notarium fuisse omnibus Monasteriis Valentiæ intimatum.

3851 Item anno 1611. emanatum fuit Decretum tenoris sequentis:

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum censuit, Regulares hujusmodi, utcunque exemptos, non posse, absque Ordinarii Hispalensis licentia, & approbatione, personarum secularium confessiones audire, litterasque Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c.

3852 Quod Decretum confirmavit Paulus V. ut sequitur:

Paulus Papa V.

Nomine Venerabilis Fratris Petri Archiepiscopi Hispalensis Nobis nuper exhibitum fuit, quod in Civitate & Diœcesi Hispalensi irrepserit abusus, ut Regulares absque pro tempore existente Archiepiscopi Hispalensis licentia secularium personarum confessiones audire, &c. & vigore litterarum Apostolicarum super Cruciata nuncupata emanatarum sibi fas permissa esse prætendebant: quare Nos, &c. tenore præsentium ejusdem Concilii Decretis inhærentes. Regulares prædictos non posse absque Ordinarii licentia secularium personarum confessiones audire, &c. absque licentia, & approbatione ipsius Ordinarii, &c. litterasque Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c. ac irritum, inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus, &c. non obstantibus quibuscumque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, &c. cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ, &c. die 21. Octobris 1611. Pontificatus Nostri anno septimo.

3853 Deinde idem declaravit Clemens X. in Bulla de anno 1670. quæ incipit *Superna*, relata superius in §. 3. n. 2492. Quæ Bulla comprehendit præter tria decreta, & Bullam Cruc. in illis verbis de §. 1.

Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Apostolicis in favorem quorumcumque personarum, Ordinum, Monasteriorum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam secularium, quam Regularium. Quibus verbis non solum significavit privilegia Ordinum, verum etiam privilegia Cruciatæ secularibus concessa.

3854 Denique omne tollit dubium declaratio novissima S. Congr. de anno 1675. Archiepiscopus nempe Hispalensis significavit eidem SS. Patri Clem. X. quod non obstante declaratione per eum anno 1670. edita Regulares prætenderent, posse approbatis in ultra Diœcesi ab uno Ordinario, ubique confessiones audire virtute Cruciatæ; ac proinde supplicavit, ut declararet, nil suffragare Bullam Cruciatæ Regularibus, aut quibus sibet aliis Confessariis in alia Diœcesi approbatis ad audiendas confessiones secularium suæ Diœcesis Hispalensis; qua accepta supplicat one, S. S. materiam examinandam dedit S. Congregationi, quæ declaravit, ut sequitur.

HISPALENSIS.

Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum sæpius declaravit, Regulares non posse absque Ordinarii licentia & approbatione secularium personarum Confessiones audire, &c. nec Constitutiones, quæ Cruciatæ appellantur, in hac re quidquam novi juris induxisse. Romæ 16. Februarii 1675.

Decretum pro Diœcesi Valentina authenticum vidi & refert Rodr. *n. 1233.* Reliqua vero duo de anno 1611. cum confirmatione Pauli V. & aliud de anno 1675. pro Diœcesi Hispalensi, authentica apud se habuisse, & unum eo officio præfati Archiepiscopatus conservari, testatur Cardenas *disp. 2. p. 1. c. 8. §. 3. n. 286. ad 290.*

3855 Remanet igitur firmiter ostensum, Clementem X. in Const. de anno 1670. comprehendisse Bullam Cruciatæ & Bullam Cruciatæ non concedere privilegium, ut Confessarius sive secularis sive Regularis approbatus ab uno Ordinario, et iam hi duret ejus approbatio, possit eligi ubique.

3856 Nec dicas, recensita tria decreta emanata fuisse non universaliter, sed pro locis specialibus, ac proinde non extendenda. 1. Quia Bulla Clem. X. est universalis. 2. Quia recensita tria Decreta non habent vim parælegis & latæ, sed declarationis legis communis Trident. & privilegium Cruciatæ, ut patet per verba: *Declaramus: Declaravit*; unde eorum propria non dicitur extentio, sed comprehensio; quatenus tria decreta edita, unum pro Diœcesi Valentina, duo pro Hispalensi, comprehendunt eundem intellectum pro omnia alia Diœcesi: cum enim Tridentinum & privilegium Cruciatæ sit idem in relatis Diœcesibus & in aliis, ubi est Bulla Cruciatæ, intellectus Pontificis declarantis, quinam approbitus cum Confessarii vigore Tridentini, & privilegium Cruciatæ non induxisse novum jus, idem erit pro omni alia Diœcesi, ubi est Bulla Cruciatæ: adeoque cum constet de declaratione, intentione, & intelligentia Summi Pontificis, non potest abes sine temeritate recedi.

3857 Quibus accurate consideratis, cuilibet sani intellectus constabit, oppositam opinionem affirmativam non esse probabilem; imo gratis data, sed non concesso, quod aliquam probabilitatem haberet, adhuc nullo pacto posset ampiecti; quia eum agatur de jurisdictione, & inde de valore Sacramenti, rutiorem omnino amplectenda esset. Ex Decr. Innoc. XI. *n. pag 4 prop. 1. pag 16.*

In meo Manuali Oedin. *n. 1* excuso graves Doctores, qui in affirmativam ligentiam abierunt; eo maxime, quia ante Bullam Clem. scripserunt.

3858 Modo tamen opinio affirmativa non solum est improbabilis, verum etiam ubi gravi censura damnata: nam post hæc à me his typis data, accessit Bulla Innoc. XII. de die 19. Aprilis 1700. quam referunt Matthæucci *tom. 1. ver. approbatio ab Ordinario*, & Pignat. *in Consult. Edit. nonissima*. Ba ait:

INNOCENTIUS PAPA XII.

(Cum, sicut non sine gravi animi nostri dolore ex nonnullorum Venerabilium Fratrum Episcoporum Regni Portugalliæ, & aliorum rumoratæ conscientiæ virorum delatis ad Nos querelis accepimus, quod in Regno præfato reperiri, ac in dies magis invaluisse opinio per quasdam sel. rec. Pauli V. Urb. VIII. & Clem. X. Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum, Constitutiones, necnon per eas Congregationum, tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ac respective negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, decreta, dudum damnata, & reprobata, qua inniti plerique illarum partium privilegia & indulta per literas Apostolicas pro Cruciata Sancta emanatas, seu ut vocant, Bullam Cruciatæ concessa, ita intelligenda esse existimant, ut facultas in literis, seu Bulla hujusmodi Christifidelibus attributa confitendi peccata sua cuilibet Confessario, per quemcunque Ordinarium ad confessiones audiendas approbato, locum habeat, & habere confessitor, etiamsi is non fuerit Ordinarius loci, in qua confessiones præfatas excipi contigerit. Hinc est, quod Nos ex debito Pastoralis officii, quod humilitati nostræ meritis licet, & vitiis longe impari commisit divina dignatio, animarum periculis in tanti momenti, quale est Sacramentalis confessio, quantum Nobis ex alto conceditur, paterna charitate occurrere cupientes, necnon Constitutionibus, & decretis supradictis inhærentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, primum quidem supradictis ne-

gotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, subinde vero etiam aliorum in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum à Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui opinionem præfatam ex integro examinarunt, eamque totam mature discusserunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, decernimus, & declaramus, Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium contivere quoad approbationem Confessariorum contra formam ejusdem Concilii Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum, adeo ut Confessarii, tam sæculares, quam Regulares, quicunque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales confessiones electi, nullatenus confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diœcesani loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas confessiones requiruntur, nec ad hoc sufficagari approbationem semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diœcesum obtentam, etiamsi Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent: confessiones autem aliter, & contra earumdem præsentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam denceps faciendas, & excipiendas respective, præterquam in casu necessitatis in mortis articulo, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confessarios ipso jure suspensos esse, & etiam rigide puniendos ab ipsis Ordinariis locorum. Porro quamcunque contrariam opinionem tanquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam, prætenso quovis contrario usu, contrariaque consuetudine, etiam antiquissima, minime obstantibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie damnamus, & reprobamus, contrariumque usum, ac contrariam consuetudinem hujusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidelibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, seu præsumant, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, à quo nemo à quoquam; præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo hujusmodi constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, interdicimus, & prohibemus. Decernentes, &c. Sicque, & non aliter, &c. Sublata, &c. Irritum, &c. Non obstantibus, &c. Romæ die 19. Aprilis 1700.

REGULARES, ET MONIALES

3859 NOn possunt uti privilegio Bullæ eligendi Confessarium quoad casus reservatos: constat ex dictis *à n.* 1443. *ad* 1449. *& a n.* 3539. *ad* 3547.

Possunt autem reliquis privilegiis Bullæ frui; quia illis in Bulla prohibetur esse votum, & lacticiniorum per Quadragesimam, nisi sexagenarii sint, aut militaris, & consequenter aliis privilegiis non privantur; quia *exceptio firmat regulam in contrarium.*

COMMUTATIO VOTORUM.

3860 VIrtute Bullæ commutati possunt, non dispensari, omnia vota etiam jurata, exceptis tribus: *Perpetuæ castitatis, Vitæ simplicis Religionis, & Peregrinationis Jerusalem devotionis causa.* Unde jure ordinario vota reservata sunt quinque, ut in *n.* 1968. Jure autem extraordinario, & ex privilegio Bullæ sunt tria; nam verba clausulæ sunt: *Item similibus Bullam concedimus, vota omnia. Ultramarino, Castitatis, & Religionis excepta, in aliquod subsidium hujus expeditionis per eumdem Confessarium commutari.* Ubi in singulari dicitur *Ultramarino*; ac proinde restringitur ad principale peregrinationis Jerusalem. Et de his tribus votis discutre, ut *d n.* 1999.

3861 Recte ait Mendo *in epit.* (Nequeunt vota emissa in favorem tertii commutari per Bullam, si sint acceptata; non enim concedit facultas in præjudicium alterius. Neque possunt commutari vota, aut juramenta communitatum, quia non his, sed personis Bulla conceditur.)

Commutatio votorum, sicut & absolutio à censuris, fieri potest extra Sacramentum Pœnitentiæ, virtute Bullæ; nec ad eam requiritur carta, sed sufficit privilegium.

3862 In qualibet commutatione votorum, virtute Bullæ Cruciatæ, danda est eleemosyna in subsidium Cruciatæ, deponenda intra Cruciatæ capsulam, à Commissario Cruciatæ in certa Ecclesia designata, quæ Panormi extat in Ecclesia Sancti Francisci.

Quæ eleemosyna debet esse distincta à ma-

teria, in quam votum commutatur; debet tamen cum materia commutationis computari.

Si votum non habeat expensionem annexam, eleemosyna debet esse arbitraria Confessarii prudentiæ, juxta qualitatem, & commoditatem voventis.

Si vero habeat expensionem annexam, eleemosyna tanta esse debet, quanta esset expensio facienda pro voto. Si sit peregrinationis quanta esset expensio facienda in accessu, videlicet pio itinere, & mora in itinere, & in loco pro executione voti, deductis expensis, quæ pro eo tempore fuisset facturus domi, qui excessus correspondet peregrinationi, & dari debet in subsidium Cruciatæ. Confessarius tamen potest juxta suam prudentiam aliquid ex illo relaxare voventi, quod solet esse sexta pars, & quinque partes elargiuntur in subsidium Cruciatæ. Sit

EXEMPLUM.

3863 PEtrus vult, ut ei commutetur votum accedendi Romam ad visitandum Apostolos. Tunc Confessarius interrogare debet, quantum judicio prudenti expendisset pro accessu, videlicet pro itinere, mora in itinere & in loco pro executione voti: Sint sexaginta scuta; tunc deductis expensis, quæ eo tempore fuisset domi laturus, quæ si sint triginta, computantur pro gritinationi triginta; ex his Confessarius remittere potest voventi modicam partem: praxis est, ut ei remittatur sexta pars, videlicet scuta sex, & injungat, ut alias quinque partes, nimirum scuta viginti quatuor deponat in capsulam in subsidium Cruciatæ.

Insuper per mentem, quo verbi gratia erat peregrinatio quarum ad accessum duratura, injungat bis aut tet jejunium, Rosarium, Confessionem, Communionem, & visitationem Ecclesiæ, aut Capellæ in loco, ubi moratur, Sanctis Apostolis dicatæ. Vide dicta de Voto *à n.* 1949. *ad* 1954.

USUS ORATORII IN DOMIBUS PRIVATIS.

3864 BUlla Cruc. concedit, ut in privato Oratorio ab Ordinario visitato, & deputato, habentes Bullam possint, etiam tempore interdicti, celebrare Missas, & alia divina Officia, per se, si sint Sacerdotes, aut per alios in sua, & suorum familiarium, ac consanguineorum præsentia, & recipere Eucharistiam, & alia Sacramenta, excepto die Paschatis. Illi tamen, qui præmissis utentur, teneantur toties preces aliquas Deo fundere pro unione, & victoria Principum Christianorum contra Infideles. Hæc concedit Bulla Cruc.

3865 Supposito igitur Oratorio rite approbato ab Ordinario, ad quod erigendum nulla non dat facultatem, sed supponit erectum; Diana *par. 9. tract. 1. ref. 23.* Tamb. *de Bullis cap. 1. §. 4.* Bufemb. *de Bulla lib. 8. dub. 12. q. 2.* Truflench. Garzias, & alii contra Sotum, Joan. la Crux, Castropal. Supposito inquam Oratorio rite approbato, Bulla Cruc. tollit restrictiones, quas apponit ordinarium privilegium Pontificis, Oratorium privatum concedens.

3866 Unde, quia privilegium Oratorii est enarctatum. 1. Ad unam Missam. 2. Ad alios dies præter solemniora festa. 3. Ad dominum domus, ejus familiam, & hospites nobiles, exclusis familiaribus actu non necessariis: Privilegium Cruc. concedit. 1. Ut possint celebrari, quot Missæ voluerit dominus eodem die. 2. Ut possint celebrare, & alia Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ recipere, etiam in festis solemnioribus, una Communione excepta intra tempus Paschale in Parochia facienda, unde non prohibetur ibi die Paschatis Communio ex devotione, quod patet per illem clausulam, *etiam tempore interdicti*. Si enim ea privilegium Bullæ concedit, etiam tempore interdicti, quod est plus, concedit in festis solemnioribus, quod est minus: tum quia ly *etiam* supponit alia. 3. Ut possint prædictis usibus in Oratorio sui etiam familiares non necessarii habentis Bullam, & consanguinei ejusdem, etiam qui non sunt de familia, hoc est, qui non sunt commensales, licet ipsi non habeant Bullam.

3867 Per consanguineos veniunt ascendentes, & descendentes, at collaterales usque ad quartum gradum. Excluduntur per hanc clausulam affines: possunt tamen comprehendi per aliam nomine *familiarium*; saltem large, quatenus in eadem domo habitant; qua ratione dicuntur proprie *domestici*: multo magis si sint commensales habentis Bullam, quia tunc dicuntur de familia.

3868 Difficultas est: *An consanguinei, & familiares non habentes Bullam satisfaciant, si interfint sacro, ibi non præsente domino habente Bullam.*

Negat Rodr. quia soli domino, & aliis ratione domini est privilegium concessum. Affirmant Joan. à Cruce, quia Bulla habet respectum ad dominum, & non præscribit præsentiam domini esse necessariam, Tamb. *ex. num.* 40. utramque partem probabilem putat.

Con-

3869 Consequenter ad dicta Busemb. *lib. 8. de Bulla cap. 1. dub. 12. §. 2.* infert, quod si privilegia Oratorium coarcter Prælatos inferior, coarctationes tollit Bulla: ut à Pontifice. Si coarcter Pontifex; ea revocat ipse Pontifex per concessionem annuam Bullæ. Item si poll acceptam Bullam concedat privilegium Oratorii cum his restrictionibus, intelligi debet coarctatio pro non habentibus Bullam.

3870 Oratio faciens juxta *num.* 3864. potest esse unum *Ave*, ejus autem omissio non invalidat actum, aut concessionem, nec erit mortalis, sed venialis, quia est levis. nec est conditio essentialis, sed modus adjectus actui perfecto. Tamb. *cit. n.* 41.

ESUS OVORUM, ET LACTICINIORUM

3871 IN Quadragesimo in Bulla communi prohibetur etiam Sacerdotibus secularibus, qui tamen possunt uti vesci in Quadragesima, excepta hebdomada sancta, quæ incipit à Dominica Palmarum, per aliam Bullam, quæ dicitur Lacticiniorum.

3872 Pro hac Bulla lacticiniorum, quæ est difficilis, & ab Urb. VIII. concessa, elargienda est eleemosyna jam à Commissario Generali Cruciatæ taxata.

Taxa est. Pro Patriarchis Episcopis, eorum titularibus, & Abbatibus jurisdictione gaudentibus, reales viginti quatuor. Realis est tarenus unus monetæ Siciliæ cum granis quatuor, & quarta parte grani.

Pro dignitatibus Canonicalibus Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, reales octo.

Pro illis, qui in dictis Ecclesiis gaudent portionibus, & pro beneficiariis, sive animarum curam habentibus, ut sunt Parochi, sive non, quorum tamen reditus annuus ascendit ad summam scutorum trecentum, reales sex.

Pro habentibus Beneficia, Capellanias, pensiones, & qualvis reditus Ecclesiasticos ad ducenta scuta annualia ascendentes, reales quatuor.

Pro cæteris Clericis, & Presbyteris sæcularibus, reales duo.

3873 Hac Bulla non possunt uti Regulares & Moniales, quia sunt exempti. Nec Episcopi ex Ordine Minimorum, ex dictis n. 3868. Possunt autem uti Episcopi ex aliis Ordinibus, quia in illis prævalet qualitas Episcopatus. Non possunt uti Cardinales Regulares, nisi sint Episcopi, quia nec Religio, nec Bulla hoc illis concedit, nec eos exprimit.

Hinc Carmelitæ sæculares non indigent hac Bulla particulari lacticiniorum, sed per Bullam communem Cruciatæ comedere possunt ova & lacticinia per totam Quadragesimam etiam in majori hebdomada, sicut cæteri sæculares.

3874 Non potest quis, vi hujus Bullæ particularis, sicut sæcularis vi Bullæ communis, vesci lacticiniis extra Regnum, in quo non est Bulla: quia hæc Bulla particularis est extensio Bullæ communis, ac proinde est intelligenda cum eadem limitatione.

3875 In jejuniis ex voto, Jubilæo, & pœnitentia Sacramentali, nedum vi Bullæ, verum etiam sine ea potest quis vesci ovis, & lacticiniis, si in illis non fit intenta explicita, aut ex circumstantiis implicita, absit inertia abovis, & lacticiniis, quia jejunium Ecclesiasticum illat cum lacticiniis.

PRIVILEGIUM VESCENDI CARNIBUS.

3876 PEr Bullam communem datur privilegium vescendi carnibus de consilio utriusque medici coniugis diebus jejunii, non, etiam Quadragesimæ. Ubi (ut vides) ad usum lacticiniorum vi Bullæ Cruciatæ non requiritur causa, sed sufficit privilegium. Ad esum vero carnium requiritur causa, nempe necessitas, & consilium utriusque medici, si necessitas non sit patenti certa.

Non sicus, hoc privilegium nullum habere effectum, quia etiam sine Bulla, quando necessitas est patenti dubia, potest quis carnibus vesci de consilio utriusque medici, corporis scilicet, & animæ. Nam habet hunc effectum de Thesauro Ecclesiæ, ut habens Bullam quamvis de consilio utriusque medici vescatur carnibus, satisfaciat præcepto, & habeat meritum jejunii, ac si carnibus non vesceretur, ut ex verbis Bullæ.

PRIVILEGIUM CIRCA TEMPUS INTERDICTI.

3877 TUTI habentes Bullam possunt in Ecclesiis, in quibus sas divina Officia (interdicto durante) commodius hebdomadalia celebrare peramœnum fuerit, vel in privata Sacristia ac devotum cultum tantum deputata, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi cantum non dederint, vel per eos non fletibus, quæ mœrs amoveatur: Et qui facultatem ad hoc à Commissario Generali habuerint, etiam per horam post meridiem, in sua, ac familiarium ac consanguineorum luctum præsentia, Missas & alia divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare facere, & tempore interdicti divinis interesse: sunt verba Bullæ.

3878 Item conceditur (tempore interdicti dicti interdicti localis generalis, Eucharistiam & alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis, posse recipere.]

3879 Item conceditur [Mortuorum corpora, cui forte vinculo excommunicationis innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepelliri.]

QUÆRES.

3880 *An habens Bullam tempore interdicti teneatur sub mortali audire Sacrum die festi?*

NEgant Alt mus. Avila, apud Tamb. de Bulla c. 5. §. 2. qui hanc opinionem probabilem putat; quia nemo cogitur uti suis privilegiis.

3881 Dico obligari sub mortali. Villalobos, Trullench. apud Tamb. *cit.* ob rationem *de num.* 2870. Quia tenetur quis implere præceptum, quando potest; sed tunc potest, nam per Bullam potest audire Sacrum tempore interdicti, igitur

3882 Non obstat ratio opinionis oppositæ, quod Bulla sit privilegium, ac proinde non imponat onus; sed liberum relinquat habentem, ut eo uti velit, vel non; quia Bulla quoad facultatem audiendi Sacrum tempore interdicti, est quidem privilegium ex se liberum, non onus; sed est privilegium in ordine ad pœnam interdicti, quam tollit privatio enim usus Sacramentorum, sicut & Ecclesiasticæ sepulturæ, est magna pœna; onus vero audiendi Sacrum, tali privatione auditionis per Bullam ablata, non imponitur à Bulla, sed à præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacrum die festo, quod omnem fidelem expeditum obligat; adeoque cum invenit habentem Bullam jam expeditum, eum obligat.

Sic exemplum de Principe, cui carceribus detenta detinendi facultatem extendit, tunc ille, si die festo non egrediatur ad Sacrum, peccat mortaliter; non quia sit impositum onus à Principe: ejus enim facultas est gratia in ordine ad privationem extendi, quæ est pœna ob delictum imposita; onus vero audiendi Sacrum imponitur ab ipso præcepto Ecclesiæ, quod fidelem expeditum obligat.

USUS INDULGENTIARUM.

REgulares, & Moniales, quamvis sine Bulla non possint tam Indulgentiis specialibus Bullæ, ut fruantur aliis omnibus, non indigent Bulla: habetur in ipsa Bulla: *Excepta tamen ea, quæ concessa sunt Ordinum mendicantium Superioribus, quod eorum fratres.* Infugere ex Decl. S. C. Conc. quam refert Turanus *pag.* 215. *n.* 5. his verbis: *An sponsum Fratrum Minorum in Regno Siciliæ existentium*, S. Congr. Conc. die 24. Martii 1640. *responsum, Oratores gaudere indulgentiis à S. Apostolica concessis, etiamsi Cruciatam non receperint. Habetur in Archiv. Procurat. Reform. S. Francisci Transtiberim fol. 78.*

3884 Valde pauperes, qui ob impotentiam solvere non possunt taxatam eleemosynam, Indulgentias aliter extra Cruciatam acquirere, tenent Bardi *par. 2. tr. 1. c. 1. sect. 6.* Quintanadvenas, & Ludov. à Cruce, moti ex præsumpta precatore Summi Pontificis, quod non velit, ut Indulgentia pereant, qui sine culpa Bullam habere non possunt; & supra alibi dictum est, corpus subdere afflictionem egestatis animæ. Omnino tamen negant Tamb. *to. 2. tr. de Bulla c. 3. §. 7. n. 14.* & Mendo, quia Bulla expresse pro eo anno suspendit omnes alias Indulgentias pro iis, qui Bullam non accipiunt.

BULLA DEFUNCTORUM

3885 CConceditur in locis Cruciatæ: per eam elargitur Pontifex liberationem unius animæ, seu Indulgentiam Plenariam per modum suffragii pro anima defuncti, ab ipso tumulante Bullam determinandam. Quæ Indulgentia est distincta ab Indulgentiis Bullæ communis, quibus etiam liberatur anima.

3886 Pro hac Bulla erogantur duo reales, seu tareni duo, & grana duodecim cum dimidio, ab omnibus personis, tam privatis, quam insignibus.

3887 Pro eadem anima possunt simul erogari duæ Bullæ; pia tamen consuetudo est, ut fumantur plures, sicut plures applicantur Indulgentiæ, & Missæ.

3888 Una Bulla non potest applicari, nisi pro una anima; quia in Bulla in singulari apponitur: *Pro anima talis persona*. Tamb. *cit.* contra Mendo, qui vult posse applicari pro pluribus, & tunc fructus Indulgentiæ dividi pro illis pluribus pro rata.

3889 Facta applicatione pro tali anima, non potest variare animam; quia per ipsam applicationem habuit suum adæquatum effectum Indulgentia.

3890 Si Bulla accipiatur credito, suum effectum habet facta applicatione, absque eo quod expectetur tempus solutionis.

3891 Non est necesse, ut inscribatur nomen defuncti, licet utus sit, quod inscribatur tam nomen defuncti, quam nomen accipientis. Nec est necesse ipsam Bullam servari, non

nan debet autem apud ipsum custodem relinqui, ut fraudes vitentur, nec possit aliis dari.

DE BULLA COMPOSITIONIS.

3892 UEr hanc Bullam potest 1. quis se componere super rebus ablatis, aut aliter male acquisitis, quorum [facta prius debita diligentia] nescit dominum, seu creditorem. Quæ compositio fieri potest super dictis debitis incerti domini usque ad summam trecentum scutorum Hispaniæ, nimirum trecentum sextorum, & vigintinovius, cum tateris octo, & granis novem monetæ Siculæ, & ita pro una Bulla potest sibi retinere duas uncias, tarenos decem, & septem cum granis quatuor; & sic accipiendo tot Bullas usque ad summam debiti trecentum scutorum.

3893 Taxa pro una Bulla est, ut solvantur duo reales à qualibet persona, tam privata, quàm religiosa.

Non sufficit una Bulla pro pluribus, sed tot debent sumi Bullæ, quot debitores, licet debitum singulorum sit minus eo, super quo possint componi.

Quod si debitum hanc summam excedat, tunc non potest uti Bulla quoad excessum; sed fieri debet compositio particularis cum Commissario Cruciatæ, qui in Regno Siciliæ est Archiepiscopus Panormitanus.

Imo potest quis, cum ipso Commissario componi super tota quantitate, qui solet designare pro Cruciata decem pro singulis centenariis.

3894 Hæc Bulla, sicut & Bulla communi legari possunt solum fidei ex baptizati, minime infideles, nec Catechumeni.

Debent existere in Regno Bullæ, aut ad id ad personal ter declarare, sicut etiam pro Bulla communi. Unde Neapolitanus [ait Tamb.] per paucas horas Panormi manens potest hac Bulla latari, vel cum Commissario componi: *v. n.* 3841.

In Bulla debet inseribi nomen. Non est autem necesse, ut Bulla conservetur. Tambur. de Bulla *cap.* 18. §. 7. *num.* 2. contra Mendo.

Hæc Bulla prodest Defunctis, si ipsi ante mortem commiserint hæredi, aut alteri, ut tot Bullas pro se sumeret, aut ut compositionem faceret cum Commissario. Vel si commisit, ut consuleret Theologos: & tunc si hæres debeat, sumat Bullas. Si vero mil mandaverint, eis non prodest. Tunc autem hæres, si reperiat bona compatibilia, potest nomine suo Bullas sumere, & componere.

3895 Qui fuit ausus est in confidentiam Bullæ, non potest componi, licet, qui peccavit in confidentiam Bullæ, possit absolvi: quia primum in Bulla prohibetur, non secundum: *v. num.* 3878.

3896 2. Supradicta compositio fieri etiam potest super bonis alienis bona fide acquisitis, & super bonis inventis, etiam super bonis naufragantium, si post debitam diligentiam inveniri non possit dominus; Excommunicatio autem Bullæ Cœnæ solum loquitur cognito, vel competente domino.

3897 Quæ [ait Mendo ver. Bulla *compos. num.* 12.] in tutore maris invenuntur, non ex naufragio, primi occupantis fiunt, licut & quæ profunduntur in aliqua solemnitate, & ea quæ à domino derelinquuntur. Ligna, quæ inundatione fluminis asportantur, & sunt exigui valoris, ac longe à domino feruntur, inter derelicta habentur; secus si talia sint, ut prudenter judicetur, dominum velle ea quærere, & recuperare. Non tamen sunt bona incerta, quæ in incendio, aut naufragio projiciuntur. Nam dominus ea non derelinquit, & veliet, si posset, ea conservare. Quinimo, & si res sit perditra, nisi quis illam servaret, adhuc ejus dominium non acquireret, utpote à domino non abdicatum.

3898 Si facta jam compositione, & acceptis Bullis, veniat in notitiam creditoris, tenetur restituere totum, deductis expensis Bullæ. Si partem bona fide consumpsit, tenetur restituere reliquum. Si vero omnia consumpsit, ad nihil tenetur in foro interno conscientiæ, at pro foro externo posset à Judice cogi, ait Mendo *ex. num.* 15. quia [ea compositio] inquit ipse [est quoddam genus transferendæ dominium pro foro interno, sicut præscriptio pro foro externo.]

Et quidem [subdit idem] si habens bona incerta restituisset ea pauperibus, non teneretur domino comparenti restituere; compositio autem succedit in eandem restitutionem pauperibus faciendam. Et separabile est dominium in foro interno à dominio in foro externo; fieri qui non potest recuperare à Petro centum aureos, & tollit ab eo vas aureum ejus valoris, in foro interno habet ejus dominium: at pro foro externo, si notitia accedat ad judicem, poterit ab eo cogi, ut reddat, tanquam non suum.

Hoc autem non de nostra vecum est, non per se, sed per accidens: Non per se, quia compositio cum fiat auctoritate Papæ potentis liberare, & sine ulla limitatione, ex se valet etiam pro foro externo. Sed per accidens, in quantum deberet in foro externo consilare, quod

quod est difficile; quia creditor posset dicere compositionem non fuisse factam super suo credito, aut sine præmissa diligentia. Ita Tamb. *cit.* n. 18. §. 5. *n.* 11. cum Acosta, & de Lugo.

3899 3. Compositio fieri potest super bonis injuste acquisitis, puta per usuras, &c. si facta debita diligentia ignoretur dominus.

3900 Pariter si dominus cognoscatur, sed non reperiatur, vel multum differ, absque spe, quod sit rediturus, nec debitum possit ad illum vel ejus hæredes transmitti sine magnis expensis, *ut in n.* 2729. Mendo *cit. n.* 24 quia tunc æque se habet, ac si ignoretur. Et similiter eam non componente non tenetur in foro interno conscientiæ restituere, nisi modo dicto *in n.* 3898.

3901 4. Fieri potest per eandem Bullam compositio super legatis. Legata possunt dupliciter esse facta. 1. Ad exonerandam conscientiam. 2. Solius pietatis causa.

Quoad priora, sit *exemptum*, & *resolutio*, ex Tamb. Petrus in fine vitæ cognoscens, aut dubitans, summam certum scutorum esse ex male ablatis, & nesciens dominum, ad exonerandam conscientiam, eam summam legavit certæ Ecclesiæ, aut determinato pauperi, pauper autem, & Rector Ecclesiæ habuerunt notitiam legati, & hoc non obstante fuerunt negligentes per annum in exigendo ab hærede. Ius Petri legatum: in hoc casu concedit Bulla hæredibus, ut possint se componere super medietate totius legati. In hoc casu supponitur, quod hæredes legatis habeant notitiam legatarii; unde solum requiritur, quod moneant legatarium de legato relicto, nisi aliunde illud scierit; nam annus negligentiæ computari debet à die notitiæ legatarii.

Quoad posteriora, si legata sint facta non ad exonerandam conscientiam, sed alia pia causa; tunc si hæres legatis facta diligentia debita invenire, seu scire non possit legatarium, potest etiam quoad totum legatum se componere, modo dicto *in num.* 3896. & 3897.

3902 5. Denique fieri potest compositio super fructibus debitis ex emissione horarum Canonicarum, & super fructibus ex reditibus Ecclesiasticis male perceptis.

3903 Distributiones vero, si percipiantur injuste, non possunt compani; cuia non debentur Ecclesiæ, sed cæteris, qui Choro interfuit. Imo idem tenet Mendo *ver. Hora Canonica n.* 30. etiam si esset de Gratiæ Ecclesiæ; quia tunc Ecclesia succedit loco interessentium.

3904 Qui est certus de stipendio accepto pro Missis celebrandis, non recordatur tamen, pro quibus applicare debet, nec à quibus accepit, non potest compani, sed tenetur Missas; quia potest applicare, pro quibus debet, & cuus Deus scit.

3905 Denique recte ait Mendo *in Epit. ver. Bulla Compos. n.* 34. quod (Dilatio in compositione erit peccatum mortale, computando eam cum dilatione in restitutione: imo minor dilatio sufficit ad peccatum, cum possit esse impotentia ad restitutionem, non ad compositionem, quæ minori quantitate fit.

Cæterum si quis ne paters sit restituere, & poters compari, non tenetur ad compositionem faciendam, quia id est privilegium: sed potest expectare tempus opportunum ad restituendum.)

QUÆRES,

3906 *Petrus est certus de debito, dubitat vero, an Franciscus, vel Joannes sit creditor, An possit virtute Bullæ componi?*

Resp. cum distinctione; vel Petrus est certus de disjunctivo creditorum, nimirum, quod creditor sit aut Franciscus, aut Joannes: vel est præcise dubius, an creditor sit Franciscus, aut Joannes, & diligentiis peractis non potest se determinare. Si primum, non potest compani, sed debet restituere utrique pro rata dubii, juxta dicta *n.* 2699. Quod si post divisionem constat, unum illorum esse dominum, non tenetur alter suam partem illi restituere, si divisio bona facta communi consensu; quia in prima divisione unusquisque cessit juri suo, Mendo *cit. n.* 13.

Si secundum, potest compani. Ratio disparitatis est; quia in primo casu, licet Petrus sit dubius de persona determinata, est certus de disjunctivo duorum; adeoque habet locum justitia restaurenda, cui cedit privilegium Bullæ. In secundo casu Petrus est præcise & absolute dubius de persona determinata; adeoque habet locum jus privilegii Bullæ, quo non potest quis spoliari per parum dubium.

Privilegium Commissarii Cruciatæ ad dispensandum super impedimento affinitatis: *v. num.* 4242.

De Bulla fuse agunt Bardi, Mendo latius, Tamb. & Diana *p. 1. n.* 11.

CAPUT XI.

De Extrema Unctione.

3907 EXtrema unctio *est Sacramentum ne-, vae legis, conferens unctionem aliis sacri, & Sacerdotis deprecatione, ordinatum ad salutem morbantis, quoad animam, & corpus.* Fuit institutum à Christo, & postea promulgatum Jacobi *cap. 5. Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

MATERIA, ET FORMA.

3908 *Materia remota* est oleum olivarum, quod quantum ad valorem debet esse ab Episcopo benedictum: constat ex Trident. Apost. & ex Concil. Flor. *in Armen. in fine.* Quod debet quotlibet annis renovari in Cœna Domini, veteri exusto. Si novum habeat non possit, licet uti antiquo.

Item (si id requiratur necessitate, ob infirmum recipiam) licitum, & validum erit Sacramentum, si oleo benedicto superaddatur paucus olei non benedicti, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti, liquet ex antiqua praxi Ecclesiarum, & ex *Decret. Sac. Congr.*

EMINENTISSIMI, E REVERENDISSIMI SIGNORI.

3909 DEterminandosi nel Decreto di questa Sacra Congregazione, fatto sotto li 9. di Marzo 1679. sopra la condanna di 65. proposizioni, che circa il valore de' Sacramenti non si debba seguire l'opinione probabile, lasciata la più sicura: Ed essendo opinione controversa tra Teologi, se per supplire all'Oglio Santo, che mancasse, la Chiesa aggiungesse del non benedetto, in più volte, perchè l'aggiunto considerato separatamente, e in ogni aggiunta sia in minor quantità de l'Oglio Santo, benchè considerate tutte le aggiunte insieme fosse maggiore; di qui è nato dubbio nella Diocesi di Siviglia, nella quale per la sua vastità è impraticabile benedire tant'Oglio, che basti senza l'aggiunta; se sia lecito fare detta aggionta all'Oglio Santo, per esservi molti Teologi, che tengono l'opinione negativa per più sicura. Onde per aver la risoluzione di tal dubbio l'Arcivescovo di Siviglia, devotissimo Oratore, fece portare all'EE. VV. un memoriale consolutivo, nel quale si adducevano le opinioni de' Teologi sopra questo punto. Ma non avendo fin ora avuta la dichiarazione, supplica perciò l'EE. VV. degnarsi di darghela per sicurezza, e quiete della coscienza propria, e del suo gregge. Uticen.

Feria quarta die 23. Septembris 1682. in Generali Congregatione S. Officii habita in Conventu S. Mariæ *sopra Minervam* eorum Eminentissimis & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Lecto supradicto memoriali, Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores prædicti decreverunt in casu proposito, posse.

Franciscus Richardus S. Rom. & Universalis Inquisitionis Not.

3910 *Materia proxima* est unctio certarum partium corporis.

3911 *Forma* sunt verba, *Per istam sanctam Unctionem, & suam pissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per visum deliquisti. Amen.*

Invocatio Trinitatis non est de essentia, quia Conc. Flor. & Trid. præmissam formam assignant.

Dubia est hæc forma, *Ungo te Oleo Sancto, ne per suam misericordiam indulgeat tibi Deus,* Quia plures Doctores negant, eo quod forma essentialiter proferatur modo deprecativo, non indicativo.

3912 Unctiones sunt faciendæ in quinque sensibus corporis, sub eadem forma, exprimendo tamen nomen sensus, qui ungitur, videlicet, 1. Ad oculos, *quidquid per visum deliquisti. Amen.* 2. Ad aures, *per auditum.* 3. Ad nares, *per odoratum.* 4. Ad os, compresis labiis, *per gustum, & locutionem.* 5. Ad manus, *per tactum.* 6. Ad pedes, *per gressum.* 7. Ad lumbos (si renes, *per lumborum delectationem.* Unctio rerum in fœminis non est decens, idem omitti solet, eo quia tue quia unctio ad pedes, & renes, non est essentialis: *v. n.* 3917.

3913 Muti, surdi, cæci, aut mutilati in ungi debent prope organa sensuum, quibus cæcant, quia peccare potuerunt; licet non per sensus externos, per potentias internas illis correspondentes, vel per desiderium actus illiciti, Asserkir *tom. 2. pag. 292 n. 10.*

3914 Non sufficit ad valorem unica unctio, nec pia materia Chrisma, *de quo in num.* 3015. sed debet esse Oleum benedictum diffinitum à Christmate, Scotus *in 4. d. 23. qu. 2.* qui opiniones affirmantes, utpote minus tutæ, & exponentes Sacramentum frustrationis periculo, non sunt practicandæ, nisi in casu necessitatis, quo non adsint nisi Chrisma, vel non possent fieri omnes unctiones, juxta dicta in *n. 77.*

3915 Unde tempore pestis, aut alterius necessitatis, quia omnes unctiones fieri non possent, unica unctione ungi potest unum organum magis promptum, vel potius caput, ubi omnes sensus vigent; vel melius [si fieri potest] ungat velociter, & sine cruce forma unum oculum, aurem, narem, marium, & os, dicendo sub una forma totali: *Per istam sanctam unctionem, & suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, gressum, & lumborum delectationem. Amen.*

3916 Tempore pestis Sacerdos potest facere unctiones sine contactu immediato manus, utendo virga, orga Oleo tincta, quam postea comburat; & hoc pacto singulas unctiones perficere potest, Arsdekin *tit. n. 2.* ex Diana.

MINISTER

3917 HUjus Sacramenti, quoad valorem est solus Sacerdos, idque ex institutione Christi: *ut in num.* 1907. Ad licite ministrandum debet esse Sacerdos proprius, vel Parochus, aut Sacerdos de licentia Parochi.

3918 Est validum, si à pluribus Sacerdotibus simul fiant unctiones, Sperin. 167.

Quid de Regularibus: *v. n.* 4173.

SUBJECTUM

3919 ET si infirmus in probabili periculo mortis constitutus ex morbo, vulnere, casu, vel senectute. Constat ex verbis Jacobi *n.* 3907. Unde hoc Sacramentum ministrari non debet *Navigantibus*, etiamsi immineat submersio; Militibus proxime bellum aggressuris, damnatis ad mortem, aut parturientibus, nisi ex parte antecedenter, vel postea ortæ sit mortalis infirmitas, quia partus ex se non est infirmitas, & hoc Sacramentum non est institutum pro sano, Scotus *tit. Ju. B. n. n. 3922.*

3920 Pueris usum rationis habentibus danda est Extrema Unctio, licet non Communio. Item moribundis sensibus destitutis, licet Communionem non possint recipere, si ante perierint, lignum doloris dederint, aut Christiane vixerint. Idem dic de phreneticis, & delirantibus: non potest autem dari perpetuo amentibus. Potest dari vulneratis, vel morsu venenoso læsis.

3921 Qui hoc Sacramentum recipit, debet esse in gratia, saltem per contritionem: *v. n.* 3562. & *n.* 2.

3922 Spente negligere hujus Sacramenti susceptionem, non esse mortale, sed veniale, docet communis; quia hoc Sacramentum non est necessarium ad salutem, sed sacrum utile, & nullibi constat de præcepto, Mastr. *disp. 22. n. 79.* contra Porcium.

3923 Effectus hujus Sacramenti sunt. 1. Augmentum gratiæ sanctificantis. 2. Auxilia contra dæmonum tentationes. 3. Remissio venialium præmatic, & per se. 4. Remissio etiam mortalium, secundario tamen, & per accidens, puta si infirmus reperiatur cum peccatis mortalibus, quod invincibiliter ignorat, quarenus bona fide confessus est; sed ob aliquem defectum essentialem, quem invincibiliter ignorat, confessio fuit invalida. Idem contingere potest in amente, qui ante incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem. Tunc per accidens hoc Sacramentum confert primam gratiam, juxta illud, *Si in peccatis sit, remittentur ei.* 5. Est absterso reliquiarum peccati, ex Trid. *sess. 14. c. 2. Precationem reliquæ*, ex D. Thoma, sunt languor animi, torpor, mœror, tristitia, *taedium*, anxietas, & *versales affectiones*, quæ ex peccatis præteritis oriri solent, & in confusionem inducere. 6. Est alleviatio infirmitatis ægritudine corporis.

3924 Hos effectus causari in quinta unctione, docet Diana, Aretinus, & alii: quia tunc Sacramentum est complenum. Mastrius vero cum aliis vult, in singulis unctionibus causari gratias partiales, unam indeperdenter ab alia; de quo Scholastici. Illud est certum, hoc Sacramentum esse unum unitate integritatis, non individualitatis, Scotus *in 4. d. 23. quæst. un.* Mastr. *disp. 22.* Arsdekin *tom. 2. pag. 274.* Taleb. *tom. 2. l. 6.*

DE ORDINE

Fuse actum est in Exam. Ord. *tom. 3. à pag. 607. cap. 1.*

DE

DE MATRIMONIO

CAPUT I.

De sponsalibus.

3925 SPonsalia sunt, *promissio deliberata, & mutua signo sibi expresso futuri matrimonii, inter personas jure habiles.*

Hinc ad valorem 1. Non sufficit propositum, quia non induxit obligationem; sed requiritur promissio: *v. n. 1785.* 2. Non sufficit, si unus promittat, alter pure accepter. 3. Requiritur ætas septennii, quia tunc præsumitur usus rationis, ut promissio sit voluntaria, & deliberata: *v. n. 1689.*

3926 Si parens, aut curator contrahat sponsalia de futuro pro filio, aut filia præsente, & non contradicente, valida sunt sponsalia, nisi adhit metus, quia jus accipit tacitumitatem pro expressione consensus. Si vero contrahat pro absente, tunc si filius, aut filia est pubes ut sponsalia sint valida, opus est, ut consentiat, seu ut illa, quando fcit, expresse, vel tacite aliquo signo sufficienti ratificet. Si est impubes, valida sunt sponsalia sine ejus consensu initio; quando tamen est factus pubes, tenetur illa implere, non ex necessitate contractus, sed ex debito honestitatis: *v. numer. 15*

3927 *Sponsalia valida obligant sub mortali, ut non liceat contrahere matrimonium, quando ab altera requiritur, nisi præfixus sit terminus. Et qui recusat, potest cogi à Judice etiam pœnis censuræ.*

3928 *Si quis dicat*: Non ducam aliam, quam te, *non sunt sponsalia; quia illa verba sunt vera, etiam si nullam ducat.*

3929 *Qui promisit simulate aliquam ducere, per id non tenetur ad nuptias, sed animum inde ortum non tenetur ad copulam, teneatur eam ducere; nisi iste esset longe inferioris conditionis, v. gr. si vir esset nobilis, illa agricolæ filia: sed satisfacit dotando.*

Quod si illa sua dissimulatio consecta consensit in copulam, amisit jus ad dotem, quia consensit ipsa ultro decipi voluisse: v. n. 2143.

3930 *Sponsalia posteriora contra priora, si iuvisse jurata, aut copula accesserit, sunt invalida.*

3931 *Liberi, qui parentibus infesti contraxerunt sponsalia, etiam cum iis, qui impares sunt conditionis, obligantur, nec à parentibus impediri possunt, nisi magnum scandalum ex matrimonio timeretur*, Diana *p. 9. tr. 7. res. 71.*

3932 *Resiliens culpabiliter à sponsalibus, tenetur ad interesse partis reddendas, ac ad restitutionem, quanto ejus interest talem contractum impleri: v. n. 3938.*

3933 Ubi Trid. *non est receptum, sponsalia inire antiquo transeunt in matrimonium per quævis signa externa maritali affectum exhibentia; v. gr. per copulam*: ubi vero Trid. *est receptum, hæc signa non tenent, nec sunt licita, si sint clandestina sine Parocho, & testibus: vide nu. 342. &*

3934 Habet tamen matrimonium clandestinum vim sponsalium validorum, ita ut teneantur matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si contrahentes sint impuberes, minime si sint puberes; quia Trid. *sess. 24. cap. 1. de matr.* declarat omnino inhabiles ad contrahendum clandestine contrahentes. Tamb. contra Aversam, qui vult, ex matrimonio clandestino etiam inter puberes resultare sponsalia valida, Clericatus *cap. 141. n. 15.*

3935 Ligati aliquo impedimento dirimenti non possunt valide sponsalia inire, nisi sub conditione dispensationis obtinendæ; & tunc ante dispensationem nullum valorem habent, nec pubitatem honestatem inducunt; unde dispensatione obtenta, requiritur novus consensus ad sponsalia. Ex quo fit, quod si ante dispensationem contraxisset quis cum alia, cum qua nullum impedimentum habet, contrahere deberet cum hac secunda.

3936 Ad sponsalia non requiritur determinata forma, sed sufficit consensus utriusque expressus verbis, aut signis, juxta metem partæ.

3937 Interdicti possunt valide inire sponsalia, non tic publice excommunicati excommunicatione majori; qui tamen possunt vanderimonium inire, sed illiciteè, Clericatus *cit. n. 13.*

3938 In sponsalibus apponi possunt conditiones, quæ sunt honestæ, non prohibitæ, nec matrimonii libertati repugnantes.

Unde non possunt apponi pœnæ, v. gr. ut qui promissis non steterit, solvat gemmam, centum aureos, &c. nec potest accipi pignus; quia repugnat libertati, ac proinde prohibita, *cap. Gemma, de sponsalibus.*

Non sunt autem prohibitæ arrhæ, sed licitæ, si contrahentes non sint minores, sed excedant annum vigesimum quintum. Arrhæ sunt *sponsalitiæ largitates, quæ alio in sponsalibus traduntur in benevolentiæ signum, & matrimonii securitatem.*

Possunt dari arrhæ ab uno tantum sponso, cum obligatione, ut si alter recusat adimplere sponsalia, arrhas restituat, & ulterius ea rundem valorem, vel etiam duplum, triplum, aut quadruplum, non ultra, *l. fin. C. de Sponsalibus.* Et tunc arrha, aut ejus valor restitui debet in conscientia à recusante absque legitima causa: duplum vero, triplum, aut quadruplum non debeti ante sententiam Judicis. Ita Clericatus *cap. 141. num. 6. & 7. n. 3932.*

DISSOLVUNTUR SPONSALIA

Per octo causas.

3939 1. PEr matrimonium validum cum altera initum: quod quidem, licet supponitis sponsalibus cum alia, sit injustum, & peccaminosum, est validum.

Matrimonium post sponsalia cum una, contractum cum alia, nedum extraneæ, verum etiam consanguineæ Sponsæ extra primum gradum, est validum, & sponsalia dissolvuntur, quia talis consanguinea est sponso extranea; nam impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validis non extenditur, ex Trid. ultra primum gradum, *v. n. 4113.*

2. Per mutuam remissionem prioris promissionis, si sponsi sint puberes; minime, si sint impuberes, *cap. de illis, & cap. A nobis, de sponsi. impub. v. n. 4115.*

3. Per impedimentum dirimens superveniens.

4. Per enormem crimen unius partis solvuntur sponsalia ex parte innocentis: tale crimen est hæresis, homicidium, furtum grave, fornicatio: & hæc quidem ante sponsalia ex parte sponsæ commissa, si fuerint à sponso ignorata. Imo si sponsa libere patiatur ab altero tactus impudicos, osculæ, & amplexus, potest sponsus retilire: non potest autem sponsa retilire, etsi eadem sponsus exerceat, nisi fortasse illis valde enormiter notorius; quia

[illegible] sponsæ, sicut vice versa redundare solent: *v. n. 2149.*

5. Si supervenerint notabilis mutatio, quæ ab initio cognita à contrahendis sponsalibus determisset, ver. gr. odium graviter sponsos, insignis morum asperitas, periculum valde probabile, quod ex matrimonio sint oriturx scandala, aut gravis odia inter parentes, aut alios amicos.

6. Si alteruter incidat in morbum, qui solet esse perpetuus, aut valde diuturnus; ut morbus caducus, gallicus, lepra, &c. aut sponsa amittetur, aut enormiter deformetur: aut sponsus amissione officii, vel alio modo reddatur ineptus ad rei familiaris sustentationem.

7. Si magna alterius partis debita detegantur, aut sponsa promittam dotem præstare nequeat, vel sponsus cum magno sponsæ incommodo incipiat vagari, aut sine ejus licentia ad longinquas terras proficiscatur; quia tunc merito censetur juri suo renunciare.

8. Dissolvuntur sponsalia etiam jurata per ingressum alterius in Religionem, aut per votum ingrediendi, aut Ordinis sacri susceptionem.

3940 Quando dictæ causæ *sunt* manifestæ, possunt sponsalia dissolvi sine authoritate Judicis. Quod si sponsus cognito suo jure resiliendi, nihilominus carnaliter cognovit sponsam, censetur tacite juri suo renunciasse, & sponsalia ratificasse.

3941 Si sponso superveniat nova hæreditas, ita ut sponsa sit jam illi inæqualis, non idco habet jus resiliendi, quia non est deceptus in conditione sponsæ, in qua nulla est facta mutatio. Idem est de sponsa, si ipsi nova supervenit hæreditas. Hæc Ardebin *in sum. 2. pag. 282. ex Busembi. tr. 6. c. 1. de sponsalibus.*

3942 Sufficit ad dissolvenda sponsalia timor exhæredationis paternæ, oris gravedolentia vulgo *mordebile puzza del fiato*, aut copula carnalis per vim illata sponsæ, Clericatus *cap. 141.* quia licet sponsa non peccavit, est tamen facta valde vilis, & affert sponso notabile dedecus. *v. n. 4115.*

3943 Ad Judicem autem Ecclesiasticum spectat cognoscere, an causæ sint legitimæ ad dissolvenda sponsalia. Tales censentur, ubi de malo exitu timetur, Clericatus *cit. n. 19. ex cap. Ex his 11. de Sponsalibus.* Quia Judex Ecclesiasticus est Judex competens, quando agitur de validitate, aut invaliditate, licet Laicus sit Judex competens, si agatur de executione, Clericatus *cap. 141. n. 5.*

3944 Sponsalia per subsequens matrimonium validum dissoluta, probabilius est non esse extincta, sed suspensa, ita ut mortua conjuge, teneatur, qui fidem fregit, ad sponsalia priora, si pars læsa velit nubere, ait Mastrius *disp. 20. n. 82.* & Brancatus contra Bonac. & Tanc. ut in simili dicitur de eo, qui contraxit matrimonium cum voto simplici castitatis.

Qui post sponsalia cum una, contrahit sponsalia cum alia, cum qua antea habet rem, tenetur ducere primam, & dotare secundam, si hæc erat virgo; aut si non virgo, eam publicitate dehonestavit; nisi prima charitate mota suis sponsalibus cederet, ut vir secundam duceret, Sanchez *de*

Matr. tit. 8. disp. 49. Diana *part. 11. tr. 2. resp. 70.* quæ per notoria sponsalia virerat alteri mulieri distracta, & secunda mulier per copulam non acquirit jus in rem alterius. Est contra Castro, *tol.* & Pontium apud Clericatum *cit. n. 21.* qui volunt, quod teneatur ducere secundam, si hæc erat initia priorum sponsalium, idque ad reparandum damnum damnum secundæ.

2946 At si moriatur prima, tunc habet locum secunda opinio, quod ad reparandum damnum teneatur ducere secundam. Quod si eum hac secunda non habuit rem, non tenetur eam ducere; quia posteriora sponsalia tantibus prioribus fuerunt invalida, & quod ab initio non subsistit, tractu temporis non convalescit, *cap. Placet, de Conver. conjugat.* Clericatus *cit. n. 22.*

2947 Qui post votum simplex castitatis defloravit puellam sub promissione matrimonii, tenetur ad votum, Rodr. *in Sum. tom. 1. cap. 28. n. 11.* Diana *in Sum. ver. Ingredi Religionem nu. 1.* contra Leandrum *de matr. tr. 1. dif. 2. q. 5.* cum hujusmodi promissio, aut sponsalia sint contra jus à Deo jam acquisitum, adeoque iniqua, & invalida; sicut à pari, qui post promissionem conjugii, aut sponsalia, erat tit votum simplex castitatis, tenetur ad sponsalia, Villal. *tr. 12. diff. 12. n. 9* Navar. Sanch. Filliuc. contra Leandrum. *cit. q. 6.* quia votum cit de re alteri promissa, nec Deus acceptat cit de re alteri promissa, nec Deus acceptat cit de re alteri promissa, nec Deus acceptat

CAPUT III.

De consensu conditionato.

3962 CErtum est ex dictis, conditiones contra tria bona matrimonii veritate matrimonium, quia destruunt eius substantiam, sine qua consistere non potest.

Unde non valet matrimonium: 1. Sub hac conditione, *Contrahe tecum, dummodo alium fabulosum reperiam*; quia est contra bonum Sacramenti. 2. *Contrahe tecum, si te adulteram deprehendero*, quia est contra bonum fidei. 3. *Contrahe tecum, si naturalis generare, vel educare prolem*; quia est contra bonum prolis, Clericatus *n.* 142. *n.* 16. Adeoque firmo est de aliis conditionibus. Pro quibus,

3964 Matrimonium contractum sub conditione de præsenti, vel præterito; *Tecum contrahe, si prædium, quod mihi dixisti, habes*; *si officium à Rege habuisti*, non suspenditur consensus, quia vel ita est, vel non est; si ita est, contractus est validus; si non, invalidus. Item non suspendit consensum conditio de futuro necessario, v. gr. *Te duco, si erit sol crastinus*; vel de futuro contingenti certo futuro, v. gr. *Si Antichristus nascetur*; quia æquivalet necessario.

3965 Valdum est matrimonium contractum sub conditione de futuro contingenti certi, quæ non sit contra substantiam, seu vitia bona matrimonii; v. gr. *Duco te, si prædium cliparum, quod Antonius domino detinet, non restituat.* Vel sub conditione impossibili; quia Ex conditiones habentur pro non adjectis, *ex cap. final. de condit. apposit.*

3966 Matrimonium initum sub conditione de tempo contingenti honesto: v. g. *Te duco, si tuus pater consenserit, duxerit, &c.* est validum, posita conditione. Sed conditione purificata, probabilius est, quod remaneat novus consensus absolutus coram Parocho, quia prior, licet fuerit per verba de præsenti, cum fuerit conditionatus, sua imperfectus, ut proinde habeat rationem sponsalium. Ita Tamb. *tom. 2. pag. 144. num. 5.* cum Diana contra Sanchez, Lugo, & alios, qui non requirunt novum consensum, ac proinde teneat, quod prior consensus conditionatus fieri debeat coram Parocho, & testibus, qui habet rationem matrimonii: *v. num. 205.*

3967 Hæc tamen sine dicta pro intelligentia valoris matrimonii: cæterum in praxi nullo pacto conditiones sunt à Parocho permittendæ; quod si aliqua ex conditio purificanda, expectare faciat, & ea purificata, per consensum absolutum contrahant.

CAPUT IV.

De solemnitatibus Matrimonii.

3968 CLementinæ Matrimonii aliæ sunt substantiales, sine quibus invalidum redditur matrimonium: talis ex jure Trid. est præsentia Parochi, & duorum testium. Aliæ accidentales, sine quibus validum est, sed illicitum Matrimonium: tales sunt denunciationes, & benedictio.

DENUNCIATIONES

3969 FAciendæ sunt à Parocho, vel ab alio de commissione Parochi, in Parochia utriusque contrahentis, tribus diebus festivis, sed non immediatis, quia tribus Dominicis: posse tamen tribus diebus festivis immediatis, ver. gr. tribus festis Pascharis, renent plures; sed praxis est de mediatis.

3970 Possunt fieri intra Missarum solemnia, vel tempore concionis, aut alio tempore.

3971 Denunciationes obligat onem sub mortali inducunt, si qui sci impedimentum aliquod, tenetur illud revelare, etiam si sciat ub secreto naturali, aut sit occultum: ut *in 2. pag. 506. n. 811.* excepto secreto Sacramentali.

3972 Qui post factas denunciationes, intra quatuor menses matrimonium non contrahit, non potest contrahere, nisi novas denunciationes renovitat arbitrio Episcopi. Ex declar. Card. Fenech. *de debito*; quia intra tam longum tempus, potuit impedimentum aliquod, maxime affinitatis, de novo contrahi.

3973 Denunciationes omittere sine dispensatione Episcopi, est mortale, nisi omittatur sola tertia denunciatio, in casu quod nullum sit prejudicium.

3974 Causæ, ob quas possunt Ordinarii dispensare, ad duo genera reducuntur. 1. Si adsit probabilis suspicio, ne matrimonium mihi cense impediatur. Ex Trid. *sess 25. c. 1. de reform.* 2. Si sit vitandum grave periculum animæ, corporis, vel famæ ipsorum contrahentium, Clericatus *c. 144. n. 4.* qui subdit:

(In specie autem à Canonistis solent notari sequentes causæ, videlicet. Primo, ira, qualitas contrahentium, ubi nobilis deprehendit ignobilem, dives pauperem, senex juvenem. Si concubinarius in articulo mortis velit in uxorem ducere concubinam ad legitimandam prolem: quo casu solus Parochus dispensare potest, si tempus non permittat accessum ad Episcopum, vel Vicarium. Tertio, si puella sit sub tutore, qui malitiose differat ejus matrimonium. Quarto, si puella defamata fuerit à sponso, quem timuerit, si differatur, eam amplius non ille ducturum. Quinto, si imminet tempus Adventus, vel Quadragesimæ, dummodo malitiose ei approximatum non extiterit. Sexto, si matrimonium contrahendum sit inter Magnates, de quorum nullo impedimento satis manifeste constat.)

3975 Quando autem Ordinarius denunciationes dispensat, debet examinare extrajudicialiter duos testes.

3976 Ad impediendum matrimonium sufficit unus testis etiam ex auditu, qui impedimentum, aut eius suspicionem deducet, debet tamen testimonium esse juratum, quamvis secretum. Et tunc Ordinarius debet superedere, & interim debitas diligentias pro veritate adhibere.

BENEDICTIO SACRAMENTALIS

3977 SUscipitur à sponsis post primum matrimonium actum, ante consummationem.

Eam omittere sine causa, per se non est mortale, sed veniale, seclato contemptu, Clericatus *cit. cum Com.* quia benedictio est quid solum Sacramentale, nec de ejus obligatione constat.

In secundis nuptiis non suscipitur benedictio, si unus ex sponsis benedictionem susceperat. Sed recte addit Clericatus servandam esse consuetudinem.

3978 Tempore Adventus, Quadragesimæ & interdicti localis generalis, conjuges non sunt benedicendi: *v. n. 4410.*

3979 Denique Trid. *sess 24. cap. 1.* decernit (Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive sæcularis, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alienis Parochiæ Sponsos, sine illorum Paro. hi licentia, matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.)

Unde à dicta suspensione potest nisi ab Episcopo absolvi.

Si Sacerdos de licentia Parochi alienum Parochianum benedicat, aut ejus matrimonio assistat, ipse Sacerdos, & non Parochus suspensionem incurrit, Clericatus *cap. 127. n. 154.* quia Conc. Trid. in assistentem suspensionem infligit.

CAPUT V.

De Impedimentis Matrimonii.

3980 IMpedimenta sunt duplicis generis, videlicet *Impedientia* tantum, & *Dirimentia*. Prima matrimonium illicitum reddunt, non invalidum. Posteriora vero illicitum, & invalidum.

IMPEDIENTIA SEX.

3981 F, *Celebratio votorum, nec non tempus feriatum.*

Atque catechismus, crimen, sponsalia, votum.

Impediunt fieri, permittunt facta stare.

1. *Ecclesiæ votorum* est prohibitio Episcopi, aut Parochi. 2. *Tempus feriatum*, de quo in *num. 2917.* 3. *Catechismus*. Jure antiquissimo baptizandum, & cum tenentem, seu pro eo respondentem in institutione Edei ante jam natum Ecclesiæ, orebatur quædam spiritualis imperfecta cognatio; sed hodie hoc impedimentum est sublatum per Trid. *sess. 24. cap. 2. n. 3003.*

4. *Sponsalia* contracta cum una impediunt matrimonium cum alia, nisi prius rite sint dissoluta.

5 *Votum* simplex castitatis impedit matrimonium; & qui cum eo contrahit, peccat, & impeditur à petitione debiti: *ut infra à num. 3163.* de mped. actus conjugales ex voto. Et licet dispensetur ad petendum debitum, manet tamen semper remanet aliarum impedimentum in ordine ad alium; nam votum par subsequens matrimonium suspenditur, non extinguitur.

6. *Crimen*: crimina impedientia sunt septem.

Incestus, raptus sponsæ, matricidium,

Susceptio propriæ spiritalis, mors, presbyteratus,

Vel si pro reatu solemnitet, aut Monialem

Accipiat, prohibent hæc conjugium sociandum

Incestus cum consanguinei conjugis, aut cum propria, non solum contractus impedimentum dirimens cum illis personis, ergo quas orta est affinitas ex copula, sed etiam (si incestus sit publicus) in pœnam impedimentum nubere cum omni alia persona mundi: *sic Rapiens sponsam* alienam, nec cum ea, nec cum alia licite contrahere potest, *Occidens pro-*

uxorem, impeditur ducere aliam. *Suscipient in Baptismo, aut Confirmatione proprium baptizatum*, ma si animo ad finem contrahendi cognationem spiritualem cum propria uxore, & sic non privandi jure petendi debitum, in pœnam, manet uxore, non potest licite aliam ducere. *Homicida Sacerdotis* in foro conscientiæ occultus impeditur a nubendo. *Pœnitentia publica* impedit, dum durat. *Qui scienter cum Moniali professa matrimonium contrahit*, nedum invalide cum ea contrahit, sed etiam in pœnam delicti impeditur a nubendo cum omni alia muliere.

2982 Ad hæc impedimenta criminum petit Episcopus dispensare. At communis opinio est, ea esse per non usum sublata, ac proinde dispensatione non indigere, nec cum iis contrahentes peccare materialiter, Busemb. *lib. 6. tr. 6. c. 2. dub. 1.* Leand. *de matr. tr. 9. disp. 23. § 12. q. 2* Sanch. Coninch. & alii apud Matrium *disp. 28. q. 5. art. 1.*

2983 Quinque igitur impedimenta, quæ hodie sunt in usu.

Votum, Tempus feriarum, sponsalia, votum;

Potest Episcopus dispensare in 1. Si prohibitio sit ab ipso, aut Parocho ibi inferiori, & in 2. modo dicto *in nu* 2937. Non potest in sponsalibus, quia esset in præjudicium alterius ipsorum. Nec in voto absoluto, & perfecto castitatis, aut Religionis, quia est reservatum Pontifici.

QUÆRES I.

Puella voule Religionem, & Virginitatem, at ob defectum dotis Monasterium non reperit, &c.

REsp ve vovit Virginitatem, seu castitatem dependenter à Religione, vel independenter: Si independenter, non potest nubere, sed tenetur ad castitatem: Si dependenter, potest nubere, & non tenetur ad castitatem: hujusmodi est. 1. Si vovit Religionem, ut ei cælibatus castitatem servaret. 2. Si ita vovit castitatem, ut illam non vovisset, si non Ipsa Religionem, & ibi perseverantiam; tunc, inquam, cadente voto Religionis, cadit votum castitatis.

2984 In dubio, an votum castitatis sit dependens à voto Religionis, standum est pro libertate, quod sit dependens, juxta dicta de voto, *n.* 1902. Gobat 283. *de voto n.* 304.

QUÆRES II.

2986 *Juvenis vehementer carne vexatus, & frequenter cadens, quamvis adverterit nuptias filii utiliores, votum castitatis emisit, quod sæpe violat, An hoc votum sit invalidum?*

Affirmant Gobat *tom. 3. de voto n.* 268.

Esse invalidum, tenent Bonac. *tom. 2. d. 4. q. 2. p. 1. n. 26.* Gobat cit. & apud ipsum Ledesma, Hombonus, Trull. & alii nonnulli. Idem dicunt de voto Religionis, non nubendi. &c. quia in his circumstantiis votum non est de melioribus bono. *v. n.* 1816.

Hanc quidem firmare conatur Gobat aliis duobus cathibus.

PRIMUS

2987 *An conjugatus impeditus à petitione debiti ob votum, aut incestum, aut cognationem spiritualem, possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitatur, ne expanatur periculo labendi in peccata luxuriæ?*

AD quod licet communior sententia negat, affirmat Quintanadvenntas, quia sicut votum, sic ejus observatio esse debet de melioribus bono; unde licite in principio fuerit validum, desinit esse obligans, quoties observatio non est de melioribus bono; & lex humana non est crudelis, nec est vinculum iniquitatis. Unde tunc nec lex, nec votum obligat; quia observatio voti est cum periculo proximo labendi in peccata luxuriæ ab intrinseco malæ; non observatio veri, videlicet petitio debiti, non est ab intrinseco mala, sed ab extrinseco, ex voto, aut lege humana, adeoque tunc observatio non est de melioris bono, sed è contra.

2988 Tum quia conjux (ait Gobat) impeditus voto castitatis, aut incestu cum consanguinea suæ uxoris, licite petit ab hac debitum, quando videt periculum incontinentiæ illius: ita quando videt proprium. Quam sententiam tenet Quintanadvenntas, etiam si faciliter dispensatio obtineri posset, quia fundatur in hoc, quod tunc cessat obligare lex, aut votum.

2989 Cæterum hæc sententia non est practicanda, nisi in casu, quo non possit tunc dispensatio ad petendum obtineri, & periculum sit in mora; tunc solum habere potest locum epikeja.

SECUNDUS

2990 *An conjugatus possit vovere se non petiturum debitum, & postea concumbere in eodem lecto?*

REspondent Stephan. à S. Paulo, & Franc. Bonæ spei, apud Gobat. *cit. Tale votum habere solum pro ea parte, qua vovens potest licite vitare occasiones proximas illud infringendi; num*

[illegible] ... porte ab eo inseparabile. Unde si ille cognoscit cubitum in eodem lecto esse sibi periculum proximum labendi in peccata luxuriæ, si non petat, & non possit licite non concumbere, quia conjux non consentit, sed vult concumbere; tunc votum pro ea parte est nullum, sicut votum de non concumbendo; adeoque tunc votum de non petendo debitum non obligat; quia à debiti petitione sine peccato abstinere non potest; tunc namque vel deberet negare cubitum in eodem lecto, quod sine peccato negare non potest, conjuge illum volente: secus sine peccato redditionem debiti negare non potest, conjuge illam volente: vel deberet concumbere, & sic se exponeret periculo proximo labendi in peccata luxuriæ; quod patiter sine peccato facere non posset. Ita fere discurrunt.

QUOAD CASUM AUTEM PRINCIPALEM DE JUVENE

[illegible] ... Communior sententia docet, votum castitatis, Religionis, non subsistere, ac eo labente [illegible] ... in validum. Sanchez *de matr. l. 8. d. 13. q. 6.* Sanch. Escalit. *quæ tota alia disputatio pertinet ad fidei dispensatorem subsidii, quæ non est hujus loci, nimirum in parte materiæ voti [illegible] ... Diana* [illegible] ... *Ita Apoll. tr. 2. c. 20.* [illegible] ... *Ita respondent Sanch. Con. tr. Diana tibi pratio vota, quam sæpius informatæ perfectionis.*

2991 Talis igitur difficultas dat causam ad dispensationem petendam.

2994 Gobat autem addit, aliam opinionem non esse spernendam, & propterea [ait] si juvenili illi offeretur matrimonium, quod recusare non posset sine prudenti timore se alium aptum hæc: non repertrum, illud non denegasem sine dispensatione, dummodo contraheret cum animo illam quamprimum petendi, faltem ad cautelam. Ita Gobat cit.

IMPEDIMENTA DIRIMENTIA

2995 [illegible] ... Trid. sess. duodecim, Trid. [illegible] ... & sunt, *Raptus* [illegible] ... *Parochi & duorum testium*; [illegible] ... *Error circa personam*, [illegible] ... *Conditio servilis, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, metus, ligamen honestum.*

Si fit affinis, & forte non impedit.
Si Parochus, & duplicis defectus præsentia reflexa.
Raptus si maneat, non parit indissolubile vinculum.
Hæc secunda tantum secundum, si solius voti.

Sanch. l. 7. n. 2918.

2996 Quinque sunt inducta jure naturæ, & sunt, *Error, impotentia perpetua, consanguinitas in primo gradu recta vel collateralis, parentela circa filios, vota, & ligamina, quæ sunt de possibilitate, & licitum habent in matrimonio subsistere.* Reliqua sunt inducta jure Ecclesiastico, adeoque sunt de possibilitate à Summo Pontifice, & tamen eos habent in matrimonio rebellionem, quæ a pontificibus Ecclesiæ, [illegible] ... *v. de Impedimentis Conjugii n. 2918.*

I. ERROR.

ERror *in qualitate personæ*. *In substantia personæ*, cum quis putans ducere unam, ducit aliam, v. g. putans ducere Catharinam, ducit Rosaliam. *In qualitate personæ*, cum quis ducit eam personam, quam putat, sed non sub ea qualitate, quam eam putat habere. v. gr putans ducere Catharinam Virginem, pulchram, divitem, &c. ducit Catharinam non Virginem, deformem, pauperem. &c.

3998 Uterque error potest esse antecedens, aut concomitans. *Antecedens* est ille, qui dat causam contractui, ita ut eo non habito contractus non fieret. *Concomitans* est ille, qui concurgitur cum contractu: videlicet habetur; quando fit contractus: sed non est causa ejus, ita ut, si error non esset, adhuc contractus fieret. *v. tom. 2. pag. 268 à n 375.*

3999 *Error in substantia personæ*, sive antecedens, sive concomitans, invincibilis, aut vincibilis, jure naturæ dirimit matrimonium, quia adest consensum circa rationem subsistentialem per se requisitam ad matrimonium; tollit enim voluntarium, & libertatem, cum *nil volitum, quin præcognitum.*

4000 *Error in qualitate personæ*, sive antecedens, sive concomitans (qualitate servitutis excepta) non dirimit matrimonium, cu a non facit illud involuntarium simpliciter, sed solum

Et a secun-

secundum quod ratione qualitatis, quæ per accidens se habet ad essentiam matrimonii, cujus per se objectum, & materia est substantia corporis, seu personæ, quæ mutuo traditur.

4001 In duplici autem casu error qualitatis potest esse per accidens, dirimens. 1. Si qualitas, in qua erratur, sit apposita in contractu per modum conditionis, v. g. *ducis te, si es virgo*: tunc enim matrimonium est nullum ex defectu consensus, quia consensus non fuit absolutus circa personam, sed conditionatus: *vid. n.* 3964. 2. Quando error qualitatis redundat in errorem personæ: quod tunc evenit, quando qualitas, in qua erratur, est talis, ut designet individuam personam.

4002 *Exemplum*: Petrus videns duas sorores, unam indutam veste alba, alteram rubea, intendit, & convenit cum earum patre ducere illam, quam vidit tunc indutam veste alba: Pater autem, quando faciendus est contractus, substituit alteram, eam induendo veste alba, cum quo errore Petrus cum ea contrahit: tunc matrimonium est invalidum, quia qualitas illa, in qua erat, tanta circumstantia qua Petrus videns duas, elegit unam, per eam qualitatem designatam, refunditur in substantiam personæ.

4003 E contra: Petrus videns determinatam puellam, audiens eam esse filiam Pauli nobilis, cum sit Joannis ignobilis, cum eo errore contrahit: tunc matrimonium est validum; quia qualitas, in qua erratur, non redundat in substantiam personæ; quoniam revera contraxit cum determinata persona, cum qua intendebat contrahere.

Resolvuntur Casus.

QUÆRES I.

4004 *Petrus petit à Paulo suam tertiam filiam, quam audivit esse pulchram: Paulus id recusavit, dicens dataram primogenitam, cui prius nubere convenebat: hanc Petrus requisivit, ut eam ostenderet cuidam suæ familiari suæ dignæ, qui de eius pulchritudine referret. Paulus dicit familiari ostendi non primogenitam dilectam, sed secundam pulchram, & facta relatione de pulchritudine, Petrus artificio Pauli sub vesperum horis ad lumen candelæ contrahit per verba de præsenti cum primogenita, quam Paulus obtulit, sed non ostendit. An Matrimonium sit validum?*

R Esp. Matrimonium esse invalidum, Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 1. c. 2. § 2. n. ...* contra Sarch. quia error redundat in substantiam personæ: nam Petrus occasione pulchritudinis relatæ ab amico, suam intentionem & consensum determinavit, non ad personam, quam obtulit pater, sed ad personam, quam vidit amicus.

QUÆRES II.

4005 *Paulus habens duas filias, obtulit unam Petro, cui volenti videre pulchritudinem, ostendit filiam pulchram; at Petrus non advertens ad eam quam vidit, vel quia per Procuratorem, vel quia ad lumen candelæ, contraxit cum alia quam non vidit. An Matrimonium sit validum?*

R Esp. Matrimonium esse invalidum, eadem ratione.

Contra Tanc. *de matr. lib. 6. disp. 18. n. 18.* qui distinguit:

4006 Si vero Petrus petiit à Paulo primogenitam, & Paulus Petro pulchritudinem videre volenti ostendit aliam pulchram, tunc Matrimonium cum primogenita est validum, quia jam consensit in personam. Vide discrimen inter hos casus primogenitæ oblatæ, & petitæ. In primo enim Petrus volt personam pulchram, quam ex errore putat primogenitam; & ita contrahendo cum primogenita, errat in persona. In secundo volt personam primogenitam, quam ex errore putat pulchram; & ita contrahendo cum primogenita, non errat in persona, sed in qualitate, & ideo in 1. casu invalidum est Matrimonium, validum in 2.

QUÆRES III.

4007 *Paulus habens duas filias, obtulit unam ex illis indeterminate Petro, cui pulchritudinem videre volenti ostendit aliam tertiam puellam pulchram non suam filiam: At Petrus non advertens ad eam, quam vidit, contraxit cum una ex filiis Pauli quam non vidit. An matrimonium sit validum?*

R Esp. Esse validum, Tanc. *cit. n. 18.* quia consensus jam erat determinatus in unam ex hijs Paula, qui per ostensionem tertiæ puellæ non fuit distractus à substantia personæ, sed à qualitate; non inquam, à substantia personæ, quia hæc fuit satis determinata ex hoc, quod fuit determinatus pater.

QUÆRES IV.

4008 *Plebejus quidam Panormum petens, se finxit nepotem Magni Ducis Etruriæ, qua fiebat ne fœminis puellam nobilem ad contrahendum cum eo, An matr. sit validum?*

R Esp. Matrimonium esse invalidum, Tamb. *lib. 8. tr. 1. c. 2. § 2. n. 4.* Quia talis puella, attentis circumstantiis, non alia via cognovit illum, nisi sub consideratione, quod fuerit nepos Magni Ducis, adeoque consensit directe in qualitatem, indirecte in personam, adeo

cujus novam notitiam venit, mediante nova notitia qualitatis; quando autem consensus contrahentis directe tendit in qualitatem, indirecte in personam præsentem, ita ut contrahens veniat in notitiam novam personæ, mediante nova notitia qualitatis, tunc error qualitatis redundat in errorem personæ. Sicut è converso, quando consensus contrahentis tendit directe in personam præsentem, & indirecte in qualitatem, tunc non redundat in errorem personæ; ut exemplificatum est in n. 4002.

4009 Hinc, ut bene ponderat Tamb. *cit.* intentio contrahentis duplicem potest se habere. 1. Ut sit sensus: *Volo hunc, quem puto esse nepotem Magni Ducis.* 2. Ut si sensus: *Volo nepotem Magni Ducis, quem puto esse hunc.* 1. modo error est in qualitate. 2. modo error qualitatis redundat in substantiam. In nostro casu consensus puellæ nobilis non fuit in hunc præsentem, quem putabat esse nepotem Magni Ducis, sed fuit in verum nepotem Magni Ducis, quem putabat esse hunc.

QUÆRES V.

4010 *Alia puella nobilis cognoscebat Joannem quem sæpe videbat, deinde putans eum nepotem Magni Ducis, ex eo errore ducta, matrimonium contraxit, An valide?*

R Esp. Matrimonium esse validum, Tanc. *cit. n. 17.* quia revera contraxit cum persona, quam cognoverat, & intendebat; nova autem notitia falsa est qualitatis.

4011 Videndi finem inter hunc, & hujus rei casum; nam in illo cognito qualitatis traxit in cognitionem personæ, & in eam sic apprehensam voluntas suum consensum direxit, quæ cum non sit talis, error est personæ. In hoc vero casu persona si prius cognita, cognito qualitatis non traxit ad novam notitiam personæ, adeoque error est solius qualitatis.

QUÆRES VI.

4012 *Petrus volens contrahere cum Catharina ex errore contrahit cum Rosa, hunc expresse eligens illam: Dicerem hunc, etiam si scirem, hanc non esse Catharinam, An matr. sit validum?*

R Esp. Matrim. esse invalidum, Tanc. *cit. n. 3.* quia consensus debet esse de præsenti. Unde validum esset, si diceret: *Ducis, quamvis non sis Catharina.*

QUÆRES VII.

4013 *Paulus duas habet filias, dictas unam Catharinam, alteram Rosam. Petrus cognoscens utramque quoad personas, ereans tamen quoad nomen, petit à Paulo Rosam; putans petere personam, quæ revera vocatur Catharina. Paulus autem ignorans errorem Petri quoad nomen, ex dolo, dum fieri debebat contractus, præsentavit Catharinam, cum qua Petrus contraxit, An matr. sit validum?*

R Esp. Matr. esse validum, Tanc. *cit. n. 9.* quia quando constat de persona, error nominis est accidentalis. Et dolus Pauli est solum mentalis, nam illa præsentatio externa Catharinæ est conformis intentioni Petri contrahentis.

QUÆRES VIII.

4014 *Puella convenit cum Paulo habente plures filios, habere eum suo primogenito, post quam conventionem moritur primogenitus, puella ignorante, & remanet primogenitus alius frater, cum quo puella contrahit, An matr. sit validum?*

R Esp. Matr. esse invalidum, Tanc. *cita. num. 14.* quia qualitas primogeniti, pro qua facta fuit conventio, designavit tunc personam individuam vere talem, sed distinctam, unde contrahens cum novo primogenito ignorans mutationem personæ, contrahit cum errore personæ.

QUÆRES IX.

4015 *Unus ex filiis Pauli fingit se esse unigenitum, quo errore ducta puella cum eo contrahit. Alter vero ex filiis ejusdem Pauli finxit alteri puellæ se esse primogenitum, cum sit secundus. An ...?*

R Esp. Validum esse matrimonium in 1. casu, invalidum in 2. Tanc. *cit. n. 19.* quia in 1. cum non erretur in filiatione, sed in ratione unigeniti, non erratur in persona, sed in qualitate. In 2. qualitas primogeniti designat personam individuam ab illo distinctam.

2. CONDITIO

4016 Sit licet servilis unius personæ, ignorata ab altero libero, dirimit matrimonium, ex *cap. Si quis liber.* Sive ignorantia sit antec. sive concomitans, sive invincibilis, sive vincibilis, *vid. n. 3998.*

Nomine *servi* non veniunt famuli, qui alicui ob mercedem inserviunt. Nec Coloni originarii, vel asciticii, sunt proprie servi, sed manucepta justo bello capta, licet aliis vendita, seu illi servi, quos pactis dominus vendere, hi sunt vere servi. Christiani autem à Christianis bello justo capti, ex præcepta confuetudine non sunt servi, sed solum detinentur vulgo *prigioni di guerra*.

4017. Va-

4027 Validum est matrimonium liberi cum libertina, cum ea licuerit, quæ modo est libera, sed ante nisi servit, quia non servitus præcipitata, sed ignorata dirimit.

4028 Servus ignorans suam servitutem, si bona fide contrahat cum libera putans se liberum, matrimonium validum est, quia ignorantia servitutis tantum impedit matrimonium, quatenus libertas est de substantia matrimonii, non autem quatenus est de substantia contractus.

4029 Servus, qui [illegible] contrahat cum libera, quæ [illegible] ad [illegible] contrahendum, [illegible] quia [illegible] contrahendi [illegible] contrahat [illegible] contrahendum [illegible] contrahendi [illegible] contrahendum [illegible] contrahendi [illegible] contrahendum [illegible] contrahendi

IN LINEA TRANSVERSALI IN DISTANTIA ÆQUALI

4028 TOt gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus illa una distat à communi stipite, dempto stipite. Sit

SCHEMA LINEÆ TRANSVERSALIS.

PETRUS STIPES.

Paulus: *Frater, & soror 1. gr.* Rosa
Andreas: *Consobrinus prim. 2. gr.* Anna
Jacobus: *Consobrini 2. 3. gr.* Nimpha
Joannes: *Consobrini 3. 4. gr.* Agatha
Thomas: *In nullo gradu.* Ursula.

Hinc Paulus est conjunctus in 1. gradu cum Rosa, quia uno gradu distant à Petro patre.

IN LINEA TRANSVERSALI IN DISTANTIA INÆQUALI

4029 TOt gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus persona illa quæ est à stipite remotior, distat ab eodem stipite, dempto ipso stipite. Unde in præfato schemate lineæ transversalis *Paulus* in 2. gradu distat ab *Anna*, quia *Anna*, quæ est remotior à *Petro* stipite, duobus gradibus distat ab ipso stipite, dempto eodem stipite; sic descendendo, idem *Paulus* in 3. gradu distat à *Nimpha*, & in 4. ab *Agatha*.

4030 In linea autem transversali in distantia inæquali, quamvis sola distantia remotior gradum consanguinitatis constituat, in dispensationibus tamen pro matrimoniis inter consanguineos contrahendis ea dispositione Summorum Pontificum, maxime S. Pii V. considerari solet, & inde in memorialibus explicari etiam gradus proximior stipiti.

4031 Sic in eadem schemate lineæ transversalis *Paulus* dicitur primo gradu in secundo conjunctus cum *Anna*. Primo in tertio cum *Nimpha*. Primo in quarto cum *Agatha*. Denique primo gradu in quinto cum *Ursula*, & sic in nullo: quia extra quartum gradum nulla datur regressio. Unde quando gradus remotior est extra quartum, nec gradus proximior est examinandus, nec dispensatio est necessaria, quia nulla habetur cognatio.

Similiter *Andreas* est secundo gradu in tertio conjunctus cum *Nimpha*. Secundo in quarto cum *Agatha*. Secundo in quinto cum *Ursula*, & sic in nullo. *Jacobus* est tertio in quarto conjunctus cum *Agatha*. Tertio in quinto cum *Ursula*, & sic in nullo. *Joannes* est quarto in quinto conjunctus cum *Ursula*, & sic in nullo. Denique *Thomas* in nullo est conjunctus cum filia Ursulæ. Quæ exemplificata, & dicta sunt de latere sinistro ad dextrum, de viris ad fœminas, pariter intelligenda veniunt de latere dextro ad sinistrum, & de fœminis in ordine ad viros.

4032 Omnis igitur consanguinitatis gradus, sive lineæ transversalis, sive rectæ, non extenditur ultra quartum gradum. Item solum primum gradum lineæ rectæ jure naturæ matrimonium dirimere, cæteros vero lineæ rectæ, & omnes lineæ transversalis, jure solum Ecclesiastico dirimere, docent Leander *de matr. tract. 9. disp. 13. §. 5.* Tamb. *tom. 2. lib. 8. tr. 2. c. 5. §. 1. à n. 18.* & alii.

CASUS.

4033 *Petrus filius Annæ duxit in uxorem Catharinam, ex qua genuit Franciscam, & Paulus filius dictæ Catharinæ habuit in uxorem præfatam Annam, ex qua genuit Joannem. An Joannes possit valide nubere cum Francisca?*

Casus est singularis, non tamen metaphysicus, sed practicus, quoniam in quadam mundi parte contingit; pro faciliori tamen intelligentia sit

FIGURA

PETRUS condistipuli PAULUS
Filius — Filius
1 a 1
1 ma 1
2 2
Mater — Mater
ANNA — CATHARINA
mater — mater
1 1
1 1
1 1
JOANNES — FRANCISCA
filius Pauli — filia Petri

4034 Respondeo negative, quia inter Joannem & Franciscam reperitur cognatio naturalis *primo gradu in secundo*, orta tamen ex uno tantum stipite, nempe ex parte solius matris, sed iterata ex parte matris alterius, taliter ut Joannes sit Patruus simul, & Nepos Franciscæ, & è converso Francisca sit Amita simul, & Neptis Joannis, Joannes quidem, quia est filius Pauli fratris ex utero Franciscæ, est Nepos Franciscæ, & Franciscæ Amita Joannis, & è converso, quia Franciscæ est filia Petri fratris ex utero Joannis, est neptis Joannis, & Joannes patruus Franciscæ.

4035 *Primo tamen in secunda*, quia Joannes filiationis est primo gradu conjunctus

4040 Similiter non incurrit impedimentum, si dicat: *Si voluero, dicam* quia promissio non est, quæ ad propriam voluntatem refertur.

QUÆRES II.

4040 *Petrus conjugatus promisit Bertæ se eam ducturum in uxorem mortua propria, & adulteravit; venit casus, in hac fit mansio. Petrus vera matrimonium contraxit non cum Berta, sed cum alia, adhuc cum Berta adulterium sequens; deinde hac secunda uxor decessit. An Petrus possit matrimonium inire cum Berta?*

Resp. posse. Sylv. *de matr. n. 8. vers. 5. §. 9. quæritur.* Alarius *Canone confitentis crimen. 52.* quia dum stante promissione cetrus mortua uxore, non Bertam, sed aliam duxit, promissio fuit retractata per actum facti, confecta Berta, & revera (humano modo loquendo) Petrus dicitur infidelis, & fragilis promissum: ex communi autem sententia promissio non debet esse, nec explicite, nec tacite revocata, sed durans.

CULTUS DISPARITAS.

Si Religiosus, dum erat christianus, & non baptizatus, ut inter Christianos, de Turcis, suos Baptismus est juxta Sacramentum. Infidelis, si Superveniat post matrimonium, non dirimit, sed potest esse causa divorcii. Inter baptizatos accedit, quamvis non sit sacrificus, non dirimit, sed impedit, ex Concil. Calchedonensi *can. 14. & sup. Theorem. de disser. in 5. de matrimonio cum hæresi prohibentur, & inde* Petrus privatur dote, unde petens Catharina cum haberet querelam, quæ est contraria ob periculum difficultatis, & subversionis fidei, aut pacis, Bellarm. *lib. 1. de matr. c. 8. dub. 2. n. 7. etc.* in Germania *hinc ex gravi causa, salva tamen pace matrimonii, & fidei servanda, non cohabitant, non simul lecto, & mensa, non communicant, non simul in eadem domo, aut cubiculo habitant.*

4042 Si ex variis causis infidelis non convertitur ad fidem, absolute in hac infidelitate permanet, remanet matrimonium, & contrahens fidelis potest cum fidele celebrare sine impedimento Christianitatis. Si vero contra infidelem moraliter, videlicet, si non velit cum fidele habitare, vel si velit habitare, sed non sine injuria Creatoris, quatenus cogunge fidelis Christianus, & fidelis Mahumetanus, non potest à fide divertere, vel proximo tantum periculum non vitat, &c. hinc matrimonium, etiamsi facta consummatum, dissolvitur gratia privilegii, ita ut contrahere fidelis possit ad aliud matrimonium cum Christiano inire, ante tamen sen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dentiam ex lege Christi in privilegium fidei promulgata per D. Paulum 1. ad Cor. 7. *Quod si infidelis discedat, discedat; non enim servitur, hoc est ligamini conjugali, subjectus est frater, aut soror in hujusmodi*, Tamb. *tom.* 2. *pag.* 152. Plura Tanc. *to.* 2. *de matr. lib.* 7. *disp.* 74. *n.* 411.

QUÆRES.

4052 *Tunca Panormi factus liber emit ancillam, quam deinde duxit in uxorem, quæ ancilla vult ad fidem converti, & quia vir non consentit: imo præsentit eam temerasuram servam, quid deciendum?*

REsp. cum Tanc. *p.* 2. *tom.* 5. *tract.* 5. *qu.* 6. Si vir non velit cum ea habitare absque injuria Creatoris, tunc uxor non potest ab eo vendi, quia ex matrimonio cum libero, acquisivit libertatem, nedum ex jure positivo, Glosa *in c. Si quis ancillam, dist.* 34. sed etiam naturali; nam cum conjuges fiant una caro, debet etiam inter illos fieri communicatio honoris, & sedis, & liberas semel concessa, est irrevocabilis. Eadem ratione non tenetur recompensare pretium; eo max. me, quia ipsa non est in culpa, quia præceptum Baptismi obligat omnes.

4054 Item eo ipso, quo uxor transit ad fidem, cogitur à præcepto Ecclesiæ, ut separetur à viro infideli nolente converti ad fidem, atque cum ea habitare absque injuria Creatoris; unde potest ad aliud matrimonium cum Christiano transire, quia jam prius est redditum irritum.

7. VIS, ET METUS.

ESt duplex, cadens scilicet in virum constantem, & cadens in virum inconstantem. Metus cadens in virum constantem, seu metus gravis, quatuor conditiones requirit. 1. Quod malum, quod timetur, sit grave, ut in *n.* 221. 2. Quod eum fundamento: & non leviter timeatur. 3. Quod qui minatur, possit minas exequi. 4. Quod qui timet, non possit minanti resistere, aut vitare malum, quæ timet. His deficientibus, metus est levis, seu cadens in virum inconstantem.

4056 Nomine metus gravis venit metus reverentialis superiori, aut parti debitus, si est conjunctus cum rationabili timore, ne superior aut parer tigide, vel male tractet filium aut filiam: *v. à n.* 1400.

4057 Ut metus gravis, seu cadens in virum constantem, invalidet contractum matrimonii, tres requiruntur conditiones. 1. Quod sit incussus à causa extrinseca libera, nempe ab alio homine. 2. Quod sit incussus ad finem extorquendi contractum matrimonii. 3. Quod sit incussus injuste.

4058 *Ex defectu primæ.* Validum est matrimonium. 1. Si concubinarius metu inferni, vel mortis, in morbo, aut naufragio eum ducat. 2. Si quis à medico persuasus non diu le victurum, nisi ducta uxore, eam ducat. 3. Si in carcerem conjectus, spe evadendi, nubat cum filia hostis: quia tunc non ab alio, sed à seipso impellitur ad eligendum matrimonium, ranquam medium ad bona animæ, aut corporis.

4059 *Ex defectu secundæ.* Validum est matrimonium. 1. Si quis ad mortem damnatus, ut evadat, nubat cum meretrice, aut alia juxta statutum illius Regionis. 2. Si Princeps obsessus offerat filiam in matrimonium obsidenti, ut obsidione liberetur. 3. Si raptor, aut deflorator virginis, metu mortis se offerat judici, aut ejus consanguinei eum occidere volentibus, ad nubendum cum illa, & nubat: quia est absmetu intrinseco proveniens.

4060 *Ex defectu tertiæ.* Validum est matrimonium. 1. Si Episcopus excommunicationem minetur alicui, ni ducat puellam, cum qua sponsalia contraxit. 2. Si Judex cogat aliquem ad ducendam puellam, quam violavit. 3. Si quis deprehensus in crimine cum filia, minus afflictatur, quod accusaretur, nisi eam ducat. 4. Si puniendo ob homicidium probatum promittatur impunitas, si ducat filiam, aut uxorem occisi; quia contrahenti non fit injuria, cum ipse dederit causam metus justè incutiendi. Imo ipse cogitur ad id, quod facere tenebatur; ac proinde metus potius videtur esse ab intrinseco cum ipse ejus dederit causam: *v. à n.* 1800.

QUÆRES.

4061 *Putilla nobilis, propria cymba tempestatis causa eversa, metu mortis contraxit per verba de præsenti cum alio nauta, ut in ejus cymba reexpectetur, an validè?*

REsp. valide, Arsdekin *tom.* 2. *pag.* 286. *n.* 9. quia metus fuit ab intrinseco incussus.

8. ORDO.

4062 SAcer valide sumptus dirimit matrimonium post ipsum contractum non solum ratione voti solemnis castitatis Ordini sacro annexi, sed etiam ex lege Ecclesiastica, quæ inhabilem ad contrahendum reddit ipsum ordinatum in sacris, directe intentione Ordinis sacri, Scotus *in* 4. *dist.* 27. *un. litt. B. quia talis deputatur ministerio sacro, quod requirit mundiciem mentis, & corporis*: quod magis confirmatur Concil. Trid. *sess.* 24. *sess.* 23. *cap.* 7. Hinc Ordo sacer est impedimentum dirimens à voto. Plura videre potes apud Tanc. *de matr. tom.* 2. *tr.* 7 *disp.* 25. *ad* 30. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. §. 3.

4063 Utrumque solo jure Ecclesiastico dirimit. Nam votum solemne non dirimit ex natura rei, qua votum: aliquin votum simplex castitatis dirimeret; sed qua solemne: solemnitas autem est authoritate Ecclesiæ inducta. Bonifacius VIII. *cap. Unico de voto in* 6. & Greg. XIII. in Bulla *Ascendente*, dicunt, *solemnitatem voti Ecclesiæ institutione esse introductam*. Item votum simplex Societatis solum cœpit esse dirimens per Bullam Greg. XIII. *Ascendente Domino*, ante quam non dirimebat.

4064 Matrimonio autem inito, antequam consummetur, potest conjux Religionem ingredi; quia matrimonium ratum dissolvitur per professionem Religiosam.

4065 Matrimonio tamen jam consummato, nec bonæ, nec valide conjux sine expressa licentia libera alterius conjugis potest Religionem ingredi, & professio facta est nulla, ita ut mortuo uxore non teneatur ad Religionem, uxore autem vivente, tenetur ad illam regredi. Non potest tamen petere, sed solum reddere debitum; quia emisso illa votorum, licet non obliget in vim professionis solemnis Religiosæ, ut pote quæ fit in præjudicium alterius conjugis, obligat in quantum potest, videlicet in vim simplicis voti castitatis, ad proinde est impeditus à petitione debiti, in quo non præjudicat conjugi, cum etiam ipsa post matrimonium potuerit castitatem vovere, & non petere debitum: & ita ea mortua, tenetur castitatem servare, *c. Quidam* 3. *Placet* 32. *de convers. hom. conjugatorum*.

4066 Quod si uterque conjux in Religione profiteatur sine mutua licentia, valida erit utriusque professio; quia tunc per actum facti censentur sibi mutuam licentiam dedisse. Pirhing. *tit. cit.*

4067 De alterius autem conjugis libera & expressa licentia, licitum est per se conjugi Religionem ingredi, & professio erit valida. Dixi *per se*: quia per accidens potest esse illicita, ut si habeat filios, qui ea indigeant, si sit gravatus debitis, &c.

4068 Et quia tunc materia non dissolvitur quoad vinculum, sed quoad usum, si virprofectus uxorem etiam professam cognoscet, non peccaret contra justitiam, sed contra votum.

4069 Non potest tamen unus conjugum Religionem ingredi, nisi alter etiam Religionem ingrediatur, *c. Cum sis, cap. uxoratus, de convers. conjugat.*

4070 Quod si alter velit in sæculo remanere, tres requiruntur conditiones. 1. Ut conjux superstes sit senex, videlicet sexaginta annorum, si vir: quinquaginta, si mulier: In quo datur arbitrium Episcopo, ut considerata conjugum complexione, valetudine, robore, &c. possit in casibus particularibus de senectute debita judicare. 2. Ut non sit suspectus de incontinentia. 3. Ut emittat votum castitatis, quod est votum simplex. Insuper ex consuetudine est necessaria cognitio, & licentia Episcopi.

4071 Quod si conjux, qui licentiam dedit, sit juvenis, & nolit Religionem ingredi, ut intra annum Novitiatus egrediatur, vel si senex, & nolit votum continentiæ emittere, & alter conjux reperiatur professus: professio est valida, & relictus in sæculo persuaderi potest, non cogi, ut Religionem profiteatur, aut votum continentiæ emittat; quia votum debet esse liberum. Quod si nolit, & adsit periculum incontinentiæ, tunc Episcopus jubere debet marito professo, ut ad uxorem revertatur, *cap. Propterea 1. tit. cit.* qui ratione voti solemnis castitatis, sine dispensatione Papæ, reddere potest, non petere, & uxore mortua aut votum castitatis emittente, tenetur ad Religionem revertı.

4072 Si vero uxor relicta in sæculo castitatem voveret, non posset revocare conjugem professum; quia ratione voti castitatis neuter posset petere debitum, Tamb. *tom.* 2 *lib.* 8. *c.* 4. §. 1. *n.* 4292.

DECLARATIO.

4074 ORdini sacro est annexum, non præceptum (ut probabiliter tenent plures) sed votum solemne castitatis, Fagnanus *in lib.* 5. *cap. Tuæ litteræ, tit. de Cler. per saltum promoti*, Tamb. *lib.* 7. *de Ordin. cap* 3. §. 3. Gobat *tom.* 2. *tr.* 8. *casu* 20. Ratio est primo: quia in pluribus textibus obligatio castitatis Ordini sacro annexa vocatur votum.

2074 Secundo, quia Ordinatus in sacris, si castitatem violet per actum pure internum, puta per delectationem morosam, aut deliberatum (ut omnes fatentur) sacrilege peccat: quod non esset verum, si ad eam reneretur ex solo præcepto Ecclesiæ; quia Ecclesia non præcipit actus pure internos.

4075 Hoc autem votum dicitur implicitum, quatenus qui ordinatur, libere suscipit Ordinem factum, cui est annexum votum castitatis, quod votum soli professioni est anne-

annexum essentialiter, ac ex sui natura, & est de ejus substantia, *c. Cum ad Monasterium, de statu Monach.* Ordini autem facto est annexum solum extrinsece ex præcepto Ecclesiæ, *cap. Cum olim, de Cler. conjug. cap. Amittas, de ætate, & qualitate ordinand.* Ratio vero impedimenti dirimentis est annexa Ordini sacro pariter ex constitutione Ecclesiastica, non ex natura rei, Sectus *cit.* & innuit Trident. *sess. 24. can. 9. Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, &c. anathema sit.*

EX DICTIS RESOLVES

4077 PRimo, qui in ætate debita scienter suscipit Ordinem sacrum cum expressa intentione nolendi se obligare voto castitatis, non ligatur voto: quia votum debet esse voluntarium: peccat tamen tam in Ordinis susceptione, quam pro sequenti tempore contra præceptum Ecclesiæ obligans eum, quilibet Ordinem sacrum suscipit, ad suscipiendam obligationem voti, & oneris Ordini annexi. At hi nubat, invalide nubit; quia Ordo facer dirimit, & irritatio non dependet à voluntate propria, ut in voto: sed à lege Ecclesiæ.

4078 Si quando suscipit, ignoravit votum, non ligatur voto; quia votum *est promissio deliberata*; nec peccavit ob ignorantiam, sed si nubat, invalide nubit; quia Ordo facer dirimit: & ista, si velit uti Ordine, debet voto se obligare. Quod si nolit, dispensationem petat ob ignorantiam: quæ tamen difficulter præsumitur, cum hodie vulgatum sit: Ordini facto esse annexum votum, & præceptum divini Officii.

4079 Secunda, adultus suscipiens Ordinem sacrum, non habens intentionem suscipiendi, invalide susciperet ex defectu intentionis: unde posset nubere, & non teneretur ad castitatem, ac ad divinum Officium, adeoque fornicando non peccaret contra votum: sed sacrilege susciperet, nisi sic susciperet per violentiam & coactionem. Ita res se haberet quoad forum internum; quoad forum vero externum, secundum externa procederetur.

4080 Tertio, qui per vim, & metum injustum, gravem, cadentem in virum constantem, ab extrinseco ab alio homine incussum, Ordinem sacrum suscipit, non tamen dissentiens, nec reclamans, valide suscipit Ordinem, & inde non potest nubere, nisi post dispensationem: sed non ligatur voto, nec præcipio divini Officii; quia ad Sacramentum valide suscipiendum sufficit voluntarium simpliciter: quod stat cum metu gravi: ad votum vero, & obligationem Officii divini requiritur major libertas, nempe libertas à coactione, & plena, ut dictum est de contract bus n. 2360.

4081 Dices, qui ex metu injusto emittit professionem solemnem, probato metu, potest valide, & licite nubere: igitur

Resp. Disparitatem esse, quia qui sic professus est, invalide professus ex lege Ecclesiæ in *c. ult. qui Clerici, vel Monachi, tit. de iis, qua vi, metusve causa fiunt*, requirentis ad validam professionem consensum plene liberum. Qui vero sic Ordinem suscipit, valide suscipit, cum sufficiat consensus simpliciter: adeoque subditur stricte non matrimonii Ordini Sacro annexæ, Pirhing. *tit. 11. n. 2.*

4082 Hic autem, si post metum velit in usu Ordinis permanere, tenetur ad castitatem, & horas: similiter si metu cessante, semel Ordine usus est, non potest ab Ordine, & voto resilire; quia usus Ordinis est ratificatio Ordinis.

4083 Quarto, infans, si ordinetur in sacris, valide, etsi illicite, ordinatur: positive autem dissentiens, nec valide ordinatur, cum aliud sit consentire, & aliud positive dissentire; ait Pirc.

4084 De tali infante specialiter disponit Ecclesia, ut postquam ad annos ad votum castitatis sufficientes [de quibus modo] pervenerit, detur ei optio, ut si velit usui Ordinis stare; sed teneatur voto; quia per talem electionem implicite votum castitatis emittit. Si nolit, possit nubere, sed Ordine non utatur, Tamb. *de Ordine c. 3. §. 3. n. 16.*

QUÆRES I.

4085 *Qui post annos discretionis, sed ante annos pubertatis, nempe ante annos quatuordecim expletos, suscepit Ordinem sacrum, sciens esse annexum votum castitatis, An teneatur ad castitatem?*

SAnchez cum aliis apud Tamb. *cit. num. 18.* & Fagnanus *in lib. 3. c. Tuæ litteræ, de Clericis per saltum promotis*, tenent, quod sicut ex Trid. *c. 15. sess. 25. de Regularib.* non potest quis valide ligari voto castitatis in professione solemni, emissa ante annos sexdecim expletos; ita nec voto castitatis in susceptione Ordinis sacri, facta ante annos sexdecim expletos, etiam si talis susceptio fuerit post annos quatuordecim ratificata, & adulti, cum nosse licite nubere.

Tamb. cit. cum aliis asserit, teneri ad castitatem; quia quer rationis compos valide se obstringit voto.

4090 Dico 1. eum teneri ad castitatem, nec posse nubere, si post finem anni decimi quarti ratificet susceptionem Ordinis antea factam. Non teneri vero ad castitatem, sed posse nubere, si post finem anni decimi quarti, statim, hoc est infra triduum, reclamavit, licet antea tacuerit, Fagnan. *cit. n. 42. 70. & 73.*

4091 Prima pars probatur solvendo rationem primæ opinionis: Disparitas enim est evidens. 2. Quia lex Trid. irritat professionem Religiosam ante annos sexdecim emissam; at non votum castitatis Ordini annexum. 2. Quia votum Ordini annexum solum affert gravamen castitatis; at Professio Religiosa plura & majora gravamina secum affert: nempe ultra Castitatem, Obedientiam, Paupertatem, Clausuram, & Religionis asperitatem; & ideo majorem deliberationem exposcit Professio Religiosa, quam solum votum castitatis: adeoque Tridentinum requirit pro valida professione, quod sint elapsi duo anni pubertatis: quod non curat pro solo voto castitatis.

4092 Ordinationem suam ratificare quis potest expresse per actum expressum voluntatis etiam internum, quo eam approbet, volens suo tempore ea uti; vel tacite per usum Ordinis, aut ejus privilegii.

4093 Secunda pars probatur à Fagnano: *Quia ante annos quatuordecim non potest quis, etiam si velit, se expresse adstringere ad votum continentiæ, cap. 1. 20. quæst. 1. Ergo multo minus potest tacite per susceptionem Ordinis Sacri.* Ita Innoc. & Canonistæ. Cujus rei ratio est, quia de voti essentia est, quod sit promissio deliberata, hoc est facta cum plena advertentia & cognitione materiæ voti, quæ perfecta cognitio materiæ castitatis regulariter non habetur ante annos pubertatis; quia ante annos pubertatis vir non habet potentiam coeundi, nec inde potest matrimonium contrahere: adeoque ante annos pubertatis potest se ligare aliis votis, sed non potest regulariter se ligare voto continentiæ, licet annos discretionis teneat, nisi malitia suppleat ætatem, ut plenam cognitionem materiæ voti castitatis habeat; quia nemo potest renunciare ei, quod ignorat, Abbas apud Fagnanum *cit.* & per hoc soluta manet ratio 1ª. Tamb.

Nec obstat taciturnitas; quia pro eo tempore non poterat se voto continentiæ adstringere: & quando poterat, post finem anni 14. infra triduum reclamavit, seu dissentit.

4094 Hinc, qui post annos discretionis, sed ante pubertatem, suscepit Ordinem Sacrum, sciens, et esse votum continentiæ annexum, post Ordinis susceptionem tacuit, & post annos quatuordecim infra triduum etiam tacuit, licet Ordinationem suam non ratificaverit, ligatur voto, nec potest nubere, Fagnanus *cit. num. 74.* non ex taciturnitate, sed ex perseverantia consensus in Ordinatione suscepta, qui licet non potuerit ligare ad castitatem in principio, ob ætatis defectum, ligat eo fublato per supervenientiam ætatis. Sicut votum Religionis, quod vir emittit, vivente uxore, & ea contradicente, non ligat ea vivente, ligat veto uxoris impedimento sublato. Insuper ipsa non reclamatio, tempore, quo poterat reclamare, censetur Ordinis susceptio ratificatio.

4095 E contra, si post Ordinem susceptum statim contradixit, & in contradictione perseveravit; post finem vero anni 14. Ordinationem nec approbavit, nec reprobavit, sed tacuit, non ligatur voto, & potest nubere, Fagnanus *cit. num. 70.* quia censetur in priori dissensu perdurasse: dissensus enim, sicut & consensus, non præsumitur mutatus, nisi probetur.

4096 Confirmatur ex *cap. Majores, § fin. de Baptismo*: ubi dicitur: *Dormientes autem, & amentes, si prius quam amentes fuerint, aut dormiant, in contradictione persisterent, in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare.* Et Glossa ibi *in cap. 1.* loquens de voto solemni Religionis, ait: *Quia constabat de professione voluntatis ab initio facta, adhuc præsumitur nolit.*

4097 Suadetur exemplo sponsalium, quæ ante usum rationis contracta, sunt invalida ex defectu consensus, & per supervenientiam ætatis non convalescunt, nisi verba vel facto ratificentur, & non sufficit forte taciturnitas.

4098 Similiter matrimonium ante annos à Trid. requisitos metu contractum, sublato impedimento, non validatur sola taciturnitate, sed expresso consensu, vel copula affectu maritali habita.

QUÆRES II.

4099 *Infans ante usum rationis suscepit Ordinem sacrum; post septennium nec consensit, nec dissensit, tacite aut explicite, sed tacuit, negavitve se habenda: at in fine anni 14. infra triduum reclamavit, An ligatur voto?*

4100 REspond. non ligari voto, Fagnanus *cit. num. 52.* Et proba, tria cum eo distinguendo tempora. Primum, quando suscepit Ordinem: Et tunc non potuit ligari, ob defectum usus rationis. Secundum

endum post septennium: Et neque ob defectum deliberationis: *v. nn.* 3054. Tertium post finem anni 14. Et tunc non se ligavit, quia statim contradixit; & ita nullo tempore se ligavit.

4101 Non obstat ebrietas impressus, quia votum est Ordini annexum, ex constitutione Ecclesiæ, ut in n 4063. & 4074. Et Ecclesia non potest inire tam ac tantum contractum ubi gare, *c. integritas 31. q. 1. & c. Debis. Quibus autem ambitiosa propria incongruentia tempore desiderium habendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus.*

4102 Difficultas major est, *An si præcidatur via post finem anni 14. sacuerit, mora negativa se habendo?*

Et etiam hunc non ligari vota, docet Fagnanus *cit. n.* 55. *Quoniam ex sola taciturnitate* (ait ille) *in materia tam gravi & præjudiciali non inducitur obligatio, l. Non solum in princ. & l. Filiusfamilias, §. nonnisi, ff. de procurat.*

4103 Non obstare (subdit) jura in contrarium, *cap. Diaconus 27. dist. cap. Plerumque 2. qu. 7.* quæ probant, taciturnitatem haberi pro consensu; quia procedunt, quando cum taciturnitate concurrit actus positivus: nam Diaconus ille protestatus fuerat se velle matrimonium contrahere, nec posse in castitate permanere: postea Ordinem Diaconatus suscepit, & quamvis in ordinatione tacuerit, matrimonium postea contrahere non potuit; quia facto ipso: protestatione recessit.

Atque ita præter taciturnitatem ibi intercessit actus positivus susceptionis Ordinis Sacri, cui votum continentiæ est annexum: qui autem habere recipit alterum connexorum, censetur ad alterum connexorum se obligare, Abbas *in cap Cum in eccles., Ore.* Ita ille qui

4104 Ulterius suadet exemplo: Si quis recipiat, & legat epistolam, in qui continetur eum debere centum, & non contradicat, censetur debitum confiteri; quia cum taciturnitate concurrit actus positivus receptionis, & lectionis litterarum eius debitum continentium.

4105 Quando igitur actus positivus non intercedit, taciturnitas solum in favorabilibus habet hic pro consensu, ex Reg. *Qui tacet*; minime in præjudicialibus, Bald. *cons.* 290. quia licet favorabilibus facilitet cuis consentit: ita in præjudicialibus faciliter dissentit

AMENS

4106 VAlide, etsi illicite, pariter ordinatur, ut in *n.* 3. *n.* 18 & de eo respective juxta dicta discute.

9. LIGAMEN

4107 *Est vinculum veri cum uxore post consummatum matrimonium legitimum, sive consummatum, sive tantummodo ratum.* Dirimit, quamdiu durat, ita ut non possit valide qui aliam ducere, nisi fit moraliter certus de morte conjugis. Quod si postea ille compareat, tenetur alia compari, dimisso posteriori conjuge, cum quo bona fide habitavit, ad priorem redire.

Ligamem dirimit jure divino, & naturali, Trid. *sess. 24. can. 2.* Unde Sancti Patres, qui pluret habuerunt uxores, ex divina dispensatione habuerunt.

4108 Qui sine morali certitudine, & sufficienti probatione de morte conjugis, ad secundas nuptias transiit, illicite, sed valide contraxit, si revera, quando contraxit, prior conjux erat mortuus, ex *cap. Dominus, de secundis nuptiis*; quia reveta tunc non erat ligamen.

4109 Advitandum delictum polygamiæ sunt adhibendæ diligentiæ pro libertate contrahere volentium; adeoque sunt præmittendæ denunciationes, de quibus *d. n.* 3969.

4110 Si alter ex Sponsis sit extraneus, non est admittendus, nisi suam libertatem probet per attestationes à proprio Episcopo, vel Vicario Generali, subscriptas, & sigillatas. Sufficit autem assistentia Parochi loci, de licentia tamen Ordinarii. In Italia adest institutio S. Congr. quæ in Cancellaria Episcopalibus reperitur.

4111 Turca plures habens uxores, si convertatur ad fidem, obligatur tenere primam, & dimittere reliquas, quia solum primum matrimonium est validum; si prima velit cum conjuge fideli habitare sine injuria Creatoris, ut in *nn.* 4052. Alias potest ad sui libertum, prima divisa, unam ex aliis tenere; sed cum ea debet de novo contrahere, ob invaliditatem matrimonii primi.

4112 Si maritus mortuus resurgat, mulier, etiam si sit libera, non tenetur ad illum redire, imo non potest sine novo contractu; quia ex D. Paulo 1. ad Cor. 7. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult, nubat.*

Plura de mortuo resuscitato resolvit Mendo *in epit. in appendice*, quæ tamen ex dictis prius in locis patent.

10. HONESTAS.

4113 PUblica honestas est propinquitas juxte Ecclesiasticos ortus ex sponsalibus, aut ex matrimonio rato. Ei describitur, quod *sit publica decentia, & morum honestas, ex matrimonium impediatur inter personas sic factas propinquas.* Ex sponsalibus valentis dirimit inter sponsum, & consanguineos sponsæ, & conversò, solum usque ad primum gradum. Trid. *sess. 24. c. 2.* Nor oritur ex sponsalibus invalidis, Trid. *cit.* Ex matrimonio vero rato dirimit usque ad quartum gradum: *v. n.* 3939.

4114 Ex matrimonio rato, & non consummato, non oritur affinitas, sed publica honestas: ratio affinitas oritur ex sola copula.

4115 Ex sponsalibus validis, si postea mutuo consensu sponsorum dissolvantur, adhuc remanet publica honestas. Ratio est 1. Quia publica honestas ex Trid. oritur ex sponsalibus valide contractis: licet autem postea mutuo consensu dissolvantur, verum est quod sponsalia fuerint valide contracta. 2. Quia si post sponsalia valide contracta, imo si post matrimonium ratum inter se bimestre alter ex sponsis, aut conjugibus, ingrediatur Religionem, & professus, dissolvuntur sponsalia, & matrimonium, & tamen remanet publica Honestas. 3. Nostram resolutionem firmat Decr. S. Congr. Conc. approbatum ab Alex. VIII. 6. Julii 1658.

4116 Ex sponsalibus conditionatis oritur publica honestas conditione adimpleta, non prius; quia tunc, & non prius, sunt valida. Clericatus *c.* 133. *n.* 76. Qui tria quæsita resolvit, ut sequitur:

„ 4117 *Quæs.* 1. An præfatum publicæ honestatis impedimentum oriatur ex matrimonio rato, sed invalide? *Resp.* Cum difficultate, quæ menti ejus ea de mandanda. Vel invaliditas provenit ex defectu consensus, puta ob errorem in personam, aut per vim, & metum; & in hoc casu impedimentum publicæ honestatis non oritur: vel invaliditas provenit ex quocunque alio impedimento vel defectu; & in hoc casu oritur, Tamb. qui ab eo allegat *d. lib. 8. de matrim. tract. 1. de impedim. cap. 11. §. 3. n. 1. 2. & 3.* ubi advertit, quæ si matrimonium sit nullum ex defectu sufficientis consensus ob nondebitum ætatem, in hoc casu non oritur impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato, sed oritur ex sponsalibus; quia licet matrimonium non valeat, valent sponsalia; quod repetit idem Tambur. *dict. lib. 8. n. 3. de sponsal. c. 2.*

„ 4118 *Quæs.* 2. An ex Matrimonio rato sub conditione de futuro, hoc impedimentum resultet? *Resp.* Non resultare, si conditio non compleatur: resultare, conditione completa, Tambur. *dict. tract. 1. cap. 11. §. 3. num. 1.*

„ 4119 *Quæs.* 3. An conditione completa super matrimonio apposita, impedimentum resultans dirimat usque ad primum gradum, tanquam à sponsalibus proveniens, vel dirimat usque ad quartum, tanquam à matrimonio proficiscens? *Resp.* Esse hinc inde opiniones Doctorum, sed magis probabiliter reputari, quod dirimat solum usque ad primum gradum, & habetur tanquam proveniens à sponsalibus, eo quia matrimonium contractum sub conditione de futuro videtur habere vim sponsalium; nam conditione adimpleta adhuc opus est consensu ad perficiendum matrimonium, Tamb. *dict. §. 3. nu. 8. & d. lib. 8. tr. 4. §. 4. nn. 11.* ubi ait, ultanque opinionem esse probabilem.

11. AFFINITAS

4120 *Si propinquitas personarum orta ex*

„ *carnali copula, sive licita, sive illicita.* Affinitas orta ex copula licita, se extendit, & dirimit usque ad quartum gradum; ex copula vero illicita, solum usque ad *secundum*.

4121 Contrahitur solum ab uno extremo copulæ, cum consanguineis alterius extremi conjugis, minime à consanguineis unius cum consanguineis alterius, quia affinitas non parit affinitatem. Unde Petrus, qui habuit rem cum Berta, non potest etiam mortua Berta, valide nubere cum sorore Bertæ: at frater Petri potest valide nubere cum sorore Bertæ; hinc est, quod quod duo fratres valide possint duas sorores ducere.

4122 Gradus affinitatis desumuntur juxta gradus consanguinitatis: *v. n.* 4132.

4123 Affinitas non oritur ex quacunque copula, *sed* solum ex copula consummata cum effusione seminis intra vas naturale mulieris.

Quod si vitio seminarie, mulier non seminat, licet probabilis sit opinio, quod non oriatur affinitas, Tambur. & Clericatus *cap. 133. nu. 90.* probabile est, quod oriatur, ex ea opinionem, quod mulier passive se habeat ad generationem, & quamvis probabilius sit quod se habeat active, quantum tamen ad impedimentum affinitatis, est in gravi terenda opinio affirmativa, ad vitanda incommoda, quæ alias sequi possunt, quia vir semina-

tio est constans, & apparens, minime illa mu-
lieris.

4124 Copula consummata facta per vim, & metum, quamvis non attierat pat erti poenam non peterdi debitum, cum poena supponat culpam; parit tamen affinitatem, quia affinitas non est poena, sed propinquitas, quæ semper insurgit ex copula consummata; sicut etiam insurgit, si copula fiat cum ignorante a juris.

QUÆRES I.

4125 *Petrus contraxit sponsalia cum Rosa, postea habuit rem cum Catharina matre Rosæ: An possit nubere cum Rosa, cum qua sponsalia contraxit?*

Resp. non posse, quia ob copulam habitam cum Catharina matre Rosæ, orta est affinitas inter ipsum Petrum, & Rosam, cum affinitas orta ex copula illicita sciat se inter ipsum Petrum, & Rosam, quia est in primo gradu conjuncta cum Catharina, et matre: ita impedimentum dirimens publicæ honestatis ex sponsalibus non se extendit ultra primum gradum. Ex alia parte (ut supponimus) non est in primo aut secundo gradu conjunctus cum Catharina, sedet tertio, aut quarto, & affinitas ex copula illicita non se extendit ultra secundum gradum; adeoque Petrus nullum habet impedimentum dirimens publicæ honestatis, aut affinitatis cum Margarita, atque inde potest cum ea matrimonium contrahere.

4126 Si vero Margarita sit consobrina prima Catharinæ, ac proinde in secundo gradu illi conjuncta, non potest Petrus cum Margarita contrahere; quia est illi affinis in secundo gradu, ob copulam illicitam habitam cum Catharina,

QUÆRES II.

4129 *An infideles, qui cum affinitate, & consanguinitate in primo gradu linæ rectæ, orta ex copula conjugali matrimonium rato non consummato, separati debeant, si convertantur ad fidem: an vero matrimonium sit validum?*

Resp. esse validum, quia affinitas, & consanguinitas jure naturali ex copula licita, quatenus per eam vir, & mulier fiunt una caro non dirimit tamen jure naturali, sed Ecclesiastico. Et universaliter matrimonia infidelium intra servatis conditionibus juris naturæ, & juris divini, non servatis solum conditionibus juris Ecclesiastico præscriptis, si ipsi infideles possint convertantur ad fidem, remanent valida, nec nulla solemnitate indigent, quia infideles non subjacent legibus Ecclesiæ: v. n. 4147.

QUÆRES III.

4130 *Duo Turcæ, qui invalide matrimonium contraxerunt contra legem humanam à sua Principe infidele sub clausula irritante eidem, Postmodum ducti, & ad fidem conversi, volentes renovare matrimonium, renovantur, quod cum essent infideles, & in sua patria, vir cognovit consanguineam suæ uxoris, An indigeant dispensatione impedimenti affinitatis?*

Resp. cum distinctione, vel vir habuerat rem cum consanguinea suæ uxoris, v. g. cum ejus sorore, per copulam licitam, quatenus erat ejus, & qua mortua, hanc duxit; vel habuerat rem cum dicta consanguinea per copulam illicitam.

Si primum, tenentur petere dispensationem: quia licet impedimentum affinitatis non fit, nisi ex jure Ecclesiastico, & consequenter non liget infideles, durante statu infidelitatis, affinitas tamen jure naturali oritur ex copula licita, quia per copulam conjugalem conjuges fiunt una caro; ex quo sequitur attinentia consanguineorum unius cum altero conjuge. & è converso; unde aliati Turcæ, cum debeant revalidare matrimonium jam invalidum, in statu, quo sunt fideles, juxta leges Ecclesiæ, sit, quod cum vere reperiantur affines, vere reperiuntur impediti impedimento tempore fidelitatis, & non antea, de novo superveniente, ex affinitate tamen tempore infidelitatis contracta.

Si secundum, non egent dispensatione, quia non sunt affines; nam ex copula illicita non oritur affinitas jure naturali; quoniam potius ex ea oriuntur odia, & inimicitiæ, quam amicitiæ, & attinentiæ consanguineorum; sed jure Ecclesiastico: & quia copula illicita supponitur facta tempore infidelitatis, quo non erant subditi Ecclesiæ; se-

quitur, quod advenient statu fidelitatis, non reperiantur affines, ac proinde nec impediti, ut dispensatione egerent, Tanner. *tom. 2. de matrim. lib. 7. disp. 65. & 66.* Tamb. *tom. 2. pag. 100. § 2. n. 2.*

QUÆRES IV.

4131 *Certum est, quod si maritus Francisca nati Pauli, perseveret in Paula affinitas cum omnibus Franciscæ consanguineis natis ante matrimonium Franciscæ, quia* ex cap. Ecclesiastica 35. q. 10. *affinitas semel orta perpetuo remanet. Ex hoc certo quæritur, An si possit Franciscæ matrimonium rescindi ex ejus sorore puella: sit ne affinis in secundo gradu Paulo, ita ut inter ipsum & Paulum nequeat validum matrimonium contrahi?*

Resp. affirmative, Tamb *tom. 2. lib. 8. tit. 1. cap. 12. § 3. num. 7.* Ratio est; quia affinitas mensuratur juxta consanguinitatem, sicut ex Scoto *in 4. dist. 41. qu. un. lit. B.* quoto gradu consanguinitatis est quis conjunctus, vel distat ab uno ex extremis copulæ, toto gradu affinitatis est conjunctus, vel distat ab altero extremo copulæ; sed nata ex sorore Franciscæ, adhuc Francisca mortua, est vere consanguinea in 2. gradu cum Francisca adhuc mortua; igitur est vere affinis in 2. gradu cum Paulo, qui est alterum extremum copulæ; hinc affinitas non solum extenditur ad consanguineos istos, viventes uxore, sed etiam natos, ea mortua.

32. IMPOTENTIA

4132 Coeundi, seu perficiendi copulam; non impotentia generandi, matrimonium dirimit, Scotus *in 4. dist 31. q. un. lit. F.* Advertimus: *Quia obligatio non est absoluta ad bonum prolis, sed sub conditione si exeniat, ad generationem suspendium, &c. & tunc matrimonium est ibi totum, ut in remedium, non autem in officium.*

4133 Hinc sterilis, & senes valide contrahunt, dummodo sint apti ad copulam; & tunc matrimonium est in remedium concupiscentiæ, qui est finis secundarius, & minus principalis, ob quem etiam fuit institutum, juxta dictum Pauli: *Melius est nubere, quam uri.*

4134 Matrimonium vero Eunuchorum, qui utroque teste carent, est nullum, non ob impotentiam generandi, sed ob impotentiam coeundi: copula enim fieri debet per transfusionem veri seminis: vero autem semine carent Eunuchi, cum emittant humorem quendam aqueosum specie dissimilem à semine.

4135 Hinc impotentia cceundi in tribus consistit, & in uno illorum dirimit. 1. Impotentia ad penetrandum vas. 2. Ad emittendum verum semen. 3. Si verum sit semen, sed adsit impotent a ad emittendum illud intra vas; unde non sufficit potentia ad emittendum extra vas, seu in ore vasis.

4136 Impotentia ut dirimat: Primo, debet esse antecedens matrimonium: non sufficit, si sit consequens matrimonium: etiam licita, nec inciliore possit fieri apta, potest matrimonium statim pronunciari nullum à Judice Ecclesiastico.

4138 In dubio perpetuitatis conceditur ab Ecclesia triennium ad experiendum bona fide; quo elapso sine fructu, matrimonium declarari potest invalidum, & dissolvi: v. n. 4314. & 4316.

4139 Tertio, D. Thom *de sacr. matr. q. 52. art. 1.* apud Gonet. *in manuali tom. 6. pag. 463.* docet, quod impotentia, ut dirimat, debet esse ignorata, his verbis:

{ In matrimoniali contractu obligatur unus conjugum alteri ad debitum reddendum; idea si ille, qui se obligat, est impotens ad fetundum, ignorantia hujus impotentiæ in eo, cui fit obligatio, tollit contractum. Sicut autem per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad solvendum debitum, ut omnino non possit solvere; ita per servitutem, ut libere debitum reddere non possit: & ideo sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si ignoretur; ita conditio servitutis matrimonium impedit. }

4140 Præmissa impotentia dirimit jure naturæ, sive sit ex parte viri, sive ex parte fœminæ, sive sit absoluta, sive sit respectiva respectu scilicet hujus viri, & hujus fœminæ, taliter, quod, dissoluto inter hos matrimonio, possint cum aliis matrimonium contrahere.

4141 Insuper dirimit, sive sit ortu ab intrinseco, & vitio naturæ, sive ab extrinseco vitio artis, aut diaboli, in casu maleficii adhiberi cebent remedia, tam naturalia, quam spiritualia; quæ si non prosint, impotentia censetur perpetua, & matrimonium dissolvendum per judicis sententiam, *ex cap. Laudabilem, & de frigidis, & maleficiatis.*

4142 Conjux arcta, si per incisionem possit fieri apta, non tenetur pati incisionem; unde eius impotentia censetur perpetua, tenent Cletcatus *c. 133. num. 95.* Diana *part. 11. tr. 5. resolut. 11.* & alii apud ipsos. Sed rectius

Sanchez *lib.7. disp.93 n.32.* docet, quod teneatur pati incisionem cum gravi dolore, sed non cum periculo vitæ, aut gravis morbi.

MATRIMONIUM IMPUBERIS

4143 FSi Jure Canonico invalidum, nisi malitia suppleat ætatem, ex *c. Attestationes* 10. C. *de illis 9. tit. de desponsat. impuber.*

Defectus autem ætatis matrimonium invalidat, minime ratione impotentiæ, quia hæc in impuberibus est temporanea, sed ex defectu consensus, eb quem sensit Jus Canonicum in Trid. ad validum professionem Religiosam exposcit tam in viris quam in mulieribus ætatem annorum sexdecim expletorum: ita Jus Canonicum *n.* 4143. relatum, ad validum matrimonium de præsenti exposcit in viro ætatem 14. annorum, & in fœmina 12. annorum expletorum, nisi malitia suppleat ætatem.

4144 Malitia supplens ætatem consistit in maturitate judicii sufficientis ad discernendum, & se obligandum in contractu perpetuo, & indissolubili matrimonii, atque in potentia ad copulam, de qua in *num.* 4135. Hæc autem malitia suppletrix ætatem relinquitur judicio, & arbitrio Ordinarii, qui potentiam ad copulam colligere potest, vel ex facto, quatenus impubes cum alio copulam habuit; vel ex experientia disjunctione, aut propinquitate ad annos pubertatis.

4145 Qua secluta malitia, matrimonium impuberum, seu verba de præsenti inter impuberes ad matrimonium apta, ex Jure Canonico habent vim sponsalium; quia cum impuberes, supposito usu rationis, sint ex se apti ad contractum, verba valere debent, quantum possunt; & quia ex Jure Canonico prohibentur valere ut matrimonium de præsenti, valere debent ut sponsalia.

Unde matrimonium impuberis fieri debet ex gravi causa, & cum licentia Episcopi.

4146 Quod si postea comperiatur, Episcopum errare in data licentia, seu in approbanda malitia ætatem supplente, quatenus impubes repertus est inhabilis ad copulam, tunc ex Jure Canonico validum est matrimonium: nam Ecclesia supposita dicta licentia Episcopi judicat inhabilitatem illam esse temporalem, ac proinde disponit, ut expectetur complementum pubertatis.

Si hoc elapso, adhuc reperiatur inhabiles, tunc expectari debet complementum pubertatis ætas, quæ in viris est annos 18. in fœminis 14. Et si neque hoc tempore habiles reperiantur, tunc utique rationabilis dubitatio oritur, an inhabilitas sit perpetua; adeoque adhibenda est triennalis experientia, ut *in n.* 4158. Tamb. *de matr. lib.8. tr.1. c.13. §.2. n.16.*

4147 Si malitia supplens ætatem sit certa, & impubes sine licentia Episcopi, & gravi causa contrahat matrimonium, peccat mortaliter, sed valide contrahit; Tamb. *cit.* Invalide tamen contrahit, si non sit malitia supplens ætatem, ut *in num.* 4144.

HERMAPHRODITUS,

4148 SExum scilicet virilem simul habens, & fœmineum. 1. Si in neutro sit potens, valide contrahere non potest. 2. Si inæqualiter participat, contrahere debet secundum sexum, qui præviget. 3. Si æqualiter utrunque participet, & secundum utrunque sit æque potens, debet ipse sexum eligere, & secundum illum contrahere; quo electo, maxime, eo matrimonio durante, peccabit mortaliter si alio sexu uti velit, Tamb. *tom.2. pag.103.*

4149 Quod si nupserit fœmina, & processu temporis prorumpat in virum, tunc si non sit potens ut sexu fœmineo, matrimonium est, & ab initio nullum; quia sexus, in quo contraxit, non erat perpetuus; quoniam latebat sexus virilis. Pari ratione, si hæc fuerit Monialis professa, professio est nulla, & est è Monasterio eduenda; non tenetur tamen ingredi Religionem virorum, quia ejus intentio non fuit, nisi ingredi Monalterium Monialium, & ibi profiteri, Pott. *in dub. Reg. vet Professio in fine.*

13. PRÆSENTIA PAROCHI, ET DUPLICIS TESTIS

4150 CDefit. ubi Trid. est receptum, matrimonium est nullum, etiam si qui contrahere debet, sit in articulo mortis. Matrimonium coram facie Ecclesiæ celebratum dicitur, quod celebratur coram Parocho, & testibus.

4151 Ubi Decretum Concilii non est publicatum, valere matrimonia contracta absque observantia formæ à Concilio præscriptæ, declaravit S. Congr. Concil. 19. Januari 1605. apud Tamb. *de matr. lib.8. cr.6. c.2. §.3. n.10.*

4152 Ubi est publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilii observatum, nullus tamen Parochus reperitur, sed Ecclesia Parochialis omnino vacat tam Parocho, quam Episcopo, & Capitulo valentibus alium delegare; quod contingere potest causa perfectionis ab infidelibus illatæ; tunc, matrimonium valere absque præsentia Paruchi, (servata tamen inco-

in quo potest, forma Concilii, ideo adhibitis saltem duobus testibus) declaravit eadem Sacr. Congr. Concil. 19. Januarii 1605. apud Tamb. *cit.*

4153 Qui, ne contrahant coram Parocho, transeunt ad loca hæreticorum, ubi non sunt Parochi, & ibi more loci sine Parocho contrahunt, valide contrahunt, si transierunt animo mutandi domicilium; invalide vero, si secus, sed animo revertendi. Ita Clericatus *c. 133. n.124.* cum Tamb. & de Lugo. ex Brevi Urb. VIII.

4154 Si è loco, ubi non est publicatum Concilium, veniant ad locum, ubi est publicatum, invalide contrahunt sine Parocho, & testibus.

4155 Si unus ex sponsis sit de loco, ubi est publicatum Conc. alius de loco, ubi non est publicatum, habenda est ratio loci, ubi matrimonium per verba de præsenti contrahitur, Clericatus, & Tamb. *cit.*

4156 Græci Ecclesiæ Romanæ uniti, maxime inter Latinos habitantes, tenentur servare formam Tridentini.

4157 Sufficit Parochus viri, aut uxoris, si contrahentes habuent in diversis Parochiis, etiam si præfres contradicat, dummodo intelligat, Tamb. *tom.2. cit. pag.*157. quia Trid. *c.1. sess.24. de refor.* Parochi, & duorum testium præsentiam exposcit.

4158 Hinc ragnanus *in 1. lib. Decr. c. Quoniam, de constit. n.25. pag. mihi* 133. refert Declarationem Conc. ut sequitur:

(S. Congregatio declaravit, validum esse matrimonium contractum coram Parocho, etiam invito, & per vim adhibito, quanquam nihil eorum, quæ agebantur, vidit, & intellexit, si affectavit non intelligere, ut in Parocho qui sibi aures obturaverat: etiam si ex alia causa vocatus, adhibitus tamen ad illum actum. Item coram Parocho tam viri, quam mulieris, etiam in aliena Parochia: imo & si Episcopus illi matrimonium interdixerit. Item coram Parocho etiam minoribus tantum Ordinibus initiato.)

4159 Non sufficit igitur pura præsentia Parochi physica, & materialis, qualis esset Parochi amentis, dormientis, ebrii, infantis, vere, & non ex affectatione dissimulati, seu vere non advertentis, quid è contrahentibus agatur; sed requiritur præsentia moralis, & humana, quamvis coactia involuntaria, aut salsaliis.

4160 Sic pariter de testibus. Unde invalidum est matrimonium, si contrahentes sint velo coopertì, ità ut non cognoscantur certo à testibus. Item si testes non intelligant idioma sponsorum, quamvis per interpretem mentiantur de contractu matrimonii, nisi ex actibus externis sponsorum certo percipiant, eos matrimonium contrahere. Ita Clericatus, qui tite ex Pontio addit, hoc esse periculosum: quia aliter ex sponsis postudice affectus posset dicere, se tunc per verba de futuro, minime de præsenti, contrasisse.

4161 Insuper validum est matrimonium, cui Parochus, vel alius Sacerdos de ejus licentia assistit contra prohibitionem Episcopi sub nullitate matrimonii factam; quia Episcopus potest Parochum inobedientem punire, minime vero matrimonium ex capite assistentiæ irritare, contra Dect. Trid. & Declar. Sacr. Congr. de *num.* 4158. Nec potest novum impedimentum dirimens edere.

4162 Parochus potest alteri delegare, ut matrimonio assistat, sed non nisi Sacerdoti, ex Trident *cit.* Et hic valide assistit, etiam si per vim, metum, aut dolum licentiam obtinuerit.

4163 Hic Sacerdos delegatus potest alteri Sacerdoti subdelegare, ut assistat, si sit delegatus generaliter, puta, si sit conductus à Parocho, tanquam Capellanus, ut sibi serviat in administratione Sacramentorum, quia delegatus ad universitatem causarum, potest subdelegare; secus si sit delegatus in casu speciali. Clericatus *cit.* ex Fagnano *in cap. Quid nobis num. 32. de clandest. desponsat. vide n.* 3979.

4164 Si Parochus interim sit mortuus, aut privatus Beneficio, Sacerdos delegatus invalide assistit, si id sciat; quia delegatio spirat mortuo delegante: valide, si adhuc nesciat, quia ei assistit bona fides, & titulus coloratus.

4165 Valide, etsi illicite, assistit Parochus censuris innodatus, aut irregularis: invalide vero, si sit hæreticus. Ratio prima (ut notat Clericatus) est; quia tale jus assistendi non est actus jurisdictionis, sed qualitas à titulo Parochiali proveniens, adeoque per censuras non auferius. Ratio secundi, quia per hæresim Beneficia vacant, adeoque non est amplius Parochus. Sac. Congr. apud Fagnanum *in c. Ad abolendum, n. 38. de hæret.*

4166 Peccat mortaliter, aut venialiter, juxta opinionem veritatem, Parochus, si omittat verba Rituulis: *Ego conjungo vos in matrimonium, in nomine Patris, &c.* sed non invalidat matrimonium, quia hæc verba non sunt de essentia; non habent enim cationem formæ, ut ex *num.* 3951. sed solum declarant matrimonium legitime contractum, ut sit sensus: *Ego declaro ... tus*

contraxisse legitimum matrimonium.

4167 Ex quo infert Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 6 cap. 2. §. 4. n. 5.* quod si contrahentes non interrogati, ex se satis exprimant consensum, possit Parochus interrogationem circa consensum omittere; quia esset superflua.

4168 Semper autem ich mortaliter peccat Parochus in suo libro Parochiali matrimonia celebrata notare.

Hæc fere Clericales *etc.* qui quatuor quæstiones necessarias ex Tamb. proponit, & resolvit, ut sequitur.

QUÆRES I.

4169 *An nomine Parochi in hac materia veniant soltus Parochus, ideſt Sacerdos investitus Beneficio?*

REsp. Ampe...atiere Parochi venire, ultra Sacerdotem in Beneficio Curato deputatum, etiam Episcopum in tota Dioecesi, ac ejus Vicarium Generalem, necnon Vicarium Capitularem in sua vacante: Legatum a Latere in Legationibus suæ Provinciæ: Archiepiscopum in visitatione Diœcesium suarum Suffraganearum, vel ubi fuit ad eum à sententia Episcopi appellatum: Summum Pontificem in tota orbe. Sanchez *de matr. disp. 7. n. 10.* Pontius *lib. 5. c. 10.* & Tamb. *ubi sup. c.c. §. 4. n. 1.* ubi id extendit etiam ad Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem; Tamen fiet in Abbatia instititi, non autem si tantum in Commendam habeant, Diana *p. 11. n. 3. tef. 35.*

QUÆRES II.

4170 *Si Parochus dedisset licentiam alteri Sacerdoti, ut assisteret matrimonium, sed iste nesciret, datam esse sibi licentiam, & nihilominus assisteret, esseine matrimonium validum?*

REsp. Distinguendo: vel ipse assistens miserat ad petendam licentiam, & ea obtenta, antequam sibi notificaretur, assisteret; peccaret quidem, exponendo se periculo nullitatis; at valide assisteret, quia concessio gratiæ incipit valere à puncto concessionis facilæ oratori petenti, & acceptanti. At si nullo petente, fuisset licentia data ultro per ipsum Parochum, matrimonium esset nullum; quia cum à nullo dicta licentia fit acceptata, nullum parit effectum, Castropal. *disp. 2. de sponsal. punct. 13. n. 6.* Diana *p. 11. tr. 2. tef. 32.* & est textus *in c. Si vobis absenti, de Præbend. in 6.* Tamb. *d. lib. 8. tr. 6. c. 3. §. 3. n. 7.*

QUÆRES III.

4171 *Quomodo cognoscatur, an quis sit de Parochia ad effectum contrahendi valide matrimonium coram proprio Parochi?*

REsp. Hic distinguenda quatuor genera habitantium. Primum est eorum, qui tantum habent domicilium per totum annum in Parochia. Secundum est illorum, qui habitant per majorem partem anni: ut sunt Scholares Patavii, vel litigantes Venetiis. Tertium illorum, qui per paucos dies occasione selarii, aut recreationis. Quartum illorum, qui vagi sunt, & nullibi morantur, ut sunt comici, & circulatores. Modo, personæ primi, & secundi generis, absque dubio contrahunt coram Parocho, in cujus Parochia morantur. Secus est de illis tertii generis: quia non dicuntur habere domicilium ibi, ubi ex tenere morantur. Personæ quarti generis censentur de Parochia, ubi se firmant, quamvis eito discessuri, Barbos. *in collect. DD ad Conc. Trid. sess. 24. c. 7.* Tamb. *d. cap. 2. §. 2. n. 10. 11. & 12.* ubi tamen *n. 13.* advertit, nec debere Parochum matrimonia vagorum assistere, nisi prius exhibeant licentiam Ordinarii, & attestat eorum libertatis eorundem, ad tradita per Conc. Trid. *sess. 24. c. 7. de reform. matrim.*

QUÆRES IV.

4172 *Si sponsi sint diversarum Civitatum, & statuta municipalia permittant duobus testibus in alia Civitate contrahentibus, ut eorum matrimonium contrahant, An Parochus Procuratorum sponsi valeat Parochus, & possint valide assistere matrimonio?*

REsp. Hunc casum non inveniri apud Doctores discussum, ut notat Tamb. *d. lib. 8. tr. 6. cap. 2. §. 2. n. 23.* ubi dicit esse equidem sic distinguit: Vel unus sponsus tantum est absens, & ejus loco deputatur Procurator; & tunc matrimonium potest celebrari coram Parocho sponsi præsentis, cum interventu Procuratoris pro sponso absente: at si ambo sponsi absint, & uterque eorum fecerit Procuratorem ad contrahendum, qui Procuratores sient in alia Civitate; Parochi utrorum Procuratorum nequaquam possunt valide assistere matrimonio per eos pro curatorio nomine contrahendo; quia neuter illorum est Parochus sponsorum: idea necesse erit, ut Parochus sponsorum deleget facultatem Parocho Procuratorum assistendi prædicto

matrimonio: quod non est neque difficile, neque grave, quia debent etiam ipsi sponsi mittere attestationes suæ libertatis Ita Tamb. *ubi supra d. n. 23.*

QUÆRES V.

4173 *Quid dicendum de Regularibus, quoad administrationem Sacramentorum?*

REsp. Regulares, qui sine Parochi licentia præsumunt Clerici, aut laici Sacramentum extremæ Unctionis, vel Viaticum ministrare, aut Matrimonia solemnizi benedicere, incurrere Excommunicationem Papæ reservatam: ex Clement. *l. 5. tit. 7. cap. 1.* excusat autem ignorantia crassa; quia censura est contra præsumentes: *v. n. 4332*

Quid de extrema Unctione, & Viatico quoad commensales, hospites, servientes, &c. Quidque in extrema necessitate in articulo mortis. &c. Vide *const. 31. Pii V. Ad immarcescibilem* 13. Febr. 1507. in Bullar. *Constit. 48. Pauli III. 48. Licet debitum* 18. Octobris 1549. Bullar. Paller. *tom. 2. q. 187. art. 1. n. 994.* Palq. *q. 404.* & *405.* Gabr. à S. Vinc. *d. 1. n. 2.* Amadoham *t. 2. p. 8. fct. 2. dub. 1.* Diana *p. 2. tr. 4. ref. 170.* & Bord. *ref. 20. n. 22.* qui refert *constit.* Pauli III. & Leonis IX.

Post relatos Pontifices, & Doctores omnino prius videndos, videri potest Matthæucci in Officiali curiæ *tom. 2. à pag. 203.* Quoad Sacramentum Pœnitentiæ, fuse dictum est alibi.

DUO TESTES

4174 DEsent esse præsentes, *ut n. 4159.* & 4160 & initium intervenire contractui, dum actu consensus præstatur, ita ut non sufficiat, si unus audiat consensum viri, & & alter mulieris.

4175 Una sola qualitas est necessaria in testibus, nempe usus rationis; unde quælibet persona cujuslibet conditionis, aut status, vir, mulier, cognita, infamis, excommunicata, infidelis, &c. & cujuslibet ætatis, dummodo usum rationis habeat, est testis habilis quoad matrimonium contrahendum; quia Trid. *cit.* nullum excipit pro teste.

Ad testificandum autem super nullitate matrimonii non omnes sufficiunt, sed requiruntur testes omni exceptione majores, *cap. 1. de Consanguineis.*

14. RAPTUS MULIERIS.

4176 DIrimit Matrimonium, ita ut raptor non possit raptam ducere, quandiu manet in potestate raptoris, bene vero, quando fuerit à raptore separata, & posita in loco tuto, si tunc illa libere consentiat: sed etiam tunc raptor, & omnes illi, qui consilium, auxilium, & favorem præbuerunt, sunt ipso jure excommunicati, ex Trid. *sess. 24. de ref. cap. 6.* Ad raptum autem requiruntur tria *ex n. 2158.*

4177 *Sufficit.* 1. *Si violentia inferatur ipsi fœminæ in principio, licet postea copulæ annuat. Non sufficit autem, si in principio rapiat consentiat, & postea veniens fuerit cognita; quia initium est attendendum, quo violentia intersit.* 2. *Sufficit, quod sit raptus fœminæ, sive virginis, sive corruptæ, sive meretricis: non sufficit, si sit viri. Ratio primi;* quia Trid. *respicit offensum, & impedimentum libertatis Matrimonii, quod habetur, etiamsi mulier inhonesta rapiatur. Ratio secundi; quia lex est pœnalis, adeoque cum loquatur de viro raptore, non debet extendi ad mulierem raptricem.* Ita Fenech.

CAPUT VI.

De Dispensationibus.

4178 DIspensatio *est juris alicujus relaxatio.* Unde non potest fieri sine rationabili causa.

4179 Dispensatio data sine causa à Superiore, est valida, sed illicita: data vero ab inferiore in lege superioris, est etiam invalida, ut pariter dictum est de voto. In utroque casu dispensantes peccare mortaliter, docent antiqui; venialiter, moderni apud Dian. *p. 8. tr. 3. ref. 6.* Clericatus *c. 136. n. 1.*

4180 Causæ, ob quas solet Pontifex in impedimentis matrimonii dispensare, sunt præcipue septem.

Primo, *angustia loci*, ob quam non inveniat ubi parem, cum non sint ibi pares.

4181 Secundo, *paupertas, seu incompetentia dotis*, ob quam non possit extra cognatos inveniri conjugium.

Non obstante spe futuræ successionis ab intestato, aut legati, si non habeat mulier parentes divites, qui teneantur, & cogi possint ad eam dotandam. Si mulier sit deformis, & hac de causa cum ea dote non possit nubere extra cognatos, censetur pauper; sed id debet exprimi.

4182 Tertio, *grave periculum litis, aut inimicitiæ.*

4183 Quarto, *ætas fœminæ excedens*; puta si annum 24 excedat, ne innupta remaneat.

4184 Quinto, *conservatio familiæ illustris, & in Ecclesia benemeritæ.* Nobilitas est desumenda à patre, non tantum à matre.

4185 Sexto, *timor scandali, aut periculosæ infamiæ.*

4186 Septimo, *larga eleemosynæ.*

4187 Dispensatio, si in ea tacetur verum, aut

aut exponatur falsum, dicitur subreptitia, seu obreptitia. Et est nulla, si taceatur verum, aut exponatur falsum circa causam finalem: non est nulla, si circa causam impulsivam. Causa finalis est illa, hinc quia dispensatio non concederetur. Causa impulsiva est illa, sine qua concederetur dispensatio, sed non tam facilitèr, aut prompte, Clericatus *cap.* 137. *n.* 1. cum Tamb.

4188 Si subreptitia est dispensatio, & inde nu. 2. Primo, si fuit expositum unum impedimentum pro alio, v. gr. gradus consanguinitatis pro gradu affinitatis; aut si fuit dubium impedimentum certum.

4189 Secundo, si factus fit error in expressione Diœcesis. Clericatus *cit. num.* 21. cum Tamb. contra Diarum *p.* 8. *tr.* 3. *resol.* 64. & Mendo *in Epit. cit. n.* 13. qui opinionem affirmativam vocat certo probabilem.

4190 Valida tamen est, & potest ab Ordinario executioni mandari. 1. Si error fuit in nomine, aut cognomine, cum sit tamen de vera tate corporum, seu personarum. 2. Si fuit in exponendo gradu proximiori pro remotiori, secus si contra: prax s tamen est in hoc secundo casu, ut litteræ remittantur Romam pro correctione, Clericatus, Tamb. & Mendo *cit.*

4191 Si orator taceat repulsam ante fuger eadem supplicatione sibi datam, valet dispensatio, Clericatus *c.* 137 *n.* 2 cum Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 51. Tamb. *cit.* & Sanchez.

4192 Et quamvis Tamb. *cit.* idem docet, si data repulsa à Superiore, hæc recursus ad inferiorem habentem facultatem dispensandi, absque eo quod & regula rectificetur.

Id dico verum in casibus, in quibus inferior habet à Superiore concessam facultatem ordinariam, seu delegatam dispensandi, ut est in vetis, *ex num* 3723. & 3962. minime in casibus, in quibus inferior solum eam habet ex epicheja, nimirum ex rationabiliter præsumpta voluntate Superioris: hanc autem habet Episcopus in impedimentis dirimentibus, non primam, juxta dicta *n.* 4230. & 4240.

4193 Qui possit obtentam dispensationem deducendi Rotam consanguineam, petat dispensationem pro ducenda alia consanguinea, teneatur exponere primam dispensationem, si hæc fuit inutilis ex sola mutatione animi ipsius petentis: non tenetur vero, si per ipsum non fleterit, sed prima dispensatio fit revera facta inutilis, in quantum Rota sit mortua, facta Religiosa, aut nolit, Clericatus *cit. num.* 3. cum Diana *p.* 8. *tr.* 2. *res.* 55.

4194 Qui dispensationem obtinuit super impedimento criminis ob uxoricidium, inde accidat secundam uxorem, uxoricari tertiam. tenetur exponere priorem dispensationem, Clericatus *cit. n.* 4. cum Tamb. contra Filliuc. quia difficilius conceditur gratia replicato delicto, quam uno; bis, quam semel.

4195 Qui obtinuit dispensationem super voto non ingrediendi castitatis ad contrahendum, si certus uxore, petat dispensationem in voto, non tenetur primam dispensationem exprimere, quia in hoc non adest delictum, & prima dispensatio nest expleta, Clericatus *cit. n.* 5. cum Tamb. *n.* 264.

4196 Qui simul plura impedimenta habet, tutius est, ut illa simul exponat, & pro omnibus simul, & non seorsim dispensationem petat, ob rationem *de n.* 4194.

Quod si unum sit occultum, alterum publicum, tunc potest, & debet ad Dataria recurrere pte publico, reticto occulto, & pro occulto ad S. Pœnitentiariam, cui tamen significare debet impedimentum publicum, super qua Dataria dispersavit, aut est dispensatura, Clericatus *cit. n.* 7.

4197 Si duæ sint expressæ causæ, vera una, altera falsa, quamvis tamen qualibet esi sufficiens ad dispensationem, validam esse dispensationem, tenet Mendo *in Epit. ver. dispensatio n.* 16. quamvis facilius ob causam falsam Papa dispensaverit; quia *utile per inutile non vitiatur*. Idem docet Clericatus *cit. num.* 19. si causa falsa pro ea reputetur impulsiva, quam finalis. Tutius tamen ait, dentro ad Papam recurrere, & rursum redcere de causa falsa ob periculum nullitatis: & ita est practicandum.

4198 Si post dispensationem super affinitate ex copula illicita rum consanguinea sponsæ inerem quis habeat rem cum eodem consanguinea sponsæ, non requiritur nova dispensatio, si copula contingat ante executionem dispensationis, à delegato factam: requiritur vero, si contingat post executionem dispensationis, licet ante contractionem Matrimonii, Cleric. *cit.* & Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 65. quia dispensatio data non tollit affinitatem ex nova copula superveniente.

DE CLAUSULIS DISPENSATIONIS.

4199 TRia in hac re à Doctoribus considerantur. 1. *Materia, & causa dispensationis*: de materia, super qua petebat per. & obtinuit dispensatio, puta voto, irregularitate, Matrimonio, &c. satis infinuatum est in instructione S. Pœnitentiariæ 2. *à num.* 157. De causis actum est *à num.* 4180. & in propriis locis materiarum. 2. *Forma litterarum dispensationis, de qua in n.* 260. 3. *Observanda in executione dispensationis*.

PRO

PRO FORO INTERNO.

4200 PRima clausula, quod executor ab ipso imprtante exigendus sit *Confessarius Magister in Theologia, vel Doctor decretorum, ex approbatis ad Ordinaria*. Non sufficit, si sit pure licentiatus: *v. n.* 261.

4201 Secunda, *Dispensetur tecum in primis, quatenus sies ita*. Unde debet Confessarius se informare de veritate causæ expositæ à solo pœnitente, cui est credendum. Quod si Confessarius aliunde sciat expositum esse falsum, non potest litteras exequi; quia secundum propriam scientiam debet exequi. Semper sigillum Confessionis custodiat.

4202 Tertia, *Injuncta ei gravi pœnitentia salutari*. Pœnitentia injungenda remittitur arbitrio & prudentiæ Confessarii, attenta gravitate delicti, seu causa, & circumstantiis consideratis.

Si peccatum fuit in priori Confessione absolutum, & debita pœnitentia satisfactum, quamvis non sit necessaria nova absolutio, & pœnitentia, congruit tamen, stante nova accusatione Sacramentali in litteris requisita, quod detur nova absolutio, & pœnitentia, mit. or tamen, attenta prior: & ita est in praxi servandum, Clericatus *c* 139. *n.* 10.

Si pœnitentia iii litteris præscripta, est ad litteram servanda.

4203 Quarta, *Dummodo impedimentum sit occultum*. Quid sit *occultum*, fuse habes *à n.* 3317. *ad* 3320. & *in com.* 2. *pag.* 507. *n.* 72.

4204 Bolemb. *l.* 1. *tr.* 2. *c.* 4. in appendice dist. S. Pœnit. habet: [Et si aliqua impedimenta, v. gr. cognatio spiritualis, natura sua sint publica, cum contrahantur in facie Ecclesiæ, fieri tamen potest per accidens, ut sint occulta v. g. 1. Ob diuturnitatem temporis, ex quo sunt contracta. 2. Ob distantiam loci à loco contractæ cognationis. 3. Per mortem eorum, qui fuerunt conscii. 4. Per ignorantiam hujus contractionis.]

Omnino tamen servandum est dictum *in num.* 3419.

4205 Verricelli, *tr.* 3. *q.* 51. *n.* 8. excipit casum, quo in litteris dicatur, *Dummodo impedimentum, seu delictum sit omnino occultum*. Et tunc vult, occultum dici, quod probari non potest; adeoque si probari potest, non possit dispensatio executioni mandari.

4206 Quinta, *Ut conjux ignara impedimenti certioretur de mittatur prioris consensus, sed ita caute, ut latoris delictum nusquam detegatur*: *v. n.* 4244. *& à n.* 4247.

Alias clausulas *v. nn.* 263

PRO FORO EXTERNO.

4207 EX Clericato *cap.* 138. & Tamb. *cit. cap.* 12. dispensatio matrimonii est executioni danda ab eo, cui est à Papa directa: Non potest ab Episcopo, si est directa Vicario; & è converso.

4208 Vicarius cessante officio non potest dispensationem ab ipso incœptam expedire, si commissio sit realis, facta nempe Vicario, ut Vicario; sed tunc expeditio spectat ad successorem. Potest tamen eam expedire, si sit personalis, facta scilicet per nominationem personæ, Clericatus *cap.* 38. *n.* 2. cum Tamb qui ait personalem censeri, si dicatur: Tibi Joanni Vicario: *v. n.* 4226.

4209 Vicarius Capituli, sede vacante, non potest expedire dispensationes matrimoniales inexpeditas à Vicario Episcopali relictas, Clericatus *cit.* cum Tamb. ex Canonistis; quia Papa parum illis fidit; inde solet pro diœcesanis Sedis Vacantis Episcopo viciniori committere.

4210 Tunc Episcopus vicinior, si ante expeditionem Sedes fiat plena per adventum novi Episcopi, potest litteras dispensationis expedire, si executio sit incœpta. Si vero res sit integra, hoc est, si litteræ non sint jam ei præsentatæ, non potest eas expedire: sed tunc Diœcesanus debet novam commissionem petere.

4211 Executor delegatus potest alteri committere examen testium, vel informationem, minime ipsam actualem dispensationem; quia quoad hanc, Papa exposcit factum ipsius delegati.

4212 Informationes fumete potest judiciaiiter, aut extrajudicialiter, ad sui libitum, & prudentiam.

4213 Valet dispensatio, si causa sit vera, licet probata per falsos testes. Non valet vero in foro conscientiæ, si sit falsa, sed appareat vera per falsos testes.

4214 Quamvis in litteris apponi soleant hæc verba: *Propter hæc, & similes alias causas rationabiliter animum nostrum moventes*: executor non tenetur, præter causas expressas, de aliis generalibus se informare, nisi id tanquam conditio apponatur.

4215 Executor non potest aliquod munus, aut præmium pro labore dispensationis accipere, ob clausulam, quæ in litteris soler apponi: *Quod si spreta hac monitione, aliquid muneris, aut præmii receperit, excommunicationem latam incurrat*. Et quamvis Perez, & alii apud Tamb. *cit.* & Diana *par.* 8. *tr.* 3 *res. ult.* dicant per dictam clausulam non prohiberi tenuia, & pocu'enta non magni valoris, cum hæc

hæc dentur non ad corrumpendum Judicem, sed ad celeriorem expeditionem. Nec prohiberi Officiali aliquid accipere pro labore in expeditione pro accessu ad examinandos testes nolentes venire pro copia processus post expeditionem. Clericatus vult esse ab omni acceptione abstinendum.

4216 In dispensatione, quæ conceditur in forma pauperum, in qua scilicet non imponuntur multa pecuniaria, sed pœnitentia per opera præscripta, non potest executor pœnitentiam seu opera præscripta mutare, minuere, aut differre, Tamb. *cit. c.* 13. §. 3.

Et quamvis Clericatus *cap.* 118. *n.* 11. putet, quod possit mutare ex gravissima necessitatis causa: iustus tamen sit, esse tunc ad Datariam recurrere pro facultate minuendi, differendi, &c.

QUÆRES

4217 *Quid agere debeat executor, si post expeditam dispensationem comperiat se erravisse?*

R Esp. Quod executor tanquam delegatus non potest sanare errorem, Tamb. cit. §. 1. *n.* 20. quia delegatus postquam functus est munere suo, nihil potest.

Quia tamen talis executor pro foro externo solet esse Ordinarius, cuncumbit providere in quantum potest, ne delicta patrentur; ideo, si etravit in exequendo, debet matrimonium prohibere: & si reperiatur contrarium, debet conjuges separare, donec iterum a Pontifice dispensatio concedatur.

4218 Si erravit denegando dispensationem, renunciando eam invalidam, tunc nil potest: sed tunc debent Oratores iterum recurrere ad Papam, seum Datariam, exposito errore; non enim potest ut delegatus, quia ut delegatus jam functus est officio suo pronunciando dispensationem invalidam: *ut in n* 4217. nec ut Ordinarius; quia ut Ordinarius non habet auctoritatem exequendi dispensationem Pontificiam per errorem denegatam. Hic autem est sensus de dispensatione concessa per Datariam, seu pro foro externo, qui in jure, data semel sententia, non admittit reditum ad eandem causam.

4219 Loquendo autem de dispensatione concessa per S. Pœnitentiariam pro foro interno conscientiæ, potest error in denegando commissus à Confessario sanari; quia de natura fori interni conscientiæ est, ut Confessarius possit mutare consilium per melioremconsiderationem, aut opinionem, & per reflum judicium.

Hinc fit, ut si Confessarius legitime ab oratore electus aperiat litteras S. Pœnitentiariæ, & deneget dispensationem, putans, causam non verificari; postea, re maturius considerata, judicet causam verificari; adhuc potest dispensare, quia opinio, vel error alterius non debet obstare oratori.

Nec obstat, quod litteræ fuerint apertæ, quia apertio illa fuit materialis, quæ non quo obstat valori, & Confessario injungitur apertio formalis, videlicet cum facultate dispensandi. Ita Tamb. *cit. c.* 13. §. 3.

DE CESSATIONE DISPENSATIONIS.

4220 Dispensatio non cessat per cessationem causæ impulsivæ, bene vero per cessationem causæ finalis, seu principalis: causa namque principalis dispensationis verificari debet: *v. n.* 4187.

Pro cujus rei claritate, quinque sunt distinguenda tempora. 1. Quando mittitur supplicatio ad Pontificem. 2. Quando ea ficta Pontifex annuit. 3. Quando executor dispensationem concedit. 4. Quando post dispensationem concessam matrimonium contrahitur. 5 Denique, quando matrimonium est jam contractum. Hæc distinctione præmissa,

Communiter Doctores, non esse opus, ut causa verificetur primo tempore, Tamb. *lib.* 8. *tr.* 2. §. 3. *nu.* 4. Bonac. & alii apud ipsum. Quantum ad reliqua tria tempora,

4221 Dico 1. Opus esse, ut causa verificetur secundo tempore, nimirum quando Pontifex annuit, Castrop. *to. 1. tr.* 3. *disp.* 4. *p.* 3. *n.* 2. contra Tamb. cit. quia Pontifex supplicationibus annuit, si exposita sint vera. Quæ opinio est probabilior, simul & tutior, adeoque servanda, cum agatur de valore Sacramenti: *v. n.* 75. *& n.* 3256. *ad* 3284.

4222 Dico 2. Si causa secundo tempore, quando Pontifex annuit, erat vera, tertio vero tempore, quando executor illam concedit, cessaverit esse veram, potestas dispensandi cessat, & si concedatur, est invalida. Est communis, & sequitur à fortiori, maxime ex verbis litteratum dispensationis, *si est ita*.

4223 Dico 3. Si causa secundo, & tertio tempore fuit vera, quarto autem tempore, quando post dispensationem ab executore concessam, matrimonium contrahitur, cessaverit esse vera, cessat dispensatio, & dispensati tenentur sub nullitate à matrimonio contrahendo abstinere, Sanch. *lib.* 8. *de mat. d.* 30. *n.* 14. contra Tamb. *cit. n.* 9. Ratio est; quia tunc dispensatio, cessante causa, non cessat, quando est redacta ad actum irrevocabilem; dispensatio autem, quamvis supponatur ab executore concessa, non dicitur redacta ad actum irrevocabilem, nisi quando matrimonium est jam actu contractum, minime antequam contrahatur; igitur si causa, quæ secundo, & tertio tempore fuit vera, cesset ante quartum tempus, antequam scilicet matrimonium contrahatur, dispensatio cessat, quoniam non est jam redacta ad actum irrevocabilem, sed faciliter revocari potest.

Hinc si causa, ob quam fuit dispensatum, fuit paupertas mulieris: si mulier sive secundo tempore, quando Pontifex annuit, sive tertio tempore, quando fuit dispensatio ab executore concessa, sive quarto tempore post talem dispensationem concessam, antequam tamen actu matrimonium contraheret, evaserit dives, non potest matrimonium contrahere.

Non desunt tamen Doctores, Tamb. *cit.* Busemb. *lib.* 1. *tr.* 2. *cap.* 4. *dub.* 4. Diana, Suarez, & alii apud ipsum, qui tenent, quod quando agitur de re individua, & quæ non habet tractum successivum, sed consumitur in unico actu, & est permanens, ut est contractus matrimonii, quod dispensatio non cesset, si causa cesset post dispensationem ab ipso executore expeditam, antequam perficiatur contractus; hac moti ratione, quia dispensatio jam fuit expedita. & cum dispensatio sit relaxatio juris, per dispensationem jam fuit extincta obligatio legis, obligatio autem legis semel extincta non revivificat, & quod destructum est, non reproducitur, nisi ab eo, qui producere potest. Unde concludunt, quod dicta mulier, quæ post dispensationem ab ipso executore concessam, evasit dives, quatenus acquisivit dotem, aut hæreditatem, adhuc possit matrimonium, super quo fuit dispensatum, contrahere. Sed hæc ratio soluta manet per rationem nostræ resolutionis.

4224 Dico 4. Si causa cesset, quando jam est matrimonium contractum, non cessat dispensatio: est communis. Ratio est; quia matrimonio jam contracto, dispensatio est jam redacta ad actum irrevocabilem: dispensatio autem jam redacta ad actum irrevocabilem, cessante causa, non cessat; adeoque cessante causa, matrimonio jam contracto, dispensatio non cessat. Confirmatur, quia ex una parte matrimonium fuit valide contractum, nam causa (ut supponitur) non cessavit ante, sed post: Ex alia contractus matrimonii est res individua, non habens tractum successivum; sed consumitur unico actu, & est permanens.

Eadem ratione, si post beneficium per dispensationem obtentum cesset causa, ob quam fuit dispensatum, non cessat dispensatio, nec beneficium.

Ex quo habes, quod quando dispensatio est de re dividua, & quæ habet tractum successivum, si causa cesset post actum, super quo est dispensatum, cessat dispensatio impositorum pro reliquis actibus. Hinc qui est dispensatus ob dubiam infirmitatem ad carnes, cessante infirmitate, tenetur à carnibus abstinere: Et qui ob dubium oculorum infirmitatem, aut dubium capitis dolorem, dispensatus est ab onere recitandi horas, causa cessante, tenetur ad illas; quia agitur de re dividua habente tractum successivum: *vid. numer* 455.

4225 Dispensatio matrimonii, seu facultas dispensandi, non cessat per mortem Pontificis, tam si res non est integra, sed incœpta, *cap. Gravem, cap. Relatum, de Offic. deleg.* quam si est integra, videlicet quatenus dispensatio non est incœpta: quia dispensatio est gratia, quæ non expirat morte concedentis. A qua regula in jure duo tantum excipiuntur casus, nimirum in materia beneficii, & in rescriptis justitiæ, in quibus re integra moriente delegante, delegatus non potest procedere, *c. si vac., de Præbend. in 6. & in locis cit.* Clericatus *cap.* 150. *num.* 3.

4226 Si delegatus moriatur, antequam dispensationem expediat; si gratia erat realis commissa videlicet non personæ, sed officio, v. gr. Episcopo, expedire potest à successore: minime, si erat personalis, sed tunc, si actus dispensationis esset completus, & solum non dedisset litteras testimoniales, possent Oratores in foro conscientiæ dispensatione frui, Clericatus *cit.* cum Tamb. *v. n.* 4209.

Denique non cessat dispensatio per non usum, v. g. octo, aut decem annorum, etiam si orator dixisset, se nolle eo uti, nec eam ratam habere; sed ut cessaret, requireretur, ut oratores renunciarent, & renunciatio sit acceptata à Pontifice, Clericatus *cit.* cum Tambur.

SUMMUS PONTIFEX

4227 Dispensare potest in impedimentis juris solum Ecclesiastico dirimentibus, etiam in voto solemni castitatis, & Religionis, ex gravissima causa: sic Alexand. III. dispensavit cum Nicolao Justiniano Monacho ad nubendum, & Cœlestinus dispensavit cum Constantia Moniali professa filia Rogerii Siciliæ Regis, ut nuberet Henrico Sexto Regi: *n. num.* 4262.

EPI-

EPISCOPUS

4228 POtest dispensare in impedimentis ex jure Canonico dirimentibus; quatuor conditionibus concurrentibus.

Dummodo. 1. Matrimonium sit jam bona fide contractum. 2. Matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum, & separatio sine magno scandalo, infamia, aut damno fieri non valeat. 3. Pontifex adiri non possit. 4. Et periculum sit in mora, Fagnanus *lib. 1. cap. Nonus, ex. de filiis Presbyt.* Hæc est communis sententia, cui adhæreo.

Ratio primæ; quia si matrimonium fit cum scientia impedimenti contractum, dispensare non potest; nam sicut Pap. ex Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 5.* excludit à spe dispensationis ab ipso obtinendæ eos, qui intra gradus prohibitos præsumpserint scienter contrahere, & maxime si consummarc ausi fuerint; sic potiori jure prohibet Episcopis tunc dispensare.

Ratio secundæ; quia si matrimonium esset occultum, & impedimentum publicum, potius esset scandalum, si conjuges permanerent in copula fornicaria.

Ratio tertiæ, & quartæ, quia si casus pateretur dilationem, & posset fieri recursus ad Papam, cessaret necessitas recurrendi pro dispensatione ad Episcopum.

4229 Nec paupertas sufficit ad excusandum recursum ad Papam; quia pro impetratione dispensationis non est necessarius accessus personalis Romam. Imo pro impedimentis occultis tutius est recursus [maxime in nostris Regionibus Romæ propinquis] ad S. Pœnitentiariam per publicum tabellarium, & ab ea obtinetur dispensatio gratis, etiam pro qua re aptam instructionem habes *n. 357.*

Item pro impedimentis publicis fit recursus ad Datariam, quæ, legitima urgente causa, etiam pauperibus accedere non valentibus dispensare solet per litteras.

4230 Ratio, qua præmissis concurrentibus conditionibus potest Episcopus dispensare, fundatur primo in consuetudine, quam habent Episcopi super iis dispensandi; consuetudo enim dat jurisdictionem, ex *cap. cum contingat, de foro compet. cap. Romana de sent. excom. in 6. &c. Et litigantes, de Officio Ordinarii, &c. Dudum, §. licet, de electione: v. n n. 3273. ad 3281.*

Secundo in epikeja, qua piudenter præsumitur de benignitate Summi Pontificis, quod non velit dispensationem sibi reservare in casu tantæ necessitatis, & cum tanto animarum periculo.

4231 Refert Fagnanus *cit.* sententiam Basilii Pontii *de matr. lib. 8. c. 13. nu. 6.* quam plures moderni sequuntur, quod possit Episcopus in matrimonio etiam contrahendo dispensare in articulo mortis ad leg timandam prolem, etiamsi impedimentum sit publicum.

4232 At me eam reiicit; quia commodum privatum prolis, & mulieris, non est causa sufficiens, & urgens, ut inferior dispensare possit in impedimentis Summo Pontifici per Canones Concilii Generalis reservatis, maxime ante matrimonium contrahendum.

4233 Si autem Princeps bona fide jam matrimonium contraxisset in gradu prohibito, aut alio impedimento jure Canonico dirimenti, & alter conjugum constitutus esset in periculo mortis: ac insuper: nisi proles suscepta per subsequens matrimonium validum legitimaretur, infidelis, aut tyrannus in Regno succederet; tunc (ait Fagnanus) nic posset Episcopus in impedimento dispensare, & matrimonium validare, ne salus Regni periclitaretur.

4234 Tunc igitur potest Episcopus contra Canones etiam Concilii Generalis dispensare, quoties magna urget causa, & tales circumstantiæ adsunt, ut prudenter præsumat, conditorem Canonis de casu illo non cogitasse, & si cogitasset, in prohibitione comprehendere noluisse; tunc enim locum habet epikeja, quia non debet præsumi, conditorem Canonis fuisse crudelem, *cap. 3. de Postul. cap. licet, de Regul. cap. si quis rebus, & in cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, n. 4. ver. Quid enim si vota Christianitas, vel etiam aliqua pars ejus esset in periculo?*

4235 Quapropter Cardenas *dissert. 2 c. 8. art. 13. q. 1.* subdit, hanc sententiam esse moraliter certam, utpote ortam ex duabus præmissis certis, quod consuetudo det jurisdictionem, & quod Episcopi consuetudinem habeant in recensitis casibus dispensandi

4236 Idem tamen tenent, non solum in impedimento occulto; sed etiam in publico, & pro foro externo, tam post contractum matrimonium, quam ante, in casu rarissimo urgentissimæ necessitatis, in periculo magni damni, & si periculum sit in mora, Tambur. *cit.* Diana *p. 11. tr. 8. resp. 2. ver. sed objectu.* Leander *de matr. disc. 24. q. 6.* Tanczedi *tom. 4. tr. 2. q. 78. par. 202.* Casum adducunt de Titio, qui postquam contraxit sponsalia cum Berta, habuit rem cum illa; insuper factus est illi affinis, eo quia habuit rem cum ejus sorore: deinde constitutus in proximo, & vero periculo mortis urgetur ad matrimonium contrahendum cum Berta, ut sic reparetur honor puellæ, & proles forte suscepta legitimetur, vel ut sic graves discordiæ sedentur.

4237 Idem docent in similibus casibus, in quibus ex mora nubendi immineat periculum manifestationis delicti, & inde simul mortis.

4238 Insuper Cardenas *cit.* tenet, posse Episcopum dispensare etiam ante contractum, si eadem incommoda sequantur ante contractum quæ post contractum; & concludit his verbis:

[Cum ergo tot sint Auctores de ea consuetudine contestantes, constat, talem consuetudinem esse plene probatam, atque adeo moraliter certam. Et cum certum sit, quod consuetudo det jurisdictionem, relinquitur certum, quod Episcopus habet jurisdictionem ad dispensandum in tali casu urgentissimæ necessitatis pro salute animarum. Unde consequenter sit, quod qui in tali casu ineunt Matrimonium cum tali Episcopi dispensatione, non eligunt opinionem probabilem, relicta tutiori, sed sententiam moraliter certam, atque adeo non opponuntur hinc Decreto Innocentii XI. Et licet verum sit, quod aliqui ex his Auctoribus contestantibus de tali consuetudine, loquantur de dispensatione post contractum Matrimonium; ea tamen dispensatio est ad illud contrahendum, quia quamvis tale Matrimonium dicatur contractum, revera est contrahendum; quia Matrimonium invalidum propter impedimentum dirimens, debet denuo contrahi, ut subsistat, & si eadem urgentia necessitatis contingat in contrahendo, eadem est ratio ad dispensandum.]

Si impedimentum sit dubium, & non possit per diligentias vinci, posse Episcopum declarare, quod non sit opus dispensatione, tenet Clericatus *cap. 125. num. 9.* cum Tamb. & aliis; quia præsumptio stat pro libertate. Non potest autem dispensare, si dubium sit de justitia causæ dispensandi; quia cum præsumptio stat pro impedimento, quod supponitur certum: *v. à n. 4295. ad*

QUÆRES.

4239 *Petrus est in secundo gradu consanguinitatis conjunctus cum Rosa, quam defloravit. Urget periculum vitæ uterinsque, in matrimonio copulentur, & honor puellæ matrimonio recuperandus: Petrus est gravitor infirmus, ut non possit Romam accedere: insuper dictis expositis motivis petita fuit per litteras dispensatio à Summo Pontifice, quam denegavit, quatenus sunt personæ infimæ conditionis, & periculo vitæ utriusque urenti potest auctoritate Principis, cujus sunt Vassalli, qui est facta conscius, An his suppositis possit Episcopus dispensare?*

RESP. Non posse. Non quidem ex consuetudine; quia hæc est solum quoad matrimonium contractum, non contrahendum; & in impedimento occulto, non publico: nisi in casu publicæ, non privatæ necessitatis, cui non potest aliter provideri.

Nec dicas, consuetudinem extendi ad contrahendum per paritatem rationis. 1. Quia consuetudo inducitur ex actibus frequentatis, & praxi, minime ex sola paritate rationis. 2. Quia falsum est, quod sit par ratio; nam licet matrimonium cum impedimento contractum sit invalidum, & inde possit dispensationem contrahendum; urgentiores tamen militant causæ ad dispensandum post matrimonium, licet invalide contractum; quoniam supponitur cohabitatio conjugum, & dubium prolis, &c. & major difficultas ad eos separandos.

4240 Necex epikeja; quia epikeja est fundata in præsumptione rationabili de benignitate Summi Pontificis, quæ non potest in casu præsumi, cum conster de expressa voluntate contraria, etsim circumstantiis omnibus expositis.

Tum quia talis epikeja in casu non habet locum, quia agitur de necessitate privata duorum plebejorum, minime de publica: nec summa in casu de articulo mortis, de quo solum loquitur Pontius, qui affirmativam sententiam tenet.

Item: quia periculo dicto privato potest occurri per auctoritatem Principis, qui mulierem in tuto loco confervet, & coguatos terreat, &c.

4241 Insuper epikeja non habet locum, quia illi resilit Trid. *sess. 24. cap. 5. de reform.* quod vult, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Resiliunt etiam Sacri Canones, & Concilia Generalia, quæ cum sint edita quoad bonum publicum, non est in eis dispensandum ob bonum privatum.

COMMISSARIUS BULLÆ CRUCIATÆ.

4242 EX facultate à Summo Pontifice ipsi concessa potest in foro conscientiæ dumtaxat dispensare in impedimento affinitatis contracto ante matrimonium, dummodo sit occultum, & alter conjugum bona fide, & ignarus impedimenti contraxerit; & quod de nullitate prioris consensus prius certificari, taciteque [si videbitur ad evitanda scandala]

causa

cusla nullitatis, matrimonium inter fe, etiam
secreto, de novo contrahere possint, priusquam
fuerint per sententiam eorum status legitimum de-
terminatus. Hæc Bulla.

4245 Porro quæ disputationis dudum est aliqua
clandestinitas in Hispaniarum Coloniis, postea quam
eadem in Hispaniarum Civitatibus, ubi Concilium
anno 15[illegible] erecta fuit pro [illegible]
Concilium Sanctæ [illegible], quæ [illegible]
[illegible] Concilium [illegible]
[illegible] Hispaniarum [illegible]
[illegible] Concilium [illegible]
[illegible] Concilium [illegible]
[illegible] Concilium

non potest ampliusipse, bene vero sponsa Religionem ingredi; quia dolus & culpa sponsi non potest præjudicare sponsæ, nisi ex tali concubitu suscepta sit proles, & non sit alia persona, quæ eam commode educare possit; tunc namque sponsa per accidens impeditur à Religionis ingressu.

4262 Quo impedimento accidentali secluso, etiam si sponsa professionem emiserit, non potest conjux, qui eam negat, ad secundas nuptias transire; quia, licet casûs, vere matrimonium consummavit: *v. dicta 4251.*

4263 Si vero conjux eam reintegrem vi cognovit post bimestre, non potest sponsa Religionem ingredi; quia elapso bimestri terminus ex justitia reddere, & sponsus cogendo nus est jure suo; unde matrimonium fuit juste consummatum, Pirrhing. *lib. 3. decr. tit. 36. n. 2 converf. conjug.*

CAPUT IX.

De impedimento actus conjugalis ex voto.

4264 QUi post votum non nubendi, matrimonium contrahit, peccat nubendo: at postquam nupsit, potest petere, & reddere: quia voto non nubendi opponitur contrahere, minime consummare; & matrimonio contracto, jam est factus impotens ad votum.

4265 Qui vovit Religionem, aut suscipere Ordinem Sacrum, non tenetur ad castitatem, assedum professionem emittat, aut Ordirem suscipiat; quia non pro nde votum castitatis emittit.

4266 Discrimen autem inter hæc duo vota, Religionis, & Ordinis Sacri, consistit in hoc, quod qui vovit Religionem, si nubat, peccat nubendo, & prima vice consummando, sive petendo, sive reddendo: peccat quidem nubendo, quia transgreditur votum Religionis cum nuptiis i[illegible] possibile; peccat prima vice consummando, quia est ei liberum Religionem ingredi, & ad id ante consummationem tenetur, cum professio Religiosa matrimonium ratum dissolvat.

At matrimonio prima vice, etiam intra bimestre, consummato, potest petere debitum; quia haud amplius est impeditus, non veto castitatis, quia votum Religionis non est votum castitatis; nec voto Religionis, quia matrimonio semel consummato non potest Religionem ingredi, nisi in casu adulterii; & tunc petere non posset, nec reddere, sed teneretur votum implere per ingressum Religionis, ad quem etiam tenetur mortua uxore. Unde in casu adulterii, prima vice petendo, aut reddendo peccaret, non posset; quia per remissionem factam amisit jus ad Religionis ingressum, vivente uxore.

4267 De eo, qui vovit suscipere Ordines Sacros, eodem modo discurrunt Rodrig. & Ledesma, volentes, quod antequam consummet, teneatur ingredi Religionem, ad ibi suscipiendos Ordines; & sic peccet consummando.

Ad oppositum dico cum Leandro *de matrim. tract. 1. disp. 5. qu. 70.* Anton. à Spir. S. *de matrim. tr. 11. disp. 9. sect. 7.* & alios. Rigidum enim mihi videtur, eum qui vovit Ordines Sacros ebi gare ultra intentionem ad actum, tam difficilem, qualis est status Religiosus, & contra regulas generales Juramenti, & Voti *n. 1669.*

Hic igitur peccat solum nubendo: non consummando, etiam petendo; quia nubendo factus est impotens ad votum implendum; nam Ordo Sacer non dissolvit matrimonium ratum antea contractum.

In casu autem, quod alter conjux adulterium committat, tunc tenetur impiere votum suscipiendi Ordines Sacros, nec potest ulterius petere, aut reddere; quia cum adulter am ferit jus ad petendum, est ei liberum non petere, nec reddere, & hic votum implere.

4268 Qui vovit castitatem, si nubat, peccat: item peccat prima vice consummando, etiam reddendo tetra bimestre: quia intra bimestre, & matrimonio non jam consummato, cum alter conjux non habeat jus petendi, potest regare, si velit Religionem ingredi.

Matrimonio tamen jam consummato, aut bimestre elapso, potest reddere; quia alter conjux habet jus ad petendum, & ipse non tenetur Religionem ingredi: imo post consummationem non potest: petere autem nunquam potest, nec intra, nec post bimestre, Trullench. *in Decal. c. 2. lib. 2. dub. 5. n. 4.* (Excipe, nisi peraj ob periculum incontinentiæ, quod prævidet in altero conjuge, vel quando non in gratiam sui, sed alterius conjugis, quæ præ verecundia non petit: hoc enim non est proprie petere, sed reddere.) Ita Trullench. *cit. n. 3.* Ant. à Spir. Sanct. *de matr. tr 11. disp. 9. sect. 7.* cum aliis. Ratio est, quia votum implex castitatis non diruit, sed impedit matrimonium; unde qui cum eo contrahit, tenetur illud servare quoad partem, quam potest, quæ sibi libera est; adeoque non potest petere, quia hoc est sibi liberum: at tenetur reddere, quod non est sibi liberum, cum spectet ad jus alterius conjugis, cui præjudicare non potest.

4269 Qui castitatem vovit, non tenetur (licet sit ei liberum) Religionem ingredi ante consummationem, etiam intra bimestre, ob dicta *num. 4267.* Et offenditur à fortiori ex Extrav. Joann. 22. *Antiquæ, De nom.*: ubi definit Pontifex, ut qui post matrimonium non consummatum premittes est ad Ordines Sacros, moneatur ex Religionis ingressum: si vero servet, & sponsa instiet, compellatur per censuram ad consummandum matrimonium contractum.

4270 Pariter conjux, qui post matrimonium votum castitatis etiam sine alterius consensu emisit, non potest petere, sed tenetur reddere.

4271 Utique, qui scilicet votum castitatis emisit ante, aut post matrimonium, in casu adulterii alterius conjugis, nec potest petere, nec reddere, quia tunc utraque pars est ei libera, nisi remittat, aut simile delictum committat. Remittendo autem peccat, quia fit impotens ad implendum votum: at post remissionem non peccat reddendo, quia jam conjux delinquens est restituta in suo jure petendi, & mortua uxore, tenetur ad votum, ita ut iterum peccet, si rubat, ut supra.

4272 Sanchez *lib. 9. de matr. disp. 35. n. 28* affirmat, cum, qui post matrimonium votum castitatis emisit, posse reddere in casu adulterii, & mortua uxore nubere; quia votum castitatis, quoad partem reddendi, fuit nullum.

At rectius cum Leandro *cit. quæst. 75.* dico hoc esse verum de voto non petendi, quod quidem est compatibile cum matrimonio; at votum castitatis utrumque partem comprehendit, & in casu petitionem semper, redditionem vero, quando jus alterius conjugis fuerit impeditum, cujusmodi est in casu adulterii, aut mortis ejus. Unde tunc votum castitatis, quoad partem reddendi, est nullum, pro quando alter conjux habet jus petendi; est validum, pro quando illud amittit.

CAPUT X.

De Divortio.

4273 DIvortium *est separatio conjugum, quoad thorum, & habitationem, conjugio vinculo permanente.*

4274 Est duplex, perpetuum, & ad tempus. Perpetuum fit causa adulterii, *cap. Gaudemus & cap. Ex litteris, de Divortiis.* Ad tempus est, quod fit ob alias causas, de quibus modo.

4275 Divortium perpetuum a divortio ad tempus differt per hoc, quod in divortio perpetuo potest conjux innocens, si velit, castitatem in sæculo vovere, Ordines Sacros suscipere, aut in Religione profiteri, permanente semper vinculo matrimonii, quod quidem, si fuit consummatum, in nullo casu dissolvitur, ex *num 4251.* Et autem fieri non possunt in divortio ad tempus.

Divortium fieri non potest auctoritate privata, sed fieri debet auctoritate Judicis Ecclesiastici, causa probata.

4276 In casu adulterii, si sit publicum Pirrhing *lib. 9. de matr. c. 18.* Fenech *de Divort.*, Riccius, & alii contra Sanchez tenent fieri posse propria auctoritate. At rectius Clericatus *cap. 146. num. 10.* docet, Doctores affirmantes esse intelligendos de foro interno, minime de externo.

4277 Divortium perpetuum sit permissum ob adulterium jure divino, Matth. *Quicunque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*

4278 Nomine adulterii ad divortium venit quævis copula, naturalis, fedomitica, aut bestialis, quia per quamlibet ex his conjux dividit suam carnem contra fidem alteri conjugi in Sacramento datam. Non veniunt talis, occulta, pollutio, aut copula cum fœmina mortua, Tamb. *lib. 8. de matr. c. 7. cap. 2.* & Clericatus *cit.*

4279 Hæc libertas divortii est concessa conjugi innocenti, minime conjugi adultero qui tenetur conjugi innocenti adhærere, si hic no it divortium, & ille sit certus, nullum ibi periculum immineat, Clericatus *cit.*

4280 Adulterium constare debet per probationes, aut violentas præsumptiones, puta si sit testis ad ostium, & adulter introierunt in lectu cum adultera, nudus in cubili, si adsint filii, si moreatur in domo adulteræ, & alia quæ de jure probant: *v. n. 2784.*

4281 Quinque autem dantur casus, quibus, non obstante adulterio, non potest ad-

divortium deveriti. Quos refert Clericatus *tit. num.* ex Pontio, Sanch. & Taurh.

3. Si uterque coniux adulterium commisit, ei am li unum in occasionem, a rerum publicum, & etiam pest divortium conjux innocens adulteretur; quia delicta compensantur. 2. Si unus conjugum adulterium commisit a tero consentiente directe, aut indirecte, exoremmale invitando, & se expellendo, &c. 3. Si adulterium fit ex mutuum pervicacia, & ex tum gravem, quem non potuit repellere: *v. num.* 2094.

4 Si coniux innocens remittat culpam adulterii, rejicere, aut sacite, videtur recipiendo Reum ad osculum, aut ad copulam. 5. Si conjux innocens feiat, se continere non posse; tunc neque ac vitandum periculum incontinentiæ, & retinet (pactualis fœdus arma, non potest ab adulterio separari: *num.* 2150.

4289 Causæ diverti ad tempus sunt triplices in genere, quæ scilicet corrumpunt *perfectum fidei*: ut si conjux fit factus hæreticus. Vel *periculum animæ*: ut si coniux ad sodomiam solicitet, aut ad peccatum. Vel *periculum corporis*: ut si copugi supervenat lepra, seu morbus contagiosus. 2. Si conjux unus alterius vitæ insidietur, aut sævitiam exerceat in uxorem.

4287 Si conjux sit factus hæreticus, potest fidelis propria auctoritate ab eo divertere ad vitandum periculum infectionis, Clericatus *tit. num.* 12. ex Sanchez *de matr. lib.* 10. *disp.* 15. *num.* 6. Et hæresi dicitur adulterium spirituale.

4284 Solicitatio ad sodomiam difficultur probatur, eam mulier patiens non potest efficax testis sufficiens, etiam si juret. Unde Spetius apud Clericatum *cit.* movet Judices Ecclesiastic os, ut mulieres querelam ferentes suadeant, ut pacpiam pedoti, ac foturum virorum existimationi parcant, & sic eas dimittant. Probatur, si testes essent, qui deponerent, se ex trectaculo pariete audivisse preces, aut minas, ac petitiones vir, & negationes mulieris, & insuper admissum extarent, maxime dum, nimirum si virit super hoc vitio exclamatus, & mulier sit pudica, ac timoratæ conscientiæ. Hæc Spetius *cit.*

4285 Morbus Gallicus probatur medicorum judicio, & coniuge negationem debiti, atque etiam separationem quoad thorum, si medicorum judicio asit periculum; minime quoad cohabitationem.

4286 Sævitia potest esse triplex. 1. Si viri moderate, & ex causa uxorem verberet; & hæc nec dicitur propriæ sævitia, nec sufficit ad divortium. 2. Si immoderate verberet, sed potest provideri à Judice per cautionem, tunc nec datur divortium, sed vxor viro restituitur cautione præstita. 3. Si sævitia sit atrox tum timore futuræ offensionis, & tunc datur divortium.

4287 Judicare, quando lasitia sit atrox pendet à prudentis Judicis arbitrio, circumstantiis personæ, loci, modi, &c. considerantis. Plura assignant: sunt ligna attractantis. 1. Si vir sit solitus in uxorem sævire. 2. Si minatus sit eam occidere, & sit solitus minas exequi. aut sit crudelis naturæ. 3. Si capitale odium & inimicitia inter maritum & uxorem intercedat, vel quia unus alterum veneno necare tentavit, vel de gravi crimine accusavit, eius carcerationem procurando, vel etiam si uxorem litem super magna bonorum quantitate agant. 4. Si patries uxoris caput ad parietem percussit. Si in eam enitrum ad vulnerandum secit. Si eam in cubiculo cum denegatione alimentorum detudat. In his & similibus casibus datur sævitia atrox ad divortium sufficiens. Hæc Clericatus *cit.* ex Spetello.

4288 Ad hanc sævitiam probandam sufficiunt testes confanguinei, affines, & domestici: eum hi melius de re præsumuntur, Rota *decis* 155. *n.* 40. *part.* 6.

Mulier si tacuit, & vir à sævitia cessavit, non potest divortium petere; quia per tacitumitatem, & cohabitationem post sævitiam præsumitur injuriam remisisse, Cleric. *cit.* ex Spetello *acc.* 139. *n.* 93.

4289 Maritus non potest ad divortium devenire ob dotem non solutam. Ita jus Canonicum contra civile, Cleric. *cit.* ex Tamb. *in* 8. *lib.* 5. *cap.* 3.

4290 Effectus divortii. 1. In divortio perpetuo effectus est *ut in num.* 4275. 2. Tam in divortio perpetuo, quam ad tempus facto ob culpam. aut favitiam, conjux innocens retinet dotem. Imo maritus de inquers tenetur solvere uxori alimenta, & expensas litis. Et filii sunt alendi ex bona illius, qui dedit causam divortio; in eisu autem hæresis sunt educandi apud parentem fidelem, favore fidei.

4291 Divortium fieri potest absque delicto ex mutuo consensu conjugum, quoad rerum propria auctoritate, ut patres Sancti Spiritus sancti simore dueli fecerunt. Quod *habitationem* authoritate Ordinarii, qui attendere debet conjugum ætatem, conditionem, & modum viverdi, ne ex illis scandalum aut malum aliquod oriatur. Et ipsa separatio

quoad

quoad totum intuitu perfectionis, maxime inter juvenes, fieri non debet sine previo & maturo prudentium virorum consilio.

4292 Reconciliatio vir unitorius, si licentiam ab uxore habeat suscipiendi Ordines Sacros, non debet ad illos promoveri, nisi prius uxor in Religione profiteatur, vel in sæculo votum castitatis emittat, ex Extrav. *Antiquæ*, de voto Idem dic, si vir ad Cardinalatum sit promotus. S autem de Episcopatu agatur, debet uxor in Religione profiteri.

4293 Quod si ecsta uxor, quæ licentiam dedit, castitatem non voverit, & consilio mutato, ad periculum incontinentiæ vitandum, virum jam ordinatum in Sacris repetat, remanet vir ab A tari suspensus. Pro quo omnino vide dicta *à n.* 4077.

CAPUT XI.

De debito conjugali.

4294 A *Dulter* in pœnam amittit jus ad petendum debitum ex justitia: potest igitur petere rogando, sed non cogere; nam tunc alter conjux habet jus ad denegandum, & ideo dicitur adulter amisisse jus, quatenus non potest uti debito, invito conjuge, sicut antea poterat.

Hac ad differentiam affinitatis, & noti, quibus flantibus, nullo modo seus potest petere debitum sine dispensatione obtinenda ab Ecclesia.

Pro adulterio tamen pœna remittitur ab ipso conjuge offenso, vel verbis, vel per signa amoris, vel ex quo adulterum petenti, & rogaeti libere reddat debitum, quia facta remissione statim adulter acquirit jus ad petendum ex justitia, ita ut conjux non possit amplius ex vi prioris adulterii debitum denegare.

Tandem hæc pœna non incurritur, deficiente conjuge adulterino.

4295 *Quæ est* causa de nullitate matrimonii, hora hic contracti, non potest petere, nec reddere debitum, etiam si compati ignoret; sed debet petere dispensationem, & interim aliquo occasione desumpta separari ob periculum fornicationis; quod si non habeat locum dispensatio, quatenus impedimenta sint juris naturæ, & non potest matrimonium per solam renovationem consensus revalidari, *v. g.* si erit impedimentum ligaminis, tunc tenetur fugere.

Et est dubium, dubio non scrupulose, sed

Examen Ecclesiast.

prudenti, non potest petere, antequam diligentia facta de veritate, rationabiliter dubium deponat, quia se exponit periculo peccandi; teneitur tamen reddere, ubi per cultum faciendi contrajus alterius, ex *cap. Inquisitioni tuæ*, *de fent. excomm.* si autem facta diligentia inveniat motiva vere probabilia pro valore, potest etiam debitum petere, quia pro illo stat potestio bonæ fidei.

4296 *Sensi*, si nulla sit spes aliquando seminandi intra vas, nec possunt petere, nec reddere, quia interderent molliciem ab intrinseco malam: bene vero, si sit spes seminandi intra vas, licet læpe semineat extra. Ita Tamet. *to.* 2. *de matr. lib.* 9. *quæst.* 3. *pag.* 359 & Busemb *l.* 6. *tr.* 6 *cap.* 3. *dub.* 2. *Imped. impot.* qui à dant operam relictæ, procurando copulam tibi possibilem, & permittam: *v. n.* 4316.

4297 *Causa matrimonii* est favorabilis, ex *cap. fin. de fent. & de judic.* adeoque ampliandæ: *hinc in quæstione* an sit matrimonium contractum juxta opinionem vere probabilem est validum; quod judicium præsertim de valore non est minus tutum, & probabile, sed moraliter certum: quia sic bene ait Cardenas *dist.* 2. *num.* 562.) cum disponso jure faciat decisionem veram, inde est, quod Regula 15. de favore ampliando, faciat decisionem certam de valore matrimonii, utpote materia favorabilis: *v. n.* 67 111. & 113.

4298 Item (ait Cardenas *cit. à num* 525.) *in quæstione facti circa valorem matrimonii, v. g. an sit factum, vel non, id, ex quo constat, imo edimentum dirimens, quando ex conclusis utrinque probabilibus resultat purum dubium. Si hoc est invincibile, non licet contrahere, donec vincatur dubium, ut stas deriendo practica pro certezia impedimenti; quia exponeretur Sacramentum pericolo frustrationis. Si dubium est omnino invincibile, licet contrahere, quia possibile stat pro habere contrahendi. Quod si tali dubio sit præsumptio aliqua pro existentia impedimenti, & nulla sit præsumptio pro carentia impedimenti, tunc cum tali dubio non licet contrahere ob periculum frustrationis Sacramenti.* Ita fere Cardenas *cit. n.* 22.

4299 Corjux tenetur sub mortali reddere debitum, quando expresse, aut tacite, moderate, & sine peccato petitur, nisi justa causa excuset; aut nisi conjux requisitus reget petentem. ut pro ea vice excuset, & e libere condescendit, demando hoc non fiat sæpe, & cum periculo incontinentiæ petentis.

4300 Licite negare potest, si inde sibi timet grave damnum mortis, infirmitatis, aut prolis, si sit gravida: si videat maritum

morbo contagioso, ver. gr. lepra, &c. infestum, ebrium, &c. Item si uxor sit mentruata, aut si compatsimmis immoderate petat.

4301 Si post contractum matrimonium inter conjuges superveniat affinitas, quatenus unus habuit rem cum consanguinea alterius conjugis usque ad secundum gradum; tunc affinitas non dirimit matrimonium, sed impedit à petitione debiti; ita ut ubi talem copulam habuit, possit reddere, sed non petere sine mortali: v. d. n. 4264.

4302 Maritus, si rem habeat cum consanguinea hæc uxoris in tertio, aut quarto gradu, committit incestum, quia ratione affinitatis ex copula licita cum uxore, est illi affinis usque ad quartum gradum: at non incurrit pœnam non petendi debitum, quia hæc pœna incurritur ob affinitatem superveniente cum uxore, quæ cum non possit esse nisi ex copula, non potest extendi ultra secundum gradum.

Tamen casu affinitatis matrimonio superveniens, quam ex casu matrimonii cum voto simplici castitatis celebrati, dispensare possunt ad petendum debitum Episcopi, & ex privilegio Provinciales Regulares, atque de eorum licentia Confessarii Regulares, qui in casu voti manere debent pœnitentes, quod mortua uxore non possint licite nubere, sed teneantur ad votum, & quod uxore vivente violent castitatem, nisi cum uxore, Diana *par.* 12 *tr.* 8. *resp.* 16. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 3 12 *cap.* 6. *num.* 5. Rodr. Leander, Busemb. *& com.*

4303 Superiores locales non possunt dispensare ad petendum debitum, nisi ex commissione Provincialis, vel Generalis: quia istis à S. Pio V. est concessa facultas, Pey. *tom.* 2. *qu.* 1. *cap.* 4. §. 4. *num.* 76. Diana *pag.* 3. *tract.* 2. *resp.* 14. & Bord. Quæ deputatio durat ad libitum Superiorum.

4304 Insuper ipsi Provinciales, aut Generales, & Confessarii ab eis ad id specialiter deputati, non possunt dispensare, nisi in Sacramento Confessionis, & in propriis domibus, seu Ecclesiis tantum, Dian. *in Sum. ver. Incestus n.* 3. quia hoc exprimit Privilegium.

4305 Bonac. *quæst. de matr. punct.* 2. Diana *p.* 3. *tr.* 5. *resp.* 12. Castropal. & alii apud Dianam *eis.* tenent; quod scienter dictam affinitatem ex copula, vel cognationem spiritualem ex susceptione propriæ prolis in Baptismo, aut Confirmatione, cum propria uxore contractam ignorans tamen inde ortæ pœnam privationis juris ad petendum debitum, talem pœnam non incurrat, ac proinde dispensatione non indigeat, quia ignorantia pœnæ à lege positiva impositæ excusat à pœna. Ita illi contra Leandrum *de matr. tract.* 9. *disp.* 25. *quæst.* 62. Confessarius tamen, in hac opinione, pœnitentem de impedimento monere debet, ut hic ab incestu deterreat.

CAPUT XII.

De usu matrimonii, & aliis obligationibus conj.

TEnetur uxor virum alio abeuntem, & id requirentem, sequi, nisi aliud sit in contractu conventum, vel nisi inscienter vagabundum duxerit, aut ellet factus vagabundus post matrimonium, vel si vir velit vagari cum periculo animæ, & corporis; vel si gravis necessitas, ver. g. infirmitas ab istinete excuset.

4307 Non licet conjugibus aliquid facere, unde generatio prolis impediatur, etiamsi timeatur in partu periculum, aut paupertas ex copia prolis; quia opponitur fini introducto, qui est generatio. Possunt tamen ex mutuo consensu ob id ab usu matrimonii abstinere; non tamen possunt negare debitum, si alter petat.

4308 Vir volens legitimam copulam cum uxore habere, peccat mortaliter, si, ut ad eam se excitet, illam inchoet sodomitice, Leander *cit. quæst.* 36. contra Navar. qui non est audiendus; quia talis actus, cum sit contra naturam, est medium improportionatum ad copulam naturalem, & sodomia inchoata.

4309 Copula in vase legitimo, sed situ præpostero, aut alio innaturali, est solum venialis, si non sit probabile periculum effusionis seminis extra vas.

4310 Uxorem peccare mortaliter, si polluta vir seminavit, tactibus se excitet, donec ipsa seminet, tenet Rodrig quem sequuntur Castropal. & Mendo *in Epit. ver. Matrimon. num.* 2. quia finis generationis, recepto semine viri, est jam perfectus. Et alias mulier soluta, si hoc faceret, non committeret peccatum dilinctum à copula: quia talis provocatio, & seminatio post consummationem copulæ spectaret ad generationem.

At communior sententia negat peccare, Leander *de Matr. tr.* 9. *disp.* 25. *qu.* 41. Diana *par.* 10. *tract.* 13. *resp.* 42. Tamb. *lib.* 7. Decal. *cap.* 2. *numer.* 18. Lessius, Bonac. & Clericatus *tr.* 145. *num.* 33. Quia illa uxoris excitatio est completio, & excitatio copulæ; & in mis dirum

dum esset compescere naturam jam irritatam. Insuper est sententia Scoti *in* 2. *dist.* 4. *qu.* un. quem ultra Scholastices medici sequuntur, quod mulier concurrat active ad generationem per veri seminis emissionem.

4311 Peccat mortaliter vir, si incepta copula libere à seminando desistat; quia est contra finem generationis, maxime si tactibus extra vas se polluat. Insuper peccat; quia mulierem irritatam relinquit, & inde in periculo gravi peccandi. Peccat enim mortaliter mulier, si tunc irritata tactibus se excitet, ut semines; quia hoc Doctores *num.* 4310. recensiti concedunt intuitu seminis virilis jam suscepti, sine quo certum est finem generationis frustrari.

4312 Peccat mortaliter mulier, si semine suscepto mingit, se erigit, aut invertit taliter, ut semen forte ejiciatur, si non ex accidenti, sed studiose faciat, animo impediendi conceptionem, Clericatus *cit. n* 30.

4313 Certo tamen probabile est, quod vire seminante non teneatur mulier seminare; quia certo probabilis est sententia D. Thomæ, quod mulier passive concurrat ad egnerationem subministrando materiam, minime active per veri seminis emissionem.

4314 Coniux in absentia alterius coniugis lubricose se tangens peccat mortaliter, etiam si non adsit pollutionis periculum, quia hic actus cum non fiat cum conjuge, non est conjugalis, nec ad finem conjugii ordinatus; quæ est ratio à mortali excusans tactus impuditos inter conjuges: *ut in num.* 2239. Ita Mendo *in Epit. ver. Matrim. n.* 3. Qui tamen vocat certo probabilem ab authoritate extinsecà sententiam docentem, solum venialiter peccare, quam tenent Tamb. *lib.* 7. Decal. *c.* 3. §. 5. *n.* 41. Clericatus *cit. n.* 30. Palud. Ludov. Lopez, Thomas Sanch. & alii apud ipsos: *n. n.* 2239.

4315 In casu impotentiæ, si impotentia sit antecedens matrimonium, ea cognita, *ut in n.* 4138. & 4146. ac proinde si adsit periculum incontinentiæ, conjuges recurrere debent ad Episcopum pro sepratione, & ut declaret matrimonii nullitatem. Quod si non adsit periculum incontinentiæ, cohabitare debent ut frater, & soror; adeoque non possunt uti osculis, & tactibus impudicis sine mortali, quia cum eorum matrimonium ratione impotentiæ sit nullum, sunt sicut soluti, Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 97. cum Tanczedi, *& com.*

4316 Si impotentia sit superveniens matrimonio, validum remanet matrimonium; quia matrimonium semel validum, semper est validum, *ex cap. Ex, qui* 32. *q.* 27. adeoque eis non esse prohibita osculæ, tactus, &c. si periculum pollutionis non adsit; idque ratione status conjugalis, propter jus, quod habent ad copulam, saltem ad concupiscentiam sedandam, & mutuum amorem fovendum, tenent Sanch. *lib.* 9. *disp.* 44. *n.* 22. *ibid. disp.* 17. *n.* 19. & 20. Tamb. *to* 2. *de matr. lib.* 9. *tr.* 1. *c.* 13. §. 5. & Clericatus *c.* 133. *n.* 99. & 193. *v. dicta de sponsis n.* 4296.

4317 Si dos deficiat, tenetur maritus alimenta uxori præstare tam ex charitate, quam ob servitia, & obsequia ab ea præstita. E converso uxor tenetur alere maritum pauperem effectum, aut ad carceres, vel tristemes damnarum; si tamen ipsa possibilitatem habeat, vel ex bonis dotalibus, aut paraphernalibus, vel alio modo acquisitis. Ita Clericatus *c.* 145. *n.* 8. ex Tambur.

4318 Nomine alimentorum veniunt omnia necessaria ad victum, velles, habitationem, ferres, &c. juxta decentem conditionem status.

4319 Maritus tenetur pro viribus, & juxta suam conditionem, alimenta præstare uxori, duobus excepiis casibus. 1. Si absque causa nolit cum ea cohabitare? 2. Si maritus dotem promissam consequi non possit, & parentes, qui eam debent, sint habiles, & nolint dare, Clericatus *c.* 145. *n.* 8. cum Tamb. *lib.* 5. *in Decal. cap.* 3. §. 3.

4320 Si uxor ex justa causa recedit à domo mariti, quatenus, v. g. est adulter &c. tenetur maritus, ut supra, et alimenta præstare extra domum, etiam si uxor aufugerit, sed culpa mariti. At si aufugit ex propria culpa, non potest maritus ad alimenta danda cogi, quia qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. L. Julianus 14. & ex aliis juribus. In qua re attendenda est praxis.

ANTEPHATUM

4321 F *Si Donatio, quæ fit à marito uxori propter nuptias.*

A marito enim post mortem præter dotem, quæ uxori restituitur, elargitur alia summa peculiaris ob nuptiarum amorem, quæ *Antephatum* nuncupatur, quæque donari solet judicio, & arbitrio prudentis, attentis conditione, & bonis mariti, atque uxoris; & juxta diversitatem solent esse quinquaginta, centum, quinque centum, mille scuta, &c. juxta locorum praxim, consuetudinem: & maxime dari solet in toitu virginitatis.

4322 Supposita paritate conditionis, viduis debetur medietas antephati, quod donatur virginibus.

QUÆRES,

4322 *An antequàm incautus virginitatis lucrum a puella prius ab alio corrupta, quæ commutter potuerit virgo?*

[illegible] cymone evilibratur virgo. Hac ratione *in num.* 2560. dixi mus, legatum pro maritanda virgine luctum à puella olim corrupta, Diana *p. 2 tr. 2. resol. 52.*

De donationibus inter conjuges: *vide num.* 2372.

De oculis, & amplexibus inter sponsos de [illegible] *n. à n.* 2227.

De consensu parentum in nubendo: *vide* [illegible] *num.* 2630.

[illegible] *n.* 4. Diana *part.* 3. *resol.* 4. & 5. [illegible] Sanchez *lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 4. Dian[illegible] [illegible] *resol.* 5. [illegible] [illegible] [illegible]

QUÆRES,

4322 *An antequàm incautus virginitatis lucrum a puella prius ab alio corrupta, quæ communiter putabatur virgo?*

[illegible] cupidine evilibratur virgo. Hac ratione *in num.* 2560. dixi mus, legatum pro maritanda virgine luctuosa à puella olim corrupta, Diana *p. 2 tr. 2. resol. 52.*

De donationibus inter conjuges: *vide num.* 2372.

De oculis, & amplexibus inter sponsos de [illegible] *n. à n.* 2227.

De consensu parentum in nubendo: *vide* [illegible].

[illegible] *Sanchez de m. d. tom. 2. lib. 2. cap. 41. Sanchez de m. d. tom. 2. lib. 2. cap. 41. Sanchez de m. d. tom. 2. lib. 2. cap. 41. Sanchez de m. d. tom. 2. lib. 2. cap. 41.*

PARS QUINTA.

De Censuris, & Pœnis.

CAPUT I.

De Censuris.

4324 Censura *est pœna spiritualis, & medicinalis pro culpa inflicta, privans usu aliquorum spiritualium bonorum, per Ecclesiæ potestatem imposita, ut fidelis baptizatus à contumacia discedat.*

4325 Censura est triplex: Excommunicatio, Suspensio, & interdictum. Irregularitas non est censura, seu pœna medicinalis; sed impedimentum Canonicum, & inhabilitas ad Ordines, Beneficia, Officia, &c.

4326 Ad validitatem censuræ 1. Requiritur culpa. 2. In censura ferenda ab homine requiritur trina monitio, nisi urgens necessitas aliud suadeat, *cap. Sacro, & cap. Statum, de sent. excom. in 6.*

Insuper; quod feratur in scriptis cum expressione causæ, & nominis tam ejus, qui ferì, quam ejus contra quem feritur censura, *c. In conciliis de sent. & re judic.* In censura vero à jure non requiritur monitio; quia ipsum jus præcedens est continua monitio, Clericatus *d. 147.* ex Martino *in Theol. moral. disp. 13. n. 15.*

Unde non potest ferri censura pro delicto præterito, aut non completo; ac proinde requiritur, ut præcedat monitio.

4327 Subjectum censuræ est solus homo vivus, baptizatus, rationis & doli capax, subditus ejus, qui ferì censuram. *v. num. 4340.*

Unde (ut recte advertit Clericatus) locutiones non dicuntur excommunicari, sed maledici: *vide num. 1773.*

Nec mortui dicuntur excommunicari, sed declarari incurrisse in censuram ante mort m, & si dederint signa pœnitentiæ, post mortem absolvuntur, seu absoluti declarantur, ad effectum sepulturæ Ecclesiasticæ, *cap. A nobis, 2. cap. Sacris: v. n. 4378.*

4328 Communitas, aut Collegium potest ligari suspensione, & interdicto, *c. De fide vacante, de sententi. Excom. in 6.* Minime excommunicatione, *cap. Romana eod. tit. in 6.*

4329 Potestatem ferendi censuras, ultra Papam, & Episcopos, habent legati-Papæ, sive sint legati-à latere, sive nati, sive missi, *Ex cap. legatus, de Offic. leg. in 6.* Capitulum Provinciæ et Archiepiscopi, & Diœcesanum Episcopi; Capitulum sede vacante, quia succedit in tota jurisdictione, tam ordinaria, quam voluntaria Episcopi; Inquisitores, quia sunt Delegati Sedis Apostolicæ; Prælati Religionum, vide de iis Generales, Provinciales, Abbates, Guardiani, Priores, *ex cap. cum in Ecclesiis, de Majorit. & obed.* Vicarius Capituli Sede vacante. Ex Trid. *sess. 22. de refor. c. 16.* Vicarius Papæ, Vicarius Provincialis Episcopi: minime Vicarius foraneus, quia ha non faciunt idem tribunal cum Episcopo.

4330 Potestatem ferend. censuras, ex jure communi non habent Archidiaconi, & Archipresbyteri, nisi auctoritas Episcoporum accessi-

accessent; vel nisi alicubi eam sint consecuti in ipsa institutione, aut ex consuetudine legitime præscripta, & approbata. Eam in nullo casu habent Parochi; quia solum jurisdictionem habent in foro pœnitentiæ, minime in foro exteriori, & contentioso. Ex *cap. De persona 11. q. 1.* Leander *de censuris tr. 1. disp. 2. à q. 8. ad 17.*

4331 Censura lata contra factiones, non comprehendit mandantes, & consulentes, nisi in expressa clausula comprehendentibus quoscunque cooperantes; quia odia non sunt amplianda.

4332 Quatuor sunt causæ, quæ excusant ab incursu censuræ. Prima est ignorantia invincibilis juris, aut facti, cui est annexa censura, *cap. Si vero, & c. 2. de sent. excom. in 6.* Imo si censura est lata contra præsumentes, requirit scientiam; unde ab ea ex usu ignorantia crassa, minime ignorantia affectata: quia si adest ignorantia, non habetur contumacia, ad incurrendam autem censuram requiritur contumacia: *vid. num. 3299. & tom. 2. à num. 374. ad 383.*

Contumacia est, cum quis sciens, rem alicui esse prohibitam ab Ecclesia sub censura, seu sub excommunicatione, nihilominus illam committit.

Inadvertentia etiam excusat; quia æquivalet ignorantiæ.

Secunda est impotentia, sive physica, sive moralis: unde non incurrit censuram contra detinentem rem alienam latam, qui non habet quid restituere: nec qui ob metum gravem cogitur omittere, aut facere aliquid, quod sub censura præscribitur: in priori namque casu adest impotentia physica, & realis; in posteriori impotentia moralis. Metus gravis erit metus mortis, infamiæ, jacturæ bonorum, & similium damnorum: *v. tom 2. à numer. 37. & numer. 276.*

Tertia est appellatio legitime interposita ad Superiorem post comminationem censuræ ab inferiori facta, antequam incurratur.

Hinc Leander *de censuris tr. 1. disp. 3. qu. 39.* docet, non posse Prælatum, seu Judicem, qui potestatem habet ferendi censuras, illas ferre contra eum, qui antea legitime appellaverat, aut recusationem fecerat; quod tanquam certum tenet, & probat: Quia appellatio in tempore facta, suspendit usum jurisdictionis in Judice, ut habetur expresse *in cap. Romana, & cap. Si Judice, de appellat. in 6.* & ibi Glossa *verbo malis.* Idemque omnino facit recusatio Judicis facta, antequam sententiam excommunicationis, vel alterius censuræ ferat, ut habetur ibi expresse *cap. Quoties Episcopi 2. q. 6.* & ibi Abbas. *Appellent* Sic omnes, Ugolin. *tabul. 1. c. 2. §. 22. & 23.* Filliuc. *tract. 11. c. 2. n. 9. n. 40.* Cornejo *tract. 3. de cens. in venere disp. 2. dub. 4. vers. Infero tertio, &* Reg. *disp. 13. de censur. dub. 5. nu. 33.* Aliter. *lib. 3. de censur. disp. 5. c. 1. per totum*: qui vero cum communi contrarium docet, loquendo de appellationibus non factis in tempore, hoc eil facta per latam sententiam excommunicationis, vel alterius censuræ, quod scilicet tunc appellatio non habeat vim suspendendi, ex *cap. ad reprimendam, de offic. Ordin.* sed solum devolvendi, ut Superior possit cognoscere de justitia excommunicationis.

Quarta est prorogatio termini facta ab eo, qui censuram tulit, Clericatus *cit. n. 23.* ex Martino.

4333 A censuris à jure, si non sint reservatæ, absolvere potest quilibet Confessarius in foro interno contentiæ: in foro exteriori Superior censuram; *cap. Nuper, de sponsal. excomm.* Si sint reservatæ, ab eo, cui sunt reservatæ, aut ejus delegato, vel ad id privilegiato, vel à Superiore ejus, cui sunt reservatæ. De quo fuse dictum est de casibus reservatis.

A censuris ab homine, non nisi ab eo, qui eas tulit, aut successore, & partier ab ejus Superiore, aut delegato, excepto mortis articulo, in quo quilibet quivis Confessarius potest à quibuslibet absolvere, sub onere, ut elapso periculo coram Superiore comparent, ad exequendum, quod ille præscripserit, *c. Eos, de sent. excomm. in 6.* ut fuse in loco *cit.*

4334 Potest quis pluribus censuris ligari. Item potest quis ab una absolvi, & non ab aliis, ad differentiam peccatorum.

4335 Censuris ligatus, non potest à peccatis absolvi, nisi prius à censuris absolvatur, loquendo de excommunicatione, Clericatus *cit. nu. 26.* ex D. Thoma *3. p. q. 12. art. 2.* quia excommunicatus est incapax susceptionis Sacramenti.

4336 Forma absolutionis à censuris non habet præfixa verba, sed potest dari verbis exercitiis absolutionem censuræ, a qua ei absolvitur: Pro foro vero exteriori habetur in Rituali Romano.

4337 Non potest à censuris absolvere ad reincidentiam, nisi ipsemet, qui eas infligere valet, Mendo *in opus. sub propria citatur*, Clericatus, & Martinus citati. Plura habes in toto corpore operis in propriis materiis, maxima in tomo 1. de Monitoriis.

DE

DE EXCOMMUNICATIONE

4338 E Excommunicatio est *censura Ecclesiæ, fidelem, privans donorum Cœlestium communione fidelium communicativa.*

Bona communia [illegible] 1. Sacramentum [illegible] 2. Orationes [illegible] 3. Sacrificium [illegible] 4. Indulgentiæ [illegible] 5. Sepultura [illegible] 6. Communio [illegible] 7. Communio [illegible]

[illegible] Excommunicatio [illegible] 4339 Excommunicatio [illegible] 4340 Excommunicatio [illegible] 4341 Excommunicatio [illegible] 4342 Excommunicatio [illegible] 4343 Excommunicatio [illegible] 4344 Excommunicatio [illegible] 4345 Excommunicatio [illegible] 4346 Excommunicatio [illegible] 4347 Excommunicatio [illegible]

EXCOMMUNICATIO MAJOR

4348 PRivat bonis communibus Ecclesiæ, ramactive, quam passive, nempe. 1. *Participatione activa, & passiva Sacramentorum*: administratione scilicet, & receptione. 2. *Suffragiorum communium Ecclesiæ*: quæ videlicet à Clericis, tanquam Ecclesiæ ministris, pro fidelibus efferunt. 3. *Indulgentiarum*. 4. *Communicatione in divinis Officiis*, ita ut non possit audire Missam, nec divinis Officiis publicis assistere. Tenetur tamen Clericus excommunicatus, si sit in sacris aut beneficiatus, Officium privatim, & submissa voce recitare, se abstinendo ab aliis verbis: *Dominus vobiscum*. 5. *Electione ad beneficia, & jurisdictione Ecclesiastica in foro exteriori*, & ideo si est Episcopus, non potest valide excommunicare. Item fructibus beneficii, ac pensione; non tamen fructibus patrimonii, cum non sit beneficium Ecclesiasticum. 6. *Sepultura Ecclesiastica*. 7. *Communione forensi*, seu civili, & humana cum aliis fidelibus: *vid. num.* 3321.

Quia

4344 Ligatus igitur excommunicatione minori, tolerando ministros peccat: quia Sacramentum Eucharistiæ ministrat; sed non fit irregularis, Mastrius ibi.

4345 Mortaliter peccat Sacramenta recipiendo, nisi ignorantia excuset; sed valide recipit, excepto Sacramento Pœnitentiæ; nam ante id recipiendo gratiæ increatæ, & deletivæ dolorem, & disp[illegible] et gratiam [illegible] non curet ab excommunicatione absolvi; [illegible] servabit reatum.

Item, si ligatur ad dignitatem, *de beneficio*, electio est valida; quia in illam capax non apponitur obstaculum; sed potest per [illegible] Juris tenetur, Mastr. ibi n. 36.

4346 Excommunicatio minor incurritur per [illegible] [illegible] excommunicatus, [illegible] [illegible] & petens à [illegible] Curia fuerit absolutus absolvi.

4347 Excommunicatio minor incurrit post [illegible] venialis, ut dicit [illegible] major est [illegible] [illegible] gravissima; [illegible] [illegible] [illegible]

clesiam, nisi ad prædicationem audiendam, Fagnanus *in l. 5. c. Responso, de sentent. excomm. nn.* 1, & 7. & Leander *de censuris tract. 2. disp. 7. n.* 7. & 8. qui idem de ingressu ad orandum, oratione tamen privata, minime oratione publica, quia in hac cum aliis communicat, quod ei prohibetur. Item dummodo tunc Missa non celebretur, nec Officia divina peragantur.

4358 Pro excommunicatis toleratis, qui scilicet non sunt nominatim denunciati tales, nec sunt publici percussores Clerici, Navarrus cum aliis affirmat, non posse orare Oratione publica, & nomine Ecclesiæ, quia sicut non prohibemur communicare cum illis in divinis, ita neque pro illis Oratione publica orare. Unde tenet, eos non esse privatos suffragiis communibus;

Sed probabilius dico cum communi, eos esse privatos suffragiis communibus, & proinde non posse pro illis Oratione publica orare, quia Conc. Constantiense edidit Extravagant. *Ad vitanda* (ut dictum est) *in commodum, & gratiam fidelium non excommunicatorum*, minime in gratiam ipsorum excommunicatorum; adeoque disposuit, fideles posse communicare cum illis, etiam in divinis, ne paterentur incommodum recedendi a Sacro ob excommunicati tolerati præsentiam; nolunt autem ipsos excommunicatos in aliquo directe relevare, aut effici, si fideles pollent pro illis Oratione publica, aut privata, sed nomine Ecclesiæ, orare. Intentio Extravagantis ex ipsis verbis *num.* 4356. relatis; unde liquet ex ipsis verbis *num.* 4356. relatis; unde sicut fideles non poterant ante Extravagantem publica Oratione, aut privata, sed nomine Ecclesiæ, pro illis orare; ita nec possunt.

4359 Loquendo vero de Oratione privata, licite possumus pro excommunicatis tam toleratis, quam non toleratis, orare. Ita tenet communis, & praxis desumpta ex pietate Ecclesiæ, quæ dum excommunicatos a fidelium communione excludit, intendit eos suffragiis communibus, minime privatis, privare. Imo docent Doctores, quod in *Memento* possit Sacerdos pro illis orare, non ut Minister Ecclesiæ, aut ejus nomine, sed ut privata persona, & nomine proprio; quia licet *Memento* sit pars publici Sacrificii, non prohibetur Sacerdoti in eo orare privatim, & nomine proprio, pro quibus ipse voluerit. Idem dicunt de aliis publicis precibus, si orans intendat orare ut privata persona, & nomine proprio, minime nomine Ecclesiæ.

4360 Demum in casibus recensitis, in quibus non licet orare, peccatum mortale est orare [nisi ignorantia excuset] ob irreligiositatem, & irreverentiam erga Deum, contra cujus voluntatem oratur: *vide tom.* 3. *n.* 239.

4361 Cum excommunicato tamen vitando concederetur fidelibus posse licite communicare in quinque casibus, hoc expressis versu

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Utile, significat utilitatem spiritualem ipsius excommunicati, admonendo, ut resipiscat; aut utilitatem temporalem ejus, quem illo communicat, v. gr. petendo debitum solutionem: *Lex*, significat obligationem reddendi id, quod illi juste debetur; sic uxor debitum illi reddit, & debitor ei debitum solvit: *Humile*, subjectionem: sic excusantur filiifamilias, uxor, servi urbani, aut rustici: *v. tom.* 2. *num.* 41. *Res ignorata*, ignorantia; *necessitas*, quæ est duplex, una juris, aut facti excusat: *Necessitas juris*, significat necessitatem spiritualem, aut temporalem notabilem, sive ipsius excommunicati, sive alterius; hinc potest quis ei graviter indigenti victum dare, & in casu hac necessitate ab illo eleemosynam petere. *v. nn.* 3245.

4362 Sub necessitate comprehenditur vis, & metus gravis cadens in virum constantem: hinc nanque excusat ab incursione censuræ: *v. n.* 43.

4363 Extra quos casus, qui communicat cum excommunicato vitando, incurrit in excommunicationem minorem, ita ut si communicet in divinis, peccet mortaliter; si in civilibus, venialiter: *vide tom.* 3. *a number.* 345.

In divinis, seu in sacris communicaret, qui cum eo se immiscet in recitando Officio divino, in audiendo Sacro, in Processione, & aliis publicis Officiis divinis. Quid autem tunc est agendum, dictum est *in tom.* 3. *num.* 34.

At in Concionibus tolerari posse etiam non toleratum, ait Clericatus *cap.* 148. *n.* 18. *cap.* 31. *quæ Episcopus q.* 3. *cap.* 11., *can., de sentent. excomm. in* 6.

4364 Qui cum excommunicato excommunicatione majori vitando communicat in eodem crimine, propter quod est excommunicatus, incurrit eandem excommunicationem minorem, similiter refetvatam, si illa est reservata, & dicitur participare in crimine criminoso; talis est, qui cum excommunicato, quia restituere non vult, cum illo communicat, suadendo, ut non te-

stituat, & in communia conferendo.

4365 Communicans cum excommunicato excommunicatione minori, etiam denunciato, remittendo illi Sacramenta, petendo mutuatur, vel simili, crediturus illorum. Non peccat ab eo recipiendo; quia excommunicatus non excommunicatur minori, licet non possit Sacramenta ecclesiæ petere, petenti ea administrare, *ut* n. 4343.

4366 Qui debitor, an obligatus sit eum admonere, & demonstrare; non autem ei suam culpam, quia se excusaret petendo ei injuriam irrogando. Tenetur autem orare, si de peculiari fidelitate adhuc servabilem, & sic non libere conferri cum Confessario, de qua dubitat, an sit excommunicatus minori ritu, cum eum tutus ratent fidelibus, reliquum fidelitatem omittere non potest: *v. num.* 4347.

Ex excommunicato minori lucrari potest ob peculium castrense, *ut in num.* 3240. Ex communicato vero majori licet non potest sine culpa mortali, quia est pœna gravissima, unde eius materia ad peccatum mortale.

4367 Excommunicatus ex communicatione minori, veram tolerans, si Sacramenta recipiat, vel alia administret, potest mortaliter, & subest irregularitatis incursui, non tamen, si ignorantia, & metus, ut Lugo, *de sacr. disp.* 20. *n.* 60. Ignorantia, aut metus excusat a culpa, & pœna Ecclesiastica, non autem a culpa mortali, & pœna Ecclesiastica, quam incurrit ex ipsis verbis *num.* 4372.

4368 Excommunicatus ex communicatione minori, tollitur, sed talis Sacramenta recipiat; excepta Sacramentali Pœnitentiæ, *ut in n.* 4355.

4369 Item illicite (ut dictum est) Sacramenta administrat, vel recipit, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod valide administrat, & recipit, ut dictum est, excepto autem casu, quando non (excepto articulo mortis) a non tolerato, aut ex publica peccatrice Christi; quod Sacramentum Pœnitentiæ, quod administrator per modum judicis, expellat in Missione ab ejus divinis, qua excommunicatus non tolerans, aut publicus percussor Clericis, ut privatus.

4370 Excommunicatus excommunicatione minori, etiam tolerans, non potest valide ad ordines, & beneficia pervenire; & si pervenerunt, ipsa sit nulla, non tenetur ea dimittere, quia ignorantia excusat a culpa, & pœna, sed non impedit defectum conditionis requisitæ ad jure ad valorem actus.

Casibus hactenus facta in excommunicatione, non comprehenduntur excommunicationes latæ per abbreviatorem ab excommunicatione; sed licentia non erit dubia, controversia a pœnitente omittere, vel differ per tres menses a S. Pœnitentiaria pro gratia beneficii revalidationis, quam pro facilitate, Matrim. *dif.* 39. *n.* 55.

4371 Beneficia privata ante excommunicationem latam, non privatur ante declarationem, aut sententiam, quod ex jure decisum ipso facto privatum, ob illa *n.* 4380.

Idem dicendum de fructibus beneficii ante excommunicationem percepti, si per se, aut per Vicarium fuerint officium quæ ex divinis pœnis percepti non est communicare cum beneficiato, Sanch. Vasq. & alii apud Molinam, qui pariculariter potat cum Sanchez, & Tolet., quod teneatur fructus reliquos ante latam sententiam.

4372 Valide autem beneficia alia exercet excommunicatus, si est tolerans, ob Extravag. *Ad vitanda* supra *n.* 4357. *in fine*, si autem non tolerans, unde tunc possidet de facto injuste absque aliqua colorata declaratione contra beneficiatum, & restituere tenetur, ut *Quia ignorantia, ut non* apud eos. Pasta, *decisione Prælat.*

Si excommunicatus actus pontificalis, quos excommunicatus adhuc exercet in aliis, sunt invalidi, si non sit tolerans; utilis tamen hic, & ibi tolerantia, ob necessitatem Ecclesiæ, ex quibus ipse, quod dictum in fascem, & formulam aliorum Ecclesiæ non permittit, & tolerat, infringens communicationem cum illa de peculiari Sacramentorum, beneficiorum, &c. ab eo, sufficiens justificationem illi exigenti ad ea valide conferenda.

4373 Excommunicatus est privatus communione fidelis, vel fidelium; absque non potest fructus percipere, aut judex, Tutor, Actor, Procurator, Notarius, &c. ex quorum officiis odium, & pœna ipsi irrogatur; nisi is sit tolerans, tunc major valide judex adhæretur, ita illorum, a non excommunicatis, aut declaratis exercet ad utilitatem materiæ, infantes, & alia genitalia, & damna, ex regulariter dictum est in aliis de Missa.

4374 Contractus facti ab excommunicato non mortuo, pura restitutione, hæreditate, &c. & fuit sine ob eo ratione publici officii, v. g. Notarii, Tutoris, Curatoris, &c. sunt invalidi, *ex cap. Pervenit, de sen-*

le, & contumacia. Ratio est; quia talis excommunicatus est privatus officio, & beneficio; adeoque caret jurisdictione, atque inde ejus contractus sunt invalidi. Sunt autem validi, si sint ab eo contracti, ut persona privata, *ex cap. Cum inter, de exceptionibus in 6. & ex cap. Si vero, de sent. excomm.* Quia nullo jure contractus ab excommunicato, etiam non tolerato, ut persona privata celebratus, reputatur irritus.

4375 Imo repetitur oppositum; nam ex communicatus non toleratus valide matrimonium contrahit, *ex cap. significasti*. Valide Professionem Religiosam emittit, *ex cap. Cum illorum, de sent. excom.* Valida est donatio ab eo facta, *ex cap. Inter dilectos, de donationibus*. Ita est dicendum de aliis contractibus. Malinius *ctr. num.* 56. qui idem docet in confectione testamenti; tam activa, quam passiva, nisi excommunicationem incurrisset ex eo, quia hostiliter infecutus sit Cardinales, *cap. Felicis, de pœnit. in 6.* aut nisi sint hæretici, vel eorum fautores, & receptatores, si per annum in excommunicatione permanserint, *ex cap. Excommunicamus, de hæreticis in 6.*

4376 Ex his pro majori dictorum claritate summarie habetur, quod septem sint effectus privationis excommunicationis majoris.

Primus est privatio communionis, tam activæ, quam passivæ Sacramentorum, ut *in n.* 4348. *& à n.* 4367. *ad* 4369.

4377 Secundus est privatio communium suffragiorum Ecclesiæ, *ut in n.* 4348. *& à n.* 4357. *ad* 4360.

4378 Tertius est privatio usus divinorum Officiorum, ita ut excommunicatus non solum careat eorum fructu, sed neque possit sine mortali illis interesse, etiam si sit toleratus: nisi ignorantia, aut necessitas vitandi scandali, aut alia justa causa excuset, ut in *n.* 4348. *à n.* 4356. *ad* 4360.

Sub hoc effectu comprehenditur privatio sepulturæ Ecclesiasticæ; hæc autem affert excommunicatum non toleratum, Mastr. *cit. n.* 52. qui habet, (Demum excommunicatus non toleratus post mortem sepultura Ecclesiastica privatur, *ex cap. Sacris, de Sepulturis, & Clementina 1. eod. titulo*; quia æquum est, ut ait ibi Pontifex, ne communicemus defuncto, cui non communicavimus vivo; quod si decesserit cum signis contritionis, etiam post mortem à censura absolvi poterit, & tunc in loco sacro sepeliri, si secus in loco facto sepultus est, & non absolutus, debet exhumari, *ex cap. sic* si ab aliis corporibus discerni possit; quod si discerni nequeat, non est exhumandus.)

4379 Quartus est privatio beneficiorum, & eorum fructuum, *ut à num.* 4370. *ad* 4372. *& num.* 4348.

4380 Quintus est privatio jurisdictionis Ecclesiasticæ externæ, ex pluribus juribus apud Mastrium *cit. n.* 54. Actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, quibus excommunicatus privat, sunt ferre legem, vel judicium, sive in foro contentioso, sive pœnitentiæ, dispensare, delegare, Indulgentias concedere, licentiam ad aliquod munus Ecclesiasticum exercendum dare, &c. qui actus sunt invalidi ab eo exerciti, si non sit toleratus, *ut in n.* 4371. *&* 4373.

4381 Sextus est privatio communicationis forensis, vel judicialis, etiam sæcularis, *ex cap. Decernimus 8. de sent. excomm. v. a n.* 4373. *ad* 4375.

4382 Septimum est privatio externæ communicationis politicæ, & civilis fidelium, per modum commercii, societatis, & conversationis, ita ut excommunicatus non possit cum aliis communicare, etiam si sit toleratus. Alii vero non possunt communicare cum ipso, si non sit toleratus; bene vero si sit toleratus, *ut a n.* 4356. *ad* 4360.

4383 Effectus remoti excommunicationis majoris sunt. 1. Irregularitas, *ut in n.* 4367. & infra. 2. Quod si quis insordescat in excommunicatione per annum, sit suspectus de hæresi, & contra eum possit a S. Tribunali procedi, ex Trid. *sess* 25. *c.* 3. *ut in tom.* 2.

De absolutione ab excommunicatione, de causa efficiente, &c. dictum est supra de censuris in genere.

QUÆRES I.

4384 *An laicus non confœderatus possit ab excommunicatione, seu à censuris absolvere, saltem in articulo mortis?*

PRæmittendum est, regulam esse, quod qui potest ligare, potest & absolvere, *cap. Inferior, dist.* 21. *l. Qui condemnare, ff. de re judic.* Posse autem Summum Pontificem de potentia saltem extraordinaria, & absoluta, seu de plenitudine potestatis, delegare, & committere laico potestatem ferendi censuras, tenet Leander *de cens. tr.* 1. *disp.* 2. *& tr.* 2. *disp.* 17. cum innumeris Doctoribus; quia ipse solus potest facere laicos capaces rerum spiritualium, ac proinde jurisdictionis spiritualis. Imo idem tenet de fœminis; quia Ordo Clericalis solum de jure Canonico est requisitus ad potestatem ferendi censuras: unde ad ferendum censuras non est necessaria Clavis Ordinis, sed jurisdictionis. Consequenter concluditur, posse Summum Pontificem de plenitudine potestatis committere laico, imo

fœminæ, ut ab excommunicatione, & censuris absolvat.

4385 Hoc autem primum nobis refert; quia difficultas non est speculativa, & metaphysica, sed realis, & practica; unde procedit non de eo, quod de potentia absoluta, sed de eo, quod regulariter, de facto, & secundum jura neri potest; ac proinde

4386 Dico, laicum non confœderatum non posse in articulo mortis à censuris absolvere, Leander *cit. tr.* 2. *disp.* 17. cum innumeris apud ipsum, quia ex nullo jure constat, quod Summus Pontifex hanc facultatem absolvendi à censuris concesserit laico saltem pro tempore articulo mortis, sed potius constat oppositum. Nec id est contra pietatem Ecclesiæ; quia censura ratione sui non impedit gratiam, & animæ salutem, *ex n.* 3123. Insuper auferri potest post mortem, ex *n.* 4327.

QUÆRES II.

4387 *An Clericus confœderatus possit à censuris absolvere in articulo mortis?*

CErtum est, quod Clericus prima tonsura initiatus possit censuris ligare; quia potest jurisdictionem spiritualem habere, puta si [illegible] ar à Generalis; unde Clerico confœderato potest delegari, & committi potestas absolvendum censuris, sic pariter ad absolvendum ab illis, Leander *cit. tr.* 1. quam *tr.* *n.* 4535.

Imo sicut potest ligare censuris non solum pro foro exteriori, verum etiam pro foro pœnitentiæ, seu interno conscientiæ; ita & absolvere, si ad id jurisdictionem habeat seu committionem. Quia tamen non potest a peccatis absolvere, cum ad hoc requiratur potestas Ordinis Sacerdotalis, *ex tom.* 1. 182. sequitur, quod à sola censura posse absolvere, minime à censura, & peccato, Leander *tr.* 2. *cit. qu.* 4. Quæ absolutio facilater potest a Clerico confœderato præcheari: quia absoluto a censuris potest, imo debet præmitti ad absolutionem a peccatis, *ex n.* 4325. & simul dari potest extra Sacramentum, His præmissis,

4388 Dico, Clericum prima tonsura initiatum non posse in articulo mortis à censuris absolvere, etiam si nullus sit præsens Sacerdos, Leand. *cit. tr.* 2. *disp.* 17. *q.* 6. Probatur; quia Clericus confœderatus non potest à censuris absolvere, nisi ex speciali commissione, aut delegatione, in jure autem nulla habetur talis specialis commissio, nec delegatio pro articulo mortis, sed potius oppositum; nam Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. quamvis de pietate Ecclesiæ in articulo mortis omnem reservationem tollat, & approbationem in Confessario non exposcat, Sacerdotes tamen exprimit his verbis: *Atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolvere possunt.*

QUÆRES III.

4389 *An nominatim publice denunciatus in uno loco, sit vitandus in alio loco, ubi non est sic denunciatus?*

CAstropal. apud Tamb. *tom.* 2. *p.* 266. *n.* 16. tenet, nullam esse obligationem hic vitandi, sive publice; sive occulte, illum, qui alibi sunt publice denunciatus, quando hic occulte scitur, sed solum quando scitur publice; quia post Conc. Constan. excommunicatus non est vitandus, nisi sit publice denunciatus; by *publice* autem non solum respicit locum, ubi ille fuit denunciatus, sed etiam locum, ubi Fideles inveniuntur, quando vitare illum debebunt.

4390 Probabilius est, quod etiam alibi sit vitandus, publice tamen, si scitur publice; occulte, si occulte, Avila, Vasquez, & alii apud Tamb. *cit. n.* 12. quia per publicam denunciationem factam in uno loco, amisit ille jus ad famam in omni loco, & ut talis fuit denunciatus pro toto orbe: *v. n.* 2659. Et licet ex hoc sequatur, quod ubi scitur occulte, deberet vitari publicè, hic tamen rigor fuit mitigatus à Clem. III. *in cap. Cum non ab hominе*, ubi disponitur, quod publicus excommunicatus viteur publice, occultus occulte.

QUÆRES IV.

4391 *An pueri usum rationis habentes ante annum pubertatis, nempe annum 14. teneantur censuri, & pœnis?*

AFirmant de latis à jure, & negant de latis ab homine, Azorius, Vasquez, & alii apud Tamb. *in meth. Com. c.* 4. *§* 2. *n.* 11.

Quoad omnes autem ligari, negant Sà, Fagundez & alii, qui ex *c.* 1. *& c.* 2. *de delictis puerorum*, pueri infra annum 14. simpliciter eximuntur à pœnis: & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. De Papa: *v. n.* 3566.

4392 Ex qua 2. sententia sequitur, puetos Clericos motus pugnis, &c. se percutientes, non incurrere excommunicationem: *Si quis suadente*, ut *n.* 3586. Imo nec censuras Bullæ Cœnæ, & consequenter nec dictorum casuum Cœnæ reservationem; quia in Bulla Cœnæ casus non est reservatus, nisi cum excommunicatione conjunctus: 2. *to.* 2. *à n.* 286.

DE

DE SUSPENSIONE.

4393 SUspensio *est censura, qua Clericus a quo Ecclesiasticæ functiones, sibi convenientes, exercere prohibetur*. Est triplex. 1. *Ab officio tantum*, hoc Ordinis, sive jurisdictionis. 2. *A beneficio tantum*, videlicet ab administratione, & fructibus beneficii percipiendis. *Ab officio, & beneficio simul*. Item alia est *ab officio in totum*, ut cum quis suspenditur ab omni usu sui officii, & omnis suspenditur ab omni usu sui officii, & omnis suspenditur ab omni usu sui officii, & hic nec actum Ordinis, nec jurisdictionis exercere potest; adeoque non potest celebrare, nec valide excommunicare, &c. Alia est *in partem*, ut cum quis suspenditur ab audiendis confessionibus: hic potest alia sacramenta administrare.

4394 Insuper alia fertur *ad tempus præfixum*, & hæc absolutione non indiget; sed elapso tempore cessat. Alia *indefinite*, hoc temporis præscriptione, & hæc durat, donec per absolutionem tollatur. Alia est *pœnalis*, quæ fertur in punitionem, & vindictam delicti commissi; & hæc non est censura, sed pura pœna. Alia est *medicinalis*, qua emendatio delinquentis intenditur; & hæc est proprie censura. Denique alia est à *jure*, alia ab *homine*, *ut in n.* 4350.

4395 Qui suspensionem violat exercendo actum, a quo est suspensus, peccat mortaliter, nisi levitas materiæ excuset. Insuper si exerceat solemniter actum Ordinis Sacri, a quo est suspensus, puta celebrando, solemniter cantando Epistolam, &c. incurrit irregularitatem; non sic si exerceat actum jurisdictionis, nisi in aliquo imponeretur etiam irregularitas.

4396 Nemo tenetur sub morali vitate suspensum, etiam non toleratum, sed solum cum eo non cooperari ad actum, à quo est suspensus; unde qui audit Missam suspensi, non peccat saltem mortaliter, nisi interviat; quia nullum extat præceptum de non communicando cum suspensis in his functionibus, à quibus toti suspendi, sicut datur de non communicando cum excommunicatis vitandis; sed solum prohibetur jure naturali, & divino cooperatio cum suspenso in delicto, & malo usu ministerii; quatenus cooperari peccato alterius est intrinsece malum.

4397 Omnes, qui possunt excommunicare, possunt suspendere; sed non omnes, qui possunt excommunicari, possunt suspendi; nam soli Clerici possunt suspendi: *v. n.* 3057.

4398 Clericus suspensus est ubique suspensus, nisi suspensio sit restricta loco particulari. Suspensus à beneficio non potest valide ei ius ad ipsum beneficium. Episcopus suspensus à Pontificalibus potest celebrare Missam privatim, Canonicus suspensus a beneficio potest interesse Capitulo, & dare votum ad eligendos alios Canonicos. Suspensus a beneficio, si fructus exigat, non incurrit irregularitatem; si fructus exigat, non incurrit irregularitatem; sed peccat mortaliter, & tenetur eos restituere: *v. n.* 4371. Mastrius *disp.* 13. *a n.* 86

4399 Totum Capitulum, & Universitas Clericorum potest suspendi, ad differentiam excommunicationis, quæ non nisi contra personas particulares potest infligi, Mastrius *ex.*

4400 De causis excusantibus à suspensionis incursu, & de eo, qui potest ab illis absolvere, discurre, ut de censuris *n.* 4332. & 4339. A suspensionibus reservatis Papæ, si fiant occultæ, potest Episcopus absolvere, ex Trident. *sess.* 24. *de refor. c.* 7. *ut in n.* 3314. Suspensum à Divinis sub condicione, *donec satisfecerit*, satisfactione posita, non indigere absolutione probabile putat Mastrius *ex. n.* 103. sicut dictum est de suspensio ad tempus determinatum, *ia n.* 4394.

DE INTERDICTO.

4401 INterdictum *est censura prohibens usum divinorum officiorum, aliquorum sacramentorum, & Ecclesiasticæ sepulturæ, qua talis est*. Dicitur *qua talis est*, quia excommunicatio eodem usu privat, in quantum est communicatio cum fidelibus; suspensio vero, in quantum usus ille est exercitium Ecclesiasticæ potestatis.

4402 Hinc excommunicatio major licet contineat suspensionem, & interdictum, hoc materialiter se habet, sicut numerus quaternarius continet ternarium, & binarium: non formaliter, quia habent diversas diffinitiones & rationes formales, insuper excommunicatio est pœna gravior, quia pluribus bonis privat.

4403 Interdictum igitur ab excommunicatione differt; quia excommunicatio ultra plura, quibus privat, privat etiam humana & politica communicatione; non sic interdictum, unde interdicti non sunt vitandi: *v. n.* 4339.

Insuper excommunicatio non nisi contra personas particulares, & nocentes potest infligi: interdictum vero etiam contra communitatem, & innocentes: contra innocentes tamen fertur indirecte, & per accidens; quatenus in communitate directe interdicta morantur. Et hoc pacto sæpe innocentes damna sine culpa, sed non sine causa patiuntur, ut liquet in casu belli justi. Ita recte tenuit Matthæucci *tom.* 2. *p.* 111. *n.* 23.

A suspensione differt; quia suspensio non privat omnibus, quibus privat interdictum, ut constat ex eorum effectibus, & definitionibus; sed aliquibus, & ut procedunt à potestate Clericali, unde solos Clericos ligat; interdictum verò ligare potest tam Clericos, quam laicos.

4404 Interdictum est triplex, *locale*, quod immediate locum afficit, *personale*, quod immediate personas, & *mixtum*, quod immediate locum, & ejus incolas. *Locale* differt à *personali*; quia in eo usus divinorum Officiorum, Sacramentorum, &c. tum incolis, tum advenis prohibetur, non absolvitur, sed solùm in loco interdicto. In hoc verò certis personis aut communitati prohibetur, absolvitur, & in omni loco.

4405 Item interdictum tam locale, quàm personale, aliud est *generale*, quo locus generalis, ver. gr. Civitas, Diœcesis, Regnum, Communitas interdicitur; & hoc ligat omnes illius communitatis, etiam innocentes: Aliud est particulare, quo locus particularis, aut personæ particulares interdicuntur, non ut membra civitatis; sic quando interdicitur aliqua Ecclesia ob delictum in ea, aut ab ejus ministris commissum.

4406 (Interdicta civitate, interdicuntur etiam suburbia; & interdicta Parochia, etiam facellum, vel cœmeterium contiguum, quia accidentium sequitur naturam sui principalis. Interdicto populo, non interdicuntur illi, qui non sunt pars populi, ut Judices, Clerici, peregrini, &c. nec interdicto Clero, interdicuntur Religiosi, quia in favorabilibus tantum, non odiosis, nomine Clerici comprehenduntur: si dicatur, *Cives, v. gr. Panormitani sunt interdicti*, ii nihilominus possunt interesse divinis;) nisi tamen desinant esse illic Cives, nec causam dederint interdicto (contra vero, si Civitas interdicta subjiciatur, licet civibus, aut incolis, qui causam interdicto non dederunt, absque re, & illic interesse divinis.) ita Busemb. *de censuris cap.* 4. *dub.* 1.

4407 Interdicto toto populo unius Civitatis, intelliguntur interdicti tam nocentes, quàm innocentes, hoc cum discrimine, quòd nocentes, licet ab ea Civitate discedant, remanent interdicti; innocentes vero, si abs suum domicilium transferant, statim sunt absinterdicto liberi. Mastrius *disp.* 13. *n.* 110.

Examen Ecclesiast.

EFFECTUS INTERDICTI

4408 (SUnt tres. 1. Prohibitio divinorum Officiorum, videlicet Sacrificii Missæ, Notarum Canonicarum, quæ publicè cantantur, benedictiones solemnes, & alia, quæ publice in Ecclesia a ministris ad divinum cultum sunt; unde etiam interdicti ob alienam culpam sacro interesse non possunt.

Clerici verò, & Religiosi, quando ipsi interdicti non sunt, possunt, ac debent, ut ante, Missas, & divina Officia celebrare, sed innuis clausis, non pulsatis campanis, voce submissa, & exclusis interdictis, ut in *c. Alma Mater.*

Permittitur tamen, ut in festis Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Virginis, quibus additus fuit à Martino V. dies festus Corporis Christi cum octava, & à Leone X. dies festus Conceptionis ejusdem B. Virginis, tempore interdicti generalis, Missæ, & divina Officia publice, & solemniter celebrentur, januis apertis, cum campanarum sonitu, admissis quoque interdictis, qui causam interdicto dederunt; modò illi non appropinquent Altari, nec veniant ad Offertorium, vel Communionem exclusis tamen excommunicatis.) Mastrius *disp.* 13.

4409 Quod privilegium est de interdicto locali generali, minime de locali specali, nec de personali, etiam generali; quia in his nihil est innovatum in jure novo *in cap. Alma Mater*; sed remanet rigor juris antiqui de Bonifacio VIII. unde in Ecclesiis specialiter interdictis, in quibus Eucharistia asservatur, solùm licet semel in hebdomada celebrare Missam pro renovanda Eucharistia, & ea conservanda pro infirmis.

Tempore interdicti possunt pulsari campanæ ad excitandum populum pro salutatione Angelica.

Item ipsi interdicti possunt licitè ingredi Ecclesias orationis causa, dummodò tamen divina Officia non celebrentur. Insuper possunt per pulsum campanæ convocari ad concionem, ut ad correctionem induci valeant. Matthæucci *tom.* 2. *par.* 111. *num.* 12. *vide num.* 4337.

4410. 2. *Prohibitio activa, & passiva aliquorum Sacramentorum*, excepto *Baptismo*, & *Confirmatione*, quæ possunt solemniter ministrari etiam ipsis interdictis, & in loco interdicto, quia sunt Sacramenta necessitatis.

Sac. Pœnitentiæ, quia pariter est necessitatis, ministrari potest similiter in gravis interdicto etiam locali, & personali, exceptis

cepissiis cui fuerunt causa culpabilis interdicti, nisi prius satisfecerint.

Sacra Eucharistia, tempore interdicti ministrari non potest, nisi in articulo mortis per modum viatici; & cum debita solemnitate, atque sine modo viatici in probabili periculo mortis, videlicet in periculoso partu, &c. ut in n. 3357. *Extrema unctio*, omnino prohibetur, secluso extremo necessitate, in qua mori bonus alia Sacramenta suscipere non potest.

Sacramentum Ordinis, tempore interdicti, nec potest licitè ministrari, nec recipi. *Matrimonium* non suspenditur in loco interdicto, & inter personas generaliter interdictas; bene verò solemnis benedictio sponsorum. At si ipsi sunt culpabiles, & specialiter personaliter interdicti, non possunt licitè, bene autem validè matrimonium contrahere, si sint contumaces; idque speciali titulo; quia scilicet ponunt obicem gratiæ per Sacramentum recipiendæ: *v. n.* 3378. Phœbus *tib. 4. cit. 17. n. 16.*

4411 3 (Prohibitio Ecclesiasticæ sepulturæ, iis qua comprehenduntur instantes, & amentes. Excipiuntur Clerici, qui in interdicto locali, si nominatim interdicti non sunt, nec interdictum violarunt, possunt cum silentio sepeliri, Busemb.)

4412 Qui violant interdictum, si sint laici, peccant mortaliter, recipiendo Sacramenta contra interdictum personale; si autem violent interdictum locale, audiendo, v. gr. divina officia, peccare venialiter, ait Busemb. *cit.* dummodò ipsi personaliter interdicti non sint: ipsi vero laici, si cogant celebrare divina officia in loco interdicto, vel vocent interdictos, ut illis intersint; aut prohibeant, ne ipsi interdicti à celebrante moniti exeant; insuper & ipsi interdicti, si post monitionem exire recusent, incidunt ipso facto in excommunicationem majorem Papæ reservatam, ex *Clem. 2. de sent. excomm.*

4413 Clerici, & Religiosi utriusque sexus violando interdictum, peccant mortaliter. Imo Clerici violantes interdictum quodlibet per actum Ordinis sacri, incurrunt irregularitatem, sicut violando alias censuras: habetur ex *c. 11, cit. de sent. excomm. in 6.*

4414 Interdicere possunt, qui excommunicare, & suspendere. Pro interdicto personali requiritur culpa mortalis. Pro locali, vel generali in communitatem, peccatum valdè grave cum contumacia commissum à capite, vel præcipuis membris, licèt reliqui culpa vacent.

Interdicta localia, & personalia generalia, quæ jure communi sunt imposita, nec reservata, possunt tolli ab Episcopo, vel alio habente jurisdictionem in communitatem interdictam, non tamen à Religiosis privilegiatis; quia locus & communitas foro pœnitentiæ non subjiciuntur. Ab interdicto juris personali particulari si reservatum non est, quivis approbatus potest absolvere: Ita Illsem.

4415 In privilegio absolvendi ab omnibus censuris, non includuntur facultas tollendi interdictum locale, aut personale generale; hæc verò interdictum personale particulare à jure latum, non ab homine; quia hoc ab eo, qui tulit, tollitur.

Pro Privilegiis Regularium quoad interdictum, quantum ad pluies effectus, sepulturam suorum, & festivitates proprietorum Sanctorum: Vide Marc Magnum Sixti IV. pro Prædicatoribus Bullam 7. & pro Minoribus Bullam 6. de anno 1474. in tom. 1. Bullarii, & fusiùs in Bullario Rodr. pag. 153. Cavillit. 48. Pauli III. *Licet debitum*, in Bullar. Bullam 29. Leonis X. *Cum Sancta* in Bullar. Rodr. pag. 314. Bullam 4. Clem. VIII. *Sacræ* 17 Octobris 1595. Dianam *part. 3. tr. 2. resol. 135.* Matthæucci *in Officiali Curiæ com. 2. pag. 109.*

CESSATIO A DIVINIS

4416 Proprie nec est pœna, nec censura, sed (simplex prohibitio Ecclesiastica, qua Clerici, seu Ministri Ecclesiæ prohibentur persolvere publicè divina officia, ministrare aliqua Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, in signum gravissimi mœroris ab Ecclesia concepti, propter gravissimam injuriam sibi, aut honori divino illatam, ut injuriantes resipiscant, & Ecclesiæ læsa satisfaciant.) Leander *de pœnis tr. 3. cum Com. ex cap. Quaromis, de verb. signif.* ubi interrogatus Innoc. III. de numero censurarum, respondit esse tres; excommunicationem videlicet, suspensionem, & interdictum.

Hinc violans cessationem à divinis, sive particularem, sive generalem, peccat mortaliter; sed cum irregularitatem non incurrere consequenter docet Leander *cit. qu. 7. & 8.* cum D. Anton. Seto. Navar. Toleto, Suario, & aliis.

De censuris, fusè agunt Pagnanus *in Decretalibus sub propriis titulis*, Pithieg. *lib. 5. tit. 37.* Phœbus *à tit. 14. ad 17.* Mastr. *disp. 23. q. 1. ad 4.* Leander *tom. 4. de censuris.* Tamb. *tom. 2. lib. 10. tit. 1. & 3.* Gobat *in expos. tr. 3. 7. & 8. pluribus in locis*, Joann. Dicastillo *de sacram. tr. 10. à d. p. 1. ad 5.* Ant. à Spir. S. *de censuris tr. 11.* Matthæucci *in Offic. Curiæ t. 1. ..... cap. 7. n. 107.* Mendo *in suis tractat.*

CA-

CAPUT II.

De Pœnis Irregularitatis.

IRREGULARITAS

4417 *Est impedimentum canonicum, susceptionem primæ tonsuræ, Ordinum minorum & sacrorum, & susceptarum usum impediens*; non autem in ordine ad reliqua Sacramenta.

Alia est ex delicto, alia ex defectu, Alia totalis, & propriè dicta, quæ omnis Ordinis susceptione, & suscepti exercitio privat, ut homicidium, & bigamia. Alia partialis, quæ alicujus tantum usu privat, vel solo ascensu ad Ordinem superiorem. *v. gr. oculus, vel palma carens, inhabilis est ad Sacerdotium, non ad confessiones audiendas: & Dimanus oculo sinistro carens, inhabilis est ad Sacerdotium, potest tamen in suo Ordine ministrare*, Busemb.

4418 Irregularitas graviter illicitat Ordinum susceptionem, & susceptorum exercitium; sed non invalidat.

Ut incurratur irregularitas ex delicto, requiritur actus externus consummatus, & mortalis. Irregularitas vero ex defectu contrahitur sine culpa: quia est a jure imposita ob indecentiam, quam talis, vel talis defectus affert Sacro Altari, & ministerio.

4419 Irregularitas nulla incurritur, nisi sit expressa in jure, *ex cap. 2. quæ de sent. excomm. in 6.* unde in dubio, sive juris, sive facti, tenere potes, quòd non sis irregularis; quia melior est conditio possidentis: excipitur tamen dubium de homicidio voluntario à te commisso, quia est expressum in jure. Hinc si positivè dubites, te occidisse, negative verò dubites, te non occidisse, censeri debes irregularis; minime, si probabiliter putes, te non occidisse, licet aliquam formidinem habeas de opposito, quia erit opinio probabilis, quæ non est expressa in jure. Dixi, *dubium de homicidio*, non de mutilatione, quia sola mutilatio, & non dubium de ea, est expressa in jure.

IRREGULARITATES SUNT 15.

His contentæ versibus, *ubi numeri referuntur ad numerum se*[illegible], *in quibus irregularitates singillatim explicabuntur.*

EX DELICTO SEPTEM

6. Hæreticus. 1. Raptitium iterans. 7. Mutilans. 8. Homicida.

5. Famosus. 2. Violans censuras, unde ligatur,

4. Improbe suscipiens, 3. & tractans Ordinis sacra.

EX DEFECTU OCTO

6. INfamis. 3. Bigamus. 2. Mutilus, 8. Illegue cruentus.

1. Neophytus. 7. Obstrictus. 3. Nothus. *Nothus*

4. Puer. 1. Atque Idiota.

2. Obsessus. 1. Demens. 1. Lunaticus.

2. Hermaphrodita.

IRREGULARITATES ex Delicto.

442. Sunt septem. 1. Incurritur *propter baptismum*, sero, & scienter iteratum, tam a rebaptizante, quàm à rebaptizato, *cap. Ex literarum, de apostatis, & reiterantibus baptismi.* In rebaptizante impedit solùm, ne ad altiorem Ordinem possit ascendere, & non incurritur, si rebaptizatio sit occulta. Non incurritur ex reiteratione Confirmationis, quia non est expressa in jure.

2. Ex *violatione censuræ*, ut si excommunicatus, interdictus, vel suspensus actum Ordinis solemniter exerceat; sit inhabilis ad illius Ordinis exercitium, *cap. Si quis Episcopus, &c. 3. cap. Is qui, & cap. Illorum, de sent. excomm. in 6. v. n. 4167.*

3. Si Clericus furiò, & scienter *exercens solemniter actum Ordinis, quem non habet cap. 1. & de Cler. non Ordin.* ut si Diaconus, & maximè laicus Missam celebret, &c. Non incurrit, qui exercet actum jurisdictionis, quam non habet, ut si Sacerdos absque licentia confessiones excipiat, licèt peccet mortaliter.

4. Ex mala Ordinum susceptione, ut si quis Ordinatus sit in excommunicatione, suspensione; aut ab Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto, hæretico denunciato, seu non habente jurisdictionem, vel Ordines furtivè susceperit, *ut in tem. 3. in*

Ordines furtivè suscipere dicitur: *Qui ab Episcopo ordinandi scientia, & voluntate, non vocatus, nec legitimè examinatus, vel admissus, cum aliis Ordinandis se tegens, vel nomen alterius approbati usurpando, vel alium in examine sub suo nomine supponendo, & sic vocatus accedit.* Hæc irregularitas impedit ascensum ad Ordines.

Qui excommunicatione, aut suspensione ligatus suscipit Ordinem sacrum: nam suspensionem incurrit; at non incurrit irregularitatem per hoc, quòd in Missa Episcopi, in qua ordinatur, Epistolam, aut Evangelium solemniter canat. Quia *quod solemne exercitium Ordinis suspensum reddat irregularem*: intellige de exercitio Ordinis extra actum

Hh 2 susce-

IRREGULARITATES ex defectu

4427 SUnt octo. 1. *Ex defectu animæ*, Irregulares ex jure sunt, 1. ob defectum usûs rationis, perpetuò amentes, lunatici, arreptitii, epileptici. (Si reperiantur antè ordinati, & per annum eo morbo non laborarunt, permittitur illis exercitium Ordinum, quia præsumuntur liberati. Si vero laborent raro sine clamore, & notabili indecentia, permittuntur celebrare cum adjutore assistente, qui sacrificium suppleat, si illi deficiant.) Ita Azsilelin *in tom. 2. pag. 870. 2. Illiterati*, qui scientia ad talem Ordinem requisita carent. 2. *Neophiti*, hoc est recenter ad fidem conversi, donec judicio Episcopi sint sufficienter instructi.

Sub hoc defectu comprehendi possunt absentes, qui namque vinum non bibunt, si tales sint, ut illud bibere non possint sine periculo in celebratione, puta vomitus, &c. non debent ad Ordines promoveri; unde antequàm ad Ordines admittantur, debent super eo probari.

4428 *Ex defectu corporis*, irregulares sunt. 1. Cæcus, surdus, & similes, ad Ordinis exercitium incapti. 2. Qui caret pollice, indice, aut medio sinistro, seu Canonem non videt; qui tamen dispensatione non indiget, si oculo dextero sine indecentia Canonem legere possit. 3. Si adsit notabilis deformitas, ut quis Ordinem exercere, v. gr. Missam celebrare non valeant sine notabili indecentia, & aliorum risu, aut horrore, ut si careat naso, auribus, si sit notabiliter gibbosus, leprosus, si claudus, et nequeat, sine baculo ad Altare accedere, si totali calvitie capitis, & oculorum laboret; præsertim si sit juvenis.

Irregularis non est, qui sex digitos habet, aut aliquos conjunctos, si notabilem deformitatem non afferat, nec sit impedimento ad exercitium Ordinis, Busemb. *n.* 4248.

Universaliter quemlibet defectum corporis, qui non reddit patientem inhabilem ad Altaris ministerium, & exercitium Ordinis, vel qui affert ex se deformitatem notabilem, talem tamen, ut possit faciliter studio, & arte tegi, irregularitatem non inducere, docent Venereus *in exam. Epist. d. 1. c. 22. n. 3.* Diana *p. 4. tr. 2. resp. 73.* Tamb. *tom. 2. l. 10. tr. 4. cap. 8.* Leander *de pœnis tr. 2. disp. 2.* Quia Sacri Canones nil aliud intendunt, nisi expellere ab Altari notabiliter deformes, & inhabiles.

In dubio, Episcopi est judicare, an deformitas, vel defectus sit ita notabilis, ut irregularitatem inducat. Plura vide *apud eumd.* 4484.

44 . 3. Ex *defectu natalium*, irregulares sunt illegitimi, sive naturales sint, sive spurii: *Filius naturalis* est, qui est natus ex liberis; *spurius*, qui est natus ex adulterio, incestu, aut sacrilegio. Filii naturales legitimari possunt ex jure. 1. Per subsequens matrimonium ratum inter eorum parentes, dummodò tempore conceptionis, aut nativitatis potuerint valide inter se nubere. 2. Per professionem in Ordine Religioso, per quam tamen legitimantur quoad Ordines, minimè quoad Dignitates, seu Prælaturas, ad quas nec intra, nec extra Ordinem sine dispensatione promoveri possunt.

. Filius, quòd filius ligati intra simplicis castitatis, aut Clerici in sacris non constituti, vel Novitii, qui tamen vota solemnia non emisit, legitimatur per subsequens matrimonium; quia ejus parentes tempore conceptionis, aut nativitatis, poterant valide nubere, quamvis illicitè. Quod est verum, etiam si parentes nollent; quia non possunt efficacium Sacramenti impedire.

E contra filius furiosi non legitimatur per subsequens matrimonium; quia ejus parens non poterat valide nubere. Idem dic, si ejus parentes ob aliquod impedimentum dirimens non poterant tunc valide nubere. Mendo *eod. Filius*.

Si filius conceptus, aut natus tempore, quo parentes poterant valide nubere præmoriatur ad matrimonium subsequens, & relinquat filios, illi illius parentum nepotes legitimantur per subsequens matrimonium, Mendo *eod.* quia succederet in jure patris.

Sperell. *dec. 174. num. 20.* apud Matthæucci *tom. 2. pag. 142. nu. 59.* ait, quòd filius natus post mortem viri decimo mense expleto, & undecimo per tres, aut quatuor dies incæpto, computando à die, quo vir coire poterat, legitimes præsumitur.

Expositi, infantes scilicet à parentibus clam projecti Hospitalibus, aut aliis, habendi sunt pro legitimis ex jure Can. Canonico, & civili, & ex Bulla Gregor. XIV. anno 1591. *v. n.* 2046. *& n.* 39.

4430 4. Ex *defectu stratis*, de qua *in tom. 1. n. 21. & n. 101.*

4431 5. Ex *defectu Sacramenti*, seu significationis matrimonii, ratione bigamiæ, quatenus bigamus, utpotè qui carnem suam divisit in plures uxores, non repræsentat *perfectè* unionem Christi cum Ecclesia.

Bigamia, est matrimonii multiplicatio; est triplex: *Vera*, *interpretativa*, *& similitudinaria*. *Vera* habetur, quando quis baptizatus plura

matrimonia valida successivè contraxit, & consummavit, quia tunc vere carnem suam in plures divisit.

Interpretativa habetur, quando quis matrimonium validum contraxit, & consummavit cum virgine, vel cum violata ab alio, vel cognovit suam uxorem, quæ cum aliquo adulteravit: tunc etiam ita se gerit, ut interpretetur, quod plures uxores habuerit.

Similitudinaria habetur, quando quis constitutus in Sacris, aut in Religione professus matrimonium contrahit, & consummat cum quacumque etiam virgine; hic enim per votum solemne contraxit matrimonium spirituale; & similitudinarium cum Christo; unde matrimonium contrahens, & consummans evadit similis ei, qui carnem suam in plures divisit: hæc triplex bigamia ex jure irregularitatem inducit.

4432 6. *Ex defectu bonæ famæ*, quando quis contraxit infamiam; quod dupliciter contingere potest. 1. Sine culpa, ratione artis vilis, quam exercet, cui ex jure est annexa infamia: tales sunt histriones, circulatores, mimi, comœdi, filii publicæ meretricis, &c. 2. Ex delicto notorio, & publico, cui est annexa infamia, ut in n. 4420. 1.

Damnati ad triremes sunt infames: hinc ortum est vulgare dictum: *A remo nibus ad Altaria non datur regressus*. Lezana *tom. 1. cap. 16. n. 32. v. n. 4473.*

4433 7. *Ex defectu libertatis*, irregulares sunt mancipia, curiales, videlicet Judices, Advocati, Procuratores, Milites, Thesaurarii, Depositarii publici, Tutores, Curatores, dum actu talia munera sæcularia exercent.

4434 8. *Ex defectu lenitatis*, seu mansuetudinis, quæ fuit in Christo, qui in mulierem in adulterio deprehensam mortis sententiam proferre noluit, & pro suis Crucifixoribus Patrem oravit, incurritur etiam sine culpa ex homicidio, aut mutilatione voluntaria in bello justo, aut judicio.

Hinc irregulares sunt Judices sententiam sanguinis profetentes (Summo Pontifice excepto) mortis scilicet, aut mutilationis: Notarii eam scribentes, accusatores, testes, Advocati, Procuratores, ministri justitiæ, & omnes, qui ad mortem, vel mutilationem active, efficaciter, & proximè, per actionem ex natura sua ad eam ordinatam, cooperantur, morte, aut mutilatione secuta. Judex autem, & alii Ministri hanc irregularitatem non incurrunt, nisi, dum ea faciunt, sint baptizati: nam si ea fecerint ante baptismum, non consideratur in eis defectus lenitatis, cum tunc non fuerint membra Christi. Non requiritur autem, quòd reus, contra quem fertur sententia, sit baptizatus: quia defectus lenitatis consideratur in agente; unde ex justo homicidio mors aut mutilatio irregularitatem induxit in Judice, & Ministro justitiæ baptizato. Leander *de censuris* 3. *disp.* 7. *q.* 11. & 12. Ant. à Spir. S. *de censuris tr.* 12. *disc.* 5. *sect.* 8. *n.* 1. *num.* 104.

4435 Irregularis est Confessarius, qui litteram urget ad mortem non accelerandam; vel qui ipsum reum impellit, ut scalas ascendat, ut caput securi præbeat; vel qui Judici petenti in particulari respondet, hunc esse morte plectendum.

44 . Item, qui patibulum adaptat, & qui ligna fert ad comburendum hominem vivum: quia istæ sunt actiones efficaciter, & proximè, & ex natura sua ordinatæ ad mortis executionem: irregularis non est, qui ligna fert ad comburendum hominem jam suffocatum.

4437 E contrà irregularis non est Confessarius, aut Theologus, qui interrogatus, an reus mortem mereatur? Judici respondet: *Non habendum esse respectum personarum; sed circa illum suo munere fungi debere*. Nec ficarnifici dicat: *Nemo te impedit suum facere officium, ergo tutum facis*.

4438 Nec Confessarius, qui absolutionem denegat Judici nolenti secundùm leges reum morte punire, si ad id sub mortali teneatur, dummodò tamen generaliter loquatur, ut puniat juxta leges, & uti in conscientia teneatur ob Reipublicæ bonum, quia hoc pacto directè nullius determinatæ personæ mortem consilit. Ita Matthæucci *tom. 2. pag.* 137. *num.* 43. ex Cabassutio *lib.* 5. *cap.* 20. *n.* 17.

4439 (Nec Clericus (ait Innemb.) qui in bello justo ad fortiter pugnandum, & hostem repellendum hortatur: fœtus si ad hunc, vel illum in particulari occidendum. Sic pariter excufatur timpanilla, & tubicen.)

4440 Nec qui ligna, lanes, gladios, &c. construit. & lictari vendit, quia sunt actiones remotæ, aut non ex natura sua ad mortem ordinatæ.

4441 Irregularis est, qui militat in bello justo aggressivo, ex defectu lenitatis, ex *cap. Clerici. & cap. Quicumque, quæst. ult.* Dixi *in bello justo*; quia si erit injustum, irregularitas erit ex delicto, nempe ex homicidio voluntario.

4442 At in bello justo defensivo laici, qui hostem invadentem, aut muros Urbis oppugnantem, in Religionis, Patriæ, sui, & suorum defensionem occidunt, non sunt irregulares: quia est homicidium inculpatæ tutelæ, ut in *n.* 1098.

Clerici vero irregulares sunt, si laici non deficiant, sed sufficiant, Gobat *tr.* 8. *casu* 17. *fol.* 2. *append.* 2. quia respectu eorum tunc non adest necessitas inevitabilis, & sic cessat moderamen inculpatæ tutelæ. Non sunt autem irregulares, si laici deficiant, aut non sufficiant; quia tunc eorum actio est ad defensionem necessaria, & inde adest moderamen inculpatæ tutelæ.

4443 Irregularitatem incurrit Chirurgus suæ artis imperitus si ex ejus incisione aut adustione mors sequatur, *cap. Tua nos*, §. 1. Secùs, si sit peritus, & omnem diligentiam adhibuit, *cap. De sepulturis* 13. 4. 5. Nec Medicus physicus, si omnem diligentiam adhibuit, *cap. Ad aures, de clerico, & quadruplatore*. Tunc namque in Chirurgo (etiam si mors ex abscissione sequatur) non deest lenitas, cùm ejus intentum sit abscindere partem, ut totum conservetur: *n. n.* 4426.

Sed hæc irregularitas ex Chirurgia, cùm supponat imperitiam, propriè est irregularitas ex delicto, ut in *n.* 4426. *v. n.* 4468.

DE MUTILATIS.

4444 QUotuplex distinguitur, cum Matthæucci *Curæ tom.* 2. *n.* 63. *ad* 66. Vel quis sponte se mutilavit, seu causam mutilationis procuravit: vel fuit ab alio mutilatus, sive casu, sive ex justa causa, puta infirmitatis, sive ex injusta vi, seu persecutione.

Si primum, evadit irregularis, nedum ex defectu, sed ex delicto mutilationis, ut in *n.* 4420 ? Quia nemo est sui corporis, suorumque membrorum dominus, ita ut neque possit alijus eorum abscissioni consentire (nisi id totius corporis, aut membri principalis conservatio exposcat, *cap. Si quis* 21 *3. dist.* 55.) neque in sua membra sævire. Et sic ab Ordinum exercitio removetur, etiam si mutilatio sit partis membri, *c. Si quis tantum, dist.* 55. quia, ut notat Glossa *ad cap. Significavit, de corp. vitiat.* in hac facto non tam consideratur defectus, quàm sævitia, & mala voluntas: *v. n.* 4502.

4445 Eadem ratione *in cap. Si quis* 21 *dist.* 55. decernitur, ut non fiat Clericus, qui sibi virilia amputavit, aut amputari permisit, etiamsi causa continentiæ, aut Dei obsequii egerit; quoniam non facto, sed Religione est querenda castitas. Glossa *in cit. cap. Significavit.* Ita Matthæucci *cit.*

Qui idem ampliat ad eum, qui se permittit castrari ob vocem musicam. Hunc tamen non esse irregularem, docet Gobat *in experientia tr.* 8. *casu* 17. *à n.* 683. quia relati Canones expresse loquuntur de eo, qui se castrari fecit, aut permisit ex sua culpa, videlicet ex indignatione, aut indiscreto castitatis zelo; minime de eo, qui id egit ob vocem musicam. Et probabilis esse id licere, docent plures graves Doctores relati in *n.* 407. Irregularitatem autem non incurri, nisi sit in jure expressa, dictum est in *n.* 4419. Probabilius tamen est, hunc esse irregularem, sic Leand. *de poenis tr.* 2. *disp.* 2. *qu.* 17. quia vere & voluntarie ad sui membri mutilationem sine necessitate concurrit.

4446 Hic autem, cui sunt amputata virilia, si dispensationem obtineat, ut promoveatur ad Ordines, non tenetur secum deferre testiculos in pulverem redactos, dum Missam celebrat, Leander *cit. qu.* 61. cum Com. quia hoc nullo jure dispositur, sed est error vulgi.

4447 Si secundum, videlicet si sine sua culpa fuit ei membrum abscissum, non evadit irregularis, si membrum amissum non sit tale, ut usum Ordinis impediat, aut notabiliter deformitatem afferat. Tale non est, si sint abscissa virilia. Tale erit pro Sacerdotio, si fit abscissus digitus necessarius ad Eucharistiæ tractionem. Tunc autem irregularis erit ex defectu corporis, ita ut si abscissio contingat ante assumptos Ordines Sacros, non possit ad illos promoveri; si contingat post Sacerdotium assumptum, non possit Missam celebrare; potest autem in aliis Ordinibus & Officiis ministrare, pro quibus nec impeditus, nec deformis est.

CLERICUS

4448 NOn potest esse accusator in causa sanguinis, *c. Sicut Sacerdos* 2. *qu.* 7. nec testis, *cap. Testimonium* 11. *qu.* 3. nisi ad innocentis liberationem, & ex sui Superioris licentia: alioquin irregularis evadet. Idem dic de Religioso.

4449 Clericus jurisdictionem obtinens temporalem, non fit irregularis, si causam sanguinis alteri deleget, dummodò non mandet, ut illum morte puniat; sed solùm injungat, ut inquirat veritatem, & providens de justitia, *in cap. Episcopus* 23. 6. *pag. mihi* 123. *alibi* 3. *tit.* 14. *ne Clericus, vel Monachus*, his verbis (Licet Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen, cùm jurisdictionem obtinent temporalem, debent & possunt,

sunt, meru irregularitatis ecclesiæ, aliis delegare.) Et Glossa ibi.

Hinc in Regno Siciliæ, si in jurisdictione temporali præsideat Prælatus Ecclesiasticus, causa sanguinis occurrente, non utitur solito ritu (Excellentia sua provideat, & mandat, ut Tribus suspendatur,) sed mutato (Excellentia sua provideat, & mandat, ut Tribunal M. R. C. inquirat veritatem, & provideat de justitia.)

4448 Personæ Ecclesiasticæ tradentes Curiæ Sæculari delinquentes refugiatos in suis Ecclesiis, in casibus expressis à Greg. XIV. relatis à n. 638. in quibus immunitate non gaudent, nullam irregularitatem incurrunt, aut censuram: v. n. 690.

4449 Gubernator Urbis Romæ, & Ministri de ejus mandato executores in causa sanguinis, mortis, aut mutilationis irregularitatem non incurrunt. Leo X. *in constit. 8. Et si pro custodum* §. 15.

4450 Clericus aliquem accusans in causa homicidii, aut alterius delicti, quod mortem meretur; ut irregularitatem vitet, mortis, aut mutilationis accusati secutæ, debet priùs protestationem præmittere, se non intendere, ut reus pœna sanguinis puniatur; sed solùm, ut sibi, vel suis satisnat, & provideatur, ne contra se, aut suos, talia de cætero fieri præsumantur.

4451 Hanc protestationem requirit Canon *cap. 2. de Homicidio in 6.* ad defectum lenitatis purgandum: & eam concedit ut privilegium Clericis, ne si Clerici (ut ipse textus) metu irregularitatis conqueri de suis malefactoribus non auderent, detur plerisque occasio eos trucidandi, aut ipsorum bona depraedandi, Bonac. Busemb. hic, Pirhing. *in Comp. l. 5. tit. 12.* §. 2. Quæ protestatio (ut rectè advertit Matthæuc. *tom. 2. pag. 137. n. 34.*) operatur, ut dicantur agere civiliter, quia non accusant de crimine in ordine ad mortem, sed ad reflectionem damni recepti, ac ad cautelam, ne iterùm ab eo aut similibus malefactoribus damnum recipiant.)

4452 Et sufficere, tenet Arauxo *tom. 1. q. 4. n. 10.* etiam si animus internus non esset verè, respectu mortis; quia licèt tunc talis accusatio esset ficta respectu actus efficacis interni mortis, est tamen vera respectu affectus ineffacacis interni non mortis, & operationis efficacis externæ; quia talis protestatio operatur, ut accusatus non moriatur, aut mutiletur ex vi accusationis illius; quia ex vi illius jam reverà accusator protestatur se non deponere querelam criminaliter, sed civiliter, uti suprà.

4453 Eadem ratione Clericus tradens Judici sæculari, aut ejus Officiali furem, etiam cum signis ad eum convincendum, irregularitatem non incurrit, licèt officialis occidat, aut mutilet, si dictam protestationem præmittat. Bagnanus *in l. 3. cap. Ad a —— 21. de homicidio, ex cap. Tuas nos*, §. *ad ultimum & cap. Postulasti.*

JUDEX ECCLESIASTICUS DEGRADANS

4456 CLericum morte dignum, & brachio sæculari tradens, irregularis non est; quia per talem actionem non applicat reum positive judicio mortis, quod utique esset principaliter, efficaciter, & proximè ad mortem cooperari; terminus enim talis actionis non est mors, sed solùm exclusio à statu, & foro Clericali.

4457 Confirmatur; irregularitas namque hæc non incurritur, nisi per influxum physicum, aut moralem proximum in homicidium, aut mutilationem; in re autem nostra Judex Ecclesiasticus non dat jurisdictionem Judici laico in talem reum: quia ex se illam habet in Clericum degradatum. Nec inducit illum per se, & proximè ad pœnam sanguinis, nisi tantùm remotè, & valide per accidens, quatenus illum de tali crimine convictum permittit, ut à brachio laicali capiatur, & judicetur.

4458 Unde (ut rectè advertit Arauxo *cit. n. 4.*) verbum illud, *tradiris brachio sæculari*, nil aliud est, quàm remotio prohibentis, idest privatio Clericalis privilegii in Clerico, & in laico dimitto, seu relaxatio personæ; quod declarat Innoc. III. *in cap. Novimus, de verb. signific.*

4459 *Ut Clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium grave, non fatum damnabile, sed damnatum, fuerit degradatus ranquam exutus privilegio Clericali, sæculari foro per consequentiam applicetur, cum ab Ecclesia foro fuerit projectus ejus est degradatio celebranda sæculari potestate presente ad pronunciandum eidem cum fueris celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi curiæ sæculari, &c.*

4460 Nec obstat, quòd textus loquatur de Clerico; quia etiam ob identitatem rationis procedit de laico; nam sicut Judex Ecclesiasticus, relaxando Clericum, non tribuit jurisdictionem Judici laico, quia hic ex se jurisdictionem habet in Clericum degradatum: ita potiori jure relaxando laicum, quia pariter Judex laicus ex se jurisdictionem habet in illum.

4461 Attamen, quia remittiene, & relaxatione, sive Clerici, sive laici judici sæculari, remote, & per accidens occasionem præbet mortis, & sic videtur à lenitate Christi deficere, adhuc debet recensitam protestationem præmittere, qua omnis defectus lenitatis (si quis sit) purgetur: liquet ex *dicto cap. Novimus.* per hæc verba: *Pro quo tamen debet Ecclesia* (videlicet Judex Ecclesiasticus) *efficacer intercedere, ut citra mortis periculum, circa eum sententiam moderetur.*

Ubi particula *debet*, innuit, talem protestationem esse præceptum, idque ad majorem securitatem, & omne irregularitatis periculum amovendum: ita Arauxo *cit. n. 8.*

4462 Ex dictis sequitur, quòd Judex Ecclesiasticus, si completo processu, & data sententia, puta carceris, criremium, &c. contra Reum putatum Clericum, pro delicto, quod apud laicos mortis punitur, reperiat eum esse laicum, & causa non sit sui juris: tunc debet à judicio illo desistere, uti Judex incompetens; & suo legitimo judici laico talem Reum in suo judicio de delicto convictum, & confessum remittere, recensita protestatione præmissa, ex qua irregularitatem vitabit, si mors sequatur.

4463 Nec inde irregularis erit Clericus restis, quia coram eo Judice Ecclesiastico testificatus reperiatur, 1. Quia cum a Judice Ecclesiastico non agatur causa sanguinis, non dicitur testis in causa sanguinis, 2. Quia protestatio purgando defectum lenitatis in Judice Ecclesiastico, Reum per se convictum remittente, purgat totum actum; eo maxime quia illius testificatio non influit in sententiam sanguinis postea a Judice laico latam; fuit namque coram Judice Ecclesiastico, minimè coram Judice laico, 3. Quia Judex Ecclesiasticus, Reum remittendo legitimo Judici laico, non remittit processum fabricatum: quòd virtute illius ad mortem condemnet, sed novum formet.

4464 Et dato, quòd Judex Ecclesiasticus una cum persona processum remitteret, & virtute illius Reum ad mortem damnaret, solus Judex Ecclesiasticus, & non recensitus testis irregularis evaderet: quia solus Judex esset causa proxima, efficaciter influxiva in linea mortis. Justitiæ in mortem: minime testis, quia talis depositit coram Judice Ecclesiastico, quid quem non agitur causa sanguinis. Quòd autem postea ex remissione facta processus, testis illius depositio influxerit in mortem, per accidens se habet testis, & præter ejus intentionem, adeoque nullo pacto irregularis evadit.

4465 Inquisitores ex Privilegio Pauli IV. 29. Aprilis 1557. ad favorem fidei concessa, & confultores ex eodem privilegio pro eis à S. Pio V. expenso, pollunt absque praedicta protestatione Reos fidei per sententiam declaratoriam criminis condemnare, & brachio sæculari tradere, Arauxo *cit.* & Ant. à Spir. Sanc. *de Censuris tr. 2. disp. fect. 6.* §. 1. *n. 114.* Quibus dit: (Quod verum est, etsi Inquisitores illent judicem sæcularem; ut sententiam mortis contra hæreticos exequatur; quia etiam ad id extendit Pontificium privilegium Majolus *l. 5. irregul. cap. 10. n. 5.* & alii communiter.)

Quia tamen quatuor quæsita, quæ proponit, & resolvit P. Tamb. *in sum. 2. lib. 10. tr. 4. cap. 15. sum in* §. 13. *à nu. 36. ad 42. & quæ sum in* §. 10. *n. 21. 41.* valdè dicta firmant, & dilucidant, ea tibi relero.

PRIMUM,

4466 *An Episcopus possit sine irregularitate dare licentiam Judici laico exhumandi ab Ecclesia corpus occisi, ut constet de corpore delicti, & ad formandum processum?*

P. Diana *p. 4. tr. 2. ref. 85.* resolvit, ut sequitur: (Retponset negative Julius Lavorius in suis variis elucubrationibus, *tit. 2. cap. 7. num. 31.* quia ad incurrendam irregularitatem ex defectu perfectæ lenitatis requiritur, quòd actus qui fit, sit causa proxima, & directa in mortem, vel mutilationem; non autem causa remota, ut ex Navarro *c. 21. n. 21.* & Avila *de cens. p. 7. disp. 5. fect. 2.* docet Turianus *de cens. lib. 9. disp. 66 dub. 3.* Sed in nostro casu actus ostendendi cadaver occisi, est remotissimus, & suapte natura non directus ad mortem, vel mutilationem; & Episcopus nihil operatur, sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationes: ergo, &c. & ita hanc sententiam præter Lavorium docet etiam in terminis, ut dici solet, terminantibus, doctus Aloysius Riccius in praxi *tit. 1. ref. 433.* & ita practicatum fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana tellatur M. Antonius Genuensis in praxi *cap. 41. n. 10.* & ita etiam docet Venereus *in Exam. Episc. lib. 2. cap. 23. num. 19.*

4467 P. Tamb. *cit. inquit*, Posse sine metu irregularitatis dictam licentiam concedere ajunt nonnulli, ut Venereus *in exam. Episc. l. c. 30. n. 26.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 2. p. 3. num. 11.* Lavorius *vat. tom. 2. tit. 2. c. 7. n. 31.* & *c. 13. n. 37.* Diana *p. 4. tr. 2. ref. 36.* alios citans: addunt aliqui debere: ita Lavor. *loc. cit.* Sed profecto si pereat cadaver, ut conster de corpore delicti, vel ad inquirendum contra personam indeterminatam; quis sciliçet delicti auctor fuit, omnes conveniunt, posse Episcopum licentiam concedere, quia id solùm esset quid remotum ad sententiam sortè mortis consecuturam. At difficultas vertitur, an possit quando

do cadaver reuniritur, ut confirmetur suspicio, vel completur probatio contra aliquam personam peculiarem. Sunt v. gr. indicia contra Titium; petitur vero corpus Petri interempti, ut videatur, an vulnus datum consentiat cum gladio, quem Ministri invenerunt sanguine aspersum apud delinquentem, vel quid simile. Et nihilominus quamvis antiquiores putaverint, tunc non posse Episcopum licentiam concedere, ne concurrat proximè ad processum sententiæ sanguinis contra personam determinatam; tamen ex prædicta doctrina, quòd irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi à Ministris justitiæ, sequitur, posse sine irregularitatis timore; quia totum, quod facit Episcopus, etiam positivè concedendo licentiam, non facit ut Minister justitiæ, puta nec ut accusator, nec ut testis in judicio criminali, &c.

Est tamen notanda monitio Congregationis Cardinalium super negotia Episcoporum, 12. Novembr. 1619. quæ apud Gavantum *in Man. Epis. n. Sepult. in Addit. n. ...* sic habet. *Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc, ut Laici fumant indicia in criminal bus.*

4468 Quòd irregularitas hæc ex defectu lenitatis non incurratur, nisi à Ministris justitiæ, videlicet ab his, qui ad deformationem, vel mutilationem hominis concurrunt instructi auctoritate publica, tenet Gobat *in Experientiis se b. cap. 7. à num. 688 ad 660.* quod firmat pluribus juribus, & Doctoribus Matthæucci *tom. 2. pag. 136. numer. 35. ex cap. Aliquantos dist. 51.* Tales sunt Accusator, Testis, Advocatus, Notarius, Satellites, Literæ, Carnifex, & similes; hi tamen omnes potestate à magistratu accepta ad deformationem concurrunt, & sic auctoritate publica. Hinc fit, ut testis inhabilis non sufficiat, nec admittitur, sed repellitur.

SECUNDUM.

4469 *Titius postquàm renunciavit curam Ecclesiæ Clericalem, delictum secit dignum commissi & fuit à judice laico comprehensus. An Episcopus à judice laico requisitus possit sine metu irregularitatis capram talis renunciationis Clericatus illi præbere?* Idem quæritur de copia degradationis verbalis.

Diana *tr. in fine* subdit (Notandum est etiam hîc, quòd *Genuensis*, ubi suprà, testatur in dicta Curia resolutum fuisse, posse concedi Curiæ sæculari copiam sententiæ depositionis, sive degradationis verbalis, & renunciationis habitus Clericalis alicujus Clerici inquisiti de homicidio in Curia sæculari, allegantis se esse Clericum, & Curia sæcularis negabat esse Clericum ob prædictam depositionem, & renunciationem: sed ut in supradictis cogita.)

Super dictis Dianæ P. Tamb. *cit.* prosequitur. Respondeo. (Diana *loc. cit.* postquàm visus est affirmasse, quòd possit, addit; sed tu cogita. Ego verò cogitarem, si prædictam hactenus doctrinam nescirem, vel eam improbabilem judicarem. Nunc verò, cùm videam Episcopum, vel ejus Ministros, tradendo copiam talis renunciationis, vel depositionis, non fungi munere Ministri justitiæ sæcularis; nec Accusatoris, nec Testis in judicio: censeo, probabile esse, quòd possint. Non ita esset, si traderent eidem Curiæ sæculari processum forte ab ipso Episcopo factum de homicidio commisso à Clerico: illum enim processum cùm fecerit Episcopus ut minister etiam ipse justitiæ; si deinde occideretur delinquens, concurrente quamvis solùm ex parte ejusmodi processu, nequaquam ab ipso irregularitas evitaretur.

TERTIUM.

4470 *An judex Ecclesiasticus possit sine irregularitatis metu judici Laico concedere quasdam Epistolas apud reum inventas, quibus idem judex Ecclesiasticus probaverat, dictum reum commisisse homicidium proditorium, adeoque immunitate non gaudere?*

Respondeo (ait Tamb. *cit.*) non posse. Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus dare utiliter non potest has Epistolas, nisi etiam det processum, seu partem processus, quo appareat, eas Epistolas inventas esse apud Reum: at omnes Doctores clamant, processum judici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, *ut suprà, n. 10. num. 11.* videmus. Lege Tanredi *p. 2. q. mor. tr. 1. & seq.* qui late hoc prosequitur, sed hujus nostræ solidæ rationis non meminit.

QUARTUM.

4471 *An judex proferens sententiam sanguinis contra delinquentem, incurrat irregularitatem, quando ad executionem tertio requiritur sententia alterius judicis?*

(Respondeo, esse distinguendum: si enim posterior judicis sententia utatur protestate, seu probationibus, seu sententia latâ à priore judice, quia tunc utrique concurrit ad mortem, inutque incurrit in irregularitatem: si non utatur, liber erit prior judex, & solus posterior in illam cadet; quia tunc prior judex nullo modo concurrit ad mortem. Non est igitur audiendus Henriq. *lib. 14. cap. 11. num. 5.* cui adhærent Avil. *de Censur. p. 7. n. 8. sect. 2. dub. 1.* qui in hoc casu priorem judicem liberat semper) *vide n. 4548.*

IRRE-

IRREGULARITAS TOLLITUR

4471 Quatuor modis. Primo per Baptismum: per eum tolluntur irregularitates ex delicto, puta homicidii, mutilationis, &c.

Item ex defectu lenitatis: *ut in nu. 4434* Non tolluntur irregularitates ex defectu durante, ut sunt ex bigamia vera, & reali, ex infamia: ex defectu animæ, corporis, libertatis, &c.

4473 Secundò, per cessationem causæ, seu defectus. Sic cessante infamia per publicam emendationem, aut defectu corporis, vel defectu ætatis, tollitur irregularitas. Et in obligato ad publica rationicinia, post rationes redditas cessat irregularitas, seu impedimentum, ut promoveatur ad Ordines.

4474 Tertio, per Professionem Religiosam; hic cessat irregularitas natalium, quoad Ordines tamen, minimè quoad dignitates, & Prælaturas: *v. n. 4484.*

QUARTO PER DISPENSATIONEM.

4475 Papa potest in omnibus irregularitatibus dispensare, Cum. quia irregularitas est de jure Canonico, suprà quod est Summus Pontifex, cum sit ejus legislator.

4476 Episcopus dispensare potest cum suis subditis, & in sua Diœcesi, in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, fuppletu, injusto, non casuali, sed ex proposito patrato: *ut in num. 3376.*

Potest dispensare in irregularitate ex mutilatione occulta; quia hæc in jure non excipitur. Quid sit occultum: *v. n. 3317.*

4477 Pro irregularitate ex hæresi occulta, dictum est *à n. 3338.* In irregularitatibus ex defectu, Episcopus solùm in bigamia similitudinaria dispensare potest, minimè in vera, ex Declar. S. Congr. Conc. apud Fagnanum *in lib. 1. Decr. cap. quoniam 13. de Constit. nu. 22* Nec in interpretativa.

4478 Posset tamen dispensare cum illo, qui linguam latinam parùm calleat. Item cum quovis illegitimo ad Minores Ordines, & beneficium simplex, etiam si habeat annexum curatum, docet Ant. à Spir. Sanct. *de irreg. tr. 12. disp. 3. sect. 12. n. 131.* cum Diana *p. 9. tr. 2. resol. 86. & par. 4. tr. 2. resol. 62.*

4479 Archiepiscopus non potest cum subditis episcoporum suffraganeorum dispensare, nisi in actu appellationis, quia tunc sunt subditi ratione appellationis;

480 Prælati Regulares possunt cum suis subditis dispensare in omni irregularitate, excepta ea, quæ oritur, 1. Ex homicidio voluntario injusto, non casuali, sed ex propo li o patrato, 2. Ex mutilatione pariter voluntaria, & injusta, ex proposito patrata, 3. Ex bigamia vera, & interpretativa. Unde possunt dispensare in simultudinaria. Constat ex juribus relatis *à n. 3375.* Et maxime ex verbis Bullæ Maris Magni Minorum Sixti IV. *incip. Regiminis.* Quibus conceditur facultas

[illegible] & Provincialibus Ministris dicti Ordinis, pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, dispensandi cum dicti Ordinis Minorum professoribus delictum natalium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, aut quavis alio nefario & illicito coitu provenientem, patientibus: nec non cum his, qui ex quavis causa, præterquàm homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum, irregulares sorent, postquàm Ordinem ipsum professi fuerint, ut defectu, & irregularitate hujusmodi non obstantibus, irregulares ipsi ad quoscumque etiam ad Sacros Ordines, promoveri, & in illis, etiam in Altaris ministerio, ministrare; & tam ipsi irregulares, quam delictum natalium patientes præ- ad quascumque administrationes, & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & assumi, illaque exercere, & exercere libere valeant, motu, scientia, & authoritate prædicta concedimus.)

4482 Idem conceditur in aliis Bullis Maris Magni Prædicatorum, & aliorum Mendicantium: Et quia ibi excipiuntur expresse aliqua irregularitates jam recensitæ, facultas ad dispensandum ampliatur in omnibus aliis: quoniam excepto firmat regulam in non exceptis. Ant. à Spir. Sanct. *cit. num. 333. & 334 ref. 69. & p. 1. tr. 12. ref. 1.* cum pluribus, qui ob eandem rationem idem docent de irregularitate ex defectu lenitatis. Matthæucci, *to Offic. Curiæ*

4483 Excipiuntur irregularitates ex defectu a, & ex defectu corporis, *à nu. 44[illegible]* recensitæ, defectu durante. Unde rectè ait Matthæucci *cit.* non posse Prælatos Regulares dispensare (cum suis subditis amentibus, furiosis, epilepticis, lunaticis, energumenis, enormiter leprosis; cum abscemiis, deformiter gibbosis, notabiliter claudis, & gallico morbo affectis; cum habentibus manos omninò illiteratis, & similibus: hujusmodi enim non possunt, nec decenter, nec congrue, Altaris ministerio defervire) *vid. num.*

4484 Insuper quamvis in recensita Bulla Sixti IV. concedatur Prælatis Regularibus,

nimirum Generali, Provincialibus, eorumque Vicariis; potestas dispensandi cum tuis subditis, quovis modo illegitimis, non solùm ad Ordines, verùm etiam ad Prælaturas; quoad Prælaturas fuit restricta à Greg. XIV. per Bullam *Circumspectæ*, hoc modo, ut talis dispensatio ad Prælaturas fieri non possit a Generali, vel Provinciali, nisi cum Capitulo Generali, vel Provinciali, seu intermedio Capitulo, videlicet cum Congregatione pariter Generali, aut Provinciali. Hæc sunt verba:

4489 (Volumus quoque, licere Generali, aut Provinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat juxta tenorem privilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo usu recepta, nec alias sub ullis revocationibus comprehensa sint, ut præfertur, in hac parte revalidamus; cum illegitimis, quos alias dictus Generalis, aut Provincialis, cum Generali, Provinciali, seu intermedio Capitulo (& non alias) suffragantibus meritis, dignos judicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes hujusmodi pro tempore ita factas, & inde secutas quascumque, ut antea, valere, & tenere perinde, ac si supradictæ Constitutionis emanassent.)

4490 Addit Matthæucci *in tom. 2. Offic. curat. cap. 148. num. 80.* semper excipi Generalatum, ad quem nullo pacto Religio cum illegitimis potest dispensare: idque colligit ex Constitutione *Romanus Pontifex* Innoc. XII. edita super facultatibus Majoris Pœnitentiariæ; & ex ea.

4491 Confessarii vero Regulares (quidquid ad favorem dicat Ant. à Spir. Sanct. *cit. num. 322. cum pluribus*) nullo pacto valent cum sæcularibus super irregularitatibus, sive ex defectu, sive ex delicto, dispensare, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *in num. 3464.* relata, ubi expressè id prohibetur. Et multo minùs possunt Confessarii sæculares.

4492 Per Bullam Crucitæ super nulla irregularitate potest dispensari, Com. quia per eam solùm datur potestas ad absolvendum à Censuris.

4493 Commissarium vero Crucitæ posse dispensare cum illegitimo habito ex matrimonio invalido ob impedimentum affinitatis ex copula illicita in primo, & secundo gradu: item in Bigamia similitudinaria, defectu lenitatis, & aliis, exceptis, quæ obtinuit, ex homicidio directe voluntario, hæresi, apostasia à fide, simonia, & mala Ordinum susceptione; tenent Anton. à Spir. Sanct. *cit. num. 334.* citans Dianam *par. 1. tr. 11. à resp. 110. ad 113.*

PRO DEFECTU CORPORIS,

4494 Et respective pro defectu animæ duo sunt attendenda.

Primum. Quòd benigniùs sit agendum super defectu post Ordinem susceptum secuto. Communis. Unde Banac. *disc. de irregul. qu. 2. par. 2. num. 25. & in compendio q. 2. de irregul. ex defectu*, inquit: (Multi tamen defectus reddunt hominem inhabilem ad Ordines suscipiendos, qui si adveniant jam susceptis, non reddunt hominem inhabilem ad usum illorum, ut amputatio pollicis, vel indicis in Sacerdote.)

4495 Secundum. Quod defectus corporis, qualis esset amissio oculi dextri, & quilibet alius, qui non reddit parientem inhabilem ad Altaris Ministerium, & exercitium Ordinis, vel qui affert deformitatem notabilem, talem tamen, ut possit faciliter regi, irregularitatem non inducit, ut communiter docent Doctores. Venerem *in Exam. Episcop. lib. 1. cap. 11. num. 3.* Diana *p. 4. tr. 2. resp. 83.* Bonac. *disp. 3 q. 2. p. 2.* Gabriel à S. Vincentio *de Censuris dis. 11. qu. 3.* Tambur. *tom. 2. lib. 10. tr. 4. cap. 8.* Leander *par. 5. de Pœnit. tr. 2. d.*

Et innumeri alii: quantum fundamentum est, quia Sacri Canones nil aliud intendunt, nisi expellere ab Altari notabiliter deformes, & inhabiles: & consequenter concludunt, quòd in casibus casibus, in quibus inhabilitas non habetur, & notabilis deformitas faciliter vitari potest, ac regi, irregularitas cessat; quoniam cessante materia legis, cessat & lex.

4496 Dictis non opponuntur Leander *cit. q. 43.* & Villalobos *tr. 1. disp. 34. nu. 11.* asserentes irregularem eum, qui caret digito pollicis, vel indicis; quia id asserunt lubenter præsta suppositione, quòd talis sit inhabilis ad hostiæ elevationem, ac fractionem, ut patebit eos perlegenti.

4497 Sed potiùs dicta fatentur textus Canonicus *in c. ultimo de corpore vitiato*, his verbis (Thomas Monachus proposuit, quòd cum in annis puerilibus esset constitutus, quædam balla ferrea super dexteræ labæ pollicem fortuito casu cadens, unguiam avulsit ab eo: Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendum Eucharistiam sit in pollice ipsa pollens, & aliud canonicum non obstitat, propter deformitatem hujusmodi non duritas, quin eum ad Ordinem promoveas Sacerdotii.)

4498 Hinc cùm casus contigerit, quòd Sacerdoti fuerit casu abscissus pollex sinistræ manus, ipse tamen (ut ex mine, & experientia compertum fuit) juvamine indicis sinistræ manus, qui vice sinistri pollicis aptum manubrium præstabat, faciliter hostiam frangebat, & sine deformitate elevabat: fui voti, quòd non esset à Sacerdotii usu removendus, & pontificali jure, 1. Quia defectus erat in pollice sinistro, qui tantum famulatur dextero, in quo virtus ad frangendum residet; & in casu Canonis defectus fuit in pollice dextero, 2. Quia in casu Canonis defectus accidit ante Ordinis susceptionem, in meo autem contigit post susceptum Ordinem.

4499 Idem dicerem, si pollex fuisset abscissus vi scloperi fracti in venatione à Sacerdote ipso tacta recreationis causa, & sine clamore.

4500 In hoc namque casu non potest dici, quod sit removendus à Sacerdotii usu, ut mutilator; quia cùm digitus non sit membrum, *ex n. 4424.* qui illum abscindit, non est mutilator.

4501 Nec ex vi capitis, *Qui parvam dist. 55.* (Qui partem cujusliber digiti sibi ipsi vellens abscindit, hunc ad Clerum Canones non admittunt) quia textus expressè loquitur de volente abscindere; nostet autem Sacerdos, etsi vellet operam rei illicitæ, nempe venationi Clericis prohibitæ, quamvis volens venatus sit, pollicem haud abscindit volens, non directe, ut est certum; nec indirecte, cùm non nisi per accidens, minime per se, & regulariter sic ex venatione pollicis abscissio secuta, ut dicuntur communiter Theologi de voluntario *n. 2124.*

4502 Adde, textum per illud verbum *Volens*, loqui de iniquè abscindente; *ut dixi in n. 444.* Et ponderat Del bene *tr. 5. sect. 22. num. 8.* Venetus *in Exam. Episcop. lib. 1. cap. 22. nu. 2.* & Brunatus *ex cap. 1. de Cleric. pugnantibus in Duello.*

4503 Dixi: Et *si deberet operam venationi*: quia alioquin esset Clerico venationem ferarum ob periculum, & indecentiam, licitam verò esse venationem avium, leporum, & similium, non clamorosam, sed modestam cum recreationis causa, docent Vener. *in Exam. Episc. lib 5. c. 25 n. 2.* Diana *p. 3. tr. 6. ref. 1.* Qui ait: illicitam esse Clerico venationem clamorosam, seu cum strepitu, & vocibus, *ex cap. 1. de Cler. Venat. & cap. sed. tit.* quam venationem clamorosam (addit) non esse mortale, si non sit frequens, sed raro fiat.

CASUS.

4504 ✝ *Quemis quidam Clericus Diœcesis A. ob infantiæ totale calvitium laborans, — prudè Clericali comam altiùs capillis rasis fibi adaptare, ab Episcopo Diœcesis B. vel consen (prout Ordinarii legitimè facultatem habentes) Monasteriis juri incumbunt. Tandem quæritur: An sit irregularis ex defectu corporis, ut ei præcludatur iter ad Ordines Sacros?*

Quamvis Doctores, de Irregularitate ex defectu corporis agendo, quamplura vitia enumerent, calvitium totale regulariter silent, quandoquidem etsi vitium irregularitatem inducens non censeri compertum esse debeat, si tantummodo sit quoad aliquam capitis partem; notabilem tamen deformitatem, & horrorem afferre, præsertim in juvene, si totale sit, quis non videt?

4505 Nihilominus dicerem, calvitium etiam totale, & in juvene, nullum horrorem afferre, cum assueti simus cernere homines incedere lotos omnò sine capillis, quales sunt Mahumetani, damnati extremibus; & alii multi, qui nec horrore in nobis afferunt, nec ad ritum nos provocant.

Id inquam dicerem, ni exemplum, utpotè [illegible] u, & hominibus per ius, aut iniuriæ plebis defumptum, valdè ineptum redderet [illegible] sacris Altaribus deputandis; cùm *in ex sacrorum, dist. 36.* dicatur (vitiosum nihil Deo prorsus offerri, regula præcepta sanxerunt.)

4506 Adde, valdè dispar esse exemplum, [illegible] toniam aliasi homines, quos omninò sine capillis inspicimus, cùm sua capita abradant, capillorum pilorumque vestigia offendunt, ideò non inducunt horrorem; non ita præfatus juvenis, quem capite prorsus mundo supponimus. Et hac ratione rejicitur Reli- [illegible] exemplum, quod à nonnullis Monachis posset desumi: in quo re non præteream [illegible] tenuam arte velle in Monachis ad honorem quod humana malitia in Petri capite voluit ad opprobrium.

Et iterùm adde, nos non esse assuetos sic mundos capite cernere sæculares Clericos juvenes, & quidem eos Altaribus ministrare non intueremur sine risu, aut horrore.

Quapropter satis rationabilis habenda est difficultas novissimè mota: An præfatus Clericus irregularis censendus sit? Pro cujus resolutione, quid sentiam, requisitus,

4507 Dico, præfatum Clericum irregularem non esse ex defectu corporis, ac proindè non esse [illegible] ater ad Ordines sacros. Colligitur ex Canonis [illegible] & ex constanti Theologorum doctrina.

Ra-

Ratio est, quia nullum adest caput irregularitatis ex defectu corporis. Ostenditur sic discurrendo: irregularitas enim ex defectu corporis, juxta communem Doctorum, ex triplici capite potest oriri: primò, ex defectu sexus virilis; secundò, ex defectu membrorum, aut salutis corporalis tali, ut reddat inhabilem ad ministrandum Altari; tertiò, ex defectu inducente notabilem deformitatem aut horrorem: dixi *notabilem*, quia si deformitas sit modica, irregularitatem non inducit, pro certo docet communis, *ex cap. Tua nos, de Clericorum aggressione*, & in toto titulo *de cor* [illegible]

4508 In re autem nostra ex nullo de dictis capitibus irregularitas oritur: non quidem ex primo, ut supponimus: nec ex secundo, quia membrum est pars corporis, quæ officium per se distinctum habet à cæteris, ut oculi, nates, &c. capilli autem, supercilia & cilia solùm sint ad ornamentum corporis, & nullam operationem per se distinctam habeant, pro certo membra non sunt, ac proinde nec mutilationis materia, ut docent cum communi Doctores citandi, neque patientem inhabilem reddunt ad exercitium Ordinum, & ministerium Altaris: *v. n.* 4424.

4509 Nec tandem ex tertio: quia deformitas, quæ ex capillorum defectu oritur, facillimè potest vitari per usum comæ clericalis confictæ, uti ea allatus juvenis utitur: ac proindè non censenda notabilis, & irregularitatem inducens.

Hæc illatio, præterquàm sit clara, demonstratur à fortiori ex communi Doctorum doctrina.

4510 Et Primo. Cæcus oculo, irregularis est: si autem notabilis deformitas non appareat, vel si appareat, & per artem sufficienter tegatur, irregularis non est. Leander *part. 5. de Pœnis Eccl. tr. 1. disp. 2. & in comp. fol.* 652. *num.* 1. Tamb. *com. 2. lib. 10. tr. 4. c. 8. §. 1. n. 2.* & apud ipsum, Nav. Hurt. Suar. Prap. Laym.

4511 Secundò. Carens auriculis, qui à casum defectus valde facilem deturpat, irregularis est, si tamen capillis facilitèr occultari possit defectus, irregularis non est. Leand. *cit. & in com. n.* 3. Tamb. *cit. n.* 8. Gabriel à S. Vinc. *de Confessis dis.* 11. *q.* 3. *n.* 82. Bonac. *disp.* 7. *qu.* 2. *punct.* 2. *n.* 8. Diana *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 73. *& in Summa, v. irregularitas ex defectu, n.* 19. & alii multi apud ipsos.

4512 Tertiò. Carens naso, vel illius parte, irregularis ex se est: quia quæ exigua deformitas est in cæteris membris, magis conspicua est in naso: si tamen aliquibus artis ope, carne, vel forma carne imitante, indecorus non appareat, irregularitatem effugere; Ita Tamb. *cit. n.* 19. qui idem vult esse dicendum de cicatrice, vel simili existente in vultu, aut gutture. Ita etiam Leand. *cu. in comp. n.* 6. Gabr. à S. Vinc. *cit. n.* 75.

4513 Quarto. Claudus, si sine baculo ambulare non potest, irregularis est; si tamen sine baculo potest ad Altare accedere, irregularis non est. Similiter habens pedem, aut crus lignenum; vel crura valde distorta, & pariter pedes, irregularis est; & tamen irregularis non est, si vestium obtegentium usu deformitatem tegere possit. Ita Leand. *cit. in comp. an.* 8. Tamb. *cit. n.* 17. & 18. Gabr. à S. Vinc. *cit. n.* 81. & 83. & alii multi apud ipsos.

4514 Idem docent de illis, qui carent unguibus, & universaliter in omnibus casibus, in quibus deformitas notabilis vitari potest, & tegi; quorum ratio est eadem *dicta* 4495. Et hac ex causa Doctores quamvis sint solliciti in numerandis quamplurimis ejusmodi defectibus, defectum totalem capillorum regulariter silent; quia nimirum ex aliis resolutionibus clare patet, quid sit dicendum.

4515 Cùm igitur in nostro casu deformitas faciliter tegatur usu præfatæ comæ clericalis, nulla exinde existimari debet irregularitas. Nec officit si in supercilia desint pili, quia parum pro nihilo reputatur, & in hac materia etiam locum habet parvitas.

4516 Nec huic resolutioni adversatur Alterius *lib. 6. Canonum Conf. fol.* 655. *n.* 3. ex Sacro *lib. 6. cap. 9. n. 4.* hæc habens (Item (*subaudi* tu, irregularitas inducitur) si capilli capitis, & barbæ in totum exciderint, si id contigit ex lascivia, & libidine, cùm hujusmodi sint infames) non advertatur, inquam, primò, quia intelligi debet, quando deformitas non tegatur, ut liquet ex dictis. Secundò, quia solum ex capite infamiæ irregularitatem arguit (& sic non fumus in casu) minimè ex capite deformitatis; & rite, quæ riam hæc potest regi.

4517 Meam resolutionem, utraque ratione fumat Auctoritas propriii Episcopi, qui rei conscius, adhuc præfatum juvenem etiam literis dimissorialibus sui proprii Ordinarii munitum, irregularem non judicavit, sed ad minores promovit, & non exhibenti vo (ut credere oportet) nisi ex præfato prædictis casibus solidato.

4518 Adde, quòd si totalis capillorum defectus allatum juvenem à minoribus Ordinibus non impedivit, nec eum impedire debeat à sacris; ratio est, quia defectus illi, qui notabilem deformitatem afferunt, irregularitatem inducunt etiam quoad minores Ordines, & flatum Clericalem: ita expressè habetur *ex Siquis, cap. 11. qu. cap. Eunuch. cap. qui partem dist. 55. & cap. literarum, dist. 36.* id etiam docent Gabr. à S. Vinc. *cit. n.* 67. & 74. & Tamb. *cit. c. 7. n. 3.*

4519 In plura protenderem, ni citati Doctores, ex Canonico jure moti, præsertim ex Clem. *si furiosus de homicidio*, cum Panorm. *in cap. 1. de Corp. Vitiatis, & in cap. 1. & 3. de Clericis, agr.* mihi silentium indicerent; innuentes, in casu dubio, Episcopi esse judicare, & decernere, an defectus, vel deformitas sit ita notabilis, ut irregularitatem inducat.

DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE.

4520 Depositio (est pœna, qua Clericus a beneficio, aut usu Ordinis; vel utroque perpetuò privatur.

4521 Degradatio (est pœna, qua Clericus non solùm beneficio, & usu Ordinum perpetuò privatur, verum etiam extra statum Clericorum ejicitur, & Clericalibus privilegiis per solemnem sententiam, & certis solemnitatibus, sine spe restitutionis exuitur.) Hæc demittio est degradationis completæ, prout verbalem, & realem degradationem complectitur.

4522 Degradatio enim est duplex, verbalis, & realis, seu actualis. Verbalis (est ipsa judicis sententia, qua Clericus inunerum, & privilegiorum Clericalium perpetua amissione, sine spe restitutionis, punitur.)

4523 Degradatio realis, seu actualis, & solemnis, est ipsa executio sententiæ, & est perpetua, & actualis privatio muneris, & privilegii Clericalis, post sententiam effecta, adjuncta reali actione, & cæremonia per Canones inlituta.)

Degradatio verbalis, dicitur depositio, quia adhuc sic degradatus gaudet privilegio fori, & Canonis, ita ut non possit à judice laico puniri, nec sine excommunicatione percuti. Per derogationem vero realem, & actualem, utrumque privilegium amittit, ita ut possit à laico puniri, & sine excommunicatione percuti.

Degradatio verbalis dicitur respectivè quatenus est ordinata ad realem, & actualem.

4524 Censura, depositio, & degradatio conveniunt in hoc, quod quælibet est privatio spiritualis muneris, & quod proinde soli Clerico conveniat.

4525 Differunt verò, quia censura est pœna medicinalis inflicta ad contumaciam coercendam; unde non est ex sui natura perpetua, sed infligi solet ad tempus, intendens respicientiam, satisfactione præstita. Et si perpetua, potest per absolutionem, aut dispensationem, tolli ab eo qui illam incurrit.

4526 Depositio verò est pura pœna, de sua natura perpetua. Sic pariter est degradatio [illegible]; realis, quæ tamen à degradatione verbali differt in hoc, quòd privet non solùm usu Ordinis, & beneficii, sed etiam omni privilegio Clericali fori, & Canonis: non sic verbalis, *ut n.* 4523.

4527 Degradatio verbalis fieri potest in absentem, realis vero nonnisi in præsentem.

4528 Item realiter degradatus non potest in integrum restitui, nisi à solo Papa: verbaliter degradatus potest restitui per Episcopum, si degradatio fuit ob delicta non graviora adulterio: *cap. ut si Clerici, §. de Adulteriis.*

4529 Graviora adulterio dicuntur Hæresis, Simonia, Homicidium. Pignatellus *tom. 8 consult. 92. n.* 16. Clericatus *cit.* 153. *n.* 17.

4530 Degradatio realis non tollit characterem, quia est indelebilis; unde sic degradatus tenetur ad votum castitatis. Item ad horas, si pœna, ad quam damnatus est, non impediat; uti posset esse damnatus ad triremes.

4531 Clerici autem condemnati ad triremes non sunt priùs realiter degradandi, ex consuetudine, & pluribus Decretis S. Congr. Pignatellus *cit. n.* 4. & 5. Nisi essent damnati propter hæresim: *ex cap. 1. de Hær. in 6.* ubi Glos. unde degradatio realis non infligitur, nisi in casibus, in quibus Clericus est Curiæ sæcularis [illegible] cujus, & in quibus abest, pœna mortis afficitur.

4532 Prælati Regulares non possunt suos subditos degradare. Unde Episcopi est eorum causam degradationis cognoscere. Clericatus *cit. n.* 25. *ubi num.* 4533.

SOLEMNITAS DEGRADATIONIS VERBALIS

4533 Describitur *in cap. 2. de Pœnis in 6.* (Præsidente Episcopus, assistentibus sibi aliis [illegible] Episcopis, in condemnatione Presbyteri, tribus autem in condemnatione Diaconi vel Subdiaconi, coram his tamquam Assessoribus, & justitiam causæ cognoscentibus, sententiam in criminosum pronunciet.)

In cap. si quis Episcopus, Causa 11. *quæst.* (Episcopus Sacerdotibus, ac Ministris solus honorem dare potest, sed solus auferre non potest. Si enim hi, qui in hoc sæculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in ser-

lervitutis jugum non revocantur; sed publice apud Prætores, ac Præfides Tribunalis sorte fuerint accusati. Quamvis magistri, qui divinis Altaribus consecrati, honeste Ecclesiastico decorantur Proselytu, qui nec ab ipso eliminari, nec una judicante, poterunt honoris sui privilegio cavi, sed præsente Synodali judicio quod Canon de illis præceperit, oportet debiti.) Idem *in cap. Felix, ibid. & in cap. Non potest, de sent. & re judicata.*

453 Ob difficultatem autem congregandi Episcopos absentes à propriis Ecclesiis, & ne debita juris executio contra Clericos criminosos differatur, Concil. Trid. *sess.* 12. *cap.* 4. *de ref.*

Edidit Decretum tenoris sequentis: Cùm verò tam gravia nonnunquam sint delicta, ab Ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem à Sacris Ordinibus deponendæ, & extrà sint tradendæ sæculari, in quo secundùm sacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decrevit, Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra Clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius rondeminationem, necnon verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem, atque solemnem degradationem abiisse Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus alsorum Episcoporum præsentia in numero à Canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere licere: adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, usum Mitræ, & Baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possit; alioquin alus personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.

453 Ubi nota, Episcopum ad verbalem degradationem, seu sententiam posse per se, vel per suum Vicarium Generalem procedere: quia est actus jurisdictionis, ad quem non est necessaria potestas Ordinis, *ut a n.* 4387. sed jurisdictionis: & Vicarius Generalis quoad jurisdictionem facit unum, & idem Tribunal cum Episcopo: Actualem vero, seu solemnem actum degradationis exercere non potest, nisi Episcopus consecratus proprius, vel alius Episcopus consecratus de proprii commissione, quia est actus Ordinis Episcopalis. Joann. de Castillo *de censuris tr.* 10. *dub.* 1. *n.* 17. *& cum. ex cap. Translatus, & Panor. in cap. Non potest de sentent. & re judic. num.* 8.

454 Proxim deinde dat Pontificale Romanum sub Urb. VIII. *reformatum* per hæc verba: *in examine, & in definitione requiritur numerus trium Episcoporum* (supple in) in degradatione Presbyteri, &c. *Dubitatur autem sententia depositionis, ab Ordine, si intendimus, ut post eam sequatur actualis degradatio, num ne Episcopi Ordinarii, cum præsentia Capituli* (supple in) in causa Clerici in minoribus; *sive cum Canonicis, & assensu Episcoporum* (supple in) in causa Presbyteri, vel Clerici in sacris, *in hunc modum: Quo nobis, &c. Idcircò de eorum consilio, & assensu abbonimi Ordine & privilegio Clericali sententialiter ac perpetuâ damnamus deponendum, & deponimus, &c.*

455 Summatim igitur ad degradationem Episcopi intervenire debent duodecim Episcopi: ad degradationem Sacerdotis, proprius Episcopus cum aliis sex. Diaconi, aut Subdiaconi, cum aliis tribus. Pro degradatione vero Clerici in Minoribus solus Episcopus cum præsentia Capituli, sex quorumdam de Clero repræsentantium Capitulum. Gloss. *in cit. cap.* 2. *de Pœnit. in* 6. Numerus vero sex, aut trium Episcoporum, ex Trid. relato suppleri potest per totidem infulatos Abbates, & in eorum defectum per alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, *quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.*

455 Difficultas tamen est de qualitate, sub qua alii Episcopi, seu Abbates ad degradationem requirantur. In qua re duæ sunt præcipuæ opiniones.

Prima docet, eos requiri ad degradationem verbalem, ad recognitionem scilicet causæ, & sententiæ, ut collegas, & conjudices cum voto decisivo, non requiri autem ad actum solemnitatis. Suarez *de Cens. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 19. Joann. de Castillo *de Cens. tr.* 10. *dub.* 1. Genuensis *in Practicab. Eccles. q.* 730. Clericat. *d.* 153. *n.* 12. Silvester *in Sum. v. D. gradatio*, Toletus ibid. Antonellus *de Regimine Eccles. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 2. 5. & 6. Aut. à Spir. S. *de Cens. tr.* 13. *dis.* 14. *sect.* 3. Castropal. *de Cens.*, & alii apud ipsos; item Bonac. *tom.* 1. *dis.* 5. *punct. un. n.* 13. Qui fundantur in recensitis juribus.

Bonac. tamen vult, eos etiam requiri ad actum solemnitatis. At quantum ad actum solemnitatis eos non requiri, docet ultro recensitos Doctores novissimè Phœbeus *in instr. Canon. l.* 8. *tr.* 18. *c.* 1. *n.* 7. Et expressè innuit Pontificale Rom. cit.

455 Secunda opinio tenet, eos requiri solùm ad actum solemnitatis, minime ut conjudices ad degradationem verbalem; scilicet ad causæ cognitionem, & sententiam. Fagnanus

in cap. 3. Decretalium, *sup. dicta, de Censibus, Barbos. vol. Alumn. n.* 10. *n.* 32. Qui refert pro hac opinione Declarationem S. Congr. Conc. Ob quam, suæ opinionis fiducia Adiutor, & Pedemon.

Verùm fatendum est, ut loquitur Apellanes nostri gregis eximius Ecclesiasticarum, de quibus Consultores Inquisit., Pontifices Negotiorum Mendicantium non congregebuntur, aut Sacra Congregatio, etiam non habentibus inter dignitates & Abbates non debere intervenire examinibus, vel processibus, seu causis publicorum, & actuali degradationi assistere, vel assistere, & posse Ordinarium aliis publicum in Ecclesiasticis constituitum, exercere suam diœcesanam, similem.

Quicumque tamen actui solemni assistit, solemne opus hoc nactus fuit.

456 Illud certum est, casum hanc esse privilegiatum, & casum horum exceptum, *ex cap. Quoniam* 1. *de Homicidio in* 6. ubi degradatio verbalis committitur solis degradatoribus, aut proprio Episcopo. In casu autem hanc, ad interesse simul solus Episcopus, de loco S. Officii in quo de publicis vel latentibus Ordinario ad sententiam, & verbalem degradationem procedunt. Hæreticis vero solis actualis degradatio spectat de Episcopis: *ut in cap.* 1. *de hæret. in* 6.

DECLARATIO S. CONGR.

Quæritur Pagnanus, Sanchez, Salon. Tom. 1. Quæ non confer verbalem, & formalem ex Dian. Sanc. Congr. Card. Urbani VIII. *ut in cons.* 230. 2. Qui casus exprimatur, an in extra Papa casum? Et requiritur, ut habeant vim legis, *ex cons.* 231. Unde si casus non grave, quamvis in casu de gravi esset, & tenuissima Sacerdotii Titulo sacrarum alimentum, nonnisi Pontifex cum Inferior relaxari.

Quæritur an dari, adhuc possit casus mortis infelicitate corporis, & ejus, quibus *ut* non debet interesse sacramentum, ut præsens, vel non, & quibus, & quibus, & quibus

poninus, degradamus, &c. — *examus ab omni Ordine, beneficii, — a Regia Clericali).*

Non solùm autem spoliatur vestibus, & insignibus Ordinum, sed etiam veste talari, aut habiti Religioso. Insuper raditur in capite. & si est Sacerdos, in manibus; idque ad terrorem tantæ condemnationis. Sic spoliatus signo calcei rejicitur, & inde traditur, ac relaxatur judici sæculari, de ejus jurisdictioni tanquam pure laicus subdatur. Inde per satellites ad Curiæ sæcularis carceres ducitur ultimo supplicio plectendus; Episcopus tamen à judice sæculari petit, ut misericorditer agat, & Reum citra mortis vel mutilationis pœnam puniat. Azorius *to. 1. lib. 4. cap. 15.* Clericatus *cap. 13. num. 13.*

CRIMINA OB QUÆ CLERICUS EST DEGRADANDUS, ET RELAXANDUS

4542 Jure Canonico sunt tria, 1. Crimen hæresis manifestum, *cap. ad abolendam, cap. Excommunicamus, de Hæreticis, & cap. 3. eodem tit. in 6.*

Requiritur, quòd Reus sit relapsus, vel negativus, seu impœnitens, convictus tamen per legitimos testes, etiam super credulitate, & gestis judicis.

4543 Secundum est falsificatio litterarum Papalium, *ad falsarium, de crimine falsi.*

4544 Tertium est gravis calumnia propria Episcopo illata, *c. si quis Sacerdotem 17. 11. qu. 1.* Requiritur in corrigibilitas, Glossa *in c. cùm non ab homine 10. de Judiciis*, Abbas, *cap. Ad fi Clericus num. 17. vid. 11.* Suarez *de Cens. disp. 30. sect. 2. n. 4.* D'Castillo *de Cens. to. 10 dub. 2. num. 14.* Qui addit, hoc esse commune omni crimini enormi, alioquin in laico mortis pœna digno; ut *n. 782. ad 790.*

4545 Ex constitutionibus Pontificiis addantur, 1. Sodomia frequentata: S. Pius V. *Const. 72. Horrendum illud*, 2. Clericus non Sacerdos Missam celebrans, aut Confessiones audiens, & absolvens. Clem. VIII. *Const. 81. & saliàs*, 3 Sollicitans in Confessione mulieres ad turpia gravitate excessus: Greg. XV. *Const. 34. Universi.* 4. Monetarii, vel monetas tondentes, aut falsificantes: ita Italiam: Urb. VIII. *in forma*, anno 1625. *& in an. 790.* 5. Copulam fœrilis cum, & frequentem cum Moniali habens Pignatellus *to. 8. consult. 91. n. 7.*

Sed attendenda est praxis; nam in pluribus nempe in 2. & 3. casu praxis est contraria.

4546 Denique Phœbeus *lib. 3. tit. 18.* habet (Generaliter omne crimen enorme, quod sit dignum pœna mortis in laico, ubi per Ecclesiasticas pœnas corrigi non possit, facit esse, ut Clericus propter illud sæculari potestati tradatur; colligitur ex *xvi. cap. Cùm non ab homine, 10. de judic.* & notat Panor. *in cit. cap. ad fi Clericus n. 6. eod. num. 19. & seq.* Laym. *in cit. c. 5. num. 6* aliique apud ipsum.)

4547 Idem habet Joan. Diraflillo *to. 10. disp. 6. dub. 1. num. 25* (Universaliter loquendo, sive de jure, sive de consuetudine, docent non pauci Auctores, degradari posse ob aliud crimen nimis enorme, atque Reipublicæ valdè perniciosum, tradique Magistratui sæculari. Ita Panormit. *cap. ad fi Clericus, numer. 19. & cap. Cùm non ab homine num. 6. de judic.* Silvest. *verbo degradatio, qu. 2.* Toletus *supra cap. §. Tertio est.* Avila *cit. dub. 3.* Molina *disp. 1180 49.* Exemplum adhibent in homicidio non simplici, sed qualificato, ut constat ex eodem *cap. Cùm non ab homine.* Unde Parricidium, vel servile quid, tali pœna dignum est. Item furtum non simplex, sed valdè qualificatum, ac sacrilegium; nam cùm pro his criminibus Ecclesia non habeat condignam pœnam, meritò reus judici sæculari remittitur.

4548 Demum *n. 30.* subdit (Pro praxi est maximè tenendum, Magistratum sæcularem in causa criminis merè Ecclesiastici, v. gr. in causa hæresis, non posse cognoscere, & judicare de tali crimine, sed tantùm secundùm latam declaratoriam sententiam à judice Ecclesiastico exequi, juxta *c. ut inquisitionis, §. Præterea, de Hæret. in 6.* in crimine verò non mere Ecclesiastico potest petere à judice Ecclesiastico processum, ut illius justitiam cognoscat, & examinet, & deinde reum sibi traditum, fuique fori effectum puniat. Ita Panormitanus *c. 1. n. 12. de Offic. Ordin.*

Sed quantum ad hoc, omninò *vide dicta à n. 4452. ad 4471. maximè à n. 4469. ad 4471.* quinus me remitto, & adhæreo.

De irregularitate, & pœnis, fuse agunt Paganus *lib. 4. c. ad audientiam, de homicidio*, Phœbeus *in instit. Comm. tit. 18. & 19. & alibi sub propriis titulis*, Mastrius *disp. 13. qu. 1.* Leander *de to. 1. de pœnis*, Tamb. *to. 2. lib. 10. c. 4.* Gobat *in experientiis, to. 8. & plumbo in latis*, Joannes de Castillo *de Censuris disp. 6. & 7.* Ant. à Spir. S. *de Censuris & Pœnis, to. 13.* Matthæucci *in Offic. Curiæ to. 2. cap. 8. à pag. 137.* Mendo in suis titulis.

LAUS DEO.

EXA-

EXAMEN CONFESSARIORUM.

Tomus Secundus.

DE DENUNCIATIONIBUS.

PARS PRIMA,

De Denunciationibus faciendis ad Monitoria Papæ, & Episcoporum.

CAPUT I.

De Superioribus, qui possunt Monitoria edere.

1 EX Summo Pontifice nulla est difficultas. Quantum ad alios, soli Episcopi ex Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3* possunt monitoria, seu edicta edere pro rebus, aut scripturis deperditis, seu occultatis, ad finem eas restituendi, aut revelandi, sub excommunicatione majori latæ sententiæ, ipso facto incurrenda, restitutione, vel revelatione non facta intra certum terminum.

2 Ea concedere possunt Vicarius Capituli sede vacante, Rodric. *tom. 1. — 71. n. 6.* Diana *p. 8. tr. 4. ref. 17.* quia Capitulum sede vacante succedit in jurisdictione ordinaria Episcopi.

3 Generales Religionum, eorum Visitatores, & Provinciales, qui habent auctoritatem quasi Episcopalem: item Abbates Benedictini, & similes Prælati, qui solùm sunt Generali subjecti: quia pro Episcopis habentur. Innoc. *ex cap. 1. de Clericis peregrinant.* Non tamen Priores, Guardiani, & similes Superiores locales, qui alios Superiores majores habent subtus Generalem. Tanc. *tom. 3. tr. 4. q. 3. n. 1.*

Adeoque Superior localis, v. gr. Prior, Guardianus, &c. si monitorium ad finem revelationis pro rebus deperditis, aut subtractis edat, invalide edit, quia in hac re non est judex competens, ob Decr. Concil. Trid. *modò sub — addurendum*, quod licèt non excludat Prælatos Regulares auctoritatem quasi Episcopalem habentes, uti sunt Provinciales, qui quidem jurisdictionem habent supra totam Provinciam, Confessiones, dimissorias, absolutiones, dispensationes, &c. suis subditis concedendo, quæ manera soli Episcopi præstare valent, excludit tamen Superiores locales; quoniam certum est, eos non habere auctoritatem quasi Episcopalem.

Eos tamen posse monitoria edere in suis

poninus, degradamus, &c. = *exauimus ab omni Ordine, beneficio* = *Regia Clericali.*

Non solùm autem spoliatur vestibus, & insignibus Ordinum, sed etiam veste talari, aut habitu Religioso. Insuper raditur in capite. & si est Sacerdos, in manibus; idque ad terrorem tantæ condemnationis. Sic spoliatus signo calcei regellitur, & inde traditur, ac relaxatur judici sæculari, de ejus jurisdictioni tanquam pure laicus subdatur. Inde per satellites ad Curiæ sæcularis carceres ducitur ultimo supplicio plectendus; Episcopus tamen à judice sæculari petit, ut misericorditer agat, & Reum citra mortis vel mutilationis pœnam puniat. Azorius *tr. 1. lib. 4. cap. 15.* Clericatus *cap. 13. num. 13.*

CRIMINA OB QUÆ CLERICUS EST DEGRADANDUS, ET RELAXANDUS

4542 Jure Canonico sunt tria, 1. Crimen hæresis manifestum, *cap. ad abolendam, cap. Excommunicamus, de Hæreticis, & cap. 3. eodem tit. in 6.*

Requiritur, quòd Reus sit relapsus, vel negativus, seu impœnitens, convictus tamen per legitimos testes, etiam super credulitate, & gestis judicia.

4543 Secundum est falsificatio litterarum Papalium, *ad falsarium, de crimine falsi.*

4544 Tertium est gravis calumnia propria Episcopo illata, *c. si quis Sacerdotem 17. 11. qu. 1.* Requiritur incorrigibilitas. Glossa *in c. cùm non ab homine 10. de Judiciis*, Abbas, *cap. Ad fidem Clerici num. 37. vol. 1.* Suarez *de Cens. disp. 30. sect. 2. n. 4.* D'Castillo *de Cens. tr. 10 dub. 2. num. 14.* Qui addit, hoc esse commune omni crimini enormi, alioquin in laico mortis pœna digno; ut *n. 782. ad 790.*

4545 Ex constitutionibus Pontificiis addentur, 1. Sodomia frequentata: S. Pius V. *Const. 72. Horrendum illud*, 2. Clericus non Sacerdos Missam celebrans, aut Confessiones audiens, & absolvens. Clem. VIII. *Const. 81. & sicilicet*, 3 Sollicitans in Confessione mulieres ad turpia gravitate ex esse tua: Greg. XV. *Const. 34. Universi. 4.* Monetarii, vel monetas tondentes, aut falsificantes in tres Italiam: Urb. VIII. *in supremo*, anno 1625. *& in an. 790.* 5. Copulam sacrilegam, & frequentem cum Moniali habens Pign. illus *tr. 8. conclus. 91. n. 7.*

Sed ut tendenda est praxis; nam in pluribus nempe in 2. & 3. casu praxis est contraria.

4546 Denique Phœbeus *lib. 3. tit. 18.* habet (Generaliter omne crimen enorme, quod sit dignum pœna mortis in laico, ubi per Ecclesiasticos pœnas corrigi non possit, satis esse, ut Clericus propter illud sæculari potestati tradatur; colligiturex *cit. cap. Cùm non ab homine, 10. de Judic.* & notat Panor. *in cit. cap. ad fi Clerici n. eod. num. 19. & seq.* Laym. *in cit. c. 5. num. 6* aliique apud ipsum.)

4547 Idem habet Joan. Dicastillo *tr. 10. disp. 6. dub. 1. num. 25* (Universaliter loquendo, sive de jure, sive de consuetudine, docent non pauci Auctores, degradari posse ob aliud crimen nimis enorme, atque Reipublicæ valde perniciosum, tradique Magistratui sæculari. Ita Panormit. *cap. ad fi Clerici, numer. 19. & cap. Cùm non ab homine num. 6. de judic.* Silvest *verbo degradare, qu. 2.* Tolet. *supra cap. 5. Verùm est.* Avila *cit. dub. 3.* Molina *disp. 1ma 49.* Exemplum adhibent in homicidio non simplici, sed qualificato, ut constat ex eodem *cap. Cùm non ab homine.* Unde Parricidium, vel simile quid, tali pœna dignum est. Item furtum non simplex, sed valdè qualificatum, ac sacrilegum; nam cùm pro his criminibus Ecclesia non habeat condignam pœnam, meritò reus judici sæculari remittitur.

4548 Demum *n. 30.* subdit (Pro praxi est maximè notandum, Magistratum sæcularem in causa criminis merè Ecclesiastici, v. gr. in causa hæresis, non posse cognoscere, & judicare de tali crimine, sed tantùm secundùm latam declaratoriam sententiam à judice Ecclesiastico exequi, juxta *c. ad inquisitionem, §. Præterea, de Hæret. in 6.* in crimine verò non mere Ecclesiastico potest petere à judice Ecclesiastico processum, ut illius justitiam cognoscat, & examinet, & deinde reum sibi traditum, quique sorti effectum puniat. Ita Panormitanus *c. 1. n. 12. de Offic. Ordin.*

Sed quantum ad hoc, omninò *vide dicta à n. 4452. ad 4471. maximè à n. 4469. ad 4471.* quinus me remitto, & adhæreo.

De irregularitate, & pœnis, fuse agunt Paganus *lib. 4. c. ad audientiam, de homicidio*, Phœbeus *in instit. Canon. tit. 18. & 20. & alibi sub propriis titulis*, Mastrius *disp. 13. qu. 3.* Leander *tr. 5. de pœnis*, Tamb. *to. 2. lib. 10. c. 4.* Gobat *in experientiis, tr. 8. & plumbo in locis*, Joannes de Castillo *de Censuris disp. 6. & 7.* Ant. à Spir. S. *de Censuris & Pœnis, tr. 13.* Matthæucci *in Offic. Curiæ tr. 2. cap. 8. à pag. 137.* Mendo in suis titulis.

L A U S D E O.

EXA-

EXAMEN CONFESSARIORUM.

Tomus Secundus.

DE DENUNCIATIONIBUS.

PARS PRIMA,

De Denunciationibus faciendis ad Monitoria Papæ, & Episcoporum.

CAPUT I.

De Superioribus, qui possunt Monitoria edere.

1 EX Summo Pontifice nulla est difficultas. Quantum ad alios, soli Episcopi ex Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3* possunt monitoria, seu edicta edere pro rebus, aut scripturis deperditis, seu occultatis, ad finem eas restituendi, aut revelandi, sub excommunicatione majori latæ sententiæ, ipso facto incurrenda, restitutione, vel revelatione non facta intra certum tempus arbitrium.

2 Ea concedere possunt Vicarius Capituli sede vacante, Rodric. *tom. 1. cap. 71. n. 6.* Diana *p. 8. tr. 4. res. 17.* quia Capitulum sede vacante succedit in jurisdictione ordinaria Episcopi.

3 Generales Religionum, eorum Visitatores, & Provinciales, qui habent auctoritatem quasi Episcopalem: item Abbates Benedictini, & similes Prælati, qui solùm sunt Generali subjecti: quia pro Episcopis habentur. Innoc. *ex cap. 1. de Clericis peregrinant.* Non tamen Priores, Guardiani, & similes Superiores locales, qui alios Superiores majores habent subtus Generalem. Tanet. *tom. 3. tr. 4. q. 3. n. 1.*

Adeoque Superior localis, v. gr. Prior, Guardianus, &c. si monitorium ad finem revelationis pro rebus deperditis, aut subtractis edat, invalide edit, quia in hac re non est iudex competens, ob Decr. Concil. Trid. *modò sub num. 5.* adducendum, quod licèt non excludat Prælatos Regulares auctoritatem quasi Episcopalem habentes, uti sunt Provinciales, qui quidem jurisdictionem habent supra totam Provinciam, Confessiones, dimissorias, absolutiones, dispensationes, &c. suis subditis concedendo, quæ munera soli Episcopi præstare valent, excludit tamen Superiores locales; quoniam certum est, eos non habere auctoritatem quasi Episcopalem.

Eos tamen posse monitoria edere in suis

Monasteriis, non quidem ad finem revelandi pro rebus deperditis, aut subtractis, sed pro aliis delictis, docet cum permultis Melphi *de sanct. cap. 28. quæst. 1. & 2.* quæ sunt Prælati *de jure* Abb. & alii; ratio est, quia licet materia sit in se levis, est tamen determinata, eique est adjuncta ratio spiritualis publici boni, nempè ad pacem communem, ad bonum Monasterii, ejusque disciplinam servandam, quæ ratio à Superiore in Monasterio respicitur, & gravem inducit obligationem in subdito ad restituendum, vel revelandum quamvis materia in linea justitiæ sit levis: evadit enim gravis in linea obedientiæ.

13 Declaratur ex *cit.* DD. Quando materia est ex se levis, tunc, cum non inducat obligationem gravem ex vi justitiæ, addi debet præceptum Superioris, & sic eam inducit ex vi obedientiæ; hoc autem præceptum non debet addi pro qualibet materia levi, seu pro ea, in qua apparet aliqua ratio spiritualis alta gravis, ut sufficiat ad inducendam obligationem gravem, quæ scilicet respiciat bonum communitatis; & pro ea imponitur excommunicatio, quæ quidem, cum sit gravissima pœna, non debet ferri pro venialibus, nec pro quacunque peccato mortali, sed pro mortali inobedientiæ, & contumaciæ; neque pro qualibet inobedientiæ, sed pro gravi, & enormi, quod aliter curari non potest.

Ita res le habet in casu, ubi monitorium sub excommunicatione fertur, non ad reparandum bonum temporale personæ lesæ, nec ad spirituale personæ particularis, nempe ad impediendum peccatum mortale personæ, &c. ut supra; sed ad reparandum bonum spirituale communitatis, quod consistit in pace communi, & in Regulari disciplina: hinc concludit Tanered. in hoc casu monitorium obligare subditum ad revelandum furem rei levis, alias minime, *ut in rem.* 2. de casibus reservatis.

14 Idem dicendum puto de Episcopis quoad suos Moniales, & de Superioribus Provincialibus Religionum in suis Monasteriis, præsertim pro juventibus secundi Noviatus, ad eorum disciplinam servandam, quæ laxatis habenis ruerent.

QUÆRES III.

15 In quodam populari tumultu plures deprædati sunt domum cujusdam nobilis. Episcopus monitorium edidit, ut sub pœna excommunicationis, qui detineret bona sotis domus, restitueret, & qui detinentem sciret, revelaret. An tale monitorium obligat ad restituendum, aut revelandum eum, qui detinet, aut qui scit detinentem rem levem?

Respondeo, vel ille fuit simul cum aliis ad furtum, & tunc, licet furatus sit rem levem, peccavit mortaliter, & tenetur ad restituendum totum damnum insolidum in defectu aliorum, cum jure ab eis repetendi, quia fuit causa partialis partialitate causæ, sed totalis totalitate effectus, ratione mutui comitatus, qui fuit causa totalis totius furti, quod proinde totum attribuitur singulis, & multo magis si alios excitavit. Et talis detentor, sicut & illum sciens, ligatur monitorio, ita ut teneatur sub censura ad restituendum rem levem, & respective ad revelandum.

Examen Ecclesiast.

16 Quod si intra terminos monitorii sciat alios restituisse, non tenetur sub mortali ad restituendum, nec ligatur monitorio; quia licet graviter deliquerit rem levem furripiendo, leviter deliquit eam detinendo: tenetur quidem restituere, sed ex vi justitiæ, & sub veniali, minime ex vi obedientiæ, seu monitorii, & sub mortali, quatenus ex justitia commutativa læsa tenetur obligatio ad restituendum conformis malitiæ culpæ in accipiendo, aut detinendo, quæ in isto, facta aliorum restitutione, est venialis.

17 Vel fuit solus: & tunc, si referit, & nesciat alios furatos esse, utique non tenetur sub mortali ad restituendum, & consequenter non ligatur monitorio, quia non cooperatur formaliter, sed solum materialiter ad damnum notabile alterius.

18 Difficultas est, si iste, quando furatus est, sciverit alios esse furatos, aut li id sciat postea promulgata monitorio, Tambur. *lib. 8. resol. 2. cap. 3. §. 3. n. 2.* Busemb. *lib. 8. tr. 4. c. 1. dub. 2. n.* 5. cum aliis dicunt, eum non peccare mortaliter, adeoque non ligari monitorio, quia hic non est causa furti alterius.

19 Dico tamen, illum obligari ex vi monitorii, ex sub censura, ad restituendum, ac respective ad revelandum, Tanet. *cit. q. 1. n. 8.* peccavit enim graviter, cum tali scientia rem levem accipiendo, & si tunc ignoravit, advenienti notitia, incipit peccare graviter detinendo, Bonac. *to. 1. de oblig. denunc. disp. 6. pag. 805. n. 9. tom. 2. pag. mihi 1095. n. 6.* & alii *in loc.* 1. de furto: cum licet ille, stante scientia, quod alii sint furati abeundem, non sit causa impulsiva ad furtum aliorum, est causa cooperativa ad notabile damnum alterius; licet enim singuli quod leve rapuerint, omnia tamen hæc levia notabile damnum constituunt, quod cum possint reparare, si singuli restituant, quod acceperunt, singuli peccant mortaliter detinendo, & consequenter singuli monitorio ligantur.

QUÆRES IV.

20 Haves ab intestato succedens prætendit, testamentum Petri in personam Pauli exaratum esse nullum, utpote factum ab eo, quando erat sensibus destitutus; & quia ipse in testamento scripti recusant veritatem aperire, nisi coacti, petit ab Episcopo monitorium, ut qui multitatem testamenti ferrent, revelarent. An possit Episcopus monitorium concedere?

Ajunt proponit Tanered. *cit. quæst. 3.* cum

21 Videtur, quod non possit. 1. Quia monitoria non sunt concedenda, quando sunt infamatoria alicujus, Probus *in capit. 2. de*

3. Pro quanta materia potest Episcopus monitoria concedere?

In hac re regulam dat Trid. *sess. num. 3.* his verbis:

Quamvis excommunicationis gladius, nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad coercendos in officio populos, valde salutaris; sobrie tamen, & maturandus circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temerè, aut levibus ex rebus intentetur, magis contemni; quàm formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationis alia, quæ mentionibus transmissis, ad finem revelationis, ut aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo, decernantur, & tum non aliter, quàm ex re non vulgari, causa aque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata.

6 Et quia tumus iste gravi, quanta est exponere ad periculum, & contemptum censuras datas ad salutem, peccant mortaliter prædicti Superiores monitoria concedendo pro re vulgari, & sine maturitate: *ex cons. 1. ac casibus reservatis.*

7 Licet quantitas duorum Juliorum in materia furti, & duorum aureorum in materia voti paupertatis, sufficiat ad mortale, non sufficit ex se, ut pro ea possint fine mortali monitoria concedi, sed requiritur major quantitas; sicut major requiritur ad incurrendas pœnas Clem. VIII. *de furtis, maximum* requiritur, inopum, talis quantitas, quæ sit materia subjecta pœnis fori externi, & punibilis in judicio; summa autem duorum aureorum in jure dicitur summa modica, *ex l. si oleum 15. fin. ibi l. seq.* Pell. *tr. 6. c. 9. n.* 10.

8 Hinc ex Tanet. *cit. quæst. 1. num. 2.* & Zecchio, apud ipsum res vulgatis - pro qua non possunt monitoria sine mortali concedi, est, si non ascendat ad summam decem aureorum. Imo Episcopi neque pro hac summa solent monitoria concedere, nisi excedat viginti aureos.

9 Dixi, *ex se*, quia summa duorum aureorum, aut alia in se parva, potest esse gravis, & non vulgaris in jure ex circumstantiis: figuretur casus.

QUÆRES II.

10 In Monasterio bene disciplinato Religiosorum, ubi cella claudi non solent clavibus, & illis unius fuit ablata res valoris quinque Julionum.

An Superior Provincialis pro ea monitorium edere possit?

Supponо 1. juxta sententiam plurium Doctorum *de pauper. Relig.* & furtis Religiosorum, ablatam materiam esse levem, tam in ratione paupertatis, quàm furti: *de quo in tom. 1.* est mea resolutio.

11 Suppono 2. Superiorem alias diligentias egisse, sed inutiliter. His suppositis,

12 Resp. posse, Tanet. *cit. quæst. 3.* & apud ipsum Suarez, Tambur. de jure Abb. & alii; ratio est, quia licet materia sit in se levis, est tamen determinata, eique est adjuncta ratio spiritualis publici boni, nempè ad pacem communem, ad bonum Monasterii, ejusque disciplinam servandam, quæ ratio à Superiore in Monasterio respicitur, & gravem inducit obligationem in subdito ad restituendum, vel revelandum quamvis materia in linea justitiæ sit levis: evadit enim gravis in linea obedientiæ.

13 Declaratur ex *cit.* DD. Quando materia est ex se levis, tunc, cum non inducat obligationem gravem ex vi justitiæ, addi debet præceptum Superioris, & sic eam inducit ex vi obedientiæ; hoc autem præceptum non debet addi pro qualibet materia levi, seu pro ea, in qua apparet aliqua ratio spiritualis alta gravis, ut sufficiat ad inducendam obligationem gravem, quæ scilicet respiciat bonum communitatis; & pro ea imponitur excommunicatio, quæ quidem, cum sit gravissima pœna, non debet ferri pro venialibus, nec pro quacunque peccato mortali, sed pro mortali inobedientiæ, & contumaciæ; neque pro qualibet inobedientiæ, sed pro gravi, & enormi, quod aliter curari non potest.

Ita res le habet in casu, ubi monitorium sub excommunicatione fertur, non ad reparandum bonum temporale personæ lesæ, nec ad spirituale personæ particularis, nempe ad impediendum peccatum mortale personæ, &c. ut supra; sed ad reparandum bonum spirituale communitatis, quod consistit in pace communi, & in Regulari disciplina: hinc concludit Tanered. in hoc casu monitorium obligare subditum ad revelandum furem rei levis, alias minime, *ut in rem.* 2. de casibus reservatis.

14 Idem dicendum puto de Episcopis quoad suos Moniales, & de Superioribus Provincialibus Religionum in suis Monasteriis, præsertim pro juventibus secundi Noviatus, ad eorum disciplinam servandam, quæ laxatis habenis ruerent.

QUÆRES III.

15 In quodam populari tumultu plures deprædati sunt domum cujusdam nobilis. Episcopus monitorium edidit, ut sub pœna excommunicationis, qui detineret bona sotis domus, restitueret, & qui detinentem sciret, revelaret. An tale monitorium obligat ad restituendum, aut revelandum eum, qui detinet, aut qui scit detinentem rem levem?

Respondeo, vel ille fuit simul cum aliis ad furtum, & tunc, licet furatus sit rem levem, peccavit mortaliter, & tenetur ad restituendum totum damnum insolidum in defectu aliorum, cum jure ab eis repetendi, quia fuit causa partialis partialitate causæ, sed totalis totalitate effectus, ratione mutui comitatus, qui fuit causa totalis totius furti, quod proinde totum attribuitur singulis, & multo magis si alios excitavit. Et talis detentor, sicut & illum sciens, ligatur monitorio, ita ut teneatur sub censura ad restituendum rem levem, & respective ad revelandum.

Examen Ecclesiast.

16 Quod si intra terminos monitorii sciat alios restituisse, non tenetur sub mortali ad restituendum, nec ligatur monitorio; quia licet graviter deliquerit rem levem furripiendo, leviter deliquit eam detinendo: tenetur quidem restituere, sed ex vi justitiæ, & sub veniali, minime ex vi obedientiæ, seu monitorii, & sub mortali, quatenus ex justitia commutativa læsa tenetur obligatio ad restituendum conformis malitiæ culpæ in accipiendo, aut detinendo, quæ in isto, facta aliorum restitutione, est venialis.

17 Vel fuit solus: & tunc, si referit, & nesciat alios furatos esse, utique non tenetur sub mortali ad restituendum, & consequenter non ligatur monitorio, quia non cooperatur formaliter, sed solum materialiter ad damnum notabile alterius.

18 Difficultas est, si iste, quando furatus est, sciverit alios esse furatos, aut li id sciat postea promulgata monitorio, Tambur. *lib. 8. resol. 2. cap. 3. §. 3. n. 2.* Busemb. *lib. 8. tr. 4. c. 1. dub. 2. n.* 5. cum aliis dicunt, eum non peccare mortaliter, adeoque non ligari monitorio, quia hic non est causa furti alterius.

19 Dico tamen, illum obligari ex vi monitorii, ex sub censura, ad restituendum, ac respective ad revelandum, Tanet. *cit. q. 1. n. 8.* peccavit enim graviter, cum tali scientia rem levem accipiendo, & si tunc ignoravit, advenienti notitia, incipit peccare graviter detinendo, Bonac. *to. 1. de oblig. denunc. disp. 6. pag. 805. n. 9. tom. 2. pag. mihi 1095. n. 6.* & alii *in loc.* 1. de furto: cum licet ille, stante scientia, quod alii sint furati abeundem, non sit causa impulsiva ad furtum aliorum, est causa cooperativa ad notabile damnum alterius; licet enim singuli quod leve rapuerint, omnia tamen hæc levia notabile damnum constituunt, quod cum possint reparare, si singuli restituant, quod acceperunt, singuli peccant mortaliter detinendo, & consequenter singuli monitorio ligantur.

QUÆRES IV.

20 Haves ab intestato succedens prætendit, testamentum Petri in personam Pauli exaratum esse nullum, utpote factum ab eo, quando erat sensibus destitutus; & quia ipse in testamento scripti recusant veritatem aperire, nisi coacti, petit ab Episcopo monitorium, ut qui multitatem testamenti ferrent, revelarent. An possit Episcopus monitorium concedere?

Ajunt proponit Tanered. *cit. quæst. 3.* cum

21 Videtur, quod non possit. 1. Quia monitoria non sunt concedenda, quando sunt infamatoria alicujus, Probus *in capit. 2. de*

Constitut. & alii, tale est præsens, eam ex hac revelatione sequitur infamia, quod Paulus, & Notarius testamentum fecerint cum fraude. 2 Quia nec sunt concedenda, quando personæ sunt certæ, ita ut is debitor, aut delinquens ut certus, non teneatur ali. pulsin monitor o revelare. Bath in Concil. Trid. *sess.* 25. *de ref. c.* 3. *num.* 2. Scotus, & alii: sc est in casu, ubi testes sunt certi, quia ser pti.

22 Resp. autem Tanc. posse Episcopum monitorium concedere, & eo testes obligari ad revelandum. Quia cum qui debet se præsumendus bonus, nisi certo conflet, quod sit malus, præsumi debet, quod nec Paulus, nec Notarius adverterint, Petrum esse jam semibus dell inurum: & sic ex revelatione non sequitur eorum infamia.

23 Nec obstat, quod testes sint certi: quia tolle non totum ferri contra testes, quando iemus, & tenuunt veritatem dicere, docent Oliva, & alii, quos refert Barbos. *de potestat. Episcop. allegat.* 96. *nu.* 17. & Riccius *par.* 1. *dec.* 219. qui *in Praxi Rerum fori Eccles. dec.* 275. *n.* 7. u tetius addit:

24 *Posse concedi monitoria contra conscios simulati contractus in grave sensi præjudicium, ut cura, si quis fidei, & apparenter fecerit donationem, &c. prædii alicui exempti, ut à collectarum, aut alium onerum solutione liber esset, quia cum hoc tendat in præjudicium, & damnum illorum, ad quos postmodum pra tata vastatio hujusmodi collectæ solvendæ onus spectabit*, juxta tradita per Dominum Joannem Baptistam, *Constit. in ea. de fort. tata. quæst.* 349. *num.* 2. *& q.* 357. *in hoc casu, & similibus ad monitoriales hæc recurri potest, & testes de hac re edocti tenentur manifestare, & simulationem detegere, ne tales fraudulenter cum aliena jactura incapiscentur.*

25 Concedit autem Tanc. *cit. q.* 4. quod possit Paulus appellare à Decreto Episcopi de confessione edicti: quia Decretum cancellandis edicti æquivalet Decreto, testes admittendos esse, vel non, ex Lanfranc. *decis.* 125. à quo Decreto conceditur appellatio, ex Ba.. *leg. post. sententiam, ver. sententiam, Cod. de sent. interloc. omn.*

26 Qua appellatione pendente, præfati testes [illegible] *cap. Directis, de appell. n. 16. & ibi, le feniens. i tom. in* 6. Tanc. *cit*

CAPUT II.

De illis, qui ex re Monitoria . . . manifestare tenentur.

27 DEnunciatio est criminis proximi privatæ facta Superiori. Est duplex, paterna, seu Evangelica, quæ fit Superiori tanquam patri, quæque bonum, & emendationem fratris intendit; & judicialis, quæ fit Superiori tanquam judici, ut suo munere faciat, quod judicaturis expedit, sive delinquentem prohibendo, sive damnum reparando, sive utrumque faciendo. Denunciatio canonica dicitur talis, quatenus est ex Regula Evangelica, juxta illud Matth. 18. *Quia si eos non audierit, die Ecclesiæ*; vel ex præcepto Superioris Ecclesiastici, sed jam distinguitur à paterna, vel judiciali; quia vel fit Superiori tanquam patri, & sic est paterna; vel tanquam judici, & sic est judicialis.

28 Denunciatio judicialis, alia est spontanea, alia ex præcepto Superioris. Prima obligat ratione charitatis, secunda ratione charitatis, & obedientiæ, de qua est termo in præsenti.

29 Hinc revelatio fieri debet judici cum Notario scriptis, quia sit, ut pars ea uti possit, & Ecclesia valeat per eam delinquentem revocare à peccato.

30 Denunciatio judicialis ab accusatione differt, quia accusator suscipit se seorsus probandi; quod si non probet, subjicitur pœnæ talionis; non sic denunciator, licet teneatur manifestare testes, si qui sint, judici; qui in se sumit onus probandi.

31 Qui de[illegible] tenetur, non liberatur ab [illegible] si prius fecit, & jeraverit se non denunciaturum; quia juramentum de re illicita non tenet, quoniam non est vinculum iniquitatis, *cap. quanto, de juramento.*

Si non est culpa.

32 QUi non revelando excusatur à culpa mortali, excusatur ab excommunicatione, quia hæc necessario supponit tanquam materiam culpam mortalem, *numer.* 107.

Propterea, quando edictum præcipit denunciari fures, aut injustos detentores, non est denunciandus, qui detinet ob justam compensationem, aut aliam justam causam, etiam si peccaverit accipiendo,

do, quatenus poterat alia via, aut sine scandalo, &c. suum recuperare; quia est justus detentor, Bonacin. *num.* 2. *de oblig denunc. disp. 1. pag. mihi.*

34 Nec sciens hujusmodi detentorem, teneret eum revelare, si sciat, eum detinere ob justam compensationem, &c. aut non restituere ob impotentiam, vel alium justam causam, puta, quia scit creditorem abusurum se restituenda, &c. Bonac. *cit. n.* 3. & 4. quia licet liberentur in his casibus à culpa, & censura ipsi principales, ita & ecs scientes, & nullus tenetur innocentem prodere; eo maxime, quia mens judicis est arguere de delicto; & hac ratione, vens jurid ce interrogatus à judice de homicidio, respondere non tenetur, si illud sine culpa commisit, puta ob justam sui defensionem, Diana *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 66.

35 Tenetur autem sciens revelare eum, qui est impotens in totum, si possit quoad partem restituere, aut pro futuro tempore, nisi sciat, eum esse paratum ad restituendum cessante impotentia, Bonac. *cit.* quia sicut delinquens non excusatur simpliciter à restitutione, ita nec sciens à revelatione.

36 In dubio de justa compensatione, impotentia, &c. faciendo est denunciatio, nisi rationabiliter deponatur dubium, quatenus eam audivit à fide digno, &c. Bonac. *citat. num* 6. quia possessio stat pro præcepto Superioris, quod est certum, & solum dubia est excusatio.

Damnum grave sui, aut suorum

37 NOn tenetur quis denunciare in causa propria, seu in delicto commisso in damnum; quia potest offensus injuriam, & damnum remittere juxta Consilium Evangelicum: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus*, &c. Contra quod non debet præsumi Superiorem velle obligare, Bonac. *cit. pag.* 892. § 2. *n.* 1.

Excipitur, si denunciatio præcipiatur in bonum publicum, seu in punitionem delinquentis, uti sunt denunciationes in causis fidei: quoties enim Superior in edictis pro delictis, etiam contra privatam personam commissis, punitionem interdit, intendit bonum publicum, nempe ut exemplo, & timore pœnæ, alii coerceantur à malo, ac securius vivant; id fere contingere in delictis homicidii, furti, adulterii, & similibus, quæ graviter publicum pacem, & securitatem conturbant, *nu.* 65.

38 Non tenetur denunciare, & ex denunciatione prudenter timeat fibi, aut suis usque ad quartum gradum, aliquod grave damnum contra aliquod ex quatuor bonis hominis, animæ scilicet, corporis, famæ, & substantiæ corporalis, quod sit præterendum damno alterius, Bonac. *cit* Diana *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 48. quia præcepta humana, & positiva, non obligant cum tanto incommodo. Hinc nec testis judicæ interrogatus à judice, tunc respondere tenetur: unde [illegible] ait Bonac.] & privatim novisti aliquod delictum, & dignoscas, quod delinquens sciat te scire, non teneris denunciare, si exinde grave malum tibi times, aut tuis, quia malum tuorum valde conjunctorum est etiam tuum, cum illud acriter sentias, & forte plus: *vid. num.* 113. & 123. Hinc sur occultus non tenetur te prodere; curare tamen debet, ut res restituatur domino per amicum fidelem, aut probum Confessarium: *v. num.* 179.

40 Non tenetur quis ex vi monitorii denunciare conjunctos intra quartum gradum, etiam si non adsint alii testes, Tanc *to. c. tract.* 4. *qu.* 20. Diana *par.* 5. *tract.* 13. *resol.* 66. qui ex Raynaudo *de monitoriis pag. 1. cap.* 3. *quæst.* 20. *ex* 14. Lopez, Avila, Silv. Baunius, & alii apud Dianam *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 10. qui cum Excobar id tenet, tam de consanguineis, quam de affinibus usque ad quartum gradum. Quorum ratio est, quia non debet lex Ecclesiastica cedere in benignitate legi civili, ut velit eos ligare, quos lex civilis non obligat; tum quia si conjunctus ageret ne denunciatur, aut testis contra conjunctum, orirentur inter familias, & conjunctos dissentiones, & odia, & tolleretur domorum pax, quod valde nocet Reipublicæ; ex qua ratione Raynandus, & Diana eos à denunciando eximunt, nedum in causis criminalibus, verum etiam in civilibus; ac insuper rejiciunt limitationem, quam facit Bonac. *tom.* 3. *disput.* 6. *cit.* § 3. *num.* 5. quod prædicti teneantur denunciare, si valeant sine gravi damno sui, aut suorum: rejiciunt, inquam, quatenus à tali revelatione non potest grave damnum abesse, puta discordiæ, & odia. Cæterum licet regulariter ita sit, infra tamen ollendum casum, in quo nullum ex revelatione conjuncti damnum sequitur: *vid. num.* 122. & *seq.* & *num.* 128.

41 Iisdem rationibus non tenetur maritus uxorem revelare; quia sunt una caro, nec genet, & ortus soerum, & è converso, Doctor. *citat.* quia sicer succedit loco patris, & genet, ac ortus veniunt nomine fi-

liorum', taliter, ut sicut filii non incurrunt excommunicationem communicando cum patre excommunicato vitando: ita nec gener, & nurus communicando cum socero excommunicato vitando; ut, cum de censuris, diximus.

42 Imo Genuensis, Angelus, & Silvester *ver. familia*, apud Bonac. *cit.* id extendunt ad familiam; nam ex revelatione facta a familiari orientur dissendiæ inter familiares, sicque tolleretur quies, & pax domus; hinc commune bonum familiæ, & Reipublicæ expedit, ut evitentur dissensiones inter familiares; quod ipse Bonac. amplectitur, quando denunciandi non esset periculum gravis damni.

43 Idem tenent de amico conjunctissimo, seu arctæ amicitiæ; & de insigni benefactore, Raynaudus, & Diana *cit.* quia eorum revelatio graviter exasperaret, & feritatem, aut non levem ingratitudinem redoleret. Oppositam autem sententiam, nimirum personas privilegiatas, nempe consanguineos, uxorem, &c. teneri ad denunciandum, aut restificandum, quando non sunt alii testes, aut qui denunciare valent, tenent Venerus *lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 18. Montalvus *lib.* 2. *legum fori*, *tit.* 8. Sanchez *in consil. lib.* 6. *c.* 11. *dub.* 18. *n.* 9. & alii, quos refert Diana *p.* 8. *cit.* ex Glos. *in cap. Quanquam* 12. *qu.* 2.

44 In resolutis *à n.* 41. pro sententia excusante; excipitur casus, quo ex non revelatione imminet grave damnum Reipublicæ, puta, si ex non revelatione conspirationis civitas esse tradenda hostibus; tunc quidem tenetur filius revelare patrem, etiam cum periculo suæ vitæ; si non posset aliter malum futurum evitare; quia tenetur quis propriam exponere vitam pro salute patriæ.

45 Nemo tenetur ex vi monitorii revelare se ipsum, & consequenter nec complices delicti, nisi quando judicialiter interrogetur, Bonac. *cit. num.* 3. quia revelatio cederet in sui damnum; tunc autem judicialiter interrogatur, quando præcedit infamia, vel semiplena probatio, aut indicia sufficientia, quæ illi æquivaleant, Arer. *in practica crim. pag.* 225. & 240. Melphi *ver. Reus*: tenetur vero sub excommunicatione restituere.

46 Filius spiritualis tenetur patrem spirituale denunciare; qui etiam potest esse testis contra illum, Bonac. *cit. n.* 6.

TERMINUS.

47 QUi non denunciat intra terminum in edicto præscriptum, qui solet esse octo, vel quindecim dierum, peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem, nisi ex justa causa excusetur, vel nisi sit legitime impeditus, aut ignoret monitorium: *v. à n.* 642.

48 A qua excommunicatione à nullo potest absolvi, nisi fatisfacta parte, nempe nisi obediat; nam elapso termino non expirat obligatio, sed semper tenetur revelare, cum commode potest, nisi cesset præceptum, puta si cesset reus finis, &c. quia terminus non ponitur ad finiendam obligationem denunciationis, sed ad maturandum, & solicitandam denunciationem; & talis censuræ absolutio in monitoriis reservatur: *vi a n.* 731. *ad n.* 647.

49 Eum, qui intra terminum non revelavit, ob ignorantiam edicti impedimentum, aut aliam justam causam, advenientè ejus notitia, aut cessante impedimento, elapso jam termino, non amplius obligari ad revelandum ex vi monitorii, tenet Tanc. *tom.* 5. *tract.* 4. *qu.* 7. *nu.* 5. Sanchez, Raynaldus apud ipsum; quia hujusmodi edicta non habent rationem legis, & constitutionis universalis, sed simplicis mandati, ac præcepti concessi ad partis instantiam, ac proinde sunt transitoria: hinc est, quod dentur pro determinato tempore octo, aut quindecim dierum. Quod si nullum affingatur tempus, non durant, nisi per spatium duorum, aut trium mensium, Sanchez *lib.* 6. *conf. cap.* 2. *dub.* 35. *n.* 5. cum aliis. Tum quia tale non fuit in culpa non revelando intra terminum, nam tunc ignoravit edictum, aut fuit legitime impeditus: *v. n.* 242.

50 Eum autem teneri sub censura ad revelandum advenientè notitia, aut cessante impedimento extra terminum, docent Bonac. *tom.* 1. *pag.* 897. *num.* 2. & apud ipsum Suarez, Rodr. Filliuc. nili censura si lata solum contra contumaces præteritos, qui intra terminum jam elapsum non revelaverunt. Cui sententiæ adhæreo cum duplici limitatione. 1. Quod tempus notitiæ, aut impedimenti ablat non distet notabiliter, sed sit proximum termino edicti, puta per duos, aut tres menses. 2. Quod revelatio tunc credatur profutura, præsertim si adhuc causa perdeat.

51 Illud certum mihi est, quod mortuo Superiore, etiam Papa, intra terminum edicti, expiret edictum; pariter, si Superior jurisdictionem amittat, Leander *de censur. tract.* 1. *disp.* 4. *q.* 13. Tamburini *cit. nu.* 5. quia mandata Superiorum, quibus jurisdicto non confertur, expi-

rant morte mandantis, sive res sit integra, sive non, quando non dantur per modum legis universalis, sed simplicis præcepti. Tum quia censura lata ab homine sub conditione, v. g. si non revelent intra quindecim dies, non ligat, si moriatur Judex ante impletam conditionem; nam non censetur ferri, nisi quando impletur conditio; adeoque, cum tunc non existat, Judex eam ferre non potest.

52 Si vero censura fuit contracta ante Judicis mortem, non tollitur per ejus mortem; censura namque semel contracta, non tollitur per Judicis mortem, sed per absolutionem, quæ non pendet ab existentia Judicis: *v. n.* 48.

NOTITIA.

53 NEmo denunciare tenetur ea, quæ certo non scit, alias exponeret se periculo levitatis, & patientem damno, quod forte injuste pateretur, & propterea edicta loquuntur de scientibus. Scire autem est, veritatem visu, vel alio corporis sensu percepisse, & realiter mente retinere. Hinc non tenetur quis denunciare, quæ audivit à personis levibus, vel si à persona gravi, & fide digna, non recordatur a quo; nec tenetur denunciare, quæ audivit à personis ignotis; neque ea, quorum levem habet suspicionem; quia tunc non dicitur ille notitiam habere, & Superior in ea incertitudine ad nihil potest prudenter procedere, Bonac. *tom.* 1. *cit. pag.* 893. *num.* 1. *hic num.* 593.

54 Non tenetur denunciare, qui audivit ab eo, qui denunciavit, aut vult denunciare: nec quando probabiliter, & prudenter credit denunciationem nil profuturam, nempe Superiorem nullum remedium esse adhibiturum, a. *cit. nu.* 2. quia nemo obligatur ad opus inutile.

NOTITIA

Ex injuria, aut secreto.

55 NOn tenetur quis ex vi edicti denunciare, quod scivit per injuriam, quatenus, v. gr. litteras aperuit, aut alium ad revelandum coegit; quia nec tunc legitime interrogatus testari tenetur, Busemb. *loc.* 8. *c.* 2. *dub.* 6.

56 Nec quod scivit sub secreto naturali, vel ratione consilii, aut auxilii poscendi causa, puta si sit medicus, obstetrix, advocatus, procurator, &c. etiam si de authore præcesserint infamia, semiplena probatio, aut indicia, nisi aliud sciverit alia via; quia Superior nec intendit, nec potest aliquid præcipere contra jus divinum, aut naturalem: jus autem naturale exposcit, ut miseri non priventur consilio, aut auxilio, ne sic alia mala sequantur, & consequenter sub mortali, & ouere restitutionis exposcit, ut secretum naturale servetur, nisi justa, & rationabilis causa aliud postulet.

57 Talis causa est damnum Reipublicæ, aut tertiæ personæ privatæ, pendens in futurum, quod aliter reparari non potest, vel occultum impedimentum matrimonii; in his namque casibus tenetur medicus, obstetrix, advocatus, &c. revelare secretum, etiam si ut memo promiserint non revelare, Bonac. *citat. pag.* 894. *à num.* 1. Arer. *in practi crim. pag.* 164. Melphi *in practi. crim. ver. Testis*, & Com. quia jus naturale innocentis, ne grave damnum patiatur, prævalet juri naturali, quod habet nocens, ne reveletur: eo præsertim, quia pro collato illud Proverb. 24. *Erue istos, qui ducuntur ad mortem*: ex quo liquet, ut teneamur aliorum periculo, quando possumus, evitare.

58 Excipitur secretum sacramentale confessionis, quod omnino est servandum, etiam si ex ejus revelatione salus totius mundi pendeat.

59 Ubi nota, Id, quod nonnulli ignari genuflexi, & signo Crucis se signantes protestari solent, se dicere in confessione, non cadere sub sigillo sacramentali, sed naturali; cujus violatio sine justa causa est peccatum mortale, sed non sacrilegium, cum illud non sit sacramentum: quod tunc habetur, quando quisque credit ad Confessarium, & cum eo confertur omnia sua peccata cum intentione se accusandi.

Delictum, quod probari non potest, aut notorium delinquentis occulti, vel occultum occulti.

NOn tenetur quis denunciare, quod in judicio probari non potest; quia quod probari non potest, se habet, ac si nesciretur, Bonac. *citat. pag.* 893. *numer.* 4. qui proinde concludit, etiam, qui furtum vidit à tute commissi nullo alio præsente, non teneri illum denunciare; hoc vero, si habeat unum testem omni exceptione majorem; aut si probabiliter puter, delictum ab aliis sciri. *vide num.* 6.

Ex-

EXCEPTIO.

EXcipiuntur crimina nonnulla, quæ quis denunciare tenetur, etiam si probari non possint, & sunt

1. Impedimenta matrimonii.

61 DEnunciare tenentur sub mortali impedimenta matrimonii, etiam si sint occulta, & probari non possint: tam scientes, quam ipsi contrahentes, Bonacina *cit. pag. 893. n. 5.* & Com. contra Pontium *l. 5. de Matr. c. 34. n. 5.* & aliis; quia hæc revelatio est ad vitandum majus spirituale futurum, nempe peccatum mortale inter conjuges, & injuriam Sacramento; quoniam denunciatio unius sufficit ad matrimonium impediendum: *ex c. Præterea, de sponsalibus*; tunc quidem Parochus se prodere debet, ubi eque diligenti inquisitione præcla veritatem regeriat.

Si vero contrahentes super impedimento dispensationem obtinerunt, tunc neque ipsi, neque alii scientes, illud manifestare tenentur quia esset frustra.

2. Crimina in statum publicum.

62 CRimina contra bonum publicum, videlicet contra fidem, tam de hæresi, quam de suspectis, *ex. cod.* sunt profanationes sacrorum, dilapidatio bonorum Ecclesiæ, duellum, proditio patriæ, crimen læsæ majestatis, falsificatio monetæ, conspiratio in Principem, vel Superiorem, ejusque percussio, homicidium, subornatio in hæresim, Emmnia, latrocinium, seu furtum famosum, & publicum, Bonac. *cit. pag. 893. n. 5.* Tamb. *lib. 9. dec. 2. §. 4.* Ameno *p. 517.*

63 Latrocinium à furto differt; latro enim dicitur, qui obsidet vias, quique conspiciat deprædari, quos potest.

63 Hæc dici solent crimina exceptuata, & publica, non quia publice facta; sed quia in Republicæ, seu communitatis, aut Religionis detrimentum cedunt, aut patebit difficulter per singula in propriis disputationibus: sicut privata dicuntur, quæ solius privatæ personæ damnum important, ut gula, ira, superbia, contumelia, &c. Melphi *in praxi crim. tit. Denunciatio*; priora namque etiamsi sint occulta, habent rationes peculiares proprias, quibus ledant publicum bonum, & præsertim crimina contra fidem sunt contra Deum. Religionem, & Rempublicam: *v. n. 614*

65 Verum tamen est, nonnulla crimina, ut furtum, fornicatio, adulterium, sodomia, & similia, quæ in se sint privata, evadere publica, seu contra bonum publicum, si hant publice, nempe cum scandalo, & malo exemplo aliorum: & proinde solent monitoria concedi, ut revelentur occultus delinquens: etenim crimina, quæque punitionem intendunt; nam ut notat Ameno *in praxi crim. pag. 485. num. 4.* bonum communitatis obtinetur, quando mulus in aliquem exemplum punitur: *v. n. 38.*

3. In damnum tertii.

66 EXcipitur tertio crimina, quæ sunt in damnum privatæ personæ, exquibus perodet effectus in futurum, qui aliter reparari non potest, Dicit. cit. v. g. si Petrus, te solo presente, peravit Paulo verenum, quod Paulus ignorat: Petrus autem esset firmus in dando veniem; tunc tenens ex vi dicit denunciare.

67 Eadem ratione puto contra Bonac. *cit. n. 60.* cit. te teneri denunciare furem, quem tu solus furantem vidisti, præsertim si damnum est reparabile, puta si sit, aut futurus sit peters ad sustinendum, quia tunc effectus perder insuturum, nempe damnum reparandum: mihi fa- t Tamb. *l. 9. Decal. c. 2. §. 4.* & apud ipsum Lugo, quoniam hæc impunitas est pernicio- sa, nedum privatæ personæ, sed ipsi Reipubli- æ; nam hujusmodi scelerati scientes se non denunciandos ex defectu probationis, aut quia sunt occulti, possent sine timore pœnæ furia & homicidia comm tere, cum non deficiat eis callicitus, ac medium ad tal- ac mina occulte patranda: *v. n. 76.*

68 Insuper ipse Bonac. cit fatetur, ad omnes denunciandi furtum sufficere, quod possit probari per unum tellem omni exceptione majorem. Testis omni exceptione major idem est, ac testis idoneus, cui nihil potest opponi; Melphi *ver. Testes*; unus autem testis de visu omni exceptione major, facit semiplenam probationem, quæ sufficit ad constituendum reum, Melphi cit. cujus si accedat confessio, delictum est plene probatum de actore; & statim subdit, quod ipse denuncians in hac materia, & in casibus sufficit probationis valeat pro teste, *ex cap. in omnibus testibus.*

69 Quod si velis cum Bordon. *part. 3. resp. 101. n. 15.* quod talis testis ob duplicitatem officii non facit semiplenam probationem sufficientem ad constituendum reum, & sic eum examinandum, & negantem torturandum: sufficit tamen (ut Bord. concedit) ad inquirendum contra denunciatum, ad illum capiendum, & examinandum; item sufficit, ut prudens Superior, & judex diligentias adhibeat, ad melius formam veritatem

aut reparandum; insuper ad explicanda indicia, & adminicula, quibus habetis, talis denunciator, & testis sufficit ad constituendum reum, atque ad torturam.

70 Denique si monitorium præcipiat selam testificationem, tunc prædictus, qui solus vidit furem furantem, erit tellis omni exceptione major, semiplenam faciens probationem: *v. n. 73.* quia non habet duplicitatem officii.

Ac proinde concluditur, quod præfatus, qui solus vidit, teneatur revelare furem, sive monitorium præcipiat denunciationem, sive testificationem. Bord. cit. *num. 53.*

71 Ex his colliges, quod nedum reus occultus notor teneatur, quod probari non potest, verum etiam reus occultus occulti cr minis, quod potest probari, si intidice denunciandus, si reddunc in Republicæ, vel innocentis, grave damnum, quod aliter vitari non potest.

72 Delictum occultum in jure dicitur, quod quamvis sit duobus, vel tribus notum, de eo nulla exidit infamia, seu non est sparsus rumor; Melphi *in praxi crim. ver. Inquisitus*; unde dat. quod delictum possit probari, & quod sit occultum.

4. Testificatio.

73 QUando monitorium non præcipit denunciationem, sed testificationem, tenetur quis revelare juridice delictum, etiam si probari non possit, Bonac. *cit. pag. 893. n. 5.* Lyraetus *de manu. fæl. 2. q. 11. a. 12.* Bord. *p. 2. resp 101. n. 49.*

In hac te oportet prius videre, quando monitorium vocet quem, ut denunciatorem, quando præcise, ut testem: tam clare explanat Lazarus apud Bord. *cit. n. 51.* vel enim Judex utitur verbo *denunciare*, vel verbo *testificari*, & tunc res est clara; vel utitur verbo indifferente ad utrumque, v. g. *dicere, revelare, notificare, profitere, &c.* & tunc si agatur civiliter, verba interpretantur pro testificatione: si criminaliter rejecta causa non inceptæ, interpretantur pro denunciatione, quia sine prævia accusatione, denunciatione, aut clamorosa insinuatione, Judex non potest vocare testes, & de delicto inquirere: si causa sit coepta, verba interpretantur pro testificatione, quia supponitur facta accusatio, denunciatio, aut insinuatio delicti, ac proinde Judex indiget testibus: eadem ratione, quando aliquis citatur in jud. vicino ad revelandum, citatur ut testis: in dubio est præsumendum, quod Judex velit testificationem: & universaliter, quando Superior visitat, & procedit ex officio per edictum, vel denunciatorem: qui quando vero procedit via accusationis, aut denunciationis, sive specialis, sive generalis, aut clamorosæ insinuationis, seu infamiæ, tunc vult testem. Ita ille, hoc præmisso.

74 Probatur resolutio. 1. Quia monitoria non concedantur, nisi constet de corpore delicti, ignorato authore, & ulterius concedantur ad inquirendum authorem occulti delicti, Aret. *in praxi crim. pag. 153. v. hic, num. 76.* Cum igitur Judex in his casibus habeat jus ad inquirendum de authore occulto delicti notorii, potest edictum edere, quo sub pœna excommunicationis præcipiat, ut qui scit authorem delicti, ver. gr. furem, aut rei detentorem, illum revelet, & consequenter ille, qui scit, etiam si solus sciat, tenetur eum revelare: nam jus Judicis ad inquirendum, & obligatio testis ad revelandum, sunt correlativa. 2. Quia testis non tenetur probare delictum, sed solum revelare, quod ipse scit; igitur revelare tenetur, etiam si solus sciat, & sive Judex procedat ad inquisitionem partis, sive per renunciationem factam per fiscalem, sive ex notorietate delicti: *v. nn. 101. & 102.*

Pro cujus rei majori dilucidatione, sunt duæ resolvendæ difficultates.

Prima difficultas.

75 AN, quando delictum est notorium, & delinquens occultus, ita ut non procedant contra eum indicia, aut infamia, possit Judex procedere, & delinquentem inquirere?

Negat Sotus apud Aret. *in præst. crim. pag. 107.* Cajet. Nav. Sylv. & alii apud Bordon. *resp. 101. num. 46.* qui consequenter dicunt, testem interrogatum non teneri respondere, si non præcesserunt infamia, aut indicia. 1. ex *cap. Cum contingat 19. Nisi super prædictis famam ipsius, scilicet personæ, famam esse novatis, vos ad inquisitionem non subito procedatis.* 2. ex *cap. Inquisitionis 21. Nullum esse pro crimine, super quo aliqua non labatur infamia, famendum.* 3 ex *cap. Qualiter 24. de accusat. Si super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, tunc procedendum est ad inquisitionem.*

76 Resp. tamen, posse jure Judicem procedere ad inquirendum de quærentem occultum, procedendo tamen per viam generalis, & non specialis inquisitionis: & tunc teneri testem sub mortali respondere, & re-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
CENTRAL DE RECURSOS PARA EL APRENDIZAJE
JAN

velare Villalobos *tom. 2. tract 14. dist. 7. num. 2.* Aret. *cit. pag.* 108. Miranda *de ordine judiciario to. 1. § 6. art. 6. concl.* Ameno *in pract. crim. pag.* 440. *num.* 10. *& pag.* 445. *n.* 12. Bord. *cit.* Raymundus *part. 1. cap. 3. quæst. 7. de monit.* & alii apud Tanc. *infra num.* 81. Ratio est 1. Quia ipsa evidentia facti habetur pro accusatore, *ex cap. Evidentia extra de accusat. Evidentia patrati criminis non indiget clamore accusantis.* Nam ipsa evidentia delicti clamat apud Judicem contra delinquentem occultum : juxta illud Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*. 2. Quia talis inquisitio generalis juridica de occulto authore notorii criminis, cedit in bonum communitatis, atque illud intendit : nam si non posset judex generali inquisitione de illo inquirere, quamplura gravia delicta impunita remanerent ; quod redundat in damnum publicum, & in scandalum aliorum, qui sciente Judicem nullo modo posse contra ipsos procedere hinc infamia, aut indiciis, animosiores redderentur ad gravia crimina occultim patranda, *v. nn.* 67. ac proinde potest de auctore generaliter inquirere Judex, ut communitas sibi commissa non perturbetur, & securius vivat : *v. n.* 74.

77 Quod dico verum, nedum quando delinquens est occultus, sed potest probari, puta quatenus adsunt alii testes : *v. n.* 72. verum etiam quando est occultissimus, quatenus non adsunt alia indicia ; nec est alius, qui eum furantem, aut occidentem vidit, nisi unus, *ex num.* 66. *ad* 71. contra Aret. *in pract. crim. pag.* 1062. oppositum tenentem de delinquente occultissimo, quem unus solus vidit.

78 Facta autem inquisitione generali juridica, & vi ejus revelante delinquente eo solo, qui vidit : aut per diligentiam Judicis explicatis indiciis aliquibus contra ipsum authorem ; tunc potest, & tenetur Judex per inquisitionem specialem procedere contra illum. & tunc erunt duæ inquisitiones, generalis una, & specialis altera contra personam, Aret. *cit. pag.* 1161. tum quia denunciatio jurata æquivaler infamiæ, Ameno *pag.* 295. adeoque ea habita, potest Judex ex officio procedere etiam per inquisitionem specialem.

79 Nec obstant relati Canones, qui expresse inquuntur de inquisitione speciali, quoniam signant specialem personam, minime de generali inquisitione ; ad specialem autem inquisitionem omnino requiritur, quod præcedant indicia, aut infamia contra authorem delicti ; minime ad generalem, ad quam sufficit ipsa notorietas delicti.

80 Per specialem inquisitionem Judex procedere dicitur, quando inquirit de specialii persona, & obligat alios ad revelandum illam ; tunc vero dicitur procedere per generalem inquisitionem, quando in monitorio præcipit, ut qui scit auctorem delicti, illum revelet ; aut quando vocat specialiter omnes, aut plures de vicinia, Monasterio, &c. ut revelent auctorem delicti ; tunc enim, licet specialiter revelaturos nominet, generaliter auctorem delicti inquirit.

81 Meam sententiam tenet Tanc. *tom. 5. tr. 5. qu. 19. n. 1. &* 5. eamque probabiliorem fatetur Diana *p. 2. tract. 15. res. 63.* quoad jus Judicis ad inquirendum delinquentem occultum notorii criminis. Nihilominus ea non obstante, docent alii, quod non teneatur quis revelare delinquentem occultum notorii criminis ; nec inde incurrat censuram in monitorio latam, nec testis in tali casu teneatur respondere Judici ; quia probabilis, & tuta est opinio Cajet. & Sots, quod non possit Judex, & Superior legitime præcipere, ut reveletur occultus delinquens, ita ut detur bellum utrinque justum, quatenus Judex in hoc casu habet jus interrogandi, & reus, aut testis non respondendi, ac scienti non revelandi ; ita etiam sentiunt Lessius, Filliucius, Tartarus, & Bon. apud Tanc. *cit.* A qua autem sententia affirmativa discedere non valeo, quia (ut rite advertit Bord. *p. 3. resp.* 101. *num.* 4.) opinio negativa oppolita est fundata in fallibus haud bene intellectis, ut ostendi *n.* 79. quoniam loquuntur de inquisitione speciali, ut fatetur Diana *cit.* Tum quia frustranea esset facultas in Superiore procedendi per inquisitionem specialem, aut generalem, si Superiore generaliter inquirente auctorem occultum delicti notorii, subditus obedire non teneretur.

Secunda difficultas.

82 AN idem possit esse simul denunciator, & testis ? Negant Cajet. Valen. Arag. & Peyr. apud Bord. *p. 3. resp.* 101. *num.* 52. quia idem non potest esse accusator, & testis in eadem causa : hinc accusator eli testis inhabilis, *ex cap. Forus, de verb. signific.* Tum quia in eadem causa idem non potest habere duplex officium, Glos. *fin. cap. In super 6. de testib.* quia unum officium vix digne valet aliquis adimplere, *cap. 1. de constitut. in 6.*

Resp. polle Rod. *tom. 2. q. 13. art. 6.* Bord. *cit. n.* 53. & apud ipsum Spatharius, Lell. Nav. Trimarchus. Probatur 1. *ex c. in omni negotio 4. de testibus. Principalis persona, di-*

[illegible] testis nota, e. Illisime cautela est prudens, cui [illegible] uno testimonio duo testes : & Bti ad probat. Paschalis Papa ex Euseb. Matth. 18. *[illegible] inter vos, vade, & corripe eum &* ipsum solum : *si te audierit, lucratus eris fratrem tuum : si autem te non audierit, adhuc unum, aut duos. ut in ore duorum vel trium stet omne verbum.*

Ubi, ut vides, ille, qui corripit fratrem, & postea illum denunciat, vocatur testis ; nam ex ore Christi, si unum tecum adhibes, stis duo testes, & si duos, stis tres testes ; igitur qui denunciat, est testis, si deponat eo modo, quo debet testis.

Probatur 2. quia nullum jus requirit, denunciatorem debere esse personam à teste distinctam : non jus naturæ, aut div num, ut liquet ex Euseb. *cit.* non jus civile, aut canonicum, cum nullum reperiatur, quod id præscribat, sed potius, quod præscribat oppositum ; uti suprà. Imo hoc maxime cedit in bonum Reipublicæ, quæ melius gubernatur, & conservatur, si delicta puniuntur.

83 Non obstant rationes in oppositum. Non 1. quia inter accusatorem, & denunciatorem manifesta est disparitas ; nam accusator prosequitur suam causam, principaliter punitionem sui inimici intendens, ac proinde generat in Judice aliqualem suspicionem, quòd non procedat ex zelo justitiæ, sed ex odio ; hinc habet in se onus probandi per testes distinctos. Denunciator verò non prosequitur causam propriam, sed communem Reipublicæ, ac proinde non generat in Judice suspectionem de odio, sed præsumitur, quòd reveler delictum proximi, ut satisfaciat præcepto, & ut pœnam spiritualem, aut corporalem effugiat ; hinc Judici relinquit onus probandi.

84 Nec 2. quia ibi, ut patet, est sermo de officiis disparatis, difficultates, & vires diversas pro executione exigentibus ; denunciatio autem, & testificatio non sunt hujusmodi, sed subordinata. Potest igitur idem, qui denunciat, assumi ut testis, faciendo eum deponere eo modo, quo debet testis.

85 Ex resolutione igitur hujus, & prioris difficultatis concluditur, quòd ex vi monitorii teneatur denunciator notorii criminis delinquentem occultissimum revelare, etiamsi solus sciat, non sint alii testes, quibus delictum possit de authore probari, Bord. *cit. n.* 41. 51. & Doct. *cit. n.* 74. quia in his casibus denunciator assumitur ut testis, qui proinde non habet in se onus probandi : *v. n.* 7

86 Dicta hactenus à n. 62. maxime procedunt quoad crimina immania, seu exceptuata, aut difficilis probationis, in quibus quidem etiam testes inhabiles admittuntur, ne delicta impunita remaneant, & sic in perniciem transeant aliorum. Melphi *in pract. crim. to. 2. Tabet.*

87 Crimina immania numeravimus *n.* 62. crimina difficilis probationis sunt, quæ solent occulte patrari, v. g. furtum, sodomia, adulterium, fornicatio, conjuratio, &c. item quæ noctis tempore committuntur : in his, inquam, admittuntur testes inhabiles, quando aliter ver tas haberi non potest. In dubio autem, arbitrio Judicis stat determinare casum, in quo veritas aliter haberi non potest. Ameno *loc. § 17.* ex Sgrol.

QUÆRES I.

88 Ettum est 1. (ut advertit Ameno *p. 387. n.* 8.) correctionem solùm habere locum, quando delictum habet tractum successivum, quatenus perdet in futurum, vel quoad aliquem effectum liberum, ut est furtum, quod relinquit onus restitutionis ; vel quoad ejusdem delicti continuationem, ut est fornicatio in habituato, aut recidivo : non habere autem locum, si nil relinquat mali liberi in futurum, uti contingit in proximo, qui semel occidit in fornicatione, aut proprietatem furtum, &c. sed fe emendavit.

90 Certum est 2. ex *n.* 612. præmittendam esse correctionem fraternam in denunciatione paterna, si correctio profutura speretur, alias minime, quia correctio fraterna est de jure naturali, & divino, ex illo Matth. *relato n.* 81. unde non debes paternè denunciare fratrem, si speres eum correctione emendandum, & præsertim si emendatum videas ; quia tunc jam lucratus es fratrem tuum.

Hinc non obstante Visitatoris præcepto de denunciandis sibi in visitatione delictis, non potes fratrem denunciare, si videris eum emendatum, aut si probabiliter speres per correctionem fraternam emendandum, Joan. la Cruz *8. pract. art. 2. n. 1.*

91 Correctionem non profuturam dignoscesex circumstantiis, puta si scias, delinquentem esse superbum, vel ab aliis monitum non fuisse emendatum ; aut si ex ejus dignitate, & tui inferiori conditione judices eum fore tui correctionem spreturum, &c. tunc quidem correctione relicta poteris hic peccato eum, sive paterne, sive judicialiter, denunciare. Ameno *cit.*

92 Difficultas procedit in denunciatione judiciali : pro qua sententia, quam tanquam communem refert, & sequitur Aretin. *præf.*

prall. crim. cap. 166. decet; nemitem teneri auctorem delicti denunciare, aut contra eum testari, quando per inquisitionem proceditur, ucin monitoriis, etiam si illum sciat eum duobus, aut tribus aliis, non laboret infamia, nec timeatur damnum in futurum, quatenus ipse patur privata correctione emendandus: imo addit Aret. tunc non obstare, si judex pro revelatione urgeat; nam tunc erit quædam species belli utrinque justi, dum Judex juste vellem urget, & testis juste negat; quia Judex urget, ut satisfaciat Reipublicæ, quæ exposcit, ut diligens inquisitio fiat, ut sic malefactores vincant, & coerceantur, minime, ut in tali casu revelentur; & testis juste negat, quia jam lucratus est fructum.

Cui Melphi *in prall. crim. var. Denunc. in addit.* consequenter subdit: *in denunciatione judiciali quoad peccatum commissum, & jam emendatum, ill. tantum tenetur denunciare, cui ex officii exercitio, qualis est fiscalis, ad quem tanquam ad partem Reipublicæ ita spectat, sup. Navar, &c. ibi.*

93 Ubi notat Ameno *pag.* 389. quòd licèt, qui denunciatur non præmissa correctione fraterna, quando emendatio speretur, peccaret contra justitiam, & quidem mortaliter, cum Tamb. *l. 3. Decal. c. 3. §. 4. n. 9.* fidelinquens esset persona conditionis gravissimæ, & præsertim si delictum esset periculum, quamvis posset probari per alios testes, quatenus infamaretur proximus sine fructu; denunciatio tamen esset valida ad præcavendum scandalum, quia tunc jura illicitant, non invalidant denunciationem.

94 Resp. allatam sententiam esse veram, quando denunciatio, aut testificatio exigitur, ad separandum, aut impedendum malum futurum; minime quando præcipitur in pœnam delinquentis, Bonac. *in Bullam Cœnæ, d. p. 1. q. 12. punct 3. num 15.* Diana *part 2. tract. 2. resp. 89.* & Alexius apud ipsum 3 sequitur *ex n. 606.* quia tunc præceptum Superioris non intendit præcisè fratris emendationem; sed etiam principaliter publicam ejus punitionem in bonum publicum, nempe ad aliorum exemplum, coercitionem, & securitatem, quod prævalet bono privato famæ fratris: quapropter tunc etiam supposita emendatione fratris, adhuc salvatur, quòd non infametur proximus sine fructu.

Quam limitationem videtur amplecti ipse Melphi cit. dum inquit: *In judiciali autem denunciatione, si delicta sint publica, & exceptuata, excellus charitativus non est exercitatus.* Delicta exceptuata esse contra bonum publicum; diximus *n. 64.* unde consequenter refert, quod etiam non præmissa correctione fraterna non obstante emendatione, adhuc sit faciendæ denunciatio, quando ista præcipitur in punitionem delinquentis, atque inde ob bonum publicum.

95 Clarius ergo: quando Judex intendit solam emendationem, aut satisfactionem partis, faciendæ est correctio fraterna, si emendatio speretur, juxta illud Matth. 18. *Corripe eum inter te, & ipsum solum*: non enim potest proximus infamari, si non adsit necessitas, & rationabilis causa; de emendatione, aut satisfactione partis habita, jam est satisfactum Superioris intentioni; imo correctio est faciendæ iterum, atque iterum, prudenti judicio, quo vero interim expiret terminus, Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denunc. pag. 896. n. 4.* quia terminus edicti non incipit, nisi prius adhibitam opportunam correctionem; adeòque differenda denunciationem pro faciendâ opportunâ correctione, non est periculo, ut incurrat censuram per termini expirationem. Edicta enim sunt benignè interpretanda; unde non est credendum, ut Judex velit denunciationem, quamdiu emendatio fratris per correctionem speratur: fiatsem periculum litis in mora, v. g. si fut imetim fugeret, statim faciendæ est denunciatio.

Quod si facta opportuna correctione, emendatio non habeatur, faciendæ est denunciatio delinquentis, etiam si nulla infamia, accusatio, aut semiplena probatio præcesserit, juxta illud, quod sequitur in Evang. Matth. *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ*: Nam tunc potest Judex denunciationem præcipere ad consulendum delinquentis saluti, aut bono proximi; licèt expendatur periculo delinquentis fama; quoniam adest rationabilis causa, Bonac. *loc. & n. 2.*

96 Quando verò Judex intendit etiam pœnam, tum faciendæ est denunciatio, nulla præmissa correctione, & etiam si delinquens sit emendatus, quando delictum est publicum; imo etiam quando est occultum, & nulla præcessit infamia, accusatio, aut semiplena probatio, si cedat in damnum publicum, Eder, aut innocentis. Bonac. cit. Potestas namque est à Deo destinata, nedum ad emendationem delinquentium, sed etiam ad aliorum vindictam: juxta illud Pauli ad Rom. 13. *Vis autem non timere potestatem? bonum fac; & habebis laudem ex illa; Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.*

97 Posterioris generis sunt denunciationes ad edicta Inquisitorum, *n. n. 606.* prioris verò generis regulariter sunt denunciationes ad

edicta Papæ, & Episcoporum, pro rebus, aut scripturis deperditis, ablatis, vel occultatis, in his namque præcipitur revelatio ad finem restitutionis, & reparationis damni; quo habito, sive intra terminum, sive per correctionem fraternam, sive alia via, jam habetur fructus intentus, ac proinde monitorium non ligat scientem ad revelandum. Tum quia censura est pœna spiritualis medicinalis, adeòque præfumitur lata ad emendationem peccatoris.

Dixi, regulariter, non universaliter; quia aliquando dari possunt casus, qui non sint fidei, in quibus Papa, Episcopus, &c. in suo edicto punitionem delinquentis intendant in bonum publicum: hujusmodi est casus à *n. 12.* relatus, & alius, qui sequitur: ex quibus sufficientia colligere potes exempla.

QUÆRES II.

An teneatur quicumque privationem in Cardinalem revelare, non præmissa correctione fraterna, etiam si ex illa emendatio speretur?

C Ciendum est, 14. Kalendas Januarii 1596. Romanum orientaræ, fuisse editam à Pio V. contra scientes, & non revelantes, Bullam tenoris sequentis.

PIUS EPISCOPUS, &c.

Nostri sæculi, &c. fluctibus, ut quisquis etiam à nudo consilio, aut simplici fallore, aut omnino a cateris prædictis alienus, quamplam auctorum, administrorum, vel consciorum contrariorum, sive consilium - aut commissi, committendi, aut criminis in personam Cardinalis, illiusque familiarum, receptorum, vel scientiarum, sive ex renunciatione sibi factum, vel per interpositam personam, aut literas fallas, cognovisset, sive ex scripturis, casu, casum, contenta, insidiis, aliisque signis, & indiciis, quatenuscumque scientiam haberet, vel etiam conjecturis, quam horumquidquam intellexerit, quantumcumque res alia occulta sit; quamprimum Rom. Pontifici, &c. patria fuerit; sin autem, Ordinario loci, vel si Cardinalis ipse Ordinarius existeret, propinquiori Episcopo. & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali proponet revelare. Quicumque vero eisdem non subderet, & omnino extraneus deficeret, cujuscumque dignitatis fuerit, sit excommunicationis laqueo innodatus; pariterque Majestatis reus infamiam, & omnes penas in illis ipso incurrat.

Quæ excommunicatio est ex reservatis Pont.., excepto mortis articulo: hoc præmisso,

Duardus apud Dianam *p. 9. tr. 2. res.* 89. negat, scientem teneri revelare reum, si per fraternam correctionem speretur emendatio, & periculum non sit in mora, ob rationem tradtam *n. 62.*

100 Resp. adhuc teneri sub censura reum revelare, Bonac. *in Bullam Cœnæ, disp. 1. q. 12. 3. n. 14.* Diana cit. & apud ipsum Alterius: quia finis præcepti nedum est reparatio damni, sed etiam punitio publica delinquentis in publicum exemplum; nam Bulla præcipit revelationem, etiam si crimen sit commissum, in quo casu non habet locum reparatio damni, sed punitio in bonum publicum.

101 Item præcipitur sub censura revelatio rei de delicto committendo, aut commisso, quantumcumque res sit occulta; per quod confirmantur dicta *n 62.*

102 Idem pariter est dicendum, si quis occidi let, vel percussiliet Principem, Patriarcham, Episcopum, Generalem, aut Provincialem, seu in eos conspiraffet; tunc, inquam, simile atrocitate facinoris in personas similis dignitatis, posset Judex monitorium edere, quo scientem sub censura cogeret ad

occulta, & nullis indiciis præcedentibus, aut infamia. Aret. *in prall. crim. pag. 124.* Ratio est, quia mortuum præfatæ Bullæ contra facinora in Cardinales, fuit bonum publicum, &c. quod ibi exprimitur per hæc verba.

Quibus enim præsidio erimus... nullus suspectas afferemus, quos denique sublimare, si Templi Dei haberi, si serissima Ecclesiæ lumina, si ... lis, quæ pro animabus pastorum præsidet, pro ...

Quod motivum sitte potest extendi ad Episcopos, &c. sunt enim personæ publicæ, inimici ... et, Pastores gregis Christi, de quibus Apostolus ad Rom. *cap. 13. Non ea enim pora... tas, nisi a Deo, &c. ... resistit potestati ...*

Prælatos vestros, & subjectos eis: ipse enim pervigilans, quasi rationem pro animabus vestris redditurus. Ac proinde facinora contra eorum pertinas, sive committenda, sive committa, quamumvis occulta, non debent inulta remanere.

QUÆRES III.

103 *Postea occulte accusavit uxorem sua subsidi cum carnibus; mulier ramen voluntate nupsit eum alia: Episcopus autem ad parvit instantiam monitorium edidit, in qui scires aut haberet assis, sub censura revelaret. An illum ... teneatur eum revelare?*

Scien-

Secundum est, quod Judex Ecclesiasticus inferior Papa non possit concedere monitorium, ex vi cujus sequitur mors, aut mutilatio, quoniam tunc evaderet irregularis ex defectu lenitatis, utpote cooperator mortis alterius: unde in casibus criminalibus hujusmodi monitoria solent cum cribus clausulis concedi, 1. ut fidem non faciant, nisi civiliter, 2. ad defensionem tantum, 3. quoad interelle. Tanc. *tom. 3. tr. 4. q. 19. n. 2.*

104 Resp. cum Tanc. *eo.* vel enim Petrus est emendatus, quatenus relicto jam amore concubinæ, quiete vivit cum nova uxore, vel non. Si primum, nec est revelandus; quia ex probatis *n. 94 & 96.* delinquens emendatus non est denunciandus, quando monitorium denunciationem præcipit in emendationem, & reparationem damni futuri, non in punitionem, ut in

Si secundum, est revelandus; quia perdurante pravo amore, delictum habet effectum pendentem in futurum, nempe periculum novæ nuptiæ, & peccati mortalis, ac injuriæ Sacramenti, si mortua nova uxore concubinam ducat; quoniam habetur eum tu impedimentum criminis perseverans in futurum.

105 Nec ex tali revelatione facta Superiori Ecclesiastico, sequitur pœna mortis rei, quod nollet obstare; nam Superior Ecclesiasticus ea revelatione tantum utitur ad præfatum malum reparandum, non potest autem eam revelationem Judici sæculari tradere, quia sic evaderet irregularis, quatenus cooperaretur suæ telis in causa sanguinis; quæ namque major connexio in causa sanguinis, quam tradere Judici sæculari revelationem delinquentis, quæ incipiat probare auctorem delicti?

QUÆRES IV.

106 *Quando quis vi monitorii teneatur revelare vel*

Præsens quæsitum perlucide distinguit Diana *p. 9. tr. 8. ref.* 48. ex Sayro, Raynaudo, & aliis, ex quibus breviter

107 Resp. regulam generalem esse, tit tunc teneatur quis ex vi monitorii scripturas tradere, aut revelare, quando earum detentio, aut occultatio est mortalis: *v. n.* 32. qualis non est, quando grave damnum timet, quod præterri debeat damno alterius, quod ex non revelatione consequitur. Hinc

108 1. Si instrumenta sint publica, quæ scilicet continent acta causæ in judicio, nempe interrogationes, responsiones, confessiones, & tenetur ea reus tradere, & testis revelare, quia spectant ad publicam justitiam administrandam.

109 2. Si sint propria rei, quæ scilicet spectant ad jus rei, & sunt de bonis ejus, non tenetur reus ea tradere nec testis revelare: quia non tenetur quis, sive reus, sive testis, arma contra se dare inimico. Tum quia monitoria intelliguntur lato sensu retinentes scripturas alienas, & spectantes ad jura, ac bona actoris.

110 3. Si sint communia rei, & actori, videlicet, quæ spectant ad jus, & bona utriusque, licet sint in possessione rei, tunc non tenetur reus ea tradere, nec testis revelare, si inserviant pro jure alterius contra jus proprium; quia sunt utrique communia: & quando cætera sunt paria, melior est conditio possidentis.

111 4. Denique si instrumenta sint propria actoris, est distinguendum; vel enim detinens scripturam est certus de sua justitia, & quod actor ea injuste uteretur contra ipsum, ejus v. g. attentis potentia, & divitiis; & tunc eo durante periculo reddere non tenetur, nec id sciens revelare, non minus quam detinens gladium alterius, non tenetur illum restituere, si sit certus, aut magis probabiliter putet, quod sic eo usurus ad alium occidendum: imo restituendo peccat mortaliter contra charitatem: si igitur sub mortali ex charitate teneatur quando potest, impedire damnum spirituale, aut temporale proximi; multo magis tenetur impedire malum spirituale, nempe peccatum proximi, & malum temporale sui, & monitoria dantur ad impediendum, non ad fovenda mala. Dixi, si sit certus, &c. nam in dubio possessio stat pro creditore, de cujus bonis est scriptura, qui non est privandus sua scriptura ex dubia sui malitia: quoniam in dubio quilibet est præsumendus bonus. Vel actor habet jus, quamvis litigiosum, ad rem, in ordine ad quam inserat scriptura; & tunc omnino reus eam reddere tenetur actori, & testis revelare, ad hoc ut actor possit jus suum prosequi; quia tunc est injustus detentor.

QUÆRES V.

112 *An habens transumptum, teneatur illud revelare ex vi monitorii de revelanda scriptura?*

Resp. non teneri. Bonac. *tom. 1 disp. 8. de denunc. pag. 895. n. 8.* & apud ipsum Sotar. & Filliuc. quia monitoria non intelliguntur de scripturis illis, quæ faciat fidem qui simplex transumptum, non authenticum, non facit fidem.

QUÆ-

QUÆRES VI.

113 *An teneatur reus ex vi monitorii reddere actori scripturam propriam, ex qua sibi prudenter timet notabile damnum?*

Certum est, nomine damni hic non venire amissionem litis, & expobationem bonorum, circa quæ actor habet jus. & pro quibus suam inquirebat scripturam; quia si ex vi scripturæ restituæ actor obtinet à judice justam sententiam, qua reus ab quibus spoliatur bonis, tunc reus non licitur pati, sed refarcire damnum, quod revera, licet bona fide, inferebat actori, ejus retinendo bona: unde non ne damni hic venit amissio boni, in quod reus habet jus, Diana *p. 9. tr. 8. ref. 48. in fine.*

Bona, in quæ homo pati potest damnum, ex *n. 39.* sunt quatuor, animæ, delicet, corporis, famæ, & substantiæ corporalis; quæ bona ita se habent, ut unum sit altioris ordinis alio, ut gradatim ponuntur; bonum autem altioris ordinis præferri debet bono inferioris ordinis, sic bonum animæ, & vitæ, seu membrorum, præferri debet bono famæ, & bonum famæ bonis temporalibus.

114 Resp. 1. Qui scripturam detinet, si eam possidet mala fide, quatenus eam abstulit, tenetur eam reddere, cum æquali suo damno, aut paulo majori, minime cum longe majori, Tamb. *lib 9. Decal. c. 3. §. 3. à n. 19.* & apud ipsum Molina, Lessius, Azor. Val. Navar. Bonac. Ratio primæ partis est; quia inæquali damno potior est ratio innocentis; tum quia injusta actio obligat ab amovendum damnum ab innocente, & ad ponendam æqualitatem, unde vita, tua vita, fama, tua fama, bona, tuis bonis sunt removenda; idque etiam, si paulo majus esset damnum, quod timetur; quia parum pro nihilo reputatur.

Nec dicas, longe magis valere propriam vitam, aut famam, quam vitam, aut famam alterius, quoniam hoc est verum, cæteris paribus, quando scilicet uterque est innocens, ut dicam modo *n. 116.* minime quando tu es injustus: tunc namque longe magis est habenda vita, aut fama innocentis, quam nocentis.

Eadem ratione tenetur ad relarcienda omnia damna, & interesse, quæ sunt vera, etiam ante monitorium.

2. Ratio secundæ partis est, quia justitia commutativa nil aliud vult, nili ponere æqualitatem, & tu non teneris, nisi ad æquale, accepque tunc excusaberis ob impotentiam ponendi æqualitatem; unde si ex traditione scripturæ sequitur infamia, ad eam non teneris, licet quem alterius sit in bonis temporalibus, quia jactura boni superioris ordinis est longe major jactura boni inferioris, Diana *p. 9. tr. 8. ref. 49. in fine.* Pariter neque teneris, si damnum tuum sit circa bona ejusdem ordinis: sed notabiliter majus, puta si damnum alterius sit triginta aureorum, & tuum quinquaginta.

115 Si autem potes tuum damnum, nempe tuam infamiam evitare, restituendo scripturam medio prudenti Confessario, aut amico occulto, omnino teneris.

116 Resp. 1. Qui scripturam detinet, si eam possidet bona fide, non tenetur eam reddere cum suo, aut suorum notabili damno, etiam minori damno alterius, Diana *in fum. ver. Tellis n 6.* Busemb. *lib 4. de flatib. c. 3. dub 6. n. 1.* Tamb. *eo. n. 24.* & alii apud ipsum: Quia cum læsio non fuerit culpabilis, restitutio non debet te obligare cum notabili tuo detrimento, quoniam lumen rationis dictat, mitius esse agendum cum lædente sine culpa gravi. Hinc qui ex officio, v. g. medicus medetur, vulnerat, tenetur ex justitia damnum reparare; non tamen cum tanto rigore, quanto tenetur ille, qui culpa vulneravit.

117 Si vero possit suum notabile damnum evitare, restituendo per se, aut medio amico gravi, & occulto, vel medio prudenti Confessario, tenetur id facere, quando advertit, non solum ex charitate, ut vult Busemb. *eis.* cum aliis (qui proinde, si id non faciat, excusat illum ad compensanda damna inde sequentia) sed etiam ex justitia, Tamb. *eis. n. 8. ibid cap. 1. §. 9. n. 6. & n. 2. n. 7.* cum aliis; quia justitia non solum præcepit, ne quis det causam damni: verum etiam ut eam tollat, si ab eodem sit posita: ad eandem namque virtutem spectat, malum sibi appositum non ponere, & tollere, si illud ab eadem subjecto, in quo est virtus, positum est. Hinc (ait Tamb.) si inculpate dedisti venenum, incendisti segetem, sed adhuc venenum, & incendium vigent, quis te non obligabit ad ea removenda, si potes, etiam cum aliquo tuo, non magno incommodo? Licet enim, si tertius aliquis possit, non teneatur, nisi ex charitate; tu tamen qui re ipsa, esto sine culpa, causam damni dedisti, majorem contractus obligationem, quæ major obligatio explicari non potest, nisi dicatur esse ex justitia.

118 Resp. 2. Quod sequitur, quod ille, qui scripturam bona fide detinet, si possit, accedente notitia, damna reparare, & restituere sine suo notabili detrimento, teneatur sub mortali, & ex justitia id facere, etiam cum aliquo suo non magno incommodo: quod si non faciat, teneatur ad omnia damna, quæ sequentur post advertentiam, non vero ad ea quæ antea

secuta fuerint, Tamb. *cit.* Ratio utriusque est, quia pro primis in nulla fuit culpa, pro secundis vero, dum advertit, quia potuit & noluit damna impedire, gravem culpam committit contra justitiam ex re accepta; incepit enim esse injustus detentor.

QUÆRES VII.

119 *An sciens furem, aut detinentem scripturam, promulgato jam monitorio, teneatur ad revelandum cum suo notabili damno, minori damno alterius, & non revelanda teneatur ad compensanda damna alteri inde sequutura, si possit sanum animum vitare?*

R Esp. negative quoad utranque partem. Prima pars sequitur à fortiori ex dictis de ipso detinente bona fide, *n.* 116. quia detinens bona fide scripturam alterius, saltem materialiter lædit; quod non facit sciens.

120 Secunda pars, videlicet, quod sciens si possit damnum vitare, etiam cum sui non magno incommodo, teneatur sub mortali ad revelandum, non tamen ad restituenda damna inde sequentia, probatur, quia sciens non tenetur ad revelandum ex justitia commutativa, quæ est radix, & origo oneris restituendi; sed solum ex virtute charitatis, & obedientiæ ratione monitorii. Idem dico de teste juridice interrogato, si potens respondere, taceat veritatem, Gabr. apud Tanc. *cit.* Hinc Diana *n.* 114. *cit.* excusat à revelatione scripturæ, quando ex ea infamia sequitur

QUÆRES IX.

Petrus amat filiam Andreæ, & ut eamdem facilius Conjugem habeat, Andream rogat, ut quamprimum ipsi Petro eamdem filiam in Conjugem tradat, & conventione verbali, ut vigenti millia sint pro reali dote, alia vero dicatur solum ad pompam, ita exposcente ipse Paulo, ut sic suum matrimonium eisdem suo conjuncto placeret, si obligante ad dictum pactum declarandum capta tempore opportunitate, ut in effectu per publicum instrumentum, & Notarium. declaraverunt post quatuor annos præfatus Paulus, & Catharina conjuges. Hic autem defunctus, hæres Pauli post annos 40. exposita in judicio à pio hærede Petri alia decem millia aurea ex vi contractus dotalitii de 20. millibus emersit; & quia ex iis, qui prædictum conventionem scribant, plures sunt defuncti: & alii nullam sparte testari, hæres Petri obtinuit mecum

qui ita sciunt, revelent: an quantum, qui sciunt, sunt conjuncti in primo, & secundo gradu cum hærede Pauli, idem quæritur, An hi teneantur ad revelandum?

123 R Esp. teneri sub mortali & certum ad revelandum. Ratio est; quia ex una parte adest sententia probabilis obligans hujusmodi personas privilegiatas ad denunciandum, & testificandum in alterum defectum, de qua *n.* 43. ex alia parte Doctores sententiæ excusatis, *n.* 40. relati, expresse loquuntur, quando ex revelatione sequitur notabile dimnum, aut infamia ipsi revelando: quod natura non patitur, in quantum communio sanguinis facit, ut mala sint ipsis conjunctis communia, & omnis lire alter lædi non possit. In casu autem nostro, nec damnum, nec infamia sequitur ipsi conjuncto ex revelatione: non damnum, quia ipse hæres adhuc pro decem millibus aureis nihil unquam in se habet jus ad recuperandam summam, ut ipsimet ejus conjuncti sciunt: nec infamia, quia ipse actor, dum in judicio agit pro decem millibus aureis, non præsumitur malus, sed agens ex ignorantia juris partis, & errore facti, qui putat habere jus ad præfatam summam ex vi primi contractus dotalis: quoniam ex jure celibum non est præsumendum.

Cum igitur in allato casu nullum damnum, aut infamia sequatur ex revelatione, nullo pacto præfati conjuncti sunt ex ratione consanguinitatis à revelatione excludendi.

124 Confirmatur, quia independenter à ratione ex communi: Theologorum teretur quis ex charitate sub culpa mortali non manifestans

[illegible] ad vos [illegible]

[illegible] Tanc. *cit.* n. 14.

[illegible] Tanc. *cit.* n. 15. quia [illegible]

R Esp. non tenere, Tanc. *cit.* n. 15. quia [illegible] Christi [illegible] [illegible] [illegible]

do Paoli cattle bona — utrasse, teneatur ex vi monitionis ad restituendum?

RESpon. Tanc. qui casum proponit *loc. cit.* non teneri; quia licet sit probabilis sententia, quod post acceptationem Pauli facta mortuo Petro, donatio sit perfecta, & transferat jus in donatarium, præsertim si fuit acceptata per Notarium nomine Pauli absentis, est etiam satis probabilis opinio opposita, quod post mortem donantis non possit donatarius ejus acceptare donationem: ac proinde eum, qui ante hæc jam perfectam, cedere hæredibus Petri donantis.

122 Suadetur à pari, quia in casibus, & in quantitate, in quibus ad donationem requiritur insinuatio, seu manifestatio facta Judici prædicto monitorio ad instantiam donatarii, non tenetur quis ad revelandum, si sciat hæredes donantis ejus detinere bona; nam donatio sine insinuatione est nulla, ex *l. pen. §. ult. C. de donat.*

123 Et è contra, si donatarius regerians tollia bona recepisse, tenetur ad restituendum, & qui eum scit, ad revelandum, prædicto monitorio ad instantiam donantis, aut ejus hæredum; quia licet ex consuetudine non teneatur in conscientia donatarius bona sibi sine insinuatione donata retinere, nisi quando donans, aut ejus hæredes de ea repetent; monitio tamen à Judice Ecclesiastico facta ad instantiam partis, valet pro repetitione. Ita Tanc. *cit.* ex Raynaudo.

124 Eadem ratione, si Petrus fecit mandatum donandi, quatenus dedit famulo centum, ut ea ferret ad Paulum; tunc mortuo donante ante traditionem, si monitorium fiat ad instantiam donatarii, non tenetur, qui scit famulum detinere rem revelare: bene verum, si fiat ad instantiam hæredum donantis; quia summa illa ante traditionem per famulum lassam, non est de bonis donatarii, sed hæredum donantis. Quod utrumque est verum, ut etiam si famulus ob culpabilem negligentiam aut malitiam tradere omiserit; in quo casu vult Tanc. cum Sanchez, quod teneatur reddere hæredibus donantis tecitter summam illam, aut gemmas, & simul teneatur satisfacere donatario æquale pretium.

Confirmat Tanc. ex Raynaud. *de mens. p. 1. cap. 2. qu. 9.* dicens, *Non teneri ad revelandum ad effectu, ut restituantur res Sempronii, quando ipsi fuit facta promissio illarum rerum, & fuit etiam acceptata, quia quamvis promissio acceptata obligat ex justitia promittentem, facta jam acceptatione ex parte promissarii, ut tenet communior opinio: adhuc promissarius non habet jus in bona promissi, sed tantum ad rem, & promittens est verus dominus rei atque adeo non veniunt nomine bonorum Sempronii: ergo multo magis dicendum est, non esse in bonis Titii id, quod ipsi debet restitui à famulo in compensationem doni, quod impedivit, ne fieret ipsius Titii, & potius debet dici tale donum esse in bonis Caii, qui fecit mandatum donandi.*

QUÆRES XIII.

126 *Petrus donator ob ingratitudinem donatarii ante Judicis sententiam clam furripuit bona illius à se donata, An teneatur ex vi monitorii, quæ repetit, aut compensavit, revelare?*

NEgat Tanc. *cit. qu.* 10. quia licet una sententia velit, quod non possit in casibus enormis ingratitudinis donator repetere, aut compensare donata, nisi post Judicis sententiam, Diana *p.* 8. *tr.* 6. *ref.* 58. Tamb. *lib.* 9. *de contr. tr.* 10. *cap.* 6. §. 1. *n.* 8. Busemb. *lib.* 3. *tr.* 5. *cap.* 3. *dub.* 3. *n.* 1. Alia tamen opinio tenet, quod possit donans, aperte constante enormi ingratitudine donatarii, ante judicis sententiam, rem donatam occulte reassumere, aut compensare, Dicastillus *lib.* 2. *tr.* 5. *disp.* 1. *dub.* 7. *n.* 157. & 158. Tanc. *cit.* quia donatio intelligitur facta sub conditione implicita, & virtuali, *nisi donatarius fuerit ingratus*; & sententia Judicis non requiritur, nisi ad declarandam veritatem ingratitudinis donatarii: unde hoc vere & certo ipsi donanti constante, non requiritur in conscientia aliud ut occulte reassumat donata; aut sibi compenset.

127 Ita pariter est dicendum in casibus, in quibus potest donator licite donationem revocare, & in cæteris contractibus, in quibus tem detinens, licite & justè detinet, nam hujusmodi monitoria ferunter contra injustos detentores, & illos scientes.

QUÆRES XIV.

128 *Petrus nobilis è Sicilia perexit ad bellum, ubi ex matrimonio ibi contracto genuit filium, qui mortuo patre in Siciliam venit bona paterna adepturus, quæ cum scire non potuerit, monitorium obtinuit, ut qui bona Petri retinerent, restituerent aut revelarent: & quia ejus bona reperiuntur ed judicata, ideo quæritur, An adjudicatarius teneatur ad restituendum, vel revelandum?*

CIendum est, quod adjudicatio facta virtute pacti ad discursum, sit triplex. 1. Sine læsione, facta scilicet justo pretio, & de hac non est sermo. 2. Cum læsione non enormissima, quatenus non fuit facta infra dimidium justi pretii; sed vel in dimidio, vel supra dimidium justi pretii: ver. gr. prædium, domus, &c. valebat centum, & adjudicatio fuit facta

facta nec sexagenta, aut quinquaginta, 3. cum læsione enormissima, quatenus non facta infra dimidium justi pretii. Variant tamen Doctores in assignando, quantus debeat esse excessus dimidii justi pretii, ut constituat læsionem enormissimam.

Fagn. *lib.* 5 *de contr. n.* 40. *n.* 2. sit, non sufficere, quòd excessus sit unius nummi; quia parum pro nihilo reputatur, & de minimis non curat Prætor; sic proinde id committit arbitrio Judicis. Hinc permulti Jurisconsulti apud Mastrill. *dec.* 247. *n.* 37. tenent, excessum debere esse magnum; ita ut læsio debeat esse in duplo, aut triplo minùs justo pretio, ut prædium valeat centum, & adjudicatio fiat pro triginta tribus.

Puto tamen, quòd in læsione excessus dimidii justi pretii, ad constituendam læsionem enormissimam, sufficiat, si sit unius nummi; & ita in allato exemplo sufficit, si adjudicatum sit facta pro quadraginta novem. Tamb. *cit. n.* 5. & apud ipsum Rebellius, Balduus, & alii, ex *l. Hac adjecta glos. ad verb. significat.* Studetur, quia remedium gratiosum non conceditur, si pro læsione enormissima: ex Mastrillo autem *cit. n.* 28. *Hoc remedium tempore, quamvis sit in una summa dimidium justi pretii excedat*, secundùm Baldum *l. C. de rescind. vendit. num.* 18. Abbas *in c. Cum causam, n.* 3. post Glossi. *ibi in verb. Dimidium, quæ opinio contra dictorem non habet.* Igitur ad læsionem enormissimam sufficit excessus unius nummi.

Resp. cum distinctione: hæc ratque adjudicatio tripliciter contingere potuit. Primo, vel fuit facta sine læsione justo pretio, v. g. prædium valebat centum, & fuit adjudicatum pro aliis centum, quæ dominus prædii adjudicatario debebat ratione annui census supra ipsum prædium per plures annos non soluti. Et tunc nulla est difficultas; tunc quidem adjudicatarius monitorio non ligatur, quia prædium est in sui dominium transactum per justam emptionem.

129 Secundò, vel adjudicatio fuit facta cum læsione non enormissima, & tunc pariter dico, adjudicatarium elapso quadrimestre non teneri restituere, aut revelare; quia ea bona possidet licite titulo emptionis, emptione justa pretio facta: *n.* 2. 144.

Cujus justitiæ ratio est pactum in contractu creationis census appositum inter dominum census, & censuarium, ut in casu negatæ solutionis census, vendatur prædium ad discursum seu sub hasta: vulgo *all'incanto*, ultimo emptori plus offerenti; quod pactum non est defectivum contractus census. Et firmatur authoritate Nic. V. apud Tamb. *lib.* 9. *de censur. c.* 6. *n.* 2. qui concessit Regno Siciliæ, ut in creatione census apponi possint mutuumque pacta. Et in praxi tale pactum publice coram notario semper apponitur. Adjudicatio igitur seu emptio prædii in aut supra medietatem justi pretii facta, cum ea fatisfactione conventionis, & pacti de vendendo prædium in subhastatione, in casu negatæ solutionis census, est justa; quia bona, quæ venduntur sub hasta, qualia ratione præfecti pacti sunt, quæ adjudicantur, sunt merces ultroneæ, quæ pretium licitè pro mediocrate emi. Tamb. *loc. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 4. §. 8. *n.* 5. Diana *p.* 4. *tr.* 8. *res.* 12. & nonnulli alii apud ipsos.

Tum quia hujusmodi adjudicationes, seu emptiones, & venditiones bonorum immobilium, fiunt sine fraude, sed supposito debito vero, ad vocem præconis, authoritate Principis, & per sententiam Judicis. Ecce justitiam. Dicens: de ratione subhastationis est, ut concurrant plures, qui velint emere; in adjudicatione autem fiunt proclamationes in foro, sed vel contam paucissimis, vel nullo emere volentes.

Resp. Tamb. *cit. n.* 19. sufficere, modò revera fiant proclamationes, & quòd creditor alios, qui plus offerant, non impediat. Per accidens autem est, ut non comoreant emptores, eo maxime, quia censuarii jam sciunt, quòd in subhastatione immobilium pauci vel nulli comparere soleant præter ipsum creditorem, & hinc non obstante in fundatione contra conveniunt pacto talis subhastationis; volenti vero, & scienti nullasi fit injuria.

130 Tertiò, vel adjudicatio fuit facta cum læsione enormissima, & tunc Tanc. *tr.* 5. *tr.* 8. *q.* 12. sic resolvit: vel monitorium est latum, ut revelentur bona Petri, eo fine, ut restituat possidens: & tunc adjudicatarius tenetur revelare, excepto casu, quo ei adveniret notabile damnum, puta, quia tunc creditum amitteret. Vel est latum, ut restituantur bona Petri, & tunc non tenetur restituere; quia justè retinet bona Petri, usque quò ipsi solutio creditum.

Adjudicationem autem cum læsione enormissima esse justam, probat Tanc. *tr.* 4. *c.* 2. *q.* 2. 2. quia in subhastatione cum pacti reservati, vel vendi quanto minoris sine fraude extorquere potest, sive supra, sive infra dimidium pretii, quia res valet, 2. quia in læsione, quæ sit infra dimidium, adjudicatio est licita; ita & in læsione, quæ sit supra dimidium, 3. qui a lex in Regno Siciliæ permittit talem adjudicationem. Hinc concludit, in Regno Siciliæ creditorem posse sibi justè adjudicare, seu appropriare prædium censuarii cum læsione supra dimidium, admisso tamen remedio gratioso, quatenus dominus usque ad finem mundi potest offerre creditum, & prædium repetere ut à cum fructibus,

ita ut domino non tenente creditum, teneatur adjudicatarius restituere illi prædium una cum fructibus perceptis, quæ proindè numquam præscribuntur; quo credito non obstante, possit justè adjudicatarius prædium retinere, donec offeratur; imò non teneatur censuarium de tali remedio gratioso monere. Solum excipit casum, quando adjudicans cognoscit, dominum prædii esse inceptum ad petendum remedium gratiosum, uti esset vidua, rusticus, pauper, tunc fatetur adjudicatarium teneri dedicto suo credito prædium adjudicatum restituere debitori, etiam eo non petente.

141 Dicit tenere adjudicatarium, si intra annos quadraginta adjudicationis, teneri revelare, restituere, nedum late monitorio, verùm etiam arte, reluctabile (ut timeat, quòd restituendo non recuperet suum creditum, in quantum, v. g. suum creditum, aut adjudicationem factam probare non potest; in quo casu potest justè prædium adjudicatum retinere, donec ex annuis fructibus compenset sibi creditum, quo compertato, teneatur in conscientia illud restituere, etiamsi Judicis sententiam, & debitore non petente.

Ratio est, quia adjudicatio cum læsione enormissima est injusta, & pariè nullitatem. Tamb. *tract. 2. cap. 23.* Diana *cit.* & Dock. Theologi communiter apud ipsos ex Jurisconsultis autem Tournell. *tract. 6. Art. 6. cap. 6. cit. 2. tit. 30. de rescind. vend. num. 3 & 4* cujus injustitia

Offenditur primò; quia adjudicatio fabi limm cum læsione enormissima est contra bonum publicum, utpotè causa depauperandi familias.

Hæc de causa invalida est donatio omnium bonorum. Imo invalida ex jure est donatio excedens valorem quingentorum nummorum antequam fine insinuatione facta; quæ quidem insinuatio, seu manifestatio judici, haud aliter est à jure inventa, nisi ut judex, uti persona agens pro bono Reipublicæ, prodigas moderetur donationes.

Secundò, quia in omni contractu attendi debet mens explicita, aut tacita contrahentium, cùm contractus sit conventio ultrò citròque obligatoria; in contractu autem cum pacto vendendi ad diluculum, non habetur consensus debiti vendendi infra dimidium. Non quidem explicitus, quia regulariter hujusmodi contractus cum pacto vendendi bona ad diluculum in casu denegatæ solutionis, fit nullo expresso consensu de vendendo infra dimidium justi pretii. Neque tacitus, quia nemo præsumi potest, quòd consentiat suæ depauperationi.

Quòd si in pacto vendendi ad diluculum exprimatur pactum vendendi etiam infra dimidium, tale pactum est nullum, etiam si sit juratum, quia est de re mala, & contra bonum publicum. Sicut nullum est pactum, etiam juratum, de non revocanda donatione, in casibus, in quibus donatio est illicita.

Suadetur, quia si hujusmodi pacto ad diluculum adjicitur renunciatio remedii gratiosi, seu pactum de non petendo remedio gratioso facta adjudicatione, talis renunciatio, & pactum sunt irrita, & nulla. Quod expressè docet, & probat Mastrilli *dec. 247.* quando intervenit læsio enormissima ultra dimidium cum magno excessu. Cujus ratio præcipua est; quia in læsione, quæ sit cum magno excessu ultra dimidium, præsumitur dolus ex propósito: nemo autem potest renunciare dolo sibi futuro, nec potest talis renunciatio exponi, quia esset invitatio ad delinquendum. Addens, neque tale pactum in justum tenere; quia juramentum est vinculum iniquitatis. Quas propositiones ex pluribus juribus probat *n. 40. ad 81.*

Imo ita scribit contra pactum de non petendo remedium gratiosum, & contra læsionem enormissimam cum magno excessu, invehit Mastrilli, *ut in n. 81.* habeatur

Plures cessiones accipunt à creditoribus habentibus alterius fil tere non valentis obligare bona tum dicta pacto vendendi ad diluculum, tum alia pro modo quantitatis habendi, & ne audia, ita abusus est in Regno est, quòd non solum in triplo, aut quadruplo, sed etiam in centuplo minus justi pretii sunt multoties bona adjudicata eorumque prædicti pacti, quod esse contra omnes juris regulas, contra humanitatem, equitatem, & pietatem, nemo negabit.

Item *n. 103.* ait:

Ens ad instantiam Philippi de Lazi per M. R. C. declarata nulla remedia dict. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. quodam adjudicatio facta in favorem D. Laura la Parra, & consortium; in qua processu extrant quadam sententia Religiosorum Theologorum defendentium, non obstante prædicto pacto ad diluculum in conscientia securos non esse emptores, si enormissima læsio in emptionibus intervenit.

Insuper *n. 110.*

Dolum futurum remittere, si ab initio renunciasset futuræ enormissimæ læsioni, & inquit Cepol. *cons. 34. n. 19.* allegando Hostiens. & alios: *Quod per nullum pactum, nec per legem, vel statutum, nec per consuetudinem, vel privilegium, potest quis præstare à reclamatione, & impugnatione sententiæ arbitrariæ, quando adest enormissima læsio.*

Ulteriùs *n. 115.*

Restitutio autem læsionis enormissimæ contrarium in terminis tenuit Cagnol. *in d. l. 2. n. 81.* dicens: *quod data læsione ultra dimidium justi pretii in mi-*

nimo semper, essentialiter inest malitia dolosa, quæmadmodum non datur ens perfectum causam non constituit debiti.

Demum *n. 118.*

Renunciatio læsionis enormissimæ nunc non valet, in futurum, neque ipse renunciando adesse videtur ad [illegible] tam probant & dicunt, [illegible] udo, si adesset, partes servarent judicium, cùm maximum servatur, & rendond. ad bivarium tribuat, & majora declarationes omnibus bonis fuis expetata reddat, & ita ego existimo.

Cùm igitur pactum etiam juratum de non petendo remedio gratioso pro læsione enormissima sit nullum, & irritum, utpote vinculum iniquitatis, quatenus læsio enormissima est dolosa, & iniqua; omninò sequitur, quod pactum ad diluculum, supra quod prædictum pactum laudatur, sit etiam dolosum, & iniquum, & comprehendat venditionem cum læsione enormissima: ac proindè sit pariter nullum, & irritum: quoniam malitia secundi pacti dissumitur à læsione enormissima, quæ in primo supponitur. Pactum ergo ad diluculum est validum, & licitum, si excludat læsionem enormissimam: invalidum autem, & illicitum, si supponatur eam comprehendere; quoniam sicut ex quo donatio omnium bonorum est illicita, & invalida, illicitum, & invalidum est pactum de eam non revocanda; ita ex quo pactum ad diluculum comprehendens explicitè, aut implicitè læsionem enormissimam, est illicitum & invalidum, illicitum, & invalidum est pactum de non petendo remedio gratioso pro venditione facta cum læsione enormissima.

Confirmatur, quia utrumque pactum habet pro objecto læsionem enormissimam, adèoque utrumque est illicitum, ac inde invalidum; quoniam actus specificatur ab objecto.

Ad rationes in oppositum.

142 Ad 1. id habet locum in subhastatione mobilium, minimè immobilium, disparitas est, quia in subhastatione mobilium, facta emptione infrà dimidium, non sequitur tanta depauperatio, quanta in subhastatione immobilium, quia ibi totum amittitur res, & pauci fructus, si res sit fructifera, ut bos lactaria; hic verò amittitur res cum fructibus perpetuis, ac proinde talis adjudicatio est contra bonum publicum, uti causa depauperandi: hinc ex *cap. Cum causam, cap. Cum dilecta, de empt. & vend.* irritatur contractus emptionis, & venditionis ultra dimidium justi pretii, v. g. si valens centum ematur 49. aut vendatur 151.

143 Ad 2. disparitas est, quia venditio rei immobilis infra dimidium justi pretii est nimis prodiga, & contra bonum publicum, cum sit causa depauperandi; non sic facta supra dimidium, aut in dimidio: & licet ex ista aliqualis depauperatio sequatur, quia tamen non est tanta, tolerator à lege ob bonum publicum, nempè ad fines virandas.

144 Ad 3. dato transitu, talis permissio solùm juvaret pro foro externo ob vitandas lites, minime pro foro interno.

Cæterum lex in Regno Siciliæ non permittit adjudicationem infra dimidium justi pretii sed illi resistit; nam ipsi Jurisconsulti, Mastrill. *dec. 53. & dec. 247. pag. 147. n. 1.* D. Ant. Amato *ref. 61.* & alii apud eumdem Tanc. *cit.* docent, hujusmodi adjudicationes factas infra dimidium justi pretii in Regno Siciliæ non admitti, sed ut nullas revocari, non obstante prædicto pacto ad diluculum libere à censuario in census creatione facto: quod quidem declaratur nullum, & irritum, utpote nimis prodigum, & contra bonum publicum, si supponatur comprehendere venditionem faciendam sub hasta etiam cum læsione enormissima.

Imo ipse censuarius, cujus bona sunt adjudicata, potest, & solet intra quadraginta annos à Prætore accire remedium gratiosum, nimium actionem bona adjudicata repetendi, quando adest læsio enormissima: & tunc Prætor præcipit Judici, ut si recognoscat adjudicationem fuisse factam intra dimidium justi pretii, faciat censuario restituere bona adjudicata una cum fructibus, satisfacto jam creditori ipsi adjudicatario, una cum expensis, & legitimo interesse. Mastrill. *cit.* Quod remedium gratiosum non conceditur censuario in adjudicatione supra dimidium justi pretii, sed solùm tunc conceditur illi quadrimestre ad recemendum soluto debito, quo elapso adjudicatarius legitimè in perpetuum bona adjudicata possidet. Ex quibus clarè apparet, adjudicationem cum læsione intra dimidium ipsi justam, supra verò dimidium ipsi justam; ac proindè in hac adjudicatarium teneri ad restituendum bona adjudicata statim, si statim debitor creditum non satisfaciat, tunc competatis jam per annuos fructus credito una cum expensis, & interesse legitimo, teneatur in conscientia ea restituere ante sententiam Judicis, & censuario non petente, alias incipit esse injustus detentor, quoniam (ut ipsemet Tanc. fatetur) nunquam ea bona sic adjudicata, & eorum fructus prescribit. Ecce injustitiam.

145 Contrahuntur dicta, quia si in emptione immobilium ex pacto ad diluculum, pretium infra dimidium esset injustum, quatenus in subhastatione pretium justum est, quod potes sine fraude exigere, sive supra, sive infra dimidium justi pretii; facta tali emptione, seu

adjudicatione nullum daretur remedium restitutorium; quia nulla esset facta læsio, nemo enim laedatur infra justum pretium: cum igitur tales adjudicationes factæ infra dimidium justi pretii sint revocabiles per remedium gratiosum (ut concedit Tanc.,) sequitur, non esse justas, nec petenti à lege in ratione emptionis, sed solùm compensationis, ut in secunda asseritur.

146 Dices: saltem adjudicatarius, etiam si fit infra annos 40. adjudicationis, tenetur ex vi monitorii restituere, ea de causa probabilis est opinio, quòd adjudicatio infra dimidium justi pretii sit justa, juxta superius dicta.

Resp. probabilem item opinionis præfatæ, vel esse nullam, vel ita tenuem, ut ex Decr. Inn. XII. *prop. 3. ann 4. Martii* 1697. non sufficiat, ut prudenter agamus. Imo si adjudicatio infra dimidium justi pretii sua gaudet difficultates, ut nonnulli rimorati (*velle Tamb. loc. n. 28.*) satisfacto per annuos fructus pretio una cum expensis, &c. restituunt censuario ejus bona supra dimidium justi pretii adjudicata; quid dicendum infra dividium? Verum tamen est, quòd præfati timorati id fecerint non ex justitia, sed ex liberalitate.

147 Dico 2. in Regno Siciliæ adjudicatarium completo anno quadragesimo à die adjudicationis, si creditum non sit jam satisfactum, non teneri late, monitorio restituere, aut revelare.

Ratio est, quia in Regno Siciliæ per Ducem Sarmonetæ Protegem, ex consilio, & voto totius Tribunalis Sacræ Regiæ Conscientiæ Panormi, die 11. Decembris 1666. fuit edita Pragmatica, quam refert Franc. Magretti *in suis observ. ad §. 9. & 10.* tenoris sequentis.

Nel remedio gratioso non si dia luogo nessun debitore, passato, cessato, e tempo che fosse devuto a sua Maestà ma solamente si dia luogo la somma, per la quale processe l'esecuzione, e le spese giudiziarie. Quale remedio non si possa restituire, se non fra quattro anni, da contarsi dal giorno della professione della cosa aggiudicata.

Ubi est firmo de læsione enormissima supra dimidium justi pretii; nam pro ea remedium gratiosum non concedimur.

148 Motivum autem recentiùs legis fuit, quia pactum ad dilectum de vendenda ultimo & plus offerenti re debitoris creditis obligata, non est in Regno introductum in creatione census, verùm etiam est factum communè exteris contractibus, ita ut etiam pro aliis creditis non censualibus soleant à debitoribus obligati bona cum pacto ad dilectum. Hinc certum, Principem, quòd per hujusmodi adjudicationes infra dimidium justi pretii cives spoliarentur bonis, & ex alia parte ex debitorum negligentia suspenderentur credita, publico bono consulens, ne credita suspensa remanerent, nec debitores gravarentur, media via incedens dispensuit, 1. ad favorem debitorum, ut intra annos 40. positi remedium gratiosum tentare, nempè ut satisfacto per ipsos creditore, una cum expensis, & legitimo interesse, statim ipsis bona adjudicata restituantur.

149 Intercalle ratiocinari solet ad septem procentum, debet tamen supponi esse verum, & reale, minimè palliatum aut fictum (ut communiter in materia de usura discernunt Theologi.

150 Secundò, ad favorem adjudicatariorum seu creditorum, dispositi, ut annis 40. completis à die possessionis rerum adjudicatarum, non possint ampliùs debitores remedium gratiosum tentare, sed earum impositorum adjudicatarius remaneat dominus: idque in poenam negligentiæ, & ob bonum commune, ob quod potest Princeps rerum dominia transferre. Vasquel. *in q. num. 3. q. 1.* Tamb. *tom. 1. lib. 3. tr. 2. c. 1. §. 8. n. 14.* & alii com.

151 Tuni quia præcæ conventionales, dummodò sint veræ, ac reales, & non ad palliandam usuram, aut usuram, justæ, & licitè apponi possunt à privatis personis in pluribus contractibus, etiam in mutuo, ut docet Scot. *in 4. d. 15. q. 2. §. de secundo art.* Quare poena justè imponitur inconstanti, aut infideli, & cuilibet licet se servare indemnem; adeòque à fortiori imponi potest à Principe ob bonum publicum, cui privatum cedit.

152 Ex his sequitur 1. quòd si debitor factus sit impotens ad solvendum debitum ante annum 40. & hac durante impotentia, accedat annus quadragesimus, adjudicatarius non facit sua bona adjudicata; sed compensato ex annuis fructibus credito cum expensis, & interesse, tenetur statim, & semper ea restituere domino; qui pariter etiam elapsis annis 40. cessante impotentia, habet jus ad tentandum remedium gratiosum, nullo est, quia poena non incurritur, nisi præcesserit culpa. Quòd si facus sit impotens, quia prodigè vixit, tunc si prævalet se reddituum impotentem, accedente anno quadragesimo, amittit bona adjudicata, & non potest ampliùs tentare remedium gratiosum, quia est in culpa. Secus si non prævidit, quia ad culpam requiritur prævisio. In foro tamen externo præsumitur prævidisse, & inde esse in culpa. Com.

153 Secundò sequitur, quòd adjudicatarius si ante annum quadragesimum ex fructibus annis bonis adjudicati subcompensaverit ium creditum, una cum expensis, & interesse, tenetur in conscientia statim, & semper etiam

etiam anno quadragesimo quantumvis elapso, bonum una cum residuis fructibus restituere domino, seu fisco debitori, aut ejus hæredi, etiam ex non petente, & ante sententiam judicis; qui tunc incipit esse injustus detentor & sine ullo titulo: non etiam retinet titulo emptoris, quoniam emptio immobilium cum lasione s. pra dimidium, est injusta, & nulla non obstante pacto ad discursum; quod pariter esse iritum, utpote nimis prodigum, causam depauperandi, & contra bonum publicum, diximus à *n.* 141. nec titulo compensationis; quia hic facta compensatione cessavit; nec alius est assignabil stimulus.

154 Nec potest dici, quòd accedente anno quadragesimo, & omisso bona adjudicata non petente, adjudicatarius illa præscribat; quia ad præscribendum, ultra tempus præfinitum à lege, requiritur titulus, & bona fides; in casu autem nullus habetur titulus, ut modò est ostensum: nec bona fides, quia scit jam se compensasse, adeòque non valet illa præscribere, qua possessor malæ fidei numquam potest præscribere. Conv. bire diximus, quòd accedente anno quadragesimo, & non jam compensato, aut satisfacto credito, &c. adjudicatarius faciat sua bona adjudicata, non ratione emptionis, nec ratione præscriptionis, sed ratione legis generalis à Principe latæ contra debitores negligentes, ut eorum exemplo alii sint accuratiores ad solvendo debita.

155 Tertiò denique sequitur, quòd etiam in Regno Siciliæ talis adjudicatio cum lasione supra dimidium non sit justa, si confiteatur sub ratione emptionis, & venditionis ex pacto ad discursum: sed solùm permittitur sub ratione compensationis, quatenùs creditor non potens aliter recuperare suum creditum, tenetur bona debitoris, usquequo illud ex annuis fructibus sibi compenset; quo compensato ante annum quadragesimum, condemnatur à judice ad restitutionem prædii, & fructuum; imò in conscientia illa restituere tenetur etiam ante judicis sententiam, & debitore non petente.

156 Nec relata pragmatica efficit oppositum: solùm enim disponit, ut completo quadragesimo anno, & non tentato remedio gratioso, ac non satisfacto creditio, in poenam negligentiæ non possit debitor amplius illud tentare: non disponit autem, quòd adjudicatio in ratione emptionis fuerit justa, & quòd compensato ex annuis fructibus credito, non teneatur adjudicatarius bona adjudicata restituere.

157 Imo non displicet Principi, cives per hujusmodi adjudicationes spoliari bonis, ut in adjudicationibus factis cum lasione infra dimidium justi pretii, in quibus datur quadrimestre ad redimendum, peti, & concedi soleat à Principe protogatio termini ad redimendum.

QUÆRES XV.

158 *An ex vi monitorii de restituendis, aut revelandis fisco bonis hæretici, teneatur quoddam ejus creditum, tentare, sitne fisci restituere?*

SCiendum est, unam ex pœnis hæresis formalis esse confiscationem bonorum hæretici à die commissi criminis; quæ confiscatio est tam juris civilis quam Canonici in pluribus locis apud Bord. *in Tract. fidei cap. 12. de Pœnis hæret.* præsertim *ex cap. Cum secundum 29. de hæret. in 6. Ex rerum proprietate hoc ipso proveniunt, & fisco rerum & speciarum dilatarum proprietas acquiritur, &c. bona hæreticorum ipso jure decernimus confiscata: confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet, nisi prius sententia super eodem crimine fuerit promulgata.*

159 Quæ confiscatio est pœna latæ sententiæ, quæ ipso jure incurritur; non est autem executioni danda, nisi post sententiam communi delicti; quod est commune omnibus pœnis latæ sententiæ, quæ semper intelliguntur secuta sententia declaratoria delicti; unde hæreticus patrato delicto amittit proprietatem suorum bonorum, non tamen possessionem, & usum, nisi post sententiam commissi delicti.

160 Hinc donationes, & aliæ alienationes bonorum ab hæretico factæ à die commissi delicti ante diem sententiæ valent, ac non sunt firmæ, sed rescindumur à fisco, nisi sint factæ ob necessitatem vitæ propriæ, & suorum, & pro collocandis filiis, Bord. *tr. num. 113.* Diana *in Sum. var. Haeretic. pœna, num. 7.* quia licet à die commissi delicti ante sententiam hæreticus sit suorum bonorum possessor, non est eorum dominus; & propterea statim ac habetur cognitio delicti, solet fiscus inventarium facere; & qui bona sic alienata retinet, debet ea post sententiam fisco restituere, quia ipso jure, statim ac fuit commissum delictum, locum fisco confiscata secundùm proprietatem.

161 Nomine bonorum confiscatorum veniunt bona, quæ realiter de præsenti habebat hæreticus, quando commisit delictum: unde

Pri-

162 Primo, non veniunt bona, quæ post delictum acquirit ante sententiam, quia non dicuntur præsentia, sed futura. Bord. *cit. num.* 114. & multi contra Bossium, qui vult etiam subiri fiscum. Dixi *post delictum*, hoc est post pœnitentiam, sed ante sententiam a quibusdam: quia pro eo tempore, quo durat hæresis, bona tunc acquisita ipso jure subjiciuntur fisco, quoniam durat causa confiscationis, unde si Petrus paravit hæresim formalem die 1. Januar. & in ea perseveravit usque ad diem 1. Februarii, quo die eum pœnituit, tunc bona usque ad diem 1. Febr. acquisita ante pœnitentiam cedunt fisco, non obstante, quòd sententia non cedunt fisco, non obstante, quòd sententia delicti commissi detur, v. g. die 1. Augusti, quia sententia retrotrahitur ad diem commissi delicti; bona vero acquisita die 1. Februar. post pœnitentiam non cedunt fisco. Tanc. *to. 3. cr. q. 11. n. 4.*

163 Fructus autem ex bonis, quæ fisco cedunt, præcepti tempore medio inter diem patrati delicti, & sententiam, suis ipsius hæretici: quia fructus sunt possessoris, *l. fructus, §. ex diversorum, ff. de rei vendicat.* data vero sententia, fructus, quos non consumpsit, sunt fisci. Bord. *cit. n.* 112.

164 Secundò, non venit hæreditas delata hæretico, sed non jam adita ante commissum crimen, Bord. *cit. nu.* 115. quia hæreditas sine additione non transit ad hæredes; unde non venit inter bona præsentia.

165 Hac ratione legitima filii hæretici viventibus parentibus, non competit fisco, quia non est jam acquisita: sed est simpliciter patris, etiam si filio legitimam assignasset. Bord. *cit. n.* 116.

166 Tertiò, non veniunt bona fideicommisso subjecta, aut alienati prohibita, casu, quo testator prohibuerit alienationem in favorem alterius a delinquente, & præsertim quando testator, aut institutor uticrius his, vel similibus verbis: *ut si ipse delinquens amittat bona cum omnibus suis commodis reditibus*, Diana *p. 4. tr. 8. res.* 60. Bord. *cit. nu.* 117. Carena *p. 2. tit. 1. de hæresi, n.* 135. quia substituti non succedunt in ea bona ex persona ipsius hæretici, sed ex persona propria, & ut vocati in casu delicti ab ipso instituto, seu testatore, qui cum supponatur primus acquisitor, potest in illius institione hæredis, &c. apponere vincula, & conditiones, quæ ipsi placent: & tunc in causa delicti hæresis, &c. bona, & hæreditas non cedunt fisco, sed substitutis: pariter & eorum fructus transeunt ad substitutos, ad quos post delictum transit dominium bonorum, seu hæreditatis.

167 Quariò, non subjicitur fisco Majoratus, quia filius non succedit ad illum jure paterno, sed propria persona immediate. 5. Nec fisco subjicitur ob delictum patris peculium castrense, vel quasi castrense filii: quia est filiorum quoad proprietatem, usumfructum, & administrationem. Neque dictum peculium ob delictum filii subjicitur fisco in damnum patris. 6. Non subjicitur fisco ob delictum patris peculium adventitium, & profectitium filii: quia quoad proprietatem est filii; & licèt usufructus sit patris, in casu tamen ejus hæresis, filius sit sui juris, ac proinde liberam habet administrationem, nam usufructus sequitur proprietatem. E converso in casu delicti filii proprietas peculii adventitii, & profectitii unitur cum usufructu patris. Hæc Bord. *cit. n.* 120. ex pluribus Doctoribus, &c.

168 Bona castrensia sunt, quæ filiusfamilias occasione militiæ acquirit, & quod est ei à patre, aut ab alio donatum, dum militiam agit, sive in terra, sive in mari. Quasi castrensia sunt, quæ filiusfamilias acquirit ex publico munere, v. gr. advocati, medici, &c. ex artium liberalium professione, ex regis liberalitate, aut ex propria parsimonia: Item quæ Clericus acquirit ratione Clericatus, Sacerdotii, vel ex lui beneficii redditibus; nam bona, quæ laico sunt adventitia, Clerico sunt quasi castrensia. Bona adventitia sunt illa, quæ filiusfamilias acquirit non ex patre, aut propter patrem, nec ex officio publico, sed aliunde, verbi gratia à matre, ab avis maternis, ab extraneis; ex nuptiis, aut ex propria labore, & industria. Bona denique profectitia sunt, quæ ex pecunia, aut bonis paternis per filiumfamilias acquiruntur, dummodo castrensia, vel quasi castrensia non sint.

169 Dos uxoris scienter cum hæretico contrahentis cedit fisco, *ex cap. Quærenti* 14. non sic bona paraphernalia, hoc est præter dotalia uxoris. Nec bona viri scientes cum hæretica contrahentis. Quia jus loquitur de fœminis, & de dote, tante scientia. Diana *in fasc. ver. Hæres, punct. 1. n. 6.*

170 Bona Clericorum, si sint patrimonialia, aut acquisita propria industria, vel titulo Officii sacerdotalis, pro Missis, administratione Sacramentorum, &c. subjiciuntur fisco Ecclesiastico, quia sunt transitoria etiam ad extraneos: nam Clerici possunt ea illis relinquere, *ex cap. Quia nos, de testam.* minime, si sint beneficia Ecclesiastica, quia hæc sub excommunicatione reservata prohibentur confiscari, ex Clem. II. *de hæret.* sed ipso jure vacant. Fructus etiam beneficiorum prohibentur confiscari, *ex cap. Excommunicamus.* 14. §. *Damnamus, de hæret.* sed applicari debent Ecclesiæ, quarum sunt beneficia. Bona verò acquisita ex fructibus, seu pecuniis beneficiorum, subjiciuntur fisco: quia de illis Clerici possunt disponere, ita Bord. *cit. à num.* 127. *cum multis.*

171 Bona Religiosi hæretici non subjiciuntur fisco, quia nihil habet proprii, sed solùm usum facti; & illorum proprietas ad Monasterium in communi spectat, vel ad Sanctam Sedem, aut ad ipsos dantes, pro Minoribus de Observantia. Bord. *cit. n.* 13

172 His secellariò præmissis, difficultas procedit de bonis confiscabilibus, & quæ cedunt fisco, sive Ecclesiastico Inquisitorum, Episcoporum, aut regio, juxta varias Regionum consuetudines: minimè de illis, quæ non cedunt fisco; ea enim non tenetur delinquens ex vi monitorii restituere, sed potest occultare.

173 Resp. igitur cum Tanc. *cit. n.* 2. considerandæ esse verba monitorii; si enim dicat: *Ut qui retinet bona mobilia, vel immobilia Petri hæretici, ea restituat fisco*: retinens creditum hæretici non tenetur solvere fisco, sed potest illud solvere ipsi hæretico creditori. Si verò dicat: *Ut qui retinet bona Petri hæretici, ea restituat fisco*, retinens ejus creditum, tenetur illud restituere fisco. Ratio primi est, quia creditum non comprehenditur sub nomine mobilium, vel immobilium, sed constituit tertium speciem distinctam bonorum, intra quam sunt jura, & actiones, ex *l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de recup.* Clarus, Farinac. apud Tanc. Ratio secundi, quia *bonum* est genus ad dictas tres species; genus autem comprehendit species, *ex l. si adumpsit, Cod. de fest. pass.*

174 Eadem veniunt respective dicenda de bonis confiscatis ob crimen læsæ Majestatis, aut ob alia delicta, juxta jura propria Regnorum.

QUÆRES XVI.

175 *Petrus rem à se restituendam confitetur probo Confessario, aut viro fideli, ut eam tradat domino, modumve autem rem non restituit, vel quia amisit, vel quia pro se surripuit: hinc translata tempore, & restituenda non falla, dominus monitorium obtinuit: An teneatur Petrus iterum ex vi monitorii restituere, & qui eum scit, revelare?*

176 Ita restitutionem factam per intermediam personam fidelem, quæ tamen non restituit, quia amisit, aut pro se surripuit, commune est, quòd, si res lic debita ex re accepta, aut ex contractu, v. g. depositi, locati, &c. & sit debita in individuo, puta idem equus, eadem vestis; non teneatur amplius restituere, si id fuit sine tua culpa theologica gravi; quia ad nil ex re accepta, aut contractu obligaris, nisi ad diligentiam moralem, quam cuilibet, dum vivos ex turpi probo, & fideli, & res domino perit.

177 Eadem ratione, si res ex re accepta aut contractu non sit debita in individuo, sed in specie, aut æquivalenti, ut si tibi fuit commodatum triticum, pecunia, &c. tenet is iterum restituere, quia res perüit in manu mediatoris, & res domino perit Tamb. *tom. 1. l. 4. §. 1. n. 6.* Excipe, nisi non potueris personaliter restituere sine infamia, quia tunc differtam, ut de injusta acceptione.

178 Difficultas est, si debitum sit ex injusta acceptione, seu ex delicto. In qua re duæ sunt opiniones. Prima affirmat te obligari, iterum restituere, sive res sit debita in individuo, sive in specie, quia semper in te remanet radix obligans ad restitutionem, nempè injusta acceptio. Nec creditor debet damnum pati ob delictum debitoris. Neque creditor consensisse præsumitur ad illam transmissionem per personam quantumvis fidelem, nisi sub conditione, quod cum effectu ipsi res transmissa reddatur. Toletus, Lazar. *de mente*, Navar. de Lugo, & alii apud Dianam *p. 2. tr. 7. r. 16.*

179 Secunda opinio negat, te amplius ad aliquid obligari. Ita expressè Scotus *in 4. dist. 15. q. 2. §. Ita quarto, tun. FF*, quem sequuntur Diana *cit. & p. 10. tr. 16. res. 97.* Rodr. Filliuc. Cenedo, & alii apud Tamb. *cit.* quia (ait Scotus) *quando ablata sunt occulta, tunc non tenetur ablator se prodere, nec per consequens per se ipsum restituere, sed per aliam personam interpositam, & fidelem: & expedit, quòd per Confessorem, quem sibi est crimen detectum in confessione, & de ejus fidelitate, quòd restituat fidei suæ commissum, sanè debet credi.*

Undè, si persona intermedia non restituat, sed rem amittat, aut sit inconstans, & pro se surripiat, onus restituendi transferitur ad ipsum, & cessat in sure, quia hic fecit, quantum in se potuit, & debuit; non enim tenebatur restituere cum sui infamia. Cujus ratio à priori desumitur ex consensu rationaliter præsumpto domini, sicut enim sur & debitor ad nil amplius tenetur, si ex consensu expresso creditoris, de restituendo per intermediam personam, rem restituendam tradet per intermediæ personæ, quæ tamen pro se surriperet: ita ad nihil tenetur, si id faciat ex consensu tacito creditoris, quoniam taciti & expressi consensus eadem est vis, quia tacitus cre-

creditoris consensus habetur in casu, quo debitor, seu fur non potest personaliter sine periculo infamiæ restituere.

180 Suadetur aliis exemplis, & 1. Si fur occultus non potest sine infamia rem ablatam eamdem in individuo restituere, satisfacit restituendo per æquivalens, nempe pretium, 1. (sic Scotus) si non potest statim sine infamia restituere, sufficit, quod habeat voluntatem restituendi, cùm primùm opportune potest, quo tempore non est injustus retentor, licet priùs fuerit injustus acceptor, & detentor, quia tunc retinet volente tacitè domino: quod si sit invitus, est irrationabiliter invitus; dum non potest rationabiliter intendere, quod fur occultus eum sui infamia restituat: sed consentire debet, ut restituat, cum primum opportunè potest: injustus autem acceptor, aut detentor dicitur, cùm accipit, aut retinet invito rationabiliter domino; ita in re nostra. His præmissis,

181 Resp. 1. Si res sit debita ex re accepta, aut contractu, & sit debita in individuo, non tenetur Petrus ex vi monitorii restituere, nec qui eam scit, revelare. Bene vero, si sit debita in specie, aut æquivalenti, quia in 2. casu monitorium supponit in Petro onus ad restituendum, non sic in primo; *ut in nu. 176. & 27.*

182 Resp. 2. Si Petrus est debitor ex delicto, nec tenetur amplius ex vi monitorii restituere; nec qui eum scit, revelare, Diana *p. 10. tr. &* Tanet. *tom. 3. tr. 4. q. 16.* quia probabilis est sententia, quod fur, & debitor ad nil amplius teneatur, si ad vitandam infamiam rem tradidit viro probo, & fideli, ut eam consignaret domino; ille autem amisit, aut fuit inconstans, & pro se furripuit.

QUÆRES XVII.

180 *Paulus, ne creditores suum prædium adjudicarent, illud vendidit in confidentia Petro. An facto monitorio de revelandis bonis Pauli, teneatur Petrus prædium revelare?*

RESP. tereti, si facta correctione, Paulus non velit satisfacere creditoribus, & nullum ipsi sequatur notabile damnum, Bonac. *tom. 1 disp. 6. de overe denunc. punct. 1. §. 6. n. 7.* quia est particeps peccati Pauli, nam quamdiu non manifestat, est causa, cur Paulus non solvat; sicut censetur causa peccati, qui occultat bona sibi à sure ad custodiendum tradita.

Unde, qui occultant bona, ne ob æs alienum, vel ob delictum patratum, capiantur à creditoribus, aut à fisco, tenentur ex vi monitorii revelare; quia talia bona non possunt occultari, aut retineri in fraudem creditorum, & fisci, quibus de jure sunt applicata. Idem dic de contractibus fictè initis in fraudem creditorum, vel fisci.

QUÆRES XVIII.

184 *Petrus detinens bona Pauli, promulgata monitione de restituendo intra quindecim dies, ægrotans die 10. malitia se reddidit impotentem, dissipandolens Paulo, antequàm eamdem die se pœnituit solvit. An incidat in censuram?*

185 CErtum est, quòd si facti non pœniteat intra terminum, peccet statim ac committit culpam contra Superioris præceptum, & incidat in censuram, non statim ac committit culpam, sed elapso termino præfixo, non antea. Difficilius est, si pœnitentia intra terminum intercedat:

186 Prima opinio affirmat, quòd incidat in censuram, elapso termino, Raynaudus *de Mens. p. 1. cap. 2. q. 3.* Suarez *de cens. disp. 28. sec. 2. nu. 16.* quia censura incurritur ex vi prioris causæ jam datæ. Hinc, si Petrus voluerit lechaliter Paulum, & ante ejus mortem facti pœniteat, adhuc evadit irregularis secuta morte.

187 Secunda opinio, quam sequor, negat, quòd incidat in censuram elapso termino, Tanet. *tom. 3. tr. 4. q. 13.* quia censura in monitorio fertur contra non restituentem culpabiliter intra terminum præfixum: ille vero, quem intra terminum culpæ, qua factus est impotens, pœnituit; accedente termino, non omisit restitutionem culpabiliter, adeòque non incidit in censuram.

Confirmatur. Quia censura lata in monitorio non restrahitur ad tempus commissi delicti, sed concernit culpam mortalem in termino præfixo, quæ non habetur in casu; igitur neque censura, quæ quidem culpam mortalem requirit.

188 Non obstat, quòd præcesserit culpa; quia se ex malitia impotentem reddidit; quia mala voluntate retractata, omissio restitutionis præcedit ex priori culpa solùm materialiter, formaliter verò ex impotentia. Sicut, si post datam causam pollutionis, retractetur grava voluntas per pœnitentiam, pollutio sequens in somno non est culpabilis, sed censetur involuntaria.

189 Ad casum de vi lechali, & irregularitate, clara est disparitas; quia irregularitas contrahitur ex homicidio culpabiliter posito, ex causa data, & adhuc influente in mortem: hæc autem censura contrahitur non ob impotentiam culpabiliter positam, sed ob omissionem restitutionis culpabilem in termino præfixo; & quia omisso restitutionis in termino præfixo, pœnitentia supposita, non est cum culpa, ideo non contrahit censuram.

QUÆRES XIX.

190 *Antonius scit Petrum intra terminum ex malitia se reddidisse impotentem, nec pœnituisse. An teneatur eum ex vi monitorii revelare?*

RESP. non teneri, Tanet. *cit. pag. 14.* quia cessavit finis denunciationis à judice in monitorio intentus. Intenditur enim satisfactio partis læsæ, non punitio delicti commissi; & quia ilante impotentia etiam culpabiliter imposita, satisfactio haberi non potest, igitur cessat finis. Tum quia monitorium præcipit, ut reveletur injustus detentor bonorum Pauli, in casu autem revelans, non revelatur injustus detentorem, sed de Alio quo se reddidit impotentem: quod est aliud ab eo, quod intenditur.

Ex his colliges. Impotentiam physicam aut moralem ad revelandum, & respective ad restituendum, excusare à censura. Impotentia moralis habetur, quando quis revelare non potest sine gravi infamia, gravi incommodo, aut damno. In restitutione vero requiritur, ut damnum, quod timetur, notabiliter præponderet bono alterius: *ut in n. 114.*

QUÆRES XX.

191 *Paulus, ad cujus instantiam latum est monitorium, prorogavit terminum ad alios quindecim dies. An Petrus hic non obstante, adhuc in primo termino, si non restituat, aut revelet, incidat in censuram? Et si non incidit in primo termino, an incidat in secundo?*

192 QUoad 1. partem, Resp. tanquam certum, quod sicut ex confessu partis potest censura tolli, ut pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum; ita potest suspendi, etiam nolente judice, Leander *de censur. tr. 1. disp. 4. q. 19.* & Tanet. *tom. 3. tr. 4. q. 8. n. 1.* quia cum monitorium sit latum in gratiam partis petentis, judex, licet non intendit ligare censura quas pars non interdit, ita neque quando pars non intendit. Tum quia judex nil aliud intendit, nisi ut partes ad concordiam redeant, *l. 1. §. potest autem quæ, ff. de nov. oper. nunc.*

193 Sit exemplum de juramento prorogationis, quod licet sit pactum partium, nempe homini, principaliter obligat Deum, & tamen potest pars à dicto tenorum remittere, aut ejus obligationem ultra tempus præfixum suspendere; in quo casu juvans nec peccat, nec obsolutione indiget; quia etiam Deus illud confitetur non esse, ita quantum in parte gratum acceptat. Tandem per partis confessionem cessat contumacia, reatus autem non intercurrit, nisi ab excommunicato.

194 Dub. 2. pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum, quia illi licet remittere elapso termino, quæritur, an eo utantur, quia jam contractus expirarunt, ac proinde monitorium absolvente terminum?

195 Sed distinguo, rectum est, quod si prorogatio primi termini fuit de consensu, & authoritate judicis, elapso secundo termino, Paulus, & alii, contra quos est latum monitorium, incidant in censuram, quia terminus à judice prorogatus eum accellerat.

196 Sed distinguo 2. si prorogatio termini ex facto ab alia contrahit partis, & judicis.

Primo casu, Paulus, seu debitor, elapso secundo termino prorogationis, incidere in excommunicationem, & parochus eum, qui elapso termino prorogationis declarationem non revelat, Tanet. *tom. 3. tract. 4. quæst. 8. n. 3.* quia ex quo pars petens, & Leander *cit. quæst. 8. dub. 10. nu. 6.* ac Bonac. *tom. 1. disp. 6. de overe denunc. punct. 1. §. 6. n. 7.* quia licet pars possit remittere indirecte seu tacitè, prorogando terminum, scilicet non petendo, non potest tamen illam subjicere, in eligendo remissionis modum, quæ sine dubio contraria est intentioni judicis, qui intendit, quod pars petat, & petendo, & non petendo, Paulus

197 Secundo dicendum, & firmat incidere absque novo contumacia judicio, Leander *cit. quæst. 8. dub. 10. nu. 6.* quia judex non præfixit terminum ad finiendum processum, sed ad finiendum processum debitum, & ordinarium præscriptum, qui ultra omnium conferentium certa est, quòd si intra terminum monitorii prorogati terminum, in processu tempora præscripta de ordine juris, quæ elapsa, cessant facultates ex expressa jurisdictione, & ordinaria resultantes, sub qua Sententiæ latæ ab eo tribunali ex vi primi termini, ultra primum terminum per alterius constitutionem prorogatum, sunt ipso facto nullæ, & irritæ, ut communiter docent Doctores.

Unde pars, quæ petitionis judici, quæ pars, aut hic, quod elapso secundo termino censura incurritur, non dicitur remittere de actuali jurisdictione, 2. Quia præfixa non terminus, sed ex se prorogabilis, & in conscientia privata, judicat, ac prudens ex quotidiano usu. 3. Quia pars prorogando, terminum non suspendit, nec dilatat ventilandi diritti, sed indirecte per substractionem instantiæ,

rentiæ, quæ est obligatio debitoris; quod non est actus jurisdictionis, sed dominii circa illam materiam.

198 Utraque opinio est probabilis.

QUÆRES XXI.

199 Civis Panormitanus, qui furtum commisit, non jam elapso termino monitorii, fugit ad Diœcesim Montis Regalis, animo ibi perpetuo habitandi, aut manendo majore parte anni. An, elapso termino, incurrat censuram contra non restituentes a Panormi latam?

200 CErtum est. 1. Non subditum ferentis monitorium non ligari monitorio, aut censura, ac proinde non teneri sub censura ad revelandum; quia actus jurisdictionis exercere non potest in non subditum, quoniam subjectio, & jurisdictio sunt correlativa.

201 Certum est, hic non esse sermonem de censura lata per modum statuti, seu legis aliquid prohibentis in futurum; v. gr. Si quis fuerit cahtem, fit excommunicatus: hanc quidem non incurrit, qui antequam peccet, mutat forum, seu territorium, licet postea mutato foro, id faciat, quia non est jam subditus prioris judicis, ac proinde non ligatur ejus præceptis, aut censuris: sed ferme est de censura lata per monitorium, quod non habet rationem legis, sed solius præcepti transitorii, *ut in n. 49.* His suppositis,

202 Resp. incuriere, Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denunc. §. 2. n. 2. pag.* 892. Leander *de censur. 1. disp. q. q. 22.* ratio est. 1. Quia remanet subditus ratione delicti, & per monitorii citationem jurisdictio perpetuatur, C. *proposuisti., de foro competente.* 2. Qui a tribunali judicum est incœptum, ibi finiri debet, *ff. de judiciis*; ac proinde ille, etiam mutato foro, remanet subditus prioris judicis secundum quid, nempe secundum illam causam.

QUÆRES XXII.

203 An qui scit delinquentem, & post promulgationem monitorii, intra terminum præfixum incepit esse subditus illius Superioris ejus tulit monitorium, ligetur monitorio contra scientes ad revelandum delinquentem lato?

REsp. ligari, si monitorium sit generaliter latum, sed computari æquali termino incipiendo à die, quo fit ejus subditus, & habet scientiam: *ut in n.* 165. Bonac. *cit. pag.* 895. *n.* 1. & alii apud Dian. *p. 5. tr. 9. res.* 36. quia eli vere ejus subditus, tempore quo ejus urget præceptum.

204 Negativam tamen sententiam probabilem putat Dian. *p. 5. tr. 9. res.* 36. quia sententia referenda est ad tempus, quo pronunciatur; adeoque solum habet vim contra eos, qui tunc erant subditi.

205 Illud mihi verum est, quod si ille non sit jam factus subditus, quatenus non jam domicilium acquisivit, sed sit ut alienigena, non ligetur monitorio, aut censura, etiamsi monitorium fuerit tempore, quo jam reperebatur in loco; quia nullo pacto est subditus, nec ratione personæ, nec ratione delicti; non enim ipse delictum commisit.

206 A fortiori Adveræ & Peregrini in aliquo loco per transitum commorantes, non ligantur censuris, per modum legis, seu statuti latis, pro culpis futuris vitandis, si ibi committant delicta, quibus sunt annexæ censuræ, Diana *cit.* nam, ut quis tas incurrat, debet esse subditus ratione personæ, & domicilii.

207 Secus est dicendum de censura lata per monitorium, quod habet rationem præcepti transeuntis; advena enim delinquens in territorio Episcopi extranei ligatur ejus monitorio, & incurrit censuram, nedum dum ibi manet, sed etiam in propria Diœcesi, si post citationem, seu publicationem monitorii discessit, quia evasit subditus Episcopi extranei ratione delicti: *ex cap. ult. de foro competenti*, Diana *p. 5. tr. 9. res.* 32 & 36.

208 Imo, postquam dictus advena delictum commisit, & loco discessit ante publicationem monitorii, & rediit ad propriam diœcesim; tunc Episcopus propriis requisitus ab Episcopo loci, ubi fuit commissum delictum, tenetur delinquentem citare, *ex cap. fin. de foro compet.* & ture, si non obediat, censuram elapso termino incurret, Diana *cit.*

QUÆRES XXIII.

209 Petrus Civis Panormitanus, postquam commisit furtum Panormi, sciens Archiepiscopum Panormitanum processurum ad monitorium, ne citaretur, studio aufugit ad Diœcesim Montis Regalis. An factus ibi ab Archiepiscopo Panormitano citari?

PRima opinio affirmat, posse Episcopum per nuncium aut literas citare subditum, qui post patratum delictum ad aliam diœcesim aufugit, ita ut comparire debeat, & si fit contumax, elapso termino, incurrat censuram. Laymon, Bassius, & alii apud Dian. *p. 5. tr. 9. res.* 34. 1. Quia citatio non est actus judicialis. 2. Quia licet citatio sit actus judicialis, ejus tamen executio per nuncium judicialis non est, ac proinde decreta citationis in præpio territorio, executio nunciifieri potest in alieno. 3. Quia Episcopus proprius per citationem fuit subditus in territorio alieno non

lædit territorium alienum, quia nulla fit causæ cognitio in territorio aliena; nam vel delictum est ita publicum, ut non requirat causæ cognitionem, vel h requirat, citatio fit in territorio alieno; effectus vero citationis consistit in Diœcesi Episcopi citantis. 4. Quia certum est, quod possit Episcopus excommunicare subditum in alieno territorio exillentem, pro delicto in propria territorio commisso; igitur certum esse debet, quod possit illum in alieno territorio citare; nam censura est invalida, si non præcedat monitio, seu citatio.

210 Resp. non posse Episcopum suum subditum in alieno territorio citare, nisi ubi adit consuetudo ibi citandi, Diana *citat.* Avila, Hort. & alii nonnulli apud ipsum. Ratio est; quia Episcopus non potest exercere jurisdictionem in alieno territorio, *ex c. final. de Constit. sup. Episcopum 9. q. 2* ex Clem. 1. *de foro competenti.* Citatio autem, sive consideretur, ut pronunciatur à judice in proprio territorio, sive ut intimatur per nuncium, est actus judicialis, & usus jurisdictionis, & dicitur fundamentum judicii. Ita Giurba cum aliis jurisconsultis *cestil. 80. n. 22. ex l. Cum Clericus, & aliis.* Hinc in Clementina Paterali, *de sentent. & re judic.* decernit Pontifex judicem non posse aliquem in alieno territorio citare.

211 Ex his patet solutio ad 1. 2. & 2. *in oppositum.*

212 Ad 4. Certum quidem est, posse Episcopum excommunicare subditum in alieno territorio existentem pro delicto in proprio territorio commisso. Hoc autem non impedius per hoc, quod non possit Episcopus eum in alieno territorio citare, quia potest requirere consensum Episcopi extranei, ut permittat citationem, per nuncium, aut literas, vel ut ipse per suos ministros notificet delinquenti monitorium à proprio Episcopo latum; quem consensum, sicut denegare non potest circa subditum proprium, qui in alienn territorio delinquit: *ut in n.* 108 à fortiori negare non potest circa subditum alterius. Verum tamen est, quod tali consensu injuste denegato, citatio sit invalida.

Item supponit alius modus citandi. Sufficit enim, ut subditus citetur in domo propria, quam in territorio habet; aut in loco publico ejusdem territorii, dimissis, & affixis ibi monitorii copiis; quæ citatio ita subditum afficit, & afficit, ac si fuisset personaliter facta, Melphi *in tract. crim. ver.* Reus, & continuatis condemnatio. Cujus ratio desumitur ex *Reg. juris*, Dolus & fraus nemini patrocinantur: Alioquin liberum esset ecclesiis, Episcoporum potestatem contemnere, & ab eorum jurisdictione quo ad delictorum punitionem se eximerem; nam Civis Panormitanus, qui postquam delictum Panormi commisit, malitiose aufugit ad Diœcesim Montis Regalis, ne citaretur à proprio, à nullo Episcopo excommunicati posset, sed solum à Papa; non quidem ab Archiepiscopo Montis Regalis; quia non est eius subditus, nec ratione personæ nec ratione delicti; neque ab Archiepiscopo Panormitano, quia nullo modo posset ab illo citari, adeoque posset libere utrumque contemnere.

213 Dicendum est igitur, quod possit Archiepiscopus Panormitanus suum subditum, qui post delictum aufugit, uno ex recensitis duobus modis citare, & eum contumacem valide excommunicare.

PETES

214 Quid dicendum de Superioribus Regularibus quoad suos subditos?

REsp. Superiores Regulares posse suos subditos per monitorium citare, & censuris ligare, ubicunque fuerint eos extra eorum territorium reperti, sive deliquerint extra, sive intra eorum territorium, sed multiplex aufugerint, Villalobos *tom. 1. tr. 16. diff. 16. n. 6.* Diana *p. 5. cit. res.* 34. Pellizz. *tom. 2. tr. 9. cit. 2. num.* 65. Peyr. & alii innumeri apud ipsos.

215 Ratio est, quia Monachus, ubicunque est, semper est sub jurisdictione Abbatis, quem vice Dei supra caput suum imposuit, *ex cap. statuimus 19. q. 3. & cap. si Religiosus, de elect. n. 6.* & licet sit extra claustrum, fictione tamen juris, censetur esse semper in claustro, Innoc. & Abbas, apud Pellizz. *cit.* Unde Doctores concludunt, Superiores Regulares nullum habere territorium, seu habere totum mundum pro territorio, ac proinde posse ubique in suos subditos propriam jurisdictionem exercere, eosque fugitivos ubique capere, non implorato judicis sæcularis, aut Episcopi brachio.

216 Hinc Pellizz. *cit. n. 66.* habet, *Magnum esse discrimen inter Episcopum, & Prælatum Regularem [quod facilius ad præsentem materiam] siquidem Episcopus habet immediatam jurisdictionem in territorium, & rationebujus in personas, quæ proinde non sunt ei subjectæ immediate per se, sed solum ratione domicilii, beneficii, aut officii, quod habent in ejus dioeces. quod vel inde constat, quia ei possunt subtrahere obedientiam totam invito Episcopo, sequi transferre ad aliam diœcesim, statimque ac id fecerint, desinunt subjici illi Episcopo. Prælatus vero Regularis immediate habet jurisdi-*

246 Dices cum Castropal. Confiscatio bonorum est accessoria condemnationi memoriæ defuncti; igitur, si actio condemnativa memoriæ defuncti nunquam posset præscribi, pariter nunquam posset præscribi actio confiscandi bona defuncti, quia accessorium sequitur suum principale: id autem est expresse falsum de actione confiscandi bona, ex recensito textu: adeoque dicendum venit ut à tanto actionem spatio 40. annorum præscribi.

Resp. accessorium sequi suum principale, quando non est ratio specialis, quæ hujusmodi sequelam impediat; ea evenit in re nostra, quoad damnandam enim memoriam defuncti hæretici habetur causa perpetua, quatenus hæresis serpit ut cancer, quippe quæ pestifera est, *cap. ut inquisitionis, de hæreticis lib. 6.* ac proinde semper prorogatur contra fidem, & ideo actio ad damnandam memoriam defuncti est perpetua; hac ratione esset etiam consequenter perpetua actio confiscandi ejus bona; & quia jus præscriptionis est introductum jure positivo humano, & Doctores communiter, una cum jure relato, *ex cap. 2. de præscriptionibus, lib. 6.* rationabilibus de causis disposuerunt, ut bona hæretici defuncti ab hæredibus bona fide spatio 40. annorum possessa præscribantur: ideo non sequitur, quod sicut actio damnandi memoriam defuncti est perpetua, ita actio confiscandi ejus bona, nec è converso, quia Doctores communiter, & jus recentium præscriptionis dispositerunt contra pelleriorem actionem, non contra priorem.

Ut autem filii, seu hæredes bona hæretici defuncti præscribant, ultra possessionem bonorum bona fide per spatium annorum 40. requiritur, quod non sit defectus justa illud tempus [illegible] non habetur expresse in textu juris.

247 Ex his patet resolutio ad principale quæstionis, utrùm ob quorumdam denunciationes hæreticum formalem jam mortuum esse perpetuam, ita DD. *cap. 9.* contra Castropal. qui conjecturaliter tenet contra illam posse spatio 40. annorum [illegible] elapso [illegible] annorum [illegible] valet pro [illegible] andis bonis defuncti, valeat pro ejus memoria damnanda. Pluces *v. n. 642. ad 654.*

CAPUT IV.

De personis, quæ ex vi edicti denunciare tenentur.

248 OMnes, & singulæ personæ, sive mares, sive mulieres, post 14. annum, quo plenum rationis usum habent, sive seculares, hujus Monasles, & Regulares cujuscunque gradus, & dignitatis sint, Duces, Principes, Provinciales, Generales, &c. denunciare tenentur delinquentes etiam suos subditos quoad delicta ad S. Officium spectantia Inquisitoribus illi, sub cujus jurisdictione personæ denunciaturæ, & persona denunciandæ vivunt; est contra Bord. *in Trib. fidei, cap. 27. n. 24.* quoad Generales, quos tenet non comprehendi sub edictis Inquisitorum, quoad denunciationem activam, sed solum passivam, quatenus non exprimuntur ibi proprio nomine. Sed super hoc habetur novissime Decretum Alexandr. VII tenoris sequentis:

249 *Licet alias per Const. felic. record. Pauli V. emanatam sub die 1. Sept. 1606. quæ incipit, Romanus Pontifex, fuerit districtè prohibitum Superioribus Regularium, ne quovis titulo, vel prætextu prærogativæ, aut consuetudinis, & præscriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in casibus ad S. Officium spectantibus, se quoquo modo intermittere, aut immiscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas cognoscere, aut terminare audeant: imo ex ejusdem Constitutionis dispositione eisdem fuer[illegible] [illegible] [illegible] [

sals discussionem, auditis votis Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisit. munera Constitutionem prædictam à fel. record. Paulo V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans, hoc præsenti Decreto districte præcipit, & mandat omnibus, & singulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Præpositis, aliisque ejusmodi quocunque nomine nuncupatis Superioribus cujuscunque Ordinis, & Instituti, sive Mendicantium, sive non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcunque, etiam Societatis Jesu, aliisque quomodocunque exemptorum, vel non exemptorum, etiam si essent specialiter, & nominatim exprimendi, ut omnino dictæ Constitutioni in omnibus pareant: & omnes, & quoscunque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quam non subditos, cujuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existant, hæreticos, vel de hæresi quomodocunque etiam leviter suspectos deferant, & judicialiter denuntient Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, nullatenus in causis ad S. Officium spectantibus audeant se intromittere, neque suos subditos ad S. Officium recurrentes, vel occurrere, aut accedere volentes molestare, vexare, vel alio quovis modo, sive directe, sive indirecte, avertere, retrahere, dissuadere; imo præfatos suos subditos monere debeant, ut ipsi quoque eadem Decreto omnino pareant, & alios Christi fideles etiam Confessores suos ad parendum pariter hortentur, & suadeant, rejectis penitus hujusmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua cum voto dd. Emin. DD. Cardinalium tam quam pernitiosas, temerarias, & non consistentes, & à mente Sanctitatis Suæ prorsus alienas, reprobavit, & reprobat. Et quia quandoque etiam eorum subditi deficiunt in eo, quod ipsi implendum incumbit cum Religiosis ejusdem, alterutrique Ordinis, aliusque quibuscunque personis de fide suspectis easdemque personibus consilium in materiis ad Officium spectantibus, ita ut nedum ipsimet denunciationes differant, vel ab illis prorsus abstineant, verum etiam multoties ab eodem alios à se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendacium Doctorum opinionibus, vel sub specie correctionis factæ, vel faciendæ, aliisve prætextu. Propterea idem Sanctissimus declaravit, præfatos subditos absque ulla participatione, etiam si nulla penitus venia à Superioribus, etiam si nulla fraterna correctio, vel alia maxima præmissa fuerit, animum tenere, obligatos esse accedere ad denunciandum Ordine viis, vel Inquisitoribus locorum quoscunque et eorum Consultores, ac Superiores, etiam primarios suos ejusdem Ordinis, & Religionis; quos noverint esse de fide quomodolibet etiam levissime suspectos, ac propterea eosdem debere omnes, & quoscunque etiam alios à se consilium, ut supra petentes monere & obligare ad denunciandum, nec posse illos à denunciando sub dicta fraterna correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, & Prælatos omnes, tam Superiores quam subditos contrafacientes, Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V. expressis, nec non privationis quarumcunque Dignitatum, seu Prælaturarum, seu Officiorum suorum Ordinum, ac vocis activæ, & passivæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, aliisque Sanctitatis Suæ, ac successorum arbitrio infligendis pœnis, quarum relaxationem, suspensionem, absolutionem, vel dispensationem Sanctitas sua sibi ipsi, & successoribus suis Romanis Pontificibus tantum expresse reservavit, &c. die 8. Julii 1660.

250 Pœnæ autem à Paulo V. die 1. Sept. 1606. per Bullam *Romanus Pontifex*, fulminatæ sunt per verba tenoris sequentis.

§. 6. *Quod si Generales, aliique prædicti præscriptus incursi non paruerint, sint omnes privationi quarumcunque dignitatum, seu Prælaturarum vel Officiorum suorum Ordinum, ac votis activæ & passivæ, perpetuæque inhabilitatis, ad eadem, nec non contra fautores hæreticorum, & impeditores, ipsos sententias, & inflictas pœnas, aliasque censuras Ecclesiasticas; etiam excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrisse, &c. ut* 8. Julii 1606.

251 Denunciatus ab uno, etiam adhuc denunciandus ab alio, etiam super eodem delicto, si alius etiam illud sciat, Bord. *in man. consult. sect.* 18. *num.* 30. quia sic probatur debitum: *v. n.* 694.

252 Bord. *in Trib. fidei cap.* 30. *n.* 13. ait, Imperatores, Reges, & Cardinales habere privilegium, ut non subjiciantur Bullis Pontificiis, nisi nominatim exprimantur, ac proinde à sortiori non subditi edictis Inquisitorum quæ sunt statuta infer ora. Oppositum tenet Catena *p.* 2. *tit.* 9. *n.* 28. dicens, eos comprehendi tam quoad activam, quam quoad passivam denunciationem. Et idem novissime tenet ipse Bord. *in man consult. sect.* 26. *à n.* 16. *ad* 21. nam in edicto Inquis. Univ. Rom. habetur hæc particula: *Quacunque dignitate, & auctoritate etiam maxima fulgentibus, ut in n.* 226.

QUÆ-

QUÆRES I.

253 *An viator, & ad vetus denunciare teneantur delinquentem, quem noverint in loco, ubi per transitum reperiuntur?*

BOrd. *tit. n.* 14. vult, cum non teneri denunciare: non quidem Inquisituri loci, ubi reperitur, quia non est sub ejus jurisdictione; advena enim, & viator non subditur legibus, & statutis loci, *l. Hæres absens* 19. *ff. prænde ff. de judic.* & qui transit per aliquem locum, unde brevi recessurus, non dicitur ibi fuisse, *l. Quæsitum* 76. *§. fin. ff. de legat.* 3. neque Inquisitori suo proprio, quia delinquens non est sub jurisdictione illius, nec sub illo deliquit.

254 Resp. teneri delinquentem denunciare Inquisitori loci, ubi deliquit, seu de cujus jurisdictione delinquens est, si non ex vi edicti Inquisitoris particularis loci, ex vi tamen Decreti Univ. Inquisitionis Rom. tenoris sequentis:

Universis, & singulis Christi fidelibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus utriusque sexus, cujusvis gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, & quacunque dignitate, & auctoritate etiam maxima fulgentibus, harum serie, & tenore, auctoritate nostra, & hujusmodi nostri officii, qua fungimur in hac parte, præcipimus, & mandamus, quatenus infra duodecim dies proximè computandos, quorum primum quatuor pro primo, & reliquos quatuor immediatos pro secundo, & ultimus quatuor pro tertio termino, & peremptorio, ac trina monitione canonica assignamus, omnes, & singulos hæreticos, seu de hæresi quomodolibet suspectos, de quibus notitiam habuerint, habeant nobis, vel Reverendo Commissario nostro quod habitantes in Urbe, qua vero ad alias extra Urbem, & ubivis locorum degentes, Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis Generalibus sub excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna, quam in contrarium facientes ipso facto incurrant, judicialiter propalare, cujus excommunicationis majoris absolutionem S. D. N. Papæ, & nobis reservamus, certificantes hujusmodi conscientiæ sive rememores, et dictam excommunicationis pœnam contemnentes, quod contra ipsos tamquam contra hæreticorum fautores: aliasque prout melius visum, & judicatum fuerit, procedetur, ideo &c. Datum in nostra, & S. Officii S. Rom. Univ. Inquisit. Congregatione die 3. *Januarii* 1623.

Novissime tamen dictum revocat Bord. *in man. consult. sect.* 18. *num.* 17. affirmans, viatores, & advenas teneri denunciare in loco, ubi quis delictum commisit.

Imo in *num.* 86. addit: Quod si Petrus sciat Paulum secisse sortilegium in Diœcesi, v. gr. exegerensi, ubi ambo erant eo tempore, & deinde recesserunt, unus Bononiam, alter Parmam, tenetur Petrus denunciare hic Parmæ, vel Regii, vel Bononiæ.

255 Supradictum autem Decretum non est præceptum translatitium; ut putat Bord. *cit. n.* 2. sed perpetuum, nam omnes, & ubique obligat. Diana *p.* 4. *tr.* 8. *re.* 41. & Peyr. *sum.* 2. *ad const. Pauli V. v. n* 27.

Hic locuti sumus de viatore, & advena minime de eo, qui ad alium locum se transtulit animo perpetuo ibi habitandi, aut manendi majori parte anni: quia hunc esse subditum, & sub jurisdictione Inquisitoris particularis illius loci quoad fidem, non est dubium.

Plura vide *à n.* 621. *ad* 641.

QUÆRES II.

257 *An præcedere debeat fraterna correctio?*

REsp. Denunciationem hæretici ex malitia aut suspecti de hæresi, esse faciendam nulla præmissa correctione fraterna, etiam si firmiter emendatio speretur: est certum ex Dec. Alex. VII. *n.* 249. relato, & probatum est *à n.* 612.

258 Dixi, *hæretici ex malitia*. Nam si quis habeat aliquem errorem, aut aliquam propositionem proferat ex ignorantia, & simplicitate, & non conflet, eum, qui talem propositionem protulit, esse hæreticum, tunc est præmittenda secreta correctio fraterna. Bonac. *tom.* 1. *de denun. disp.* 6. *§.* 9. *pag.* 896. *num* 1. Albergitous *in man. qualif. cap.* 37. *num.* 10. Alphonsus de Castro, Pegna, Toletus, & alii apud ipsum. Quia hic non est hæreticus, ante ignorantia. Nam hæres definitur: *Error hominis baptizati in intellectu voluntarius, contra aliquem art. culum fidei cum pertinacia.* Pertinacitet autem errare in præsenti non est aeriter & mordicus suum errorem tenere, sed est errorem tenere, postquam contrarium est sufficienter propobium, seu quando scit contrarium teneri ab Ecclesia universali Christi: stante autem ignorantia, non habetur pertinacia, quæ est quasi ratio formalis hæresis: *v. à num.* 281. Pertinacia igitur *Est voluntas refellendi, seu non subdendi suum judicium Ecclesiæ, habita materia veritatis ab Ecclesia definitæ, & de fide credendæ propositæ.* Unde quæris ignorantia definitionis, & propositionis Ecclesiæ (de qua ignorantia agimus *à num.* 273. *ad* 279.) tollit pertinaciam, & inde hæresim formalem, excepta ignorantia affectata: hæ nanque æquivalet scientiæ. *ut in n.* 392. ita Valentia, Cano, & alii *cit. n* 379.

Contra Dianam *p.* 4. *tr.* 8. *ref.* 35. Castrop. Suarez, & alios apud ipsum, qui idem tenent de ignorantia affectata, quatenus qui sic errat,

errat, peccat culpabiliter ignorans, sed non offendit authoritatem Ecclesiæ tanquam pertinax, & incredulus. Et solum nob leum sentit Diana, si quis ignorantiam affectet, quia putet, parvi momenti esse ea quæ in Ecclesia creduntur, & proponuntur: hic enim est hæreticus, in quantum ignorantiam affectat ex falsa opinione contra Ecclesiam.

260 Hinc subdit Bonac. *ex. Ex quo patet a fortiori de regula juris non videri denunciandos confessarios, qui inter concionandum aliquæ proferunt ex materia, vel inconsideratione, Rationi, quia non est præsumendum, ipsos velle contra rectitudinem judicio Ecclesiæ, aut ea dixisse cum plena deliberatione, & advertentia, ita ut velint errori adhærere, nisi aliter constiterit de ipsorum mente. Præterea patet non esse denunciandos eos, qui cum sint lapsi linguæ aliquem errorem protulisse: v. 3 n. 606.*

Eadem ratione plures libri prohibiti sunt, utpote continentes hæreses, & tamen eorum auctores non sunt condemnati hæretici, in quantum non cognoverint esse contra proposita ab Ecclesia Catholica credenda de fide. Quemadmodum sit hæresis, & quæ reservata: *v. à n. 281, ad 289.*

CAPUT V.

De personis, quæ denunciari debent.

260 TEnetur quis denunciare hæreticum aut suspectum de hæresi, sive de vehementi, sive de levi, ex Decret. Alex. VII. n. 249 relato per illa verba: *Hæreticos, vel de hæresi suspectos, etiam leviter suspectos, delinquentes, & quocumque etiam modo, etiam si delictum sit occultum, & non possit probari*, ex Decret. Alex. VII. 24. Sept. 1665. *prop. 5. & num. 606.*

261 Etiamsi illud sciat ex secreto naturali, & sub juramento de non revelando, *n. 59.*

262 Secretum ex consilio petito excusat à denunciando suspectum de hæresi, *num. 598.* non excusat autem à denunciando hæreticum formalem. Bord. *in Sac. Trib. cap. 21. num. 8.* Unde in casu hæresis formalis solum à denunciando excusat secretum ex sigillo Sacramentalis Confessionis, Scotus *in 4. dist. 21. q. 2. §. Ad argumentum sit. M. n. num. 597 & nu.* vo. unde non excusatur à denunciando hæreticum formalem Confessarius sciens delictum ratione consilii, nisi consilium illud det, ejus audiendo confessionem.

263 Tenetur denunciare, nedum ille, qui scit, quatenus delictum propriis sensibus percepit, in quantum vidit, aut immediate illud audivit; verum etiam ille, qui habet notitiam delicti ex auditu mediato alterius, qui illud ei retulerunt. Liquet ex tenore edictorum, præsertim ex illo Inquis. Siciliæ, ubi dicitur: *Se sapere, à aveste inteso dire*. Ubi quidem distinguitur scientia ab auditu; & quia auditus immediatus delicti, & auditus debiti facit scientiam, sequitur, quod ibi sit æquus auditus mediatus.

264 Hujusmodi autem auditus mediatus, ut pariat onus denunciandi, per Bord. *Trib. fide c. 21. n. 21.* Carenam, Cord. Sanctar. & alios apud ipsum, debet esse à personis fide dignis. Bonac. *tom. 1. disput. 6. de denunc. pag. 898. nu. 7.* item Leander *de Sacram. Pœnit. tract. 5. disp. 19. q. 57.* & apud ipsum Nav. Sayrus, & Trullench., qui hæc habet: *Denique excusatur à denunciando hæreticum ille, qui levitas suspicatur aliquem esse hæreticum, vel à levibus, & parum fide dignis accepit, qui se dicunt ab aliis audivisse.*

Puto tamen cum Diana sufficere, si sit à personis fide levibus, ut *n. 591.*

265 Catholicus non tenetur denunciare hæreticum in locis illis, in quibus hæretici cum Catholicis sunt permixti, ad scientibus Inquisitoribus, & Episcopis; quia nemo obligatur ad opus inutile. Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denun. pag 898. n. 9.*

QUÆRE I.

266 *An teneatur quis denunciare, si exinde timeat notabile damnum?*

NEminem teneri ad denunciandum hæreticum, aut suspectum de hæresi, cum probabili periculo mortis, infamiæ, aut gravis alicujus damni proprii, vel patris, matris, uxoris, fratrum, aut aliorum conjunctissimorum, tenent fagund. Sanctar. & alii apud Dianam *p. 1. tr. 4. de denunc. ref. 7.* cum Pegna, qui excusat uxorem à denunciando maritum hæreticum, ob timorem, ne ab romale tractetur, & Lazarus apud Dianam *ibi.* quandam virginem honestam civitatem dominæ famulare excusavit à denunciando famulum ejusdem domus, quem frequenter in blasphemias hæreticales proruntem audierat; hac ductus ratione, quia illa poterat probabiliter timere grave damnum in fama, quatenus eam evidentes ad Tribunal accedere, suspicari possent eam de aliquo delicto inquisitum.

Hanc opinionem limitat Genuensis in praxi *c. 18.* nisi hæreticus dogmatizaret in magnum Reipublicæ damnum, animas seducendo, & corpora offendendo; ut si occideret pueros, & similia faceret; tunc enim succederet id, quod quilibet pro patria tenetur ponere vitam.

267 Resp. ex probabili periculo gravis damni in vita, corpore, fama, & rebus propriis, aut conjunctorum, non excusatur quis à denunciando hæreticum formalem, etiam si non dogmatizet: excusatur autem à denunciando suspectum de hæresi; puta blasphemum, sortilegum, thurentem Sacramentis, &c. Bord. *in Trib. fide c. 21. n. 11. & in man. consult. sect. 25. n. 176. & sect. 18. n. 48.* Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denunc. punct. 2 n. 6.* & apud ipsos Freira, Carena *p. 2. tit 9. n. 34.* Diana *p. 1. tr. 4. ref. 7.* Ratio 1. partis est; quia hæresis formalis etiam non dogmatizantis est contra Religionem, & bonum commune istius Reipublicæ Catholicæ; quoniam hæresis serpit usquecunque, quippe quæ pestifera est, *ex cap. Ut inquisitionis, de hæreticis, in 6.* bonum aut publicum, & commune ex jure prævalet bono privato, & proprio. Immo (ut advertit Bord.) qui denunciat hæreticum, regulariter nullum habere potest timorem damni; quia hæreticus formalis, aut comburitur, aut perpetuo immuratur.

Dicta à fortiori procedunt de apostata à fide; quia apostasia non differt specie ab hæresi, & est gravior hæresi, cum sit recessus à toto fide Catholica.

Ratio 2. partis est; quia suspicio hæresis, nec ab hæresi, nec ita serpit contra Religionem, ut hæresis. Tum quia pœnæ latæ contra hæreticos nullam faciunt mentionem de suspectis; unde sicut tigat pœnarum contra hæreticos non extenditur contra suspectos: ita nec rigor denunciandi hæreticum cum probabili periculo vitæ, &c. extendi debet contra suspectos: *v. num. 599.*

QUÆRES II.

268 *An filius teneatur denunciare patrem hæreticum, & è converso?*

PRima opinio negat, filium teneri denunciare patrem, nisi quando dogmatizet, & filium, aliosque docent. Teneri autem patrem denunciare filium hæreticum, volunt Simanchas *de Catholicis institutionibus tit. 29. nu. 25.* Genuensis *c. 18. n. 9.* & alii apud Dian. *p. 1. tr. 4. ref. 4.* & Bord. *in Trib. fidei c. 21. n. 13.* quia locus Scripturæ modo adducendus exprimit filium denunciandum, non patrem.

269 Resp. teneri filium denunciare patrem hæreticum, etiam si non dogmatizet, & è converso, Diana, & Bord. *ut* & alii communiter apud ipsos. Suadentes S. Script. Deut. 13. *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia tua, uxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: Eamus, & serviamus diis alienis, &c. non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ex misereatur, & occultes eum.* Tum quia ex dictis *n. 267.* bonum commune Religionis prævalet bono privato patris, filii, &c. eo maxime, quia filius patrem hæreticum denunciando pœna infamiæ territetur, Alberghinus *in man. qualif. c. 25. n. 5.* ex Alphonso de Castro, Pegna, & aliis.

270 A fortiori non excusantur uxor, frater, & alii conjuncti. Ita Doctores cit. contra Cabreram, Valerium, & Royas excusantes uxorem, & maritum; adeoque in denunciando hæreticum furoralem non dantur personæ privilegiatæ.

QUÆRES III.

271 *An extra hæresim formalem in casibus suspitionis hæresi conjunctus excusetur à denunciando conjunctos usque ad quartum gradum?*

PRima sententia negat, Diana *p. 8. n. 1. ref. 10. in fine*, Carena *p. 2. tit 9. n. 1.* Abrahinus *in man. qualif. c. 25. n. 7.* & alii apud ipsos. 1. Quia edicta Inquisitorum loquuntur generaliter, ac proinde sunt generaliter intelligenda. 2. Quia eadem militat ratio de hæreticis, ac suspectis de hæresi.

Secunda sententia affirmat excusari, Bordon. *in Trib. fidei c. 21. n. 13. & 14. & in man. consult. sect. 18. n. 46.* Hemelton. & Lizerus apud Dian. *p. 1. tr. 4. ref. 6.* cum aliis. 1. Quia rationes, quæ probant excusari quem à denunciando extraneum in casibus suspicionis hæresis, si exinde probabil ter timeat notabile damnum sibi, aut suis conjunctis usque ad quartum gradum, militant etiam in casu denunciationis conjunctiusque ad quartum gradum: *v. n. 267.* eo maxime, quia ex denunciatione conjuncti sequitur notabile damnum in fama, & bonis ipsi conjuncti, & unde ipsi denunciantur: *v. n. 8.* Hinc eodem militat ratio in casu hæresis formalis, & in casu suspicionis hæresis. Nec obstat, quod edicta generaliter loquentia sint generaliter intelligenda; quia id est verum, quando aliunde specialis ratio contrarium non suadet, *ex l. Heres absens, ff. de hæred. instit.* neque generaliter dictum refertur ad extraordinaria, *l. Sejo amico, 9 mandatis ff. de adm. legat.* ita fere Bord. *n. n. 599. & hic n. 274.*

272 Probabilior tamen mihi est prima sententia, utpote favorabilior fidei, & bono publico.

QUÆ-

QUÆRES IV.

273 *An hæreticus, aut suspectus de hæresi teneatur denunciare se ipsum?*

RESP. non teneri, nisi quando interrogatur ut reus à Judice, Diana *p. 1. tr. 4 resol. 8.* Bordon. *eit. n. 15.* & Com. quia nemo tenetur se prodere, *ex cap. Aliquando de pœnit. dist. 1.* & nullus reperitur usquam usurpandi eum denegare, *l. nemo, ff. de jurejur.*

QUÆRES V.

274 *An hæreticus, aut suspectus de hæresi teneatur denunciare complicem?*

COmplicem non teneri denunciare complicem, in quacunque materia fecerit complicem, tenent Port. *in addit. ad duh. Regul. 20. denunciatio, nu 12.* Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denunc. pag. 898. num. 8.* Suarez, & Megala apud Dianam *eit. ref. 9.* Bordon. *eit. n. 15.* Hurtado, & alii apud Leandrum *de pœnit. tr. 5. dis. 12. q. 43* quia denunciare complicem est virtualiter denunciare seipsum; non enim potest quis manifestare complicem delicti, quin manifestet seipsum; adeoque cum nemo teneatur denunciare seipsum, nemo tenetur denunciare complicem.

275 Resp. in casu hæresis formalis teneri quis denunciare complicem delicti; in reliquo casu suspicionis hæresis, Bord. *eit. nu. 39.* cum aliis: sequitur ex dictis n. 271. Ratio 1. pars est, quia à denunciando hæreticum nullus rec pitur nisi Confessarius, qui illum novit sub sigillo sacramentali; ac proinde discipulus tenetur denunciare suum magistrum hæreticum, non obstantes quod sit ejus errores secutus.

276 Non officit ratio in oppositum; quia manifestando complicem, non manifestat seipsum directe, sed indirecte.

277 Nec obstat, quod se exponat periculo gravis damni in fama, & bonis. 1. Quia etiam ex periculo dato, tenetur quis denunciare hæreticum, etiam cum periculo gravis damni, ubi dicta *n. 267. 2.* Quia talis denunciatio pertinet ad denunciantis utilitatem, quam in damnum. 3. Quia ronderunciando subilat majori periculo, nempe ut præveniatur ab alio, & tunc, ut plurimum de rigore justitiæ. 4. Quia respectu fori externi fatetur potius sponte comparere, ut recipiat gratiam, quam denunciatur.

Ratio 2. partis est eadem, quæ *num. 267. vid. num. 577.*

QUÆRES VI.

278 *An teneatur quis denunciare hæreticum jam emendatum?*

NEgant Sotus, Genuensis, & alii apud Dianam, & Bonac. citandos.

Joseph. de Augusi. *in 4. prop. Dec. nu. 13.* negat, si crimen per secretam admonitionem emendatum, si occultum: affirmat vero, si fit publicum; quia in hoc casu finis denunciationis est punitio rei ad publicum exemplar: ita etiam de Bene, ex mus apud Bordon. *in man. consult. sect. 18. n. 50.* quorum ratio est; quia quando hæreticus erat occultus, & emendatus, cessat injuria facta Reipublicæ, & inde finis sedicti, qui est punitio ad satisfaciendam injuriam factam Reipublicæ. Nec finis denunciationis est correctio publica in delictis occultis, bene vero in publicis.

Resp. teneri eum denunciare ex vi edicti Inquisitorum, Diana *p. 2. tr. 4. ref. 3.* Bonac. *tom. 1. disp. 6. de denunc. pa. 898. n. 5.* contra Sotum, Genuensem, & alios apud illos. 1. Quia finis edicti non est sola emendatio fratris, sed punitio in publicum exemplum, juxta dicta *n. 605.* 2. Quia hæreticus facilitet fingeret se emendatum metu denunciationis. 3. Quia hæreticus formalis etiam occultus à nullo potest à vinculo excommunicationis absolvi, nec virtute Jubilæi, nec Bullæ, nec privilegiorum, nisi à Sancta Sede, aut proprio Inquisitore, ex Dect. Alexand. VII. 24. Septemb. 1665. *prop. 4.* adeoque donec sponte non comparent, ut absolvatur, non potest censeri emendatus.

His de rationibus, licet Bulla Alex. VII. relata *nu. 249.* præcipiens denunciationem faciendam; nulla præmissa correctione fraterna, de emendatione mentionem non faciat, non inde sequitur emendatum non esse denunciandum.

Nec obstat ratio in oppositum; quia est vera in delicto contra proximum, minime in delicto contra Deum, & fidem; cum Deo sint aperta omnia abscondita cordis.

QUÆRES VII.

279 *An ille, quem post commissum delictum superstitionis, aut blasphemiæ, statim pœnitet, sit denunciandus?*

RESP. affirmative, supposita plena advertentia, & deliberatione, Bord. *in Tract. fidei c. 31. n. 9* quia in delictis solum consideratur voluntas deliberata in factum transiens, minime voluntatis perseverantia, aut subita retractatio: *v. n. 604.*

Dixi, *Supposita plena advertentia, & deliberatione*; quia si circumstantiæ externæ in aliquo casu sint tales, ut faciant prudenter dignoscere, aliquem in blasphemiam prorupisse, non cum plena advertentia ad malitiam, aut non cum pleno consensu voluntatis, aut mente non integra, sed ipsi hæta ex vehementi passione; tunc; sicut excusatur à culpa mortali, ita &c

& à pœnis. Talis à nonnullis fuit judicatus quidam, qui ex vehementi pecuniæ dolore, quam ardenter amabat, amissæ, & à detentore denegatæ, vehementi irasci bilis impetu in blasphemiam prorupit; sed immed ate ad propositionem blasphemiam sui pectoris percussum addidit. Hoc etiam innuit Leander *in prac. Doc.* loquendo de blasphemia.

QUÆRES VIII.

280 *An qui accessit ad Confessionem animo non confitendi peccata, sed inducendi Confessarium ad hæresim, sit à Confessario denunciandus?*

NEgat Bord. *in man. consult. de anno 1693. sect. 25. n. 168.* quia allata confessio hæretici objective spectata, & quoad modum, est sacramentalis.

Resp. esse denunciandam à Confessario, Genuensis, Graffius, Sotus, & Silveiter apud ipsum Bord. Carena *p. 2. tit. 9. n. 2.* quia ex *n. 262.* solum ugillum sacramentale excusat à denunciando hæreticum: præfatus autem Confessarius [illegible] negatur ad sigillum sacramentale; quia ad hoc obligat sola confessio sacramentalis, qualis non est allata confessio hæretici; nam sacerdos est ille, qui pœnitens sua peccata Confessario manifestat animo se accusandi, & Sacramentum Pœnitentiæ suscipiendi; confessio autem facta non sic, sed animo inducendi Confessarium ad aliquod crimen, nullo pacto est sacramentalis, nec obligat ad sigillum sacramentale, Tambur. *in meth. conf. de sigillo c. 1.* & Com. Tum quia illa non est confessio, sed [illegible] occultandi hæresim, & secreto alios pervertendi.

D. Luca, Benech. *de sigillo numer. 77.* addit, quendam Confessarium fuisse punitum, quia non manifestavit conspirationem factam, quam alter in confessione ipsi aperuerat non animo se accusandi, sed animo illum ad eandem conspirationem trahendi. A fortiori est idem dicendum in casu nostro de hæretico.

Immerito autem Bord pro se citat Dian. *p. 2. tr. 4. ref. 23.* Bonac. Actugnam, & alios; quia illi loquuntur de mulicre solicitante Confessarium ad inhonestia, hæc utique non est à confessario denunciandi, quia non est hæretica, nec suspecta de hæresi *v. n. 494.* in casu vero nostro pœnitens solicitans solicitat ad hæresim, & inde comprehenditur hæreticus, ac propterea est a Confessario denunciandus.

281 Qui vero audit pœnitentem Confessario suum hæresim, sive secrete, sive publice ob majorem verecundiam, vere confitentem, non debet illum denunciare; quia nedum Confessarius, sed etiam alii casu audientes tenentur ad sigillum sacramentale, Scotus *in 4. dist. quarta conel. 11.* Bord. *in man. consult. sect. 18. n. 27.*

QUÆRES IX.

282 *An sit denunciandus mulier, quæ semel maleficium, aut superstitionem fecit?*

GEnuensis, cui adhæret D an. *p. 2. tract. 17. resp. 66.* tenet, non esse denunciandam, nisi superditus, &c. saperet manifeste hæresim, & simplicitas aut alia justa causa non excusaret.

Resp. esse denunciandam, quia edictum absolute præcipit denunciari delicta suspecta de hæresi committentes, & non ut jus verbo, *exercentes*. Alioquin nedum non esset denunciandus mulier, quæ semel maleficium, aut superstitionem fecit, sed neque, quæ bis aut ter; nam duo, aut tria acta non faciunt exercitium. Tum quia, quæ semel maleficium fecit, vere delictum in edicto comprehensum commisit. His rationibus denunciandus est Confessarius, qui semel fobricavit: *v. n. 589.*

QUÆRES X.

283 *An quando præcipitet delictum denunciandum ex præsumptione, qua sit, scions in tali casu præsumptionem deficere, teneatur ad denunciandum?*

NEgant apud Dian. *p. 1. tr. 4. ref. 10* Homobonus, Riccius, & Valerius qui hæc habet. *Quinto fallitur in his, in quibus edictum se fundat in præsumptione, ut in Chiromanticis Necromanticis, & aliis, qui ex inspectione virtualarum, [illegible] ineertum manavit aliqua prædictum, si alias ego certe scio non habere tales pactum illum cum dæmone, non teneor denunciare, nam motus est V. circa hoc edictus fundat se in præsumptione. In dubio autem te certe quis denunciare?*

Resp. teneri denunciare Fretras apud Dianam *cit. 1.* Quia judicium suspitionis hæresis spectat ad Inquisitores. 2. Quia hujusmodi censentur suspecti suspicione juris de jure, & hæ ratione in *n. 603.* dictmus, mulierem teneri denunciare [illegible] ont ilarium [illegible] autem, quem scit ex para fragilitate [illegible] non obstante, quod Bulla Gregor. XV. fundetur in præsumptione, ut liquet ex illis verbis, *Nos in animum inducere nequantes*.

QUÆRES XI.

284 *An omittens denunciationem hæretici, aut suspecti de hæresi, sit suspectus de hæresi, & denunciandus?*

QUod omittentem denunciationem suspecti de hæresi, non esse suspectum, tenent Carena *p. 2. tit. 9. num. 4.* & *46.* & Lupus apud Bord. *in man. consult. sect. 18. n. 72.* ac pro-

inde

in le non esse denunciandum, quia præsumi[illegible] non sit denunciandus, illud mihi verum eli, quod non sit fautor hæreticæ, quia suspectus de hæreli non eli hæreticus, Leand. *de cons.* [illegible]

9 Quod omittentem autem denunciationem hæretici, cum possit, Correna *cit.* tenet esse leviter suspectum; imo nonnulli putant esse suspectum, si omittat ex metu, aut alia causa in te honesta, consanguinit., amicit.æ, &c. quis tunc præsumitur committere, non ut defendat hæresim: nisi ea amicitia, & familiaritas esse nimis assidua, aut nisi teneatur denunciare ex officio; tunc quidem induceretur vehemens suspicio, Diana *p. 4. tr. 7. res.* 21. §. *Et* [illegible]

Addit Bord. *cit. num.* 73. cum Lupo, quod omittens denunciationem hæretici, licet sit usp ctus de hæresi, non sit denunciandus, quia non debet dari processus in infinitum. Nec obstat, quod ed ctum præcipiat denuntiationem suspecti de hæresi; quia loquitur de suspectis ob alia delicta positiva pi[illegible]

Hinc Lupus *pag.* 70. *diff.* 2. & Del Bene *dub.* 16. *n.* 2. cum aliis tenent, personas privatas omittentes denunciare Inquisitori, cum possint, hæreticum, non esse fautores hæreticorum, si solum teneantur ex præcepto edicti generalis Inquisitorum; sed peccare contra obedientiam, & incidere in censuram edicti, ac inde esse puniendos ab Inquisitoribus, non pœna ordinaria fautorum, sed ad arbitrium tanquam inobedientes mandatis: illis adhæret Diana *cit.* At Alphonsus de Castro, & Leander *cit. q.* 21. docent, eos esse tau[illegible]

286 Certum tamen mihi est, quod si isti omittentes, seu non revelantes hæreticum cum possint, ad id teneantur ex officio, ut sunt Notarii, Scuti, Satellites, & similes ex officio Sancti Tribunali inservientes, & testibus legitime interrogati, eos veritatem relatis legitime interrogati, eos veritatem relatis legitime interrogati, eos veritatem relatis

redit à communi usu, quem tota servat Ecclesia, anus Ecclesiam contemnat, aut ac ejus pietatem dubitet, aut putet eam decipi, & duriperas circa meritum justificationis, qua vehementem hæresis suspicionem inducunt: hinc Augut. epist. 18. inquit: *Impertinentissima insania est disputare, an facienda sit, quod vetat per Orbem frequentes Ecclesia*: Et Scotus *in 3. d. 21. q. 1. §. Ad auctoritates* 2). habet. *Ad vas enim illam de Evangelio dicit, quod Christum descendisse ad inferna, non docetur in Evangelio, & tamen tenendum est, sicut articulus fidei: quia tenetur in symbolo Apostolorum: ita multa alia de Sacramentis Ecclesiæ non sunt expressa in Evangelio: & tamen Ecclesia tenet illa esse credita certissimaliter ab Apostolis, & periculosum esse revocare in dubium, quæ non tantum ab Apostolis definienda, sed etiam, quæ per consuetudinem universalis Ecclesiæ tenenda sunt.*

Denique propositio, contra quam in Sacris Conciliis determinantibus spectantia ad fidem apponitur titulus Anathematis: *Anathema sit*; est hæretica. Sanchez *lib. 2. cap. 38. n. 91.*

2. ERRONEA

197 Est illa, quæ est contra veritatem Catholicam obscuram non jam definitam; vel secundùm Bord. est illa, quæ propositioni theologicæ opponitur.

198 Propositio, quæ sequitur ex duabus de fide, est de fide, quia est revelata: nam qui revelat præmissas, revelat conclusionem, cùm conclusio contineatur in præmissis; liquet hoc syllogismo: *Omnis Apostolus accepturus Spiritum Sanctum. Petrus fuit unus ex Apostolis: ergo Petrus accepit Spiritum Sanctum.*

199 Propositio theologica est illa, quæ sequitur ex præmissis, quarum una est de fide, altera naturalis; nam conclusio sequitur debiliorem partem: quòd si præmissa, quæ non est de fide, sit opinabilis, conclusio dicetur theologica opinabilis; si vero erit omninò vera, vel quia evidens, vel quia est veritas Catholica obscura, non jam definita, & sic communiter accepta; tum dicetur theologica scientifica, seu ex præmissis ambabus omninò veris. Propositio autem erronea est, quæ opponitur propositioni theologicæ omninò veræ: ut *Christus non est visibilis*, quæ opponitur illi: *Christus est visibilis*, quæ sequitur ex una naturali, altera de fide, ambabus omninò veris: *Omnis homo est visibilis: Christus est homo.*

Pariter hæc propositio *Maria Virgo peccavit venialiter* quæ post definitionem factam à Conc. Trid. *sess. 6. can. 23.* est de fide, antè erat erronea, quia propositio negativa opposita: *Non peccavit venialiter*; erat veritas Catholica obscura contenta in illo Cant. *cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, & in illo Psalm. 9. *Quæretur peccatum illius, & non invenietur*, ut talis posteà ab Ecclesia manifestata, ac definita.

Hic facit propositio erroni proxima, & est illa, quæ opponitur conclusioni theologicæ, ita tamen, ut una præmissa sit evidens apud omnes, altera verò sit de fide, sed non apud omnes, adeòque sit opinativè de fide: vel ita, ut una præmissa sit de fide apud omnes, altera vera sit evidens, sed non apud omnes, adeòque sit opinative evidens.

3. SAPIENS HÆRESIM

200 Est illa, quæ opponitur propositioni sapienti fidem, videlicet non revelatæ, nec deductæ, sed receptæ tantùm ex communi sensu Ecclesiæ, ut istæ. *In Quadragesima abstinendum est ab usu carnium. & falsissimorum. Maria Virgo assumpta est cum corpore in Cælum.* Quia licet neutra sit de fide, cùm non sit hactenùs ut talis definita, retinere sapit fidem, quatenus est recepta ut Catholica ex communi sensu Ecclesiæ. Communis autem consensus Patrum atque fidelium non facit rem de fide, quia non aliis, aut communitas; sed soli Petro, & ejus successoribus, dedit Deus potestatem decidendi controversias in materia fidei.

201 Vel secundùm alios est illa, ex qua cum alia præmissa certa sequitur hæresis, ut hæc propositio: *Omnis homo existens Panormæ est in peccato mortali*: ex qua, addita hac alia propositione certa: *Infantes Panormi existentes sunt homines*: sequitur hæc propositio hæretica, *Infantes Panormi existentes sunt in peccato mortali*: quæ est hæresis Bucerii, qui dicebat multos baptizatos statim morientes damnari, & alios non baptizatos salvari.

4. IMPIA

202 Est illa, quæ opponitur propositioni piæ, quæ scilicet non revelata, non deducta, non solemnizata fovet Religionem, fidem, charitatem, & devotionem. Bord. *cit. n. 84.* Propositiones piæ sunt: Quòd Angeli Custodes. & Sancti Advocati nobis assistant in extremo vitæ periculo. Quòd Angeli comitentur animas ad Cœlum. Quòd Mater Dei viderit in hac vita divinam Essentiam: ita Bord.

203 Qui colligit, propositionem fidei, theologicam, sapientem fidem, & piam, esse quatuor species, & gradus propositionis Catholicæ, gradatim suam certitudinem habentes, primam ex divino testimonio. 2. ex deductis per consequentiam logicam, 3. ex solemni actu, ut est Assumptio Virginis cum corpore in Cœlum, quæ est accepta ex communi sensu Ecclesiæ, & solemnizatur ejus festum, ab Ecclesia autem non solemnizatur festum, nisi de Sancto, nec potest decerni Officium de objecto non sancto, Bord. *in man. consul. de anno 1693. fol. 16. n. 18.* quartam demum ex piis operibus. Defendamus igitur ad alias species, seu alios gradus.

5. TEMERARIA

204 Est, quæ caret authoritate, & ratione: ut *Mundus cessabit intra centum annos. Christus post resurrectionem fuit in urna fœderis per 40. dies. Discipulus Joannis Baptistæ fuerunt illi, quos damnaverunt: Crucifige, crucifige.* Alphonsus de Castro *l. 1. de justa hæret. punit. c. 2. v. 8. 223.*

6. MALESONANS

205 Est, quæ sensum habet absurdum, aut alienum à communi & usitato modo loquendi Patrum, & Doctorum: ut *Plures seculares salvantur, quàm Ecclesiastici. Deus fecit malum.*

206 Huic accedit propositio æquivoca, quæ habere potest sensum Catholicum, & hæreticum; & tunc Judex fidei eam proferenti concedit, ut se declaret, & sfari debet menti proferentis, nisi aliud obstet; nam (ait Bord. *cit. n. 86.*) *verba non sunt intelligenda, secundùm quod sonant, sed secundùm mentem proferentis, cap. Intelligentia 6. cap. Propterea 8. c. in vi 1°. de verb. signific. quia mens est potissimè verbis, l. Labeo 7. in fine, ff. de supel. legat. sed & animum mentis nemo novit, nisi ipse: ergo eadem standum est in utroque casu.*

En maximè, quia in obscuris favendum est magis reo, quàm actori, quoniam dubia sunt in benigniorem partem interpretanda, *l. 39. ff. de reg. juris.*

Hinc Ezarius apud Bord. *cit. n. 86.* ait, in hac blasphemia: *Per il corpo di Dio*, stardum esse menti proferentis, an scilicet ea verba proferet de Deo incarnato, vel Deo ut in se. Similiter hæc verba: *Per la barba, per il sangue di Dio*, non sunt hæreticalia, nisi quando non intelliguntur de Deo incarnato; ut si dicatur: *Per il corpo, per il sangue di Dio Padre*: aliter trahi possunt in bonum sensum, ut intelligantur de Deo incarnato. Bordonus *in man. consult. fol. 15 n. 67.*

207 Dixi, *nisi aliud obstet*: quia ex circumstantia personæ, propositio, quæ in se est æquivoca, & trahi posset in bonum sensum, est male sonans, & piarum aurium offensiva puta si qui eam proferet, fuerit alias reus in S. Officio, si sit malæ famæ, si de genere infidelium, aut de loco infecto, &c. tunc quidem ex præsumptione juris non censetur habuisse rectam mentem, sed præsumitur suspectus.

7. SCANDALOSA

208 Est, quæ est aliis occasio male sentiendi quoad res fidei, aut quòad mores, ut ex Alphonso de Castro, quòd hæretici non sint puniendi, quòd jejunium ut impertinens Christianæ perfectioni, quòd majoris meriti sit eleemosyna, quàm Sacrificium Missæ.

Melius, & benignius, propositio scandalosa dicitur illa; *Quæ dicit aliquid, quod præbet alias occasionem ruinæ.* Hoc pacto, ut scandalosas damnant 45. *prop. Alex. VII. & Innoc. X. in tom. 1.* ut constat ex Decretorum exordio: *Quamplures opiniones Christianæ disciplinæ relaxatrices, & animarum perniciem inferentes, &c.*

8. PERICULOSA

209 Est, quæ potest esse occasio periculi in doctrina fidei, aut morum: ut *Homo potest esse perfectus sine penitentia externa. Sufficit pœnitentia in extremis.* 9. Arrogans, quæ plus quàm oportet concedit, aut plus asserit, quam possit probare: ut *Potest quis propriis viribus confugere gratiam, & gloriam.* 10 Seditiosa, quæ rixandum seminat, atque discordiam: ut *Quidam possessiones sibi usurpatas facere.* 11. Schismatica, quæ tollit unitatem membrorum a capite: ut *Papa non est legitimus Sup. vivr.*

12. BLASPHEMA

210 Quæ est contumeliosa contra Dei laudem, & honorem ei debitum: sub hac denuntione comprehenditur blasphemia in Sanctos, & res sacras, quia injuria in Sanctos, aut res sacras, redundat in Deum, ex illo Luc. 16. *Quitres spernit, me spernit*; & Psalm. 150. *Laudate Dominum in Sanctis ejus.*

211 Blasphemia est duplex; simplex videlicet, quæ nil continet contra fidem, sed tendit in solam Dei vilipensionem, & hæreticalis, de qua in præsenti est sermo, & est illa, in qua quoad verba continetur error contra fidem, intellectus tamen illi errori non assentitur. Et hæc est Inquisitoribus denunciandæ. Universaliter illa propositio est hæreticalis, in qua aliquid demitur, quod est de fide: ut *Deus non est justus*; aut aliquid additur, quod est contra fidem: ut *Deus est author peccati.* Sine tamen errore in intellectu; nam si ei corresponderet error in intellectu, de ea est di-

ferrendum, utde propositione hæretica, seu ut de hæresi, nimirum quod non solum sit denunciandæ; sed etiam quod non possit absolvi. neque virtute Bullæ, aut Jubilæi, *v. n.* 281. & 280. Hic de fide dicitur, non solum quod est definitum, sed etiam quod est dogma fidei, aut sapit fidem.

212 Vocare amasium Deum, aut idolum suum, non est blasphemia, quia hæc verba non accipiuntur in sensu proprio, sed hyperbolico, Diana *p. 1. tr. . . . . resol.* 18.

213 Hæc verba: *Oh pater, & diabole*, videntur blasphemia hæreticalis, quia ly, *Pater*, supponit pro Patre æterno, cui additur esse dæmonis. Tamen, tamen *tom. 3. tract. 2. qu.* 14. ait, nullam esse blasphemiam; quia blasphemia est, quæ aliquid de Deo enunciat, quod ipsi non convenit, aut aliquid negat, quod ipsi convenit; præsens autem verbo non sunt hujusmodi; quia neque affirmant, neque negant, unde particula illa, &, est pure materialis connunctio, non minùs, ac si diceretur: *O pater, & Joannes*. Hinc neque illi, qui ea proferunt, scire solent, quid dicunt: sed ea proferunt ob impatientiam. Quòd si quis ea verba intenderet dicere eo modo, quo dicitur: *Oh pater, & fili*, substituendo loco filii diabolum, utique esset hæreticalis blasphemia. Ita Tanc. qui tamen monet, deterrendos esse ab hoc prave modo loquendi fideles.

214 Hæc verba *Porca di Dio*, sunt blasphemia hæreticalis, quia non convenit Deo hoc membrum. Bord. *in man. consul. fol.* 45.

215 Hæc alia verba, in quæ soles quis ex ira prorumpere: *Putana di Dio*; sed paulo post subdit: *Sacca*, vel *Sanllo Dio*, relicto, *solo*, esse blasphemias hæreticales, tenet Auctor cafum conscientiæ Bononiæ discussorum apud Dianam *p. 6. tr. 8. res.* 3. quia licet in utroque casu non fiat completa verba, est completus sensus verborum blasphemiam continentium; tamen proferens, ostendit affectum, & principium facti blasphemandi.

Dico tamen, non esse blasphemias hæreticales, cum Dian. cit. & Ricciullo apud ipsum, quia ea non sunt verba perfecta. Tum quia illi requiriri, respondere solent, id sic proferre, ut se cohibeant a dæmonia sancto. Idem dicunt de *Sanllo Dionezzi*: nec obstat ratio in oppositum, quia falsum est, quòd constet de affectu: hic namque constare non potest, nisi ex verbis, quæ cùm non sint perfecta, non possunt arguere affectum perfectum, quoniam *verbum aris est signum verbi, quod intus latet*. Tum quia, quando verba possunt accipi pro blasphemia, & non blasphemia, debent accipi pro non blasphemia, Tamb. *l. 2. Decal. c. 2. n. 19.* ex multis; nam verba in dubio non sunt accipienda, ut sonent delictum; quia delictum non est præsumendum, nisi clarè constet. Facere dæmonium sanctum est blasphemia hæreticalis: ac Joseph. de Augustinis *in brevi notizia de 1. prec. n. 14.* ait, in Sicilia propter consuetum usum habere rationem simplicis blasphemiæ. Hujusmodi usitationem insinuat ipsum edictum Inquisit. Regni Siciliæ in fine, quod tales blasphemios acriter comminatur.

Hæc blasphemia, *Per l'anima di Dio*, intelligendo non de Deo incarnato, sed de Deo ut in se, est hæreticalis, eam tamen usitationem video in Sicilia: *v. n. 206.*

216 *Renego S. Petrum*, similiter de aliis Sanctis, esse blasphemiam hæreticalem, tenet Bord. *in man. consult. fol.* 45. *nn.* 161. cum Castrop. quia negando quis exillentiam Sancti, negat consequenter ejus canonizationem, beatitudinem, &c. Id negant Carena *p. 2. tit. 7. n. 11.* Sanchez, Candidus, Salelles, & alii apud Bord. cit. quia non negatur de Sanctis aliqua veritas pertinens ad finem, sed solùm dicitur verbum contumeliosum in Sanctos. Affirmo tamen cum edicto Inquisit. Siciliæ.

217 Blasphemia hæreticalis est proferre verbum destructivum virginitatis Matris Dei, aut aliorum Sanctæ, quam Ecclesia colit, & tenet virginem, v. gr. dicendo: *Questa puttana*, &c.

218 Bord. *in man. consult. fol.* 18. *n.* 49. air, non esse denunciandum illum, qui dixit: *Voglio negar la fede, e farmi Turco*; vel *Voglio più tosto negar la fede, e farmi Turco, che servire*: ex quia edictum præcipit denunciari delicta jam commissa, non committenda. Imo utraque propositio est quædam exaggeratio ex ira, non voluntas ferio adimplendi.

219 Blasphemia quæcumque, sive ex fervore iracundiæ, sive ex joco prolata, est mortalis: quia semper vergit in diminutionem divini honoris.

Si quis autem ex passione aliqua subitò in blasphemiam, etiam hæreticalem, prorumperet, non advertens, nec considerans significationem verborum, non peccaret mortaliter. Si vero plene advertit esse verba blasphemiæ, & volens in illa prorumpit, mortaliter peccat, licet subitò, & ex passione in illa prorumpat, quia contra divinum honorem, & fidem non datur parvitas materiæ: unde blasphemia non potest, nisi ex indeliberatione, à mortali excusari: *v. to. 1. de peccatis*.

220 Blasphemiæ hæreticales in Inquisitione Romana censentur suspecti de vehementi; nam ibi ex verbis arguunt intentionem, juxta illud Matth. 15. *Quæ procedunt de ore, de corde exeunt*. In Inquis. vero Hispan. regulariter habentur suspecti de levi, quatenus (ex nostris regnis expertum est), hujusmodi blasphemos petus ex ira, passione, lubrico linguæ in blasphemias prorumpere, quam ex prava intentione, quia male sentiant: quia tamen verba in se continent hæresim, ideo puniant eos leviter suspectos.

Dixi, *regulariter*; quia aliquando attenta qualitate blasphemantis, & blasphemiarum, censentur suspecti de vehementi, & abjurant de vehementi.

221 Catalogum blasphemiarum hæreticalium affert Bord. *in Trib. fidei cap.* 25. & 41. *qu.* 93. *à n.* 10. & præsertim *in man. Cons. de anno* 1693. *fol.* 45. *à n.* 60. *ad* 167. ubi omnes fere refert; quæ tamen omnes ex dictis facilitèr qualificantur: *v. n.* 796.

13. MALEDICA

222 SEu injuriosa est, ut proximi injuriam continet: ut *Episcopi sunt tyr. . . . Religiosi sunt in statu peccati*.

14. IMPROBABILIS

223 ESt, quæ caret solido fundamento, aut est reprobata ab Ecclesia, hujusmodi sunt omnes propositiones, hactenus à Summis Pontificibus damnatæ, de quibus *in tom. 1*

224 Propositio dupliciter dicitur improbabilis. 1. negativè, & idem est, ac non probabilis, quæ caret, sed non opponitur gravi fundamento: hinc non est probabilis, sed non est certo falsa: talis est hæc propositio: *Magnus Turco damnat*: adeoque propositio improbabilis negativè opponitur opinioni probabili; quia illa nititur gravi fundamento, hæc non, & coincidit cum propositione temeraria.

Secundo, positivè, quæ caret gravi fundamento, & insuper opponitur principiis certis, ac proinde est certo falsa. Tales, inquam, sunt propositiones à Summis Pontificibus damnatæ, hæ quidem sunt improbabiles ante condemnationem, quia supponuntur opponi principiis certis, & præsertim post condemnationem: quia Romanus Pontifex loquens Ecclesiæ in doctrina morum errare non potest, etiam extra definitionem articuli fidei: *vid. n.* 96.

225 Recensiti autem gradus propositionis non sunt ita distincti, ut eidem uni propositioni convenire non possint. Hinc propositio Soti, *Defunctus in Purgatorio non manet ultra decennium*, est temeraria, scandalosa, & impia; ut *Examen Ecclesiast.*

discurrenti patet. Et quidem impia; quia fideles à suffragiis, & pietatis operibus pro animabus Purgatorii avertit.

226 Item hæc propositio: *Reliquiæ sanctorum in Religiosis privatis non sunt de Religione Christiana*, est 1. Hæretica, quia contra S. Scripturæ declarationem. 2. Scandalosa, quia fideles ab ingressu Religionum, & professo à votis servandis retrahit. 3. Impia, quia fideles à pietatis operibus erga Religiosos, & ab eleemosynis eis impertiendis removet. 4. Temeraria, quia nulla ratione, aut authoritate fulcitur, sed Sanctis Patribus adversatur. 5. Scandalosa, quia dat sæcularibus occasionem, ut avertantur à statu perfectiori, & dat eis occasionem male sentiendi de Religionibus, & Religiosis. 6. Schismatica, quia unitatem Ecclesiæ dividit, Religiosos ab illa separans, & 7. Injuriosa, quia injuriam contra Religiones continet: *v. n.* 305.

227 Denique optime advertit Albertinus *c. 12. num.* 18. *Quod non solum quis possit errare circa propositionem, sed etiam circa illius consensum: quare si propositionem de fide, vel à Theologis, vel à Doctoribus vecci tam, dicat esse erroneam, vel scandalosam, vel temerariam, errorem committit, vel hæresim sapit, vel temerarius est, ac si de facto propositionem negaret: quia virtualiter illam negat, & insuper contra sanctionem notæ infamiæ illam inurit:*

228 Hinc in Decr. Innoc. XI. de anno 1679. 2. Martii eatenus est.

Tantem, ut ab injuriosis contentionibus Doctores seu scholastici, aut alii quicunque imposterum se abstineant, & ut pari, & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute S. Obedientiæ præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in thesibus, disputationibus, ac prædicationibus tenenti ab omni censura, & nota, non à quibuscunque contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ super iisdem propositionibus judicium proferatur.

QUÆRES III

29 Quæ sint . . . delicta, in quibus delinquentes sunt de . . . anda?

TEnuciandi sunt. 1. Hæretici, & schismatici, eorumque fautores, & receptatores, & proferentes propositiones in superiori quæsito expressas.

Item docentes, defendentes, aut prædicantes aliquam ex propositionibus damnatis, de quibus *in tom. 1.*

230 2. Apostatæ à fide, vulgo *renegati*, licet non habuerint errorem in intellectu, sed

sed tantum extrinsecus ficte negaverint, quia non desinunt esse vehementer suspecti, & in foro externo secundum externa proceditur: v. n. 287. In foro tamen conscientiæ non incurrent excommunicationem Bullæ Cœnæ; unde possunt à quolibet Confessario absolvi. Manit. us disp. 10. q. 1. art. 7. n. 20. v. num 14. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 143. cum parmulis. v. n. 282.

231 Hic non comprehenduntur apostatæ à Religionibus, nisi apostasiæ aliquid addant, quod sapiat hæresim: puta si transeant ad patres hæreticorum, & habitum laicorum, pedibus conculcent, aut blasphemias in Religionem evomant.

232 2. Spectatores compatarum, quia hic est unus ex Turcarum erroribus. Sactas imagines conspuentes, & percutientes, etiam si ex iracundia faciant.

233 4. Confessarii frangentes sigillum confessionis cum aliquo errore in intellectu circa finem, puta si defendant id licere, aut male sentiant de Sacramento. Quod si non appareat error contra fidem, sunt puniendi à propriis Sanctissimis ordinariis. Diana p. 4. tr. [illegible].

234 5. Omnes superstitiosi. Ad hoc autem, ut superstitiosi omnes denunciationis patiar, duo requiro. 1. Ut adsit expressa, vel tacita dæmonis invocatio. 2. Quæ sit moraliter peccaminosa. Lupus p. 2. l. 15. art. 4. diff. 2. pag. 257.

235 6. Demique denunciandi sunt infideles negantes circa fidem, quæ habent cum Christianis communia: quæ quidem breviter, & latis recenseruit in Summa Diarii ver. Inquisitores jurisdictio, in quæ delicta, num. 103. ex Diana pag. 4. tract. 3. ref. 2. et sequitur.

236 Procedere etiam possunt ex Bulla Gregor. XIII. edita anno 1581. contra Judæos negantes, quæ habent cum Christianis communia circa finem, ut Deum esse unum, æternum, omnipotentem, omnium creatorem: aut in aliqua etiam prædicta infinitate, & ea hæc negare punire possunt Judæos, si ad sectam, v. g. Sarracenorum transierint: quia tunc necesse habent peccare in his, quæ communiter abhinc credunt. Ita Diana p. 2. qu. 46. contra Suosam lib. 1. cap 27. n. [illegible].

Dæmones item invocantes, consulentes, eis immolantes, thus & alias fumigationes offerentes, verba, facta, exempla hujusmodi nefaria & decentes Christianos.

Christum putant hominem, aut peccatorem, Deive Matrem non virginem, similesve hæreticales blasphemias proferentes.

Auxilio, consilio, opere Christianum à fide ad impias sectas, superstitiones, aut hæresim seientes.

Aliquem à fide, vel baptismo, post ejus declaratam mentem, verbo, facto, aut alio quocunque modo voluntatem, revocantes, deterrentes, aut quovis modo impedientes.

Hæreticos, apostatasque scienter recipientes, alentes, commeatu juvantes, associantes, deducentes, vel deducendos. & associandos curantes, defendentes, & quomodolibet auxilium, consilium favorem deferentes, vel facientes, ne ab eis perpetrata investigari queant.

Prohibitos libros deferentes, retinentes, aut divulgantes, vel ad eam rem operam suam conferentes.

Devisioni habentes Christianæ, sacram hostiam, Crucem, Christum Dominum conspuentes, vel facientes quid simile.

Agnum, ovem, aut aliud quid Cruci affigentes aut appendentes,

Christianos nuricia tenentes, vel sopientes, quando communicant, non, aut pluribus diebus effundere lac nolentes, aut lacrimas.

Et in his casibus Inquisitores procedere possunt, non solum contra Judæos, sed etiam Mauros, & quoscunque infideles.

237 Superiores emittentes legere Decreta Summorum Pontificum ad S. Officium spectantia, quæ quotannis publice legi mandatur, non sunt suspecti de hæresi, nec denunciandi, nisi prius moneantur, quia pro ipsis stat præsumptio inducentiæ, & obedientiæ. Hinc Urb. VIII. die 11. Februarii 1638. tempus publicationis eorum determinatum prorogavit 6. post festum Assumptionis B. Virginis extendit & prorogavit pro omnibus Regularibus per totum residuum mensis Augusti: quod si meriti legere non curent, sunt denunciandi; quoniam idem Urb. præcepit omnibus Inquisitoribus, ut invigilarent superobservantiæ Decreti de publicatione quotannis facienda, denunciationes contra transgressores reciperent, ac processus formarent. Bord. in man. consult. sect. 55. num. 19.

238 Impedientes vero lectionem præfatorum Decretorum, esse suspectos de hæresi, & denunciandos, non est dubium.

239 Denique, qui verbis Sacræ Scripturæ abutuntur, ea inficiendo profanis, & obscenis, v. g. componendo pasquillos, aut libellos famosos, &c. Conc. Trid. sess. 4. præcipit, juris, & arbitrii pœnis puniri ab Episcopis, & contra eos procedere possunt Inquisitores, Alberghinus cap. 17. num. 2. ubi refert ex Umberto, quendam, qui Hymnum, *Sanctus Stephanus fidei*, verbis inhonestis immisce-

bat, & per ludum recitans, signa impudica addebat, fuisse in Palatio S. Officii per ejus sententiam fustigatum, 26. thus legitimis, & voce activa, & passiva per decennium privatum, & per triennium qualibet feria jejunio affectum.

QUÆRES IV.

240 *Quid sit superstitio, & qua ejus species?*

Superstitio est, qua quis cultum divinum exhibet, ne quem non debet, vel cui non debet.

Potest igitur divinus cultus vero Deo exhiberi, sed qui non debet, vel modo indebito: ut si quis Deum colerei per circumcisionem, aut cæremoniis, & ritus veteris lex, quæ quidem significant Christum venturum. Et hoc est primum superstitionis genus. Alter us cultus divinus exhiberi potest, cui non debetur, nempe creaturæ, & falso Deo. Et hoc est secundum superstitionis genus. Cujus quinque sunt species, Idolatria, Magia, Divinatio, Vana observantia, & Maleficium.

IDOLATRIA

241 Est, qua divinus cultus alicui creaturæ tanquam Deo exhibetur.

MAGIA

242 Est duplex, naturalis scilicet, & demoniaca: naturalis est ratio, seu facultas operandi mita per causas naturales absque ope dæmonis; & hoc non est superstitionis species: dæmoniaca vero est ratio, seu facultas operandi mira ope, & ministerio dæmonum, per signa ab ipsis instituta: & hæc est superstitionis species.

DIVINATIO

243 Est ordinata rerum occultarum, vel futurarum, quæ naturaliter sciri nequeunt, inquisitio, vel prædictio per media à divina providentia non constituta. In divinatione semper intervenit pactum expressum vel implicitum cum dæmone.

244 Quamplures sunt divinationis species.

1. Necromantia est divinatio facta per sictas mortuorum suscitationes, vel locutiones.

2. Geomantia fit per signa, & punctis in corpore terrestri, ut in lapide, ligno, carta, &c.

3. Hydromantia fit per signa apparentia in aere.

4. Pyromantia fit per signa apparentia in [illegible].

5. Chyromantia lineas manus considerat.

6 Præstigium fit, cum dæmon quibusdam apparitionibus præstigiosis fenculis aut sensibus hominum ingerit ad occulta pronuncianda.

7. Astrologia judiciaria est divinatio, quæ fit ex situ, motu, ac positione astrorum, & planetarum, ad præcognoscenda in particulari eventura, quæ ex libera hominis voluntate pendent.

8. Augurium est divinatio ex vocibus, & garritu avium, & animalium desumpta.

9. Omen est divinatio ex hominum vocibus casu, & præter intentionem prolatis accepta.

10 Sortilegium est divinatio facta per jactionem sortium.

Contra astrologos judiciarios extant duæ Bullæ, una Sixti V. quæ incipit: *Coeli, & terræ*, terroris sequentis.

245 *Nos igitur, &c. damnamus, & reprobamus omne genus divinationum, quæ dubiis auctore infidelium deceptionem à prædictis convictis, vel peritis hominibus fieri fatent, &c. hac perpetuæ valituræ Constitutione, Apostolica authoritate statuimus, & mandamus, ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictæ judiciariæ astrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem meditam imposterum exercentes, aut facientes judicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortunis regum casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventuum affirmare audent, etsi modo non certo affirmate asserant, & præsumant. & tam Episcopi, & Prælati Superiores ac alii Ordinarii locorum, quam Inquisitores hæreticæ pravitatis, &c. diligentius inquirant, & procedant: v. n. 233.*

Alia Bulla est Urban. VIII. quæ incipit: *Inscrutabilis judiciorum*, edita die 23. Martii 1631. ubi pollquam confirmat dictam Sixti V. Bullam subdit:

246 *Et insuper omnibus, & quibuscunque laicis cujuscunque sexus, conditionis, status, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis existentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu, de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, ejusque usque ad tertium gradum inclusive consanguineorum, Mathematicas Aruspices, Auspices, Pacticinatoresque nuncupari, vel alias astrologiam judiciariam exercentes, seu alias, quomodolibet professentes, de casero consulerint, seu defuper eorum judicia, prognostica, prædictiones, seu præcognitiones, etiam sibi scriptas receperint, illisque quomodolibet usi fuerint, vel illas penes se scientes retinuerint, aut alicui ostenderint, nec non iisdem Mathema-*

vinationibus, seu aliam astrologiam judiciariam, seu quamvis ex artem divinatoriam quomodolibet profiteri, qui judicia, prognosticationes, seu præcognitiones, & prædictiones super præmissis, etiam si id non certo se affirmare protestentur, fecerint, sive ab aliis jam facta, seu factos, impossibum penes se familiariter retinuerint, vel alicui dederint, seu offenderint, aut de eis quovis modo etiam imprimendis, scripto, vel verbis tractaverint: nedum excommunicationis majoris latæ sententiæ, sed etiam aut ipso facto majoris excommunicationis latæ sententiæ, ultimi supplicii, ac confiscationis bonorum, etiam Romanæ Curiæ Officialium, & devolutionis quorumcunque Feudorum, tam, & devolutionis quorumcunque Feudorum, Castrorum, & locorum jurisdictionalium, & feudalium, &c. v. n 338. & 344.

247 Ubi non prohibetur astrologia judicans temporum mutationem, ubertatem, sterilitatem, & ex constellationum influxu in nativitate hominis ejusdem inclinationes naturales, temperamentum, ea quæ ad sanitatem pertinent, judicans, & actiones in genere; quia hæc naturaliter ex astris possunt cognosci.

Hinc D. Greg. Nazianz. ex physiognomia Iuliani fur conjectapit ejus pravos animi affectus conjecit, orat. 48. in Julianum his verbis: *Neque enim mihi boni quidquam significare, atque ominari videbatur cervix non lata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens, & vagus, vultus lineamento ridiculo, &c.*

248 Prohibetur autem astrologia judicans actiones in particulari à libero arbitrio pendentes: *Quamvis sapiens dominabitur astris*: imo probatur, etiam si astrologi protestentur se non certo affirmare. 1. Quia id docuit ad legendas fraudes, & vitandas pœnas statutas, ut advertit Summa Dianæ *cit. n.* 75. 2. Quia ex astris neque probabilitas eventus futuri potest haberi, & ex probabilitate eadem sequerentur inconvenientia, Lessius apud Dianam *p. 4. tr. 7 tesol.* 17.

249 Addit tamen Tambur. *lib. 2. in Decal. c. 6. §. 1. n. 14. ad* 8. ex Tol. Valen. Castrop. del Rio, & aliis, prohiberi à Sixto V. ex astris cognitionem futuri contingentis liberi certam, aut probabilem, minime pure conjecturalem levem, quia hæc non est iniqua jure naturæ; & in Bulla Sixti V. non est præceptum prohibens, nisi de eo, quod est iniquum jure naturæ. Ita ille.

250 Illud mihi verum est, quod licet ex solis astris non possit haberi, nedum certitudo, verum etiam neque probabilitas de aliquo futuro libero in particulari, puta de aliqua dignitate obtinenda; potest tamen probabilitas, & spes de illa haberi, addita consideratione temperamenti hominis, & aliarum circumstantiarum tunc temporis occurrentium, puta quia est fortis, & audax, opportunos patronos habens, &c. hæc nanque (ait Sanch. apud Tamb. *cit.*) non est divinatio, sed prævidentia.

251 Ex dictis conflat, posse Inquisitores Ægyptiacos malam vel bonam divinantes fortunam punire; à mortali vero excusantur, tam quæ id faciunt, quam qui eas interrogant, si id faciant ex sola curiositate, & animo tidendi, Lanus *p. 323. diff. 2.*

252 Item prohibetur sententia Paulina, scientia Salomonis, & similes.

253 In chyromantia, augurio, omine, & similibus modo explicato, & similibus, regulariter adest pactum implicitum, & tacita invocatio dæmonis; in aliis vero expressum. In divinatione, in qua adest pactum expressum, semper adest peccatum mortale.

Ea vero, in qua est pactum implicitum, esto ex genere suo sit peccatum mortale, cum honorem divinum tribuat creaturæ, stultum cognitionem Deo propriam, qualis est occultorum cognitio; excusari tamen potest à mortali ex gravibus capitibus. 1. ratione ignorantiæ, & implicitatis. 2. si non adhibeatur fides, licet timeatur ita esse, vel futurum; seu si fiant hujusmodi divinationes, neque animo invocandi dæmonem, sed jocandi, dummodo nullo modo expectetur occulturum cognitio tanquam vera; hujusmodi tamen venialiter peccant ratione vanitatis, non superstitionis: sic excusari solent, qui sortes mittunt ad cognoscendum, qui sit felicior, qui infelicior; jocandi nanque gratia id faciunt, non credendi. Ita Tamb. *cit. n.* 12.

Tertio tandem excusantur, si talis occulturum, aut futurorum cognitio, non à dæmone, sed à naturalibus mediis quæratur, & qualis per illa naturaliter potest haberi: hoc enim non est malum; nam ex certis avium & animalium cantibus, aut motibus pronunciantur aliqua eventura, ut pluvia, tempestas, serenitas, immo ex stibem possunt probabiliter colligi aliqua, quæ ad hominem spectant, eadem nanque causa, seu constellatio, quæ v. grat. movet aves ad tales garritus, & motus, movere potest homines ad risas, & bella. Ita Tambur. *cit.* & Sanchez *in Decal. lib. 2. c. 38. num.* 39.

254 Illud volo te advertere, pactum implicitum cum dæmone non dici ubi in aliqua actione, præcise quia primus ejus inventor habuerit pactum expressum cum dæmone, & inde posteri eam facientes, dicantur habere pactum implicitum; sed etiamsi nullum unquam fuit habitum pactum expressum, adhuc in actione dicitur adesse pactum implicitum, si actio sit improportionata naturaliter cum effectu, qui intenditur, & effectus non expectetur: Deo ex opere operantis, sed ex ipsa actione tanquam ex opere operato, vel si ipsa actio sit vana; quia tunc in hujusmodi actionibus se solet immiscere dæmon ad homines decipiendos.

VANA OBSERVANTIA

255 Est superstitio quædam, qua medio aliquo improportionato, nec à Deo, nec à natura instituto, effectus aliquis procuratur, ut sanitas, scientia, &c. A divinatione differt per hoc, quod illa ad occulturum, vel futurorum tantum cognitionem ordinatur, hæc vero ad aliquos externos effectus; unde illa honorem divinum tollit, affectando cognitionem Deo propriam, hæc expectando à creatura, quod à solo Deo expectare debet; & hac ratione, & ratione pacti impliciti, est pariter ex genere suo peccatum mortale, à quo similiter excusari potest ex præfatis tribus capitibus, sicut divinatio: *v. num.* 253.

256 Tacita dæmonis invocatio præsumitur. 1. Quando adsunt verba non significativa. 2. Figuræ inutiles. 3. Nomina ignota Angelorum. 4. Fallitates, sive physicæ, sive morales. 5. Conditiones vanæ. 6. Promissio effectus infallibilis supra vires mediorum, Tamb. *in Decal. lib. 2. c. 6 §. 1. n.24.*

257 Panormi est dedicata Ecclesia septem præcipuis Angelis, qui adstant ante Deum, B. Amadeo revelatis, quorum nomina ibi, & in Cathedrali in Sacello Archiepiscopi Hajedi sculpta sunt: *Michael victoriosus, Gabriel nuncius, Raphael medicus, Uriel fortis socius, Jehudiel remunerator, Barachiel adjutor, Seuriel*

Cæterum sola priora tria sunt de fide, quia habentur in S. Scriptura. Quatuor, nempe Uriel, non est de fide, sed magnæ authoritatis quia habetur *in lib. 4. Esdræ cit. 4.* qui liber, licet ut extra Canonicos, fuit tamen annexus sacris per S. Sixtum V.

Tamb. *cit.* totam rem satis docte distinguit tres considerando modos, quibus superstitiones exerceri possunt. 1. per sola facta. 2. per sola non facta. 3. per facta simul, & non facta.

SOLA SACRA.

258 Puta, si verba ex sacra Scriptura dicis, vel orationes sacras à te compositas privatim recitas, vel scripta tecum geris ad salutem, vel grave quid tibi utile obtinendum.

Tunc, si feciudas. 1. Adminicula vana, & inutilia in similibus appositi solita, quæ secundum vires naturales proportionem non habent cum effectu intento, nec vires supernaturales habent ad illum, v. gr. ea recitare per tot vices, non plus, nec minus: uno flexo genu, non alter: in occasu, non sub sole: tribus accensis luminibus, &c. 2. Si feciudas credulitatem infallibilis eventus, sed solum habeas piam spem de effectu obtinendo, nec pecces, nec superstitiosus es; bene vero, si præfata duo non feciudas. Ratio primæ partis est; quia quando in verbis aut rebus sacris spetas, in Deo speras, & ritè; quia sacræ litteræ ad Deum cum fiducia confugere, frequenter nos docent; quemadmodum facit David in Psal. 27. *Protector est omnium sperantium in se*: & Salomon pro bonis temporalibus deprecatus est Dominum Prov. 30. *Duo rogavi te, ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem, & verba mendacia longè à me fac. Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria.*

259 Ratio secundæ partis est, quia præter Sacramenta, & sacramentalia, nil ex sacris verbis aut rebus datur, quod infallibilem habeat effectum; unde ab aliis verbis, aut rebus sacris illum infallibiliter expectas, à dæmone per tacitam invocationem expectare convinceris. Ita Tamb.

260 Nec sola protestatio, qua nolis effectum expectare à dæmone, sufficit ad excludendum à superstitione, & à peccato, si præfata duo non feciudas; quia tunc pactum cum dæmone quod renuntias verbis, approbas facto.

261 Hinc is pro aliquo morbo ter recites *Disrupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*, non ex is superstitiosus, si primam repertionem non usurpes, ut in se, sed ex devotione in Sanctissimam Trinitatem intendens in ejus honorem effectum impetrare: & hoc pacto (teste Tambur. *cit.* aut Cassiodorus, variis morbis efficax remedium fuisse primam recensiti versus recitationem.

262 Item recitare illum versum: *In camo, & freno maxillas eorum constringe*, ad canes latrantes compescendos, & illum, *Libera me de sanguinibus*, ad sanguinem à naribus profluentem cohibendum, & similia, non erit superstitiosum, si rerum hujus vanitas, ac inutilitas & credulitatem infallibilitatis effectus certitas aut excludas.

263 Circumstantiam vanam corriges, si orationem ad gratiam impetrandam, quinquies, aut novies recites, non considerato numero quinario, aut novenario in se, sed relato ad honorem quinque ulcerum

Chri-

Christi : & ad novem Angelorum Choros .

265 Eodem modo , si alteri morbo caduco arrepto clam ad aurem insufflies : *O Creatura Dei memento Creatoris tui* , superstitiosus eris ; quia observatio illa ea verba proferendi clam , & non palam , est vana . Superstitiosus autem non eris , si hac ablata circumstantia , & insufflatione ad aures correcta in hoc , quod ad aurem verba illa insufflies eo fine , ut sic ea morbum patiens audiat , & Deo se commendet . Quæ correctio (ut bene advertit Tamburr.) non potest habere locum in insufflatione ad aures equi , quia equus non est capax percipiendi verba , & Deo se commendandi ; unde loquendo de equo morbo arrepto , ut superstitio tollatur , oportet , ut etiam circumstantia insufflationis ad aures tollatur , præcise recitando verba , & ea referendo ad Dei honorem , juxta illud Cant. Danielis : *Benedicite omnia opera Domini Domino, Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino.* & Psal. 148. *Laudate Dominum de terra , &c. bestiæ , & universa pecora.*

266 Denique , ut superstitiosa tollatur , neutum debent tolli , aut corrigi circumstantiæ inutiles , & excludi credulitas infallibilitatis effectus ; verum etiam debent sacra adhiberi ad effectum serium , ac prudenter obtinendum ; puta ad sanitatem , vel aliquod grave utile impetrandum , minime ad effectum inutilem , ac vanum , v. g. ad mutum annuli , &c. quia cum Deus non se immiscerat rebus vanis , tunc convincitur , effectum expectari a dæmone .

266 Sub his considerationibus , ait Tamb. *cit. n.* 70. ex Santh. non esse superstitiosos Empsalmistas , qui per empsalmos , videlicet per quotidiam versus ex psalmis , seu per alias orationes curant infirmos . Nec eos , quos Hispani vocant Salvatores , dum sunt tacitu , vel orationibus sanant morbos . Nec eisaules , qui nati non & Conversionis S. Pauli , sputo , vel tactu à morbis venenosis sanant ; quia hæ sunt gratiæ gratis datæ , juxta illud Pauli ad Corint. 12. *Alii gratia sanitatum in uno spiritu* . Ita Rex , Francia habet à Deo gratiam sanandi linimos his utens verbis : *Io ti tocco, e Dio ti sana* , de qua *Horsmsida Papa Epist. 1. ad Remigium* , & D. Thom. *de Regimin. Princip. lib. 2. c. 16.* unde præfati superstitiosi non sunt , nih aliquid quod superstitionem sapiat , admisceant , juxta superius dicta .

267 Superstitiosa tamen est cantila illa , quam quidam pro viscerum dolore gestare solent , in qua est scriptum : *Petre , & Balthasar , Filtar , & Gaspar , Spiritus Sanctus , & Melchior , &c.* quia talis mixtio inter nomina Sanctissimæ Trinitatis est impropriotionata , indecens , irreverens , & vana .

SOLA NON SACRA.

268 Quando non sacra adhibes ad aliquem obtinendum effectum , superstitiosus eris : si ea vires non habeant sufficientes ad illum . Minime vero , si vires habeant naturales , etiam occultas . Et tunc solum teneris excludere , aut corrigere circumstantias inutiles , si quæ sint ; minime credulitatem infallibilitatis effectus , conformiter ad vires naturales rerum , quæ exhibentur ; nam causa naturalis necessa-

269 Huc reducitur , quando aliquid agis aut omittis sub tali circumstantia , aut tempore , v. g. iter agis die Jovis : iter omittis die Martis , non vis tredecim invitatos , simul discumbere , cum firma credulitate infallibilitatis eventus boni , quem speras , aut mali , quod times . Tunc quidem superstitiosus eris , vanitate vero , ligi tempori sit adjuncta circumstantia , ex qua prudenter timeatur eventus malus , &c. puta si tunc prudenter timeas esse inimicos , aut latrones in via , &c.

270 In rebus naturalibus , quoties non apparet immixta superstitio aliqua , ut sunt verba incognita , determinatus numerus varius , aut modus inutilis , tunc præsumendum est pro viribus naturæ . 1. Quia in dubiis melior est conditio voluntatis volentis rebus illis uti ad sanitatem , aut grave utile sui , aut proximi , & in dubio non præsumitur delictum . 2. Quia in dubiis melior est conditio naturæ ; nam natura ex sæpius contingentibus præsumenda est potens , & mirabilis in operationibus suis ; ex quo enim videmus , ferrum trahi à magnete , arguimus in magnete virtutem naturalem ferri trahitivam , &c. Ita Tamb. *citat. n* 62. ex Sanchez , & Bordon. *in man. Consult. febr. 34. num.* 10.

SACRA SIMUL, ET NON SACRA.

271 Si ad aliquem obtinendum effectum , cum sacris adhiberes res naturales inutiles , aut profanas irreverentes , superstitiosus eris . Item , si res naturales utiles sacris adjungas , putans , sacra necessario naturalibus rebus indigere , seu ab his vim efficacem habere ; tunc ultra superstitionem adjungis hæresim .

272 Si vero res naturales utiles adhibes , ex illis effectum expectans , & insuper sacras adjungis ad Deum pro adjutorio precandum , prudenter simul , & pie te gessis ; quoniam causæ naturales efficacissimæ , Deo non adjuvante , inutiles sæpe reddantur , juxta illud Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit civitatem , frustra vigilat , qui custodit eam* . Hinc ait Apo-

Apostolus : *Ego plantavi , Apollo rigavit , Deus autem incrementum dedit* .

273 Ideirtiam curare cum oratione sacra , & cum filo de lizzo , qua statura , & brachia extensa aggiri ri metiuntur , cum aliis circumstantiis , superstitiosum est , quia omnes circumstantiæ adjunctæ præter orationem sunt vanæ . & inutiles . Secus , si solam sanctam orationem adhibeas , in qua solent esse vera Nomina Dei , & *dicta num.* 258 attendas . Cum hac sola oratione , tribus diebus ad honorem Sanctissimæ Trinitatis recitata , circumstantiis vanis , & inutilibus seclusis , sæpe ideirtiam curatam vidi . Tunc igitur à Deo effectus ex opere operantis expectatur , minime cum certitudine infallibilitatis effectus , sed cum pia spe , & fiducia in Deum ; quoniam cœlestis medicus animabus atque corporibus solet medelam largiri .

274 Ex his patet , quid sit de incantatoribus dicendum .

MALEFICIUM

275 Est vis , ac potestas nocendi alijs ex pacto expresso , vel tacito cum dæmone . A Magia differt per hoc , quod illa intendit facere mira , hoc vero ad nocendum dirigitur .

276 Dividi potest in duas species , scilicet in maleficium amatorium , quo hominum animi ad carnalem amorem flectuntur , sub quo comprehenduntur verba , aut scripta superstitiosa ordinata ad amorem ; & in veneficium , quod ad nocendum alii dirigitur .

277 Unum maleficium alio maleficio solvere non licet . Potest tamen statua , aut res illa , quæ fuit a maleficio composita , comburi , nullum , quod superstitionem sapiat , admiscendo .

278 Ad hanc speciem spectant lamiæ , seu striges , vulgo donne di fora .

279 Sub hujusmodi superstitionibus maxime comprehenditur abusus Sacramentorum , aut sacramentalium , ad thesaurus juveniendos , ad amorem provocandum , &c.

280 Alia demum delicta , pro quibus est facienda denunciatio , habes in Edicto DD. Inquisitorum Regni Siciliæ .

QUÆRES V.

281 *Quæ sit hæresis ad Sanctum Officium spectans ?*

Hæresis in *num.* 258. definita est duplex . Una scilicet mere interna , seu pure mentalis , quæ consummatur in ipso intellectu , nullo signo externo dato ; & hæc quamvis in rigore theologico sit hæresis formalis , cum ei propria conveniat definitio hæresis , non incurrit tamen pœnas contra hæresim ab Ecclesia sulminatas , nec est reservata , sed potest à quolibet Confessario absolvi , etiam sine Bulla , quoniam juxta communem Theologorum Ecclesia non judicat de internis .

282 Alia est externa , quæ videlicet externus prodit per aliquam vocem , scripturam , nutum , aut signum , ex electu hæresis prodiens , eamque , quantum est ex se , determinate demonstrare valens ; & hæc incurrit omnes pœnas contra hæresim fulminatas , eliquæ reservata , ita ut neque virtute Bullæ , neque Jubilæi possit absolvi , nisi talis facultas expresse concedatur , ex Decret. Inquis. Rom. sub Alexand. VII. anno 1656. aut nisi in articulo mortis , in quo quidem ex Trid. *sess.* 14. *c.* 7. etiam si fuerit publica , potest à simplici Sacerdote absolvi , sicut & alii casus reservati , imposito juramento de se præsentando Superiori , & de stando mandatis Ecclesiæ , si convaluerit ; idque etiamsi sit occultissima , ut si vox à nullo fuerit audita , nec signum visum , & scriptum fuerit combustum : quia tunc , cum signum illud externum sit per se sensibile , est per accidens occulta , ac proinde cadit sub lege pœnali Ecclesiæ , quæ judicat de externis , & hæc spectat ad S. Officium , & si contingat ab aliquo fieri , est denunciando .

Ut hæresis igitur sit reservata , & pœnas incurrat , requiritur .

1 *Ut sit externa* , ut iam explicatum est .

2 *Ut actus externus sufficienter , & determinate hæresim manifestet* . Unde non est reservata , si sit externa per signum , aut verba indifferentia ; ut si quis mente teneat : *Deus non est trinus* : & externus proferat *Non est* .

3 *Ut manifestet hæresim internam præsentem* . Unde non est hæreticus externus , qui per jocum fingit , aut vere dicit , se aliquando tenuisse errorem in fide , puta , Deum non esse trinum , nisi id dicat animo eandem hæresim confitendi , seu in ea complacendi . Ita Albergh. *in Man. c.* 2. *num.* 2.

4 *Ut actus externus sit mortalis , & manifestativus animi hæretici* . Hinc qui suam hæresim internam exterius manifestat amico , aut Confessario , causa capiendi consilium , aut confitendi , non est hæreticus , nec in excommunicationem incidit ; quia non manifestat eam animo hæretici , sed eb paratus corrigi .

Item , qui motus hæresi interna , qua putat licitum esum carnis diebus prohibitis , carnem in parva quantitate edat , nec est hæreticus externus , nec in censuram incidit ; quia requiritur , ut actus externus sit mortalis , non per solam relationem ad actum internum , sed etiam secundum operis externi quantitatem .

Ita.

Ita Alberg. *cap.* 12. *n.* 8. cum Bonac. Diana, & aliis. Adde, præfatum actum externum non esse ex se determinate manifestativum erroris interni.

De Schismate, quod quidem Ecclesiam Christi dividit, negando obedientiam Summo Pontifici Romano, eodem modo est discurrendum, sient de hæreli; nimirum, quod non possit absolvi, si sit externum cum errore in intellectu.

283 Hinc non est hæreticus, qui externus tantum fidem negat, aut adorat idolum; quia non errat in intellectu, ac proinde non incurrit pœnas, & censuras contra hæreticos latas, licet in foro externo secundum externa procedatur, & inde sit denunciandus: *v. nn.* 23.

284 Busembaum *lib.* 2. *tr.* 1. *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 5. ait, rusticos, & alios homines simpliciores in locis hæreticorum exulantes, ut in Germania, qui habentur hæretici, & ratione suæ ignorantiæ, & simplicitatis pertinaces non sint, posse absolvi à suis Parochis. Ratio est; quia non sunt hæretici formales, & habent fidem Catholicam in Baptismo acceptam, quæ non amittitur, nisi errando pertinaciter. ita ille ex Layman.

Id contingere potest, quatenus hæretici volentes suos filios naturali odio contra fidem Catholicam erudire, eos, à pueris, Catholicos spectibus horrantis tanquam lupos repræsentant: & ita, licet possint diu in errore sine pertinacia vivere; tamen ac autem ad eos sufficienter propositum, Ecclesiam universalem oppositum tenere, statim incipiunt esse pertinaces.

285 Certum tamen est, hæreticum esse illum, qui positive, seu affirmative de aliquo articulo fidei dubitat, hoc est, deliberate judicat esse dubium; similiter & eum, qui opinative solum assentitur rebus fidei, putans aliquem articulum fidei esse solum probabilem: utriusque ratio est; quia cum fides sit certa, & infallibilis, utpote innixa testimonio divino, requiritur, ut articuli fidei certo credantur ex Dei revelatione.

286 Dixi, *Opinative solum*; quia ex vi alicujus rationis affirmare probabilem aliquem articulum, non esse hæreticum, imo laudabile, modo teneas, ex vi revelationis esse certum, docent Tamb. *de fide cap.* 1. §. 7. *n.* 3. cum Castropal.

287 Et Busemb. *cit. num.* 5. addit, quod negative tantum dubius, hoc est, suspendens sodicium, & circa utramque partem negative habens, per se, & simpliciter non sit hæreticus. 1. Quia non habet judicium, & consequenter non habet errorem in intellectu; dummodo tamen non ideo suspendat, quod virtualiter judicet, non constare de certitudine objecti. 2. Quia hæresis est infidelitas positiva. Hinc ultra formale dubium dari debet judicium intellectus affirmantis, rem fidei non esse certam; quod judicium est hæresis, Alberg. *cap.* 5. *cum Portel. & Sousa.*

At hoc apud mihi placet sic absolute dictum: nam quis vel est negative dubius circa aliquem articulum fidei, qui non est ex parentibus, aut Parocho sufficienter propositus; & tunc sumus in casu ignorantiæ: vel circa articulum fidei, qui supponatur sufficienter propositus: & tunc negative dubius est hæreticus, quia tunc suspendendo judicium, virtualiter judicat non constare de certitudine objecti; præcertim autem fidei obligat ad positive judicandum verum & certum articulum fidei sufficienter [illegible]

Hinc Albergh. cum Valentia, & Sanchez, tite excipit natos, & educatos inter hæreticos in fide non satis instructos: de iis namque dubitare licet, donec instruantur, & recte nostræ fidei credibilitatem apprehendant; quia in illis dubitatio, & withale judicium de incertitudine non est cum pertinacia.

288 Quando tamen dubietas oritur ex sola tentatione, uti solet accidere, cum repugnantia, & displicentia voluntatis; tunc vel non erit peccatum, sed potius materia meriti, quia actus ille intellectus erit pure naturalis; vel si peccatum, non nisi veniale. Ita Sumenlle.

QUÆRES VI.

289 *An in casu, quo qui incidit in hæresim externam, sit excusatus ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, sit denunciandus.*

PLures à Doctaribus dantur casus, in quibus, qui incidit in hæresim externam, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.

290 Id principaliter contingit, quando hæresis, licet publica, est mere externa.

191 Alios duos referunt casus Tamb. *tom.* 1. *de Panis, lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 4. & 7. Bardi. *in selectis moralibus lib.* 6. *qu.* 5. *pag.* 302. & apud eos Castropal. Suarez, Sanchez, & alii, in quibus committens delictum excusatur ab excommunicatione reservata in Cœna Domini; & sunt metus cadens in virum constantem, aut ignorantia censuræ, ita ut qui committit hæresim formalem externam, etiam cum errore in intellectu, ignoraus tamen ei esse annexam excommunicationem reservatam in Cœna Domini, excommunicationem non incurrat,

ac proinde possit à quolibet simplici Confessario absolvi: *v. n.* 296.

292 Ratio est, quia hæc est differentia inter casus reservatos Pontifici, & reservatos Ep scopo, quòd casus non est reservatus Pontifici, nisi cum excommunicatione conjunctus; non sic casus Episcopalis: nam Episcopi regulariter reservant delicta ratione ipsorum: unde, cùm ratione ignorantiæ (quæ quidem excusat ab incursione censuræ) non sit annexa delicto hæresis excommunicatio, delictum hæresis non habetur pro reservato, ac proinde potest a quolibet simplici Confessario absolvi; & è contra ignorans excommunicat eorum delicto Episcopali annexam, etsi non incurrat in censuram, adhuc committit casum reservatum Episcopo, ita ut non possit à quolibet Confessario absolvi.

Quòd autem in casibus Pontificiis culpa non sit reservata; nisi cum excommunicatione conjuncta, probatur primò ex usu, & praxi Ecclesiæ, quæ in casibus Pontificiis non censet reservatam culpam, nisi cum excommunicatione conjunctam: cui praxi accedit communis Theologorum consensus.

Secundò ratione, quia Pontifex in Sacris Canonibus, & præsertim in Bulla Cœnæ, solùm proponit istas censuras, & postea illas reservat: nam in §. 19. Bullæ Cœnæ, in qua sit reservatio, id habetur expresse per hæc verba: *Ceterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit.* Sententiæ autem, supra quas immediatè cadit reservatio, sunt ipsæ censuræ: igitur à censura reservatio redundat in culpam, ac proindè culpa non censetur reservata, nisi cum excommunicatione conjuncta: cùm igitur ratione ignorantiæ ex communi sententia non incurratur censura, non incurritur reservatio, quia tunc culpæ deficit fundamentum reservationis, videlicet censura, quæ tali peccato individuo non est conjuncta.

293 Hoc autem dictum est à præfatis Doctoribus de ignorantia censuræ, maximè de ignorantia reservationis: nam certum mihi est, quòd qui committit hæresim formalem externam, aut aliud delictum de Bulla Cœnæ, si sciat ei esse annexam excommunicationem Cœnæ Domini, ignoret tamen hanc esse reservatam, adhuc incidat in censuram reservatam, ita ut non possit à simplici Confessario absolvi, sed à Summo Pontifice, aut Inquisitoribus; quoniam ex communi sententia contra aliquos ignorantia reservationis non excusat, sed reservatio regulariter incurritur ab ignorante; quia regulariter loquendo, reservatio non est pœna, qualis est censura, sed medicina; est enim limitatio potestatis Confessariorum ad bonum regimen, & ob bonum publicum facta, ut Fideles ab iis peccatis parcendis abstineantur, dum vident, non posse ab ordinariis Confessariis absolvi. Item reservatio est restrictio jurisdictionis in Confessario, & cum jurisdictio tota dependeat a voluntate Superioris, non oportet, ut eam sciat Reus, sed sufficit, si eam sciat Confessarius.

294 Ex quo fit, quòd licèt Ignorans, aut non advertens pœnam, non incurrat in pœnam, puta in excommunicationem: sciens tamen pœnam, & ignorans reservationem incidat in reservationem; sicut licet ignorans, aut non advertens culpam, non incidat in reservationem; sciens tamen culpam, & ignorans reservationem, incidit in reservationem; quia licet in priori casu cadat fundamentum reservationis, nempe culpa, aut pœna voluntaria atque inde cadat reservatio; stat vero in po-

[illegible]

His vero datis & suppositis,

295 Resp. ad quæsitum affirmative; quia in foro externo secundùm externa proceditur & suadetur a fortiori de blasphemia hæretica, in quam prorumpens sine errore in intellectu est denunciandus, *ex n.* 210. à fortiori in casu hæresis. Qui igitur incidit in hæresim pure externam, aut in hæresim formalem externam, ignorans excommunicationem Bullæ Cœnæ, est Inquisitoribus denunciandus: *v. n.* 288.

296 Dixi: *hic datis.* Quia (ut ritè advertit Diana *p.* 5. *tr.* 13. *resol.* 18.) ignorantia excommunicationis reservatæ in casu hæresis, non potest habere locum in nostris Regionibus Hispaniæ, & Italiæ, ubi viget S. Inquisitionis Tribunal; ex cujus præsertim contra hæreticos pervigili cura, est moraliter impossibilis ignorantia legis Ecclesiasticæ excommunicantis hæreticos; & maximè post *Instr. Univ. Inquisit. Rom.* sub Alex. VII. de anno 1666. quod jussu DD. Inquisitorum hujus Regni Siciliæ sub datis 21. Febr. 1657. video qualibet festa feria post octavam Assumptionis Virginis in Communitatibus Regularium publicè legi, quoque Confessarii, & Religiosi edocentur, crimen hæresis non posse etiam virtute Jubilæi absolvi; nil aliud cunctis est notum, quàm crimen hæresis etiam occultum esse reservatum; imò si quis est, qui in aliquam hæresim cadat, eum exponimur accuratiorem ad se occultandum ob timorem, ne deferatur ad S.

Inq-

Tribunal ; ac proinde in nostris Regionibus moraliter & practice loquendo non potest dari casus, quod quis in hæresim formalem externam cadat, & possit a simplici Confessario absolvi, non quidem ratione ignorantiæ censuræ, quia hæc moraliter in nostris Regionibus non est possibilis ; neque ratione metus cadentis in virum constantem ; quia metus licet possit timorem incutere ad prorumpendum in actum externum hæresis, non po est illum incutere ad habendum errorem intellectus, ut discurrenti patet.

CAPUT VII.

De libris prohibitis.

297 LIbros prohibere spectat ad Summum Pontificem, quod regulariter licit 298 Congr. Univ. S. Officii, cujus auctoritas per totum Orbem extenditur.

299 Magistrum Sacri Palatu libros pernic[illegible] prohibere posse, ait Bord. *in Mem. consult.* [illegible] 48. n. 5. Liquet ex quamplurimis prohibitionibus ab eo factis ; & in indice jussu Alex. VII. impresso registratus, subdit tamen : *S. D. intra hanc ejus potestatem non excedere Orbem, & ejus dispositum ; quia numquam vidi ejus prohibitiones publicari extra p.v Inquisitores, nisi missas vel a Papa, vel a Sac. Congreg. signum evidens, quod ejus potestas terminatur infra muros ; & Urbani, ubi hoc officio fungitur, ut Inquisitoris in suos Dioecesibus.*

299 Libros prohibere possunt Episcopi, & Inquisitores ex Reg. 10. Indicis : *Librorum seu Episcopi, aut Inquisitoribus Generalibus seu aliis facultatem, quam habent, ubi etiam literas suas in rebus permittit videatur, prohibere, & hanc in suis Regnis, aut Provinciis, vel Dioecesibus expedire judicaverint.*

300 Quia autem Episcoporum & Inquisitorum auctoritas contentiosa est restricta loco, & personis, ac proinde non operatur extra proprium territorium, talis prohibitio ut universaliter operetur, fieri solet vel per S. Congr. Univ. Inquisit. coram Sanctissimo per totum Orbem, vel per Inquisitores Supremæ Inquisitionis Hispaniarum pro cunctis Hispaniarum Regnis.

301 Generales libros suorum subditorum prohibere possunt, si absque eorum licentia fuerint impressi, aut si sint infamatorii, vel suæ Religioni pernicios ; si vero contineant hæresin, aut suspicionem, id spectat ad S. Tribunal, *ex n.* 249.

MATERIA

302 OB quam liber prohiberi solet, est quintuplex. 1. Quæ continet hæreses. 2. Quæ tractat de Religione, nempe de re sacra, puta de S. Scriptura, de fide, de rebus ad Dei cultum, & Sanctorum spectantibus, de Theologia scholastica, & morali de concionibus, de jurisdictione, & immunitate Ecclesiastica, de privilegiis Clericorum ; minime si tractet de Philosophia, de historia, &c. Imo, ut dicatur de Religione tractare, requiritur, ut de ea tractet ex professo ; minime, si obiter : *v. n.* 304. 3. De rebus obscœnis. 4. De casibus conscientiæ, in quibus tamen habentur opiniones laxæ, & periculosæ conscientiæ, aut nullam probabilitatem habentes ; vel habetur aliquis error in fide, aut hæresis. 5. Qui tractat contra proximum, puta de jurisdictione uni data, & ab altero ablata ; aut continet calumnias, injurias, &c. contra Religiones, personas Religiosas, Principes, &c.

FINIS

303 PRohibitionis. 1. Est odium hæreticorum. 2. Est, ut fides illæsa permaneat, ut fidelium scandalum, animarumque periculum vitetur, & ut pax atque charitas in Republica Christiana serveture: *v.n.* 362.

INDEX

304 LIborum prohibitorum tres constituit classes : in prima classe non ram continentur libri, quàm eorum auctores, quatenus hi sunt hæretici ; & horum sunt probabiliter libri tam editi, quàm edendi, qui tamen hæresim continent : aut de Religione tractant etiam si bene de ea tractent, & nullum errorem continent, quoniam indignum est visura Ecclesiæ, ut fideles ab ejus hostibus eruditantur, & doctrinam de Religione discumant. hæreticum Regio Psalte increpante in Psal. 49. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum ? v.* n.320.

305 In secunda classe continentur non Auctores, sed libri, quatenus eorum Auctores sunt Catholici, continent tamen doctrinam non sanam, & ideò prohibentur. Duplex autem modo doctrina non sanam continere possunt. 1. Quia continent incidenter aliquam, seu aliquas hæreses, aut falsi dogmatis suspicionem. 2. Quia offensionem etiam in moribus tantum fidelibus afferre possunt : *de iis n.* 323.

306 Ex Bord. *in mem. Consult. fol.* 49. *n.* 17.

Nomine suspitionis falsi dogmatis venia errer, qui creditur esse contra fidem : dogma enim pium est doctrina in fide, Glos. *verb. seu potius, cap. sacris 7. dist. 96.* Glos. *fin. in d. 3. per caput qui Episcopus, 2. dist. 29. itaque falsum dogma est error contrarius doctrinæ de fide : doctrina autem fidei specialiter duplicitur, 1. ut talis est de fide definita, ut sunt articuli, & propositiones de fide definitæ, ut patet in Canonibus* Conc. Tridentini, *2. in doctrina fidei aliqua sunt probosticenda, quæ ab aliquibus putantur de fide, ab aliis negantur de fide : pono exemplum in hac propositione : Papa in canonizatione Sanctorum non potest errare : aliqui dicunt, esse de fide, quod ego teneo : alii negant, ut dixi fol. 41. n. 161. Necesse ergo dicere, & ex diametro oppositum fidei, falsum vero dogma, de quo est suspicio asserendi fidem non ex diametro, sed secundum suspicionem, & opinative tantum, non definitive ut hæres. : v. n. 341.*

307 Aptius exemplum est in hac propositione, *Papa in Beatificatione errare non potest* : nam plures Doctores, inter quos Diana *p. 11. tr. 2. res. 18. & 19.* qui ritè fatentur esse de fide, quod Pontifex non possit errare in Canonizatione Sanctorum, id negant de Beatificatione : unde concludunt, quòd qui negatet Beatum aliquem esse in gloria, non esset hæreticus formalis, sed ejus propositio esset temeraria, quia contra communem Doctorum, & fidelium sensum : scandalosa, quia fideles a Beatorum cultu, & veneratione retraheret : impia, quia contra cultum viris beatis debitum : suspecta falsi dogmatis, quatenus est contra dogma pium, seu doctrinam opinativè de fide, in quantum quamplures Doctores docent, etiam de fide esse Romanum Pontificem in Beatificatione errare non posse, & demum suspecta de hæresi, quia sic dicens videtur negare in Papa potestatem ad beatificandum.

308 Doctores autem, qui concedunt de fide, Papam errare non posse in Canonizatione, & id negant de Beatificatione, pro præcipua dispantate assignant, quia Canonizatio est ultimum judicium Ecclesiæ, quo definitur, virum Dei esse in gloria ; post quod nil amplius discutitur. Beatificatio vero non est ultimum judicium, quoniam post illud, antequam ad Canonizationem deveniatur, fit novum examen, testes, & miracula recipiendo ; quod non fieret, si de fide esset Pontificem non posse in Beatificatione errare, nam, quod est de fide certum, ulteriori certitudine minime eget, cùm sit infallibilis veritatis.

309 In hac autem re, quæ obiter hic mihi tractanda suppetit. Dico, de fide esse Romanum Pontificem, tam in Canonizatione, quàm in Beatificatione, errare non posse, ita ut dicens oppositum posse errare, seu Sanctum, aut Beatum non esse in gloria, sit hæreticus formalis, Bord. *resp. 113. num. 15.* Vercicelli *tr. 8. q. 24. & 25.*

310 Ratio est, quia hæc propositio : *Romanus Pontifex in canonizatione, & beat. si* [illegible] *rare non potest*, sequitur ex duplici præmissa de fide, videlicet : *Romanus Pontifex docet Ecclesiam in iis, quæ spectant ad materiam fidei, & doctrinam morum, errare non potest ; sed canonizatio, & beatificatio spectant ad materiam fidei : ergo* &c. Minor liquet, quia canonizatio, & beatificatio est actus extremæ confessionis fidei consentiæ in articulo de Communione Sanctorum : major constat ex Euang. Joannis *cap. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis ; ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis, &c. 16. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem ex* Matth. *c. 18. Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* ; hinc Apostolus *1. ad Tim. 3. inquit : Ecclesia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis* : firmitas autem Ecclesiæ, & securitas eam non errandi, est [illegible] [illegible] [illegible]

in quantum, licèt de fide sit, Beatum esse in gloria, non est tamen conveniens; ut quilibet fidelis in gloria, publico cultu Offici & Missæ in tota Ecclesia colendus decernatur; sed ille, qui ob heroicas virtutes, & indignem sanctitatem, ex multitudine, & qualitate miraculorum significatas, Deo acceptissimus, & apud fideles existimatione devotionis habitus dignoscitur; hinc novum examen sit de perseverantia cultus, & miraculorum, ut insigni Beati sanctitate, & magna fidelium devotione comperta, solemniter ad judicium de ejusdem gloria deveniatur, & in tota Ecclesia honor Officii & Missæ concedatur.

313 Non obstat dictum, quod vulgo Augu-

---

est Augustini, nec veritatem habet de Sanctis a Romano Pontifice Ecclesiæ propositis; sed de hypocritis, ab hominibus, qui abscondita cordis penetrare minime valent, Sanctis putatis; quatenus in vestimentis eorum, sua facies exterminantes, Sancti apparenter, sed revera lupi rapaces, & diaboli martyres descerentur: de vere autem justis & sanctis canit Regius Psaltes: *Exultabunt justi in gloria; lætabuntur in cubilibus suis; gaudium in ore eorum, laudes Dei in faucibus eorum.*

314 In tertia classe continentur libri, qui prodierunt sine nomine Auctoris. Veruntamen non omnes hi sunt damnati, nam sæpe viri docti & sancti ad manum vitandam gloriam libros pertulere, & sanam continentes doctrinam, sine nomine condidere; sed illi, qui continent doctrinam pravam fidei, aut moribus adversam, Lugus *p. 4. lib. 25. disp. 1. art.*

Unde libri hujus tertiæ classis ad primam, aut secundam possunt reduci: ad inquit Alex. VII. *in Bulla n. 332.* relata his verbis:

Item omnes libri . . . qui tertiæ classi assignantur, pejores multo sunt, quam in prima, & secunda recensiti.

DISCRIMEN

315 Nunc primam, & secundam classem est duplex.

316 Primum est, quia librorum 1. classis prohibitio fit principaliter non tam propter materiam, si sit prava, quam propter ipsos Auctores hæreticos; & ideo omnes eorum libri tam editi quam edendi, de Religione tractantes, damnati censentur, etiam si nonam doctrinam continent, ob rationem *num.* 304. relatam: librorum autem 2. classis prohibitio fit ob materiam pravam, quam continent sive contra fidem, sive contra bonos mores, &c. quamvis ab Auctoribus Catholicis prodierint; adeòque hi libri non prius censentur prohibiti, quam specialiter fuerint in Indicem librorum prohibitorum relati: ad differentiam librorum 1. classis, qui in eo ipso, quòd sunt Auctoris hæretici, damnantur, etiam si in Indice non reperiantur. Lupus *ibi, pag. 459.* Hinc damnato opere hæretico non censetur damnatum nomen Auctoris, nisi sit convictus, vel confessus de hæresi, aut nisi sit de natis ex secta hæretica. Quia licet aliquas hæreses in opere protulerit, præsumitur, quòd ex inadvertentia, aut ignorantia protulerit, sine pertinacia; damna o autem Auctore, omnia ejus opera etiam edenda, quæ de Religione tractant, damnata censentur, quia hæc, ut accessorium, sequuntur naturam sui principalis, Bonac. *in tract. Conclus. fid. q. 8. n. 28.* Auctor ergo per prohibitionem librorum 1. classis damnatur, quia est pertinax, & dignus pœna: per prohibitionem vero librorum 2. classis mortificatur, quia debebat advertere, & si erat imperitus, non scribere.

317 Ob eamdem rationem nec hæretici, nec eorum libri possunt à Catholicis in suis operibus citari ad honorem, quamvis loquantur ad Religionis favorem: bene vero ad confutationem, eorum impugnando errores; nam in Ecclesiastici *cap. 15.* scriptum est: *Non est decorosa laus in ore peccatoris; quoniam à Deo profecta est sapientia, sapientia enim Dei aspirabit laus, & in ore fidelis abundabit, & dominabitur ea illi.* Catholici autem, & eorum libri prohibiti citari possunt etiam ad honorem, quoad bonam doctrinam.

318 Secundum differimen est; quia libri 1. classis sunt prohibiti duplici excommunicatione: prima est excommunicatio Bullæ Cœnæ reservata Sum. Pontifici, quæ incipit ante Trid. à Nicol. III. anno 1280. & novissime habetur exemplum ex Urb. VIII. anno 16.7. in 1. his verbis:

319 *Excommunicamus, &c. quoscunque Lutheranos, Wiclephistas, Lutheranos, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios hæreticos, quocumque nomine censeantur, & cujuscumque secta existant, ac receptatores, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, seu de Religione eos tractantes sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ, scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quacumque causa publice, vel occulte, quoquo ingenio, vel colore: nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.*

320 Sub prohibitione igitur, & excommunicatione Bullæ Cœnæ, non continentur libri

hæreticorum tractantes de Philosophia, Medicina, Historia, &c. qui nullam hæresim continent, nec libri *num. 335.* referendi; sed soli libri hæreticorum, qui hæresim continent, aut de Religione tractant.

321 Secunda est excommunicatio Indicis, & Pii IV. de qua modo, quæ non est reservata.

322 Libri vero secundæ classis, qui tamen continent hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, sunt prohibiti sola præfata excommunicatione Indicis; cæteri autem, qui sunt prohibiti, non quia continent hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, sed ob alias causas contra bonos mores, puta, quia tractant de rebus obscœnis, de jurisdictione cum præjudicio pacis, & infamatoriis, injuriosis quia continent propositiones laxas, &c. non subjacent excommunicationi Indicis, & Pii IV. sed peccato mortali, & punitioni arbitrariæ Episcoporum, aut Inquisitorum: *v. n. 331.*

323 Pro qua re sciendum est, Indicem librorum prohibitorum à Deputatione Conc. Trident. confectum, plures librorum species prohibere, at non eas omnes prohibere sub excommunicatione.

324 Quantum ergo ad prohibitionem.

Primo, in 2. Regula dicti Indicis prohibentur omnes protestas Hæresiarcharum libri, etiam de Philosophia, Medicina, &c. qui nullam hæresim continent, nec de Religione tractant: his verbis:

Hæresiarcharum libri, &c. cujuscunque nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur.

Quod sit in maximum eorum odium, & ut omnino eorum memoria pereat.

325 Secundo, in eadem Regula, quoad aliorum hæreticorum libros sequitur:

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de Religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur. Qui vero de Religione non tractant, à Theologis Catholicis jussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur.

Hinc libri hæreticorum de Philosophia, Medicina, Historia, & similibus, qui nullam hæresim continent, & examinati, & approbati ut tales, non prohibentur, sed permittuntur: sunt tamen prohibiti, antequam examinentur: *v. n. 334.*

326 Pari est Regula 5. *Libri illi, qui hæretico cum Auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de sua apponunt, ed aliorum dicta colligunt, cujusmodi sunt lexica, concordantiæ, apophthegmata, similitudines, rudices, & hujusmodi, si quæ habeant admixta, quæ ex purgatione indigeant, illius Episcopi, & Inquisitoris arbitrio cum Theologorum Catholicorum consilio tollantur, aut emendentur, permittuntur.*

327 Tertio, in 4. & 6. Regula prohibentur Biblia vulgaria, & libri controversias inter Catholicos, & hæreticos disserentes, pariter vulgari idiomate conscripti, ita, ut, qui eos præsumpserint legere, aut retinere, peccent mortaliter, & absolvi non possint, nisi prius Bibliam, aut libros præfatos Ordinario, aut Inquisitori tradiderint.

328 Quarto, in Regula 7. *Libri qui res lascivas, seu obscœnas ex professo tractant, narrant, aut docent, &c. omnino prohibentur, & qui eos habuerint, severe ab Episcopis puniantur. Antiqui vero ab Ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur; nulla tamen ratione pueris perlegendi erunt.*

329 Quinto, in Regula 9. *Libri omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, seu in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes, artes magicæ, prorsus rejiciantur. Episcopi vero diligenter provideant, ne Astrologiæ judiciariæ libri, vaticinia, Indices, ingantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid eventurum affirmare audent, permittuntur autem judicia, & naturales observationes, quæ navigantibus, agricolturæ, seu medicæ artes juvandæ gratia conscripta sunt.*

Item 10 observatione circa dictam novam Regulam, exercentes præfatas artes, & legentes, aut retinentes recensitos libros, dantur puniendi vedum per Ordinarios, verum etiam per Inquisitores locorum, ex Const. Sixti V. de anno 1585. unde præfati sunt denunciandi, Lupus *p. 459.*

330 Sexto denique in observatione circa præfatum Judicem omnino damnantur, & prohibentur libri Thalmud Hebræorum, & ahi Cabalistici, & nefarii Hebræorum libri. Item liber Magazor, qui continet officia, & cæremonias Hebræorum, & Synagogæ, solum permittitur in Hebræa lingua, & prohibetur in omni alia lingua.

331 Quantum autem ad excommunicationem: postquam dictus Index recentitas librorum species prohibuit; denique in Regula 10. in fine concludit:

Ad extremum vero omnibus Fidelibus præcipimus, ne quis audeat contra harum seguentium præscriptum, aut hujus Indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum, vel cujuscunque Au-

Roris scripta ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, sive habuerit, florim in excommunicationis sententiam incurrit; qui vero libros alia ratione interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, Judicio Episcoporum feriendi pœnitet.

Hæc est Indicis Tridentini dispositio.

332 Quia tamen variis temporibus Summi Pontifices quoad libros prohibitos varia sanxere, novissime Alex. VII. volens cuilibet omnem vitare, & hanc in terrum] brorum prohibitorum una lege regulare, die 5. Martii 1663. edidit Bullam, quæ incipit: *Speculatores domus Israel*; quem referunt Lantusca *in Bullario tom. 6. Consl. 247. pag. 220.* & Bord. *in man. Consult. sect. 49. n. 5.* per quam Acc. VII. omnes pœnas, censuras contra legentes, & retinentes, &c. libros prohibitos hactenus latas reduxit ad pœnas contentas in conll. Pii IV. quæ incipit: *Dominici gregis*, super dicti Indicis Trid. confirmatione edita. Verba Bullæ Alex. VII. sunt tenoris sequentis:

Indicem (supple tu *librorum prohibitorum*) *observari mandamus, & præcipimus sub pœnis in Const. sel. mem. Pii IV. etiam prædecessores nostros super dicto Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas varietatis veterum decretorum in proponendis transgredientium pœnis tollendam gratia, omnes, & singulas pœnas, per Canones gratiæ, omnes, & singulas pœnas, per Constitutiones Apostolicas, & decreta anteriora huiusmodi quomodolibet inflictas harum serie reducimus, firmas tamen manentibus his, quæ de Auctoribus, & libris damnatis in litteris Apostolicis die Cœnæ Domini publicari solitis sancita sunt, circa quos nihil omnino mutare, ac ne contingere quidem intendimus.*

Pœnæ autem, & censuræ in recensita Const. Pii IV. contentæ sunt, ut sequitur:

Si quis autem adversus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cujusvis Auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habuerit, ipso jure in excommunicationis pœnam incidet, eamque ob causam in eum, ab de hæresi suspectum, inquiri & procedi licebit, præter alias pœnas super hac ab Apostolica Sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habuerit, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum, &c. Datum Romæ, &c. die 24. Martii 1564.

334 Hinc Bulla Pii IV. excommunicationæ latæ sententiæ non reservata, afficit tantum libros quoscunque hæreticorum, & libros, aut scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem prohibita, sive sint hæreticorum, sive Catholicorum; minime vero libros Catholicorum ob aliam causam prohibitos; puta quia contra bonos mores, &c. ac proinde hi nulli subjacent excommunicationi: *v. n.* 322. 325. & 356.

335 Et licet illi, qui legerint, aut habuerint libros alia de causa prohibitos, tradantur puniendi Episcopis; possunt tamen puniri ab Inquisitoribus, quia hi sunt eorum judices, ut constat ex litteris Inquisitori Cremonæ conscriptis per Card. Mellin. 6. Febr. 1627. his verbis:

Essendo stato, che negli Editti del S. Officio s'impongono pene a chi tiene libri, non solo eretici, o sospetti, ma anco di cose superse, e contra buoni costumi, possono, e devono gl' Inquisitori procedere all' esecuzione delle pene comminate contra gli transgressori, Bord. *in man. Consult. sect. 49. nn. 83. v. n. 346.*

QUÆRES I.

336 *An retinentes libros, aut scripta astrologiæ judiciariæ, geomantiæ, divinationis, artis magicæ, &c. relata in num. 329. aliquam excommunicationem incurrant, & suspicionem hæresis?*

Videtur absolute affirmandum. 1. ex Bulla Sixti V. de anno 1585. *nn.* 245. ubi postquam disposuit contra exercentes, ad libros devenientes sequitur:

Prohibentes omnes, & singulas libros, opera, & tractatus huiusmodi judiciariæ Astrologiæ, & Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, artis magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, & superstitiones continentur, ac ut supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis, à quibuscunque Christi Fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopi Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere: & nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, ut contra scientes legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus satra continentur, similiter eidem Inquisitores libere, & licite procedere, ac procedere, & pœnis contingentibus punire, & coercere possint.

337 Ubi licet Sixtus nullam novam contra huiusmodi libros legentes, aut retinentes, excommunicationem imponat; eos tamen excommunicationi Indicis subjici, satis innuit his verbis: *In memorato Indice interdicto sub censuris, & pœnis in eo contentis.*

338 Secundo ex Bulla Urb. VIII. relata *nn.* 245. ubi infligitur excommunicatio latæ sententiæ, licet nulli reservata.

339 Respondeo, legentes, aut retinentes

libros recensitos, aut scripta, esse subjectos de hæresi, & incurrere excommunicationem Indicis, si libri, aut scripta contineant suspicionem hæresis, aut falsi dogmatis: mihi vero, si suspicionem hæresis, aut falsi dogmatis non continent; Bord. *in man. Consult. sect. 48. n. 70. & sect. 49. n. 59.* favet Diana *p. 4. tr. 7. resp. 6. in fine resp. 10. & resp. 17.* ubi distinctionem de recensitis libris saperentibus, vel non sapientibus hæresim; & Bonac. *tom. 1. disp. 2. de excom. q. 5 punct. 4. num 4.* his verbis: *Eadem censura* (supple tu *indicis*) *afficit legentes libros, & scripta continentia divinationes, & sortilegia, ut sunt libri, & scripta Geomantiæ. &c. quibus affertur modus recedendi à Catholica Fide, adorandi dæmones, & similia vitia fidei contraria.*

Idem tenet Sanchez *in num. 3. disp. 2. q. 2. pun 4 n. 4.* imo *in n. 3. disp. 2. q. 2. punct 38. n. 1. & 2.* loquendo de excommunicationibus, de *divinatores, incantatores, maleficos. & similes non affici excommunicatione, modo non fecerint aliquid contra fidem; tunc enim perficium est ipsos esse hæreticos, & excommunicationem contra hæreticos latam incurrere, quoties errorem aliquo signo exteriore sufficienter manifestant.*

Cujus ratio est, quia nulla est excommunicatio in jure contra eos, & si aliqua est, non est usu recepta: *v. n. 344.* Idem tenet Fenech. de censuris *n. 13.* & Diana *p. 4. tr. 7. resp. 17.* adducit exempla, quibus divinatores, & alii Reihujus Bullæ Sixti V. puniti sunt pœnis arbitrariis, exilio, carcere, remembris, privatione officiorum, &c.

340 Declaratur: liber astrologiæ judiciariæ hæresim, aut ejus suspicionem continere, si v. g. afferret, astra, sedum nostras voluntates inclinare, sed cogere: regulas illas infallibile judicium inferre, &c. item libri divinationum, & hæresim, seu ejus suspicionem continerent, si præciperent dæmonis adorationem, abusum Sacramentorum, aut Sacramentalium; si asserrerent verba aut signa nulla adhibita habere ex opere operato virtutem ad effectum, aut ex illis esse infallibiliter expectandum effectum, & similia. Ita Diana *n. 329.* cit. pro quo multum juvat recolere dicta superius de superstitione *à n. 240.*

341 Ratio 1. partis est, quia Index, & Bulla Pii IV. expresse excommunicationem infligit contra legentes, aut retinentes libros, vel scripta ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita: *ut in n. 331. & 333.* ideoque prælati libri, vel scripta, si continent suspicionem hæresis, subjiciuntur excommunicationi Indicis, & Pii IV.

Nomine enim suspicionis falsi dogmatis venit etiam suspicio hæresis nedum per locum à majori ad minus, verum etiam ex ipsa propietate verborum, quoniam et am hæresis est talium dogmatum, falsum nunque dogma se habet ut magis late patens in ordine ad hæresim; quia ex dictis *n. 305.* dogm fides est doctrina in fide, & quia tam doctrina, quæ est de fide divinitus, quam quæ est de fide opinativa, est doctrina to fid, ideo utraque est dogma fidei, & falsum doctrinæ definitive de fide addit dogmati fidei pro ratione quasi specifica, quod ut articulus fidei, cujusmodi est doctrina opinativa de fide, quæ primule dicit ut præsse dogma fidei, adeoque valet *suspicio hæresis est suspicio dogmatis fidei*, licet, non è converso utpote ab inferiori ad superius. & consequenter. rum suspicio falsi dogmatis cadat sub excommunicatione Indicis, & Pii IV. certum esse debet, quod sub eadem cadat suspicio hæresis, juxta illud: *Quidquid dicitur de superiori, dicitur etiam de inferiori.*

342 Ratio 2. partis est, quia excommunicatio non incurritur, nisi sit expressa in jure; in lege autem, & Bulla Pii IV. jam recensitis, nulla alia excommunicatio exprimitur præter relatam contra legentes, aut retinentes *libros, vel scripta ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita*, eo in verbi quia Alex. VII. *ut in n. 332.* decrevit, quod hanc materiam tandumeio pœnis in Bull. S. Pii V. contentis.

343 Ad adducta in oppositum. Bulla Sixti favet resolutioni, quia per va verba se refert ad censuras memoratas in Indice, unde quia in memorato Indice nulla est censura contra legentes, aut retinentes recensitos libros absolute considerata, ut patet ex Regula 9. *hic* 320 ited to um contra libros ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem prohibitos, *ut in reg. 10 hic n. 331.* sequitur ex Bulla Sixti, quod legentes aut retinentes] bros, ve scripta Astrologiæ, Geomantiæ. Divinationis, &c. incurrant excommunicati] nem Indicis, si hi libri hæresim, vel hæresis aut falsi dogmatis suspicionem contineant.

344 Denique excommunicatio Bu e Urb. VIII. *Inferatur bis ad eorum*, non e contra legentes, aut retinentes dictos bros, sed contra Astrologos, & Divinatores fatentes judicia, aut prædictiones *de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis, ejusque ad terrium gradum inclusive consanguineorum*, & contra eos, qui dictos astrologos, aut vaticinatores consuluerint, sive eorum judicia, & prædictiones super præmissis reperierint. *ut videre est in n. 246.*

QUÆRES II.

345 *Legentes, aut retinentes libros prohibitos, quando sint suspecti de hæresi, & denunciandi?*

Resp. legentes, aut retinentes libros, aut scripta hæreticorum hæresim continentia, aut de Religione tractantia; item libros aut scripta Catholicorum propter hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita, esse suspectos de hæresi, & denunciandos Inquisitoribus, aut Episcopis; juxta dicta in n. 619. & 626. intra sex, quindecim, aut triginta dies à die scientiæ, juxta formam edictorum: in nostro Regno Siciliæ terminus esse solet sex dierum. v. n. 642. constat ex verb. Bullæ Pii IV. & indicis relati n. 174. 175. & 332. 333.

DIFFICULTAS

346 Præcedit de libris prohibitis secunda classis, qui continent doctrinam non sanam secundo modo explicato sub n. 305. & 323. qui scilicet sunt prohibiti, non quia contineant hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, sed quia sunt contra bonos mores, pacem, aut charitatem, &c.

347 Negat esse denunciandos Lupus *tom. 4. dist. 2. art. 3. diff. un. pag.* 464. pro quo Diana *p. 11. tr. 8. ref.* 62. citat Carenam *p. 2. tr. 10. §. 1. n.* 66. Bord. *in Trib. fid. cap.* 14. *q.* 38. *n.* 78. Ratio est, quia isti, ut constat ex Pio IV. & Indice adducto *n.* 221. nulla afficiuntur excommunicatione, nec sunt suspecti de hæresi, sed solum peccant mortaliter, & damnum puniendi pœna arbitraria ab Episcopis, & licet ex litteris relatis n. 336. tradantur etiam puniendi ab Inquisitoribus, non sequitur, quod sint denunciandi, quia non sunt suspecti.

348 Resp. tamen esse denunciandos, Diana cit. & Bord. *ipse in man. Consult. fol.* 48. *n.* 16. *& fol.* 46. *n.* 83. probatur ex Bulla Greg. XV. & Urb. VIII. terris sequentis:

Apostolatus officium, &c. Cum librorum lethi magna semper fides cultoribus artium esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessivus sit hujusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos &c. omnes, & singulas licentias legendi, & habendas libros quoscunque, ab hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apostolicas, etiam Astrologiæ judiciariæ, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis, tacite, & Ecclesiasticis, tam secularibus, quam Regularibus cujuscunque Ordinis, Generalis, & Instituti existentibus, ac quatunque etiam Ecclesiasticas fulgentibus, etiam speciali nota, & mentione digna, &c. ex quacunque causa, &c. concessas, renovamus, confirmamus, & annullamus, &c. quinimo libros per licentias hujusmodi permissos locorum, aut Ordinis, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

349 *Decernentes, ut præsentes litteræ, quotiam in valvis, &c. affixæ fuerint, extra atrium unius, alterius vero mensis infra quatuor menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, &c. afficiant, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent; quandoquidem dictis duobus, & respective quatuor mensibus durantibus ii, qui libros prohibitos habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, non sine quamplurimo cunctatione adire debeat, deferre; quique aliquot similes libros prohibitos habere scrverint, eos denunciare teneantur; neque de casus similes licentiæ, nisi à Congreg. S. Offic. dum singulis hebdomadis coram Nobis habeatur, vel ab alias per Nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis, concedantur, &c.* Datum sub die 9. Aprilis 1631.

Ubi hæc ultima verba: *Aliquot similes libros prohibitos*, referuntur ad propria: *Libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel alios quam catholicos prohibitos*; ac proinde prælati Pontifices præcipiunt, denunc andos esse à scientibus detinentes libros quoscunque cujuscunque prohibitos, etiam ob aliam causam, quæ non sit hæresis, aut falsi dogmatis suspicio.

Tum quia ex litteris recensitis *sub n.* 336. damnat puniendi ab Inquisitoribus, tanquam eorum Judicibus, & consequenter dantes illis denunciandi.

Verum tamen est, eos non esse excommunicatos, nec suspectos de hæresi, ut probat Lupus *cit.* & concedit Bord. *in man. Consult. fol.* 49. *n.* 81. & apud ipsum Carena, Sabellus, & Burfatus; quia nec legunt, nec retinent libros contra eidem; unde isti puniendi sunt ab Inquisitoribus simplici puritione arbitraria sine abjuratione; quia non peccant contra fidem, Bordon. *cit. n.* 83. Bonac. *tom.* 1. *disp.* 2 *ae excomm. punct.* 4. *n.* 5.

350 Certum est autem. 1. Quod qui asserret libros ex præscripto S. Inquisitionis prohibitos, posse in conscientia retineri, si non contineant doctrinam contrariam fidei, aut facæ doctrinæ, esset denunciandus uti assertor propositionis temerariæ, & scandalosæ. Ita Diana *p. 11. tr. 8. ref.* 62.

351 Certum est. 2. Quod libri, qui non prohibentur perpetuo, sed suspendentur ad tempus, donec expurgentur, eo quia unam, aut alteram hæresim casu continent, vel ob alium similem, non possunt legi, aut retineri

intra tempus prohibitionis & correctionis, ex Decr. Alex. VII. in prop. damnata 49. unde tunc retinentes sunt denunciandi; dicta autem correctione per eos, ad quos spectat, haud amplius sunt prohibiti.

352 Certum est etiam, non esse eos denunciandi, nec respective excommunicationem in casibus, in quibus ex pœnis mortalis excidunt, juxta dicta num. 668. pro quo ex facto loquens Caput.

CAPUT VIII.

De Excommunicatione Bullæ Cœnæ contra legentes, retinentes, &c. libros hæreticorum.

QUÆRES.

353 *Quid requiratur ad incurrendam excommunicationem Bullæ Cœnæ excommunicationem?*

Resp. requiri quinque simul conditiones: adsit una deficiente, censura non incurra-

1. CONDITIO

354 Est, ut Auctor libri sit hæreticus. Nomine hæretici venit. 1. Is qui est damnatus, sive personaliter, & nominatim, sive generaliter in sua secta, de cuius est natus. 2. Ille, qui est natus inter Catholicos, & putatus Catholicus; liber tamen alioquin compositus ex veritatibus tractat de hæresibus, & aperte Catholicas veritates impugnat, hæreles defendendo, Alberghinus *cap.* 32. *n.* 21. & Barc. *in man. Consult. fol.* 49. *n.* 68. hic namque, licet non sit personaliter damnatus, nec natus ex hæreticorum secta, est pernicior sicci hostis, qui a est lupus inter agnos. Nec enim juvat prætextus, qua se, & tua opera Ecclesiæ correctioni subjiciat, quoniam hæc est falsa collusio, & facilem satis extendi mentem, dum contrariatur d cto. Et hic comprehenditur in verbis Bullæ Cœnæ relatis *n.* 419. *Ac omnes, & singulos alios hæreticos, quocunque nomine censeantur.* Non sic de Auctore Catholico, qui in suo opere unum, aut alterum hæresim pro transitum, seu incidenter protulerit, *v. n.* 160. 3. Veniunt sch smatici; quia communiter sunt hæretici: unde liber Græcorum, & Armenorum Schismaticorum, de eorum ritibus tractans comprehenditur sub censura Cœnæ, quia de Religione tractat. Tamb. *lib.* 2. Decal. 4. 1. §. 7. n. 8 contra Leandrum *de cens. tr.* 2. *disp.* 1. *q.* 49. qui dicit, errum titulo non esse ab Ecclesia habitos tanquam hæreticos.

355 Hinc ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excluduntur. 1. Libri Gentilium, infidelium, Judæorum, & Ethnicorum omnium, quamvis contra Religionem, ut liber Talmud, &c. quia non sunt libri hæreticorum, *v. n.* 320. 2. Libri Originis, Tertulliani, quia licet habuerint errores contra fidem, ob ipsorum tamen sanctitatem ab Ecclesia permittuntur, & non sunt expurgati.

Tertio excludantur legentes, aut retinentes libros Catholicorum, in quibus reperiuntur errores hæreticorum, in quibus sunt fabulæ, aut annotationes hæreticorum; nisi fabellæ essent tam copiosæ, ut ex illis potius, quam ex textu, liber conflare videretur; etiam si animus hæresim adhærendi legantes; quia non sunt libri hæreticorum: supposito tamen, quod liber prohibitus, incurrunt excommunicationem Indicis non reservatam; quia legunt, aut retinent libros, aut scripta ab hæretici, vel suspectum falsi dogmatis damnata. Alberghinus *cap.* 32. *n.* 2. Bordon *in Trib. fidei cap.* 14. *n.* 160. Burfatus *tr.* 8. *cons. 8. n.* 3. *n.* 1. Bonac. *tom.* 1. *disp.* 2. *de censur. punct.* 4. *num.* 6. Item Diana *p.* 11. *tr.* 8. *ref.* 62. & Leander *de cens. tr.* 3. *disp.* 1. *q.* 46. idem docent, etiam si libraria sint tam copiosa, ut ex illis potius liber conflare videatur; quia adhuc dicetur liber Auctoris Catholici, non hæretici.

2. CONDITIO

356 Ut liber expresse contineat hæresim, vel de Religione tradet.

Unde ad incurrendam excommunicationem Cœnæ non sufficit, quod liber sit hæreticus, sed requiritur, quod contineat hæresim, vel de Religione tradet: ac proinde, si sit liber medicinæ, historiarum, &c. nullam contineat hæresim, non cadit sub excommunicatione Cœnæ, sed solum sub excommunicatione Indicis non reservata, quæ comprehendit omnes legentes, aut retinentes libros hæreticorum, licet hæresim non continent, nec de Religione tradent, Leander *de censuris tr.* 3 *disp.* 1. *q.* 37. *n.* 175.

Continet hæresim.

Et hoc. Sotus, Carena, Graffius, & Sainz apud Bord. *in Trib. fidei cap.* 14. *n.* 70. qui hos probabiliter adhærent Diana *p.* 11. *tr.* 8. *ref.* 51. volunt non comprehendi sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, sed solum sub excommunicatione Indicis, legentes, aut retinentes librum hæreticis, licet aliquas contineat hæreses, si tam tractet ex professo de hæresi, aut de fide, puta si sit liber Philosophiæ, & Medicinæ, &c. sed requiri, ut ex profe o tractet de hæresi, seu de fide, aut Religione, qua particula *hæresim*, licet sit expressa in singulari, accipi debet in plurali, ex usitatiori Auctorum acceptione, qui librum tractantem ex professo de hæ-

resi vocant in singulari de hæresi, sicut librum tractantem ex professo de fide vocant in singulari de fide; licet ille innumeras contineat propositiones hæreticas, ille de fide.

Quam opinionem Sanchez apud Busemb. *lib. 7. de censur. cap. 2. dub. 3. art. 5. n. 2.* præsertim confirmat pro Germania, ubi Bulla Cœnæ non est cum tanto rigore recepta.

Et Busemb. *cit.* addit: *Legens tamen talem*, (videlicet libros hæreticorum de Philosophia, Medicina, &c. sive nullam, sive aliquam incidenter hæresim continentes) *incurrit excommunicationem non reservatam Indicis librorum prohibitorum, ubi is est receptus, quod non videtur esse factum in Germania, saltem cum effectu*, ut habet Layman *l. 5. tr. 1. c. 15. n. 8.*

357 Dico tamen, comprehendi sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, etiam si non tractet ex professo de fide, aut Religione, & unum contineat hæresim, dummodo sit liber hæretici personaliter, seu nominatim damnati, aut aliter ex fide hæreticorum, Sanchez *in sum. c. 1. lib. 2. cap. 10. n. 34.* Bonac. *de censuris disp. 2. q. 5. punct. 4 num. 19.* Suarez, & Alteris enim Diana *tr.* qui hanc sententiam probabiliorem vocat.

Ratio est; quia Bulla Cœnæ relata *n 319.* ex, velle requirit sub disjunctione, quod liber hæretici contineat hæresim, *vel* de Religione tractet, per quam particulam disjunctivam dat clare intelligere, sufficere, quod liber contineat hæresim in singulari, licet de Religione non tractet, sed de Medicina, &c. unde absolute hanc sententiam tenet Diana *p. 6. tr. 6. res. 55.* Leander *cit. q 39. n. n. 342.*

358 Hinc fit, quod si librum hæretici unam continentem hæresim legas quoad partem notabilem non continentem hæresim, incidas in hanc censuram, Bord. *ipso in man. Consult. fol. 49. num* — Diana *par 6. tr. 6. res. 55.* quia legis non probibitam ratione hæresis, & librum hæretici continentem hæresim: *vid. num. 441.*

359 Quod si opus illud dividatur in plures tomos, tunc legendo tomum non continentem hæresim, nec de Religione tractantem, non incidis in excommunicationem Bullæ Cœnæ, Alberghinus *c 32. n. 7.* Incidis tamen, si omnes tomi non sint separati, sed coeant in unum librum, quia tunc quilibet tomus est pars totius libri; Diana *p. 6. tr. 6. res. 55. n num. 441.*

Imo, si à libro hæretici unam continente hæresim, hæresim deleas, adhuc censuram Cœnæ incurris, si eum legas, aut retineas, Leander *cit. qu. 41.* & Diana *cit.* contra Coulets in Reg. S. Franc. *cap. 7. resi. 3. pag. 322.* quia deletio hæresis fieri debet authoritate publica, ut liber retinquatur liber ad legendum, *&c. v n.431.*

360 *Vel de Religione tractet.*

Certum quidem est, quod liber debeat ex professo, & non incidenter de Religione tractare; aliud enim est, librum *continere hæresim*, aliud *de Religione tractare*; nam ly *tractare* significat ex professo agere; ly *continere* vero satis per unam hæresim in libro reperiam verificatur: *v. n. 362.*

De Religione tractare dicitur liber, si agat de Deo, ut objecto metaphysicæ; minime, si agat de institutione politica, præsertim de institutione morum, Tamb. *lib. 2. Decal. c. 1. §. 7. num. 7.*

DIFFICULTAS EST,

361 A Num liber hæretici de Religione comprehendatur sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, si nullam contineat hæresim?

Negat Bord. *in Trib. facti c. 14. n. 20.* quia si liber hæreticus de Religione tractans, bene tractet, cessat finis legis prohibentis, qui est periculum subversionis, & infectionis.

362 Dico tamen comprehendi sub censura Cœnæ, ut Bord. ipse fatetur *verisimile in man. Consult. fol. 48. n. 10. & 11. & fol. 49. n. 31.* quia finis legis prohibentis lectionem, & retentionem librorum hæreticorum de Religione tractantium, redunt est periculum infectionis, quod quidem solum habetur, si contineant hæresim; tedetiam odium Auctorum, in quantum indigem visum est Ecclesiæ, ut fideles in materia Religionis ab hæreticis eruditantur, ut innui *n. 304. & 317.* qui fieri permanet, etiam si liber ipse non erroneus, sed sanam doctrinam contineat.

Tum quia particula disjunctiva, *vel*, significat sufficere absolute unum, & alterum, nempe, vel quod liber hæresim contineat, vel quod de Religione tractet: alioquin, si liber de Religione deberet hæresim continere, hoc secundum non exprimeret, quid diffinctum à primo, sed contineretur in primo; ac proinde non fuisset necessaria, sed superflua disjunctio; quia ex jure *leges non patiuntur clausulam superfluam.*

2. CONDITIO.

363 TTT legatur materia notabilis sufficiens ad mortale.

Datur enim parvitas materiæ, hinc ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excusat lectio decem linearum, etiam si ibi exprimatur hæresis; quia tam parva & subita lectio non infert periculum infectionis: *v. num. 419.* ex-

cusat pariter lectio unius pagine, Bord. cum multis in man. *Consult. fol. 49. num. 25.* etiam magni voluminis, secundum Sanchez, Rodr. & Sa, apud Busemb. *lib. 7. c. 2. dub. 3. art. 5. n. 5.* Idem tenent Diana *par. 6. tr. 6. res. 55.* & Leand. *de conf. tr. 3. disp. 1. quæst. 6.* Idem tamen negat de pagina magni voluminis, cum Bonac. *num. 3. de cens. disp. 2. quæst. 5. punct. 4. n. 14.* & Castropal. *tr. 24. dis. 2. punct. 10. n. 5.* Laymann, qui apud Sedenio cit. consentit Confessario, ut potius ea opinione uti, ne non semper damnet peccata mortalia, & excommunicationis rum, qui forte sine, vel etiam ex curiositate unam pag nam legit.

Non excusat autem lectio unius folii, Bord. *cit. n 70.*

Excusat vero retentio unius folii, etiam si hæresim contineat, Leander *cit. q. 39. cum* Sanchez, & Fagund. contra Bonac. quia sicut unum punctum, vel retinere, quam legere unum solum: ita unius delictum est retinere, quam legere unum solum; adeoque, licet unum solum scripsisse hæresim in materia notabili, non sit scripsisse notabiliter. Ita Leander *cit.*

364 Qui propositi multum legere, ut politica negocia non excellet, aut multum retinere, sed mutata voluntate librum confringere, evellere, quia ad innumerales pœnas humanas, non tenetur interim executionis, sed requiritur ipse executio, quia causa inducitur ex actu externo pœnalis, Bord. *cit. n. 71.*

365 A fortiori excusat parvitas temporis in retinendo; quia pericu um infectionis magis viget in lectione, quam in retentione, ut retulit.

Unde excusari, si retineas per unum, aut alterum diem, Busemb. *cit.* Bord. *cit. n. 25.* etiam ultra, si expectes opportunitatem eum comigendi Superiori; pro quo erat Sayrum, Fanch Farinac. Graf. Salellem, & Delbene: idem tenet Leander *de conf. tr. 3. aff. 1. q. 68.* cum Bonacina, Reginal. Dutando, & aliis, h. e verbis:

Si enim commoditas deferendi ad Inquisitores deest, & illa absque fraude, & negligentia diu expectaverit, non esset locus huic censuræ, quia non dicitur vere retinere contra Ecclesiæ interdictum, qui opportunum reddendi tempus expectat, sicut nec dicitur rem alienam invita domino possidere, qui restituendi commode occasionem expectans: v. n. 481.

Et *q. 60.* addit, quod si possit datam opportunitatem consequendi adhuc retinere per duos dies, non incurreret censuram, ob parvi temporis retentionem; Bonac. *cum.* 2. *disp.* 1. *q. 2. punct. 4. n 15.* Tamb. *lib. 2.* D. *c. 1. §. 7. num. 44*

366 Excusatur ab excommunicatione Cœnæ egens pellem hæretici, aut brevem concionem sectum rdiam, etiamsi contineat hæresim, Busemb. *cit. n. 4.* & Alberghinus *c. 32. n. 5.* Diana *p. 2. tr. 13. res. 34.* cum Filliuc. quia non est liber, & lex loquitur de libro.

367 Eam tamen incurrit, qui legit quantitate notabili in libro hæretico Deum aternam, Prooemium, Epistolam ac lectorem, aut indicem, etiam si nulla in ea parte hæresis, nisi excuset parvitas materiæ, D elores *cit.* quia hæ sunt partes libri: *v. n. 358. 418.*

368 Nomine libri venit volumen, sive magnum, sive parvum, sive typis impressum, sive scriptum. Leander *cit. q 42.* cum multis, contra Tamb. *lib.* Decal. *c. 1. §. 7 dub. 12.* qui tenet manuscriptum non venire nomine libri, ac proinde non comprehendi sub censura Cœnæ: nec enim est differentia accidentalis in ratione caracteris Nomine scripti venit unum, vel alterum folium, sive scriptum, sive impressum.

369 Quaternus venit nomine libri, quia est volumen: quod enim liber pluribus quaternis constet, est differentia materialis; hinc rite scholastici theses, quas non in folio, sed in uno quaterno frequenter in publicis disputationibus tradunt, vocant vulgo *libretos*: quaternus dicitur, qui ex quatuor cartulis complicatis constat.

370 Bulla autem Cœnæ exprimit librum, non scripturam; quia liber diu conservatur, & facilius publicatur, ac communicatur.

371 Hinc qui orum, vel alterum solum à libro separatim legit, non incidit in censuram Bullæ Cœnæ: quia recactus, nec potentia talem præstat ma est liber, sed scriptura: incidit autem in censuram non reservatam Pii IV. & Indicis, quæ comprehendit tam libros, quam scripta *v. n. 331. & 443.*

DIFFICULTAS EST

372 DE vendentibus, qui retinent in quantitate, & massa notabili, folia librorum prohibitorum divisa, ut illis inde vantes venditus. An scilicet incidant in censuram Cœnæ?

Negat Delbene *dub. 30. pet. 6.* quia finis legis prohibentis librorum hæreticorum retentionem, est, ut destruantur, & vendentes jam eos retinent ad destruendum, dum retinent, ut eorum folia dividant, eisque cibaria involvant: imo per hujusmodi usum desinunt esse libri, & remanent massa cartacea destinata non ad legendum, sed ut vendantur ad

pondus ; & ut ad alium vilem finem inserviant.

373 Dico tamen, eos incidere in censuram Cenæ, quia hujusmodi foliorum divisio est potius libri hæretici communicatio, quam destructio ; & est magis perniciosa Christianæ Reipublicæ, ac contraria finis legis prohibentis, ob infectionis periculum : quia sic magis hæreticorum errores communicantur, quam si totus liber aptè unum extraheret. Adde, librorum destructionem non esse faciendam authoritate propria, sed Superiorum, & per combustionem, ut infra ; ne proinde hujusmodi destructores incidant in censuram Cenæ. Ita Bord. *in man. Consult. sect. 49. n. 27.*

4. CONDITIO

374 TT Scienter legantur, retineatur, &c. Liquet ex verbis Bullæ Cenæ *n. 1601. Scientes, legentes, aut retinentes*, &c. quæ conditio requiritur, tam ad ex lege naturæ, quam Pii IV. quia una Bulla aliam declarat, Bord. *in man. Consult. sect. 49. n. 10.*

375 Ignorantia, alia dicitur invincibilis, & est illa, quæ moraliter vinci, & expelli non potest ; & tunc habetur, quando nulla cogitatio, cogitatio, aut expressa dubietas de obligatione meeti occurrit, qua possit quis excitari ad inquirendam legis, & obligationis notitiam : vel si menti occurrit, fecit justa ei qualitatem moralem diligentiam ad habendam notitiam, & non habuit ; ut si dubitans librum esse hæreticum, interrogavit virum putatum doctum, & accepit non esse, cum Gr. & Læditur involuntaria, & inculpabilis.

Alia dicitur vincibilis, quæ moraliter potest vinci, & expelli ; & tunc habetur, quando non est facta diligentia moralis ab eo, cui occurrit expressa dubitatio de obligatione, & hæc dicitur voluntaria, & culpabilis.

376 Ignorantia vincibilis est duplex, crassa seu supina, & affectata : crassa est, cum quis per meram negligentiam est piger ad eam deponendam, & hæc est voluntaria indirecte, quatenus est voluntaria in alia tanquam in causa, scilicet in negligentia seiendi, : dicitur crassa, & supina, per metaphoram desumptam ab homine crasso, & pingui, qui communiter res mois negligens, & segnis esse solet : vel etiam ab homine supine in lecto jacente, qui sicut non curat videre ea, quæ prope ipsum sunt, & negligit surgere ad vitanda mala sequentia ; ita ille non curat surgere ad ignorantiam repellendam.

377 Affectata est, cum quis data opera vult ignorare ; ut cum quis consulto non vult scire, an hic liber sit hæretici, ut liberius illum legat, aut retineat ; & hæc est voluntaria directe ; quia directe terminat affectum, & actum voluntatis : ubi advertit Arriaga, quod quando in judicium probabile de aliqua re seriosa, non dicens habere ignorantiam affectatam, & culpabilem, de qua hic est sermo : esto enim tunc consulto de ea re nolis amplius inquirere, & scire, etsi forte in referes, num censeas ignorantiam affectare moraliter, nam conscientia probabilis à peccato excusat. Ita ille in tract. de actibus humanis.

378 Demum ignorantia est triplex, antecedens, concomitans, & consequens. Antecedens est illa, quæ est causa actus, ita ut eo non posito, actus non fieret ; & habetur, cum quis est ita dispositus, ut v. g. si feiret librum esse hæretici, & legem prohibentem sub censura, illum non legeret. Concomitans est illa, quæ non est causa actus, imo sine ea adhuc actus fieret ; & habetur, cum quis est ita dispositus, ut si scivet librum esse hæretici, & legem prohibentem sub censura, adhuc illum legeret. Consequens est illa, quæ voluntatem sequitur, eo quod sit vere voluta, aut indirecte, cum est crassa ; aut directe, cum est affectata : unde est ignorantia libera, quatenus potuit eam non habere, & relinquere deponere. Ignorantia autem antecedens, & concomitans, non est libera, nisi sit crassa, aut affectata : his positis,

379 Dico 1. quod legens, aut retinens, &c. librum, ignorans esse hæreticum, & hæresim continere, aut de Religione tractare, ignorantia crassa, sive antecedenti, sive concomitanti, sive juris, sive facti, excusatur à censura : minime, si ignorer ignorantia affectata : est communis quoad 1. partem, Busemb. *lib. 7. cap. 2. dub 3. art. 5. num. 7.* & Leander *de censuris tr. 1. disp. 5. q. 18. ad 22.* est tamen quoad 2. partem contra Dianam *p. 2. tr. 8. resp. 7. & p. 5. tr. 5. resp. 13.* Bonac. Tamb. & Hurt. quæ eisdem rationibus idem tenent de ignorantia affectata.

380 Ratio 1. partis est 1. Quia quando lex pro incursione pœnæ exposcit scientiam, illa ignorantia excusat ; quæ scientiæ opponitur, talis est ignorantia crassa ; nam crasse ignorantes non dicuntur scientes. 2. Quia quando lex pœnalis requirit scientiam, serio intendit punire delictum formaliter, & directe voluntum, quale non est cum ignorantia crassa ; unde licet hæc non excuset à culpa, excusat à pœna à lege humana imposita contra scientes.

381 Nec affert, si ignorantia sit concomitans, quia dispositio, & affectus ille, quod adhuc librum legilles, si scivisses esse hæreticum, & legem sub censura prohibentem, si est habitualis, virtualis, aut actualis, cum non suppeterat actualem cognitionem ejus, non facit actum voluntarium, actum individuum voluntarium librum ; hoc non concurrente hæresim & censuram. Item solum, licet actualis, dicit, quod legens tantum peccet peccato interno, non externo : nam licet materia non proveniat hic & nunc ex parte voluntatis ; quia actus externus non est voluntarius, nisi proveniat ab actu voluntario tanquam à causa.

382 Ratio 2. partis, quia ignorantia affectata est propriissime scientia, & voluntas dolo ; de quo tractat ignorans, expetitur non vult intelligere, ut liberius peccet : vocat dolum, & transcitatem dolus agens, ex iste, *nemo prudens punit* [illegible] ubi dicendum, quando persona ingeniatur sub his verbis : *Si quis sciens, studiose, dolose, de industria, affectate ; si quis præsumptuose, malitiose ad fauor*, dum persona exercet ; nam temeritas, audacia, & similia, cum reputant contemptum, equivalent scientiæ, & dolum importare, quæ non reperiuntur in laborante ignorantia crassa.

383 Dico 2. quod scienter legens, aut retinens libros hæreticos, ignorans tamen esse illos [illegible] excommunicatum Bullæ Cenæ, excommunicationem non incurrit, quæ ignorantia potest excusari à pœna, unde potest [illegible] absolvi, & non debet ante absolutionem [illegible] de censura, & de [illegible] ad concedendum libros Inquisitoribus. *Ita communiter.*

5. CONDITIO

384 TT Se, ut legatur, & retineatur, &c. sine licentia.

Unde non incidit in censuram, qui cum debita licentia librum hæretici legit, aut retinet : debet autem caute eum retinere, ne perveniat ad manus licentiam non habentis.

Habeos tamen sicentiam, potest committere alteri eam non habenti, ut legat coram se audiente, si ille linguam latinam ignoret, Bord. *consult. sect 50. n. 35.* cum Bel Bene.

385 Licentia legendi, aut retinendi libros, sive ob hæresim, sive quavis ex causa prohibitos, dari non potest, nisi à Summo Pontifice vel à Sacr. Congr. S. Officii eorum Sanctissimo habita, aut ab iis, qui fuerint ab eodem Sacr. Congr. ad id specialiter deputati : constat ex D. Urb. VIII. *n. 348.* relato.

386 Unde eam date non possunt, nec prædictos libros legere valent Cardinales, Episcopi, aut Inquisitores, nisi specialem deputationem habeant : patet ex illis verbis Decreti : *de cætero similes licentiæ, nisi à Congr. S. Officii earum author fuerit, vel ab aliis per nos in eadem Congr. specialiter deputandis, concedantur* : ubi particula exclusiva, *nisi*, omnes præter nominatos excludit, Bord. *in man. Consult. sect. 50. n. 22.* Diana *p. 2. tract. 8. res. 36.*

387 Publice autem Inquisitores licentiam [illegible] Quæstionistas concedere legendi libros non [illegible] prohibitos, ex quibus sint [illegible] ; & propositiones qualificatæ [illegible] prohibitis, Bord. *in sect 48. num. 61.* quia munus Inquisitorum quoad libros continentes errores, & propositiones qualificatione indigentes, est, eos qualificare ; quoad libros vero jam prohibitos, munus est illos combutere, non qualificare, cum jam qualificati supponantur.

388 Tambur. *in lib. 2. Dec. cap. 1. 6. num. 20.* ait : *Considerate autem dicti, nunc hæc Urbani clausula (ne concedantur) auferas potestatem ; non enim dicit, ne possit concedere, sed ne concedantur* ; per quæ verba videtur innuere, quod Decr. Urb. prohibeat actum, minime tollat potestatem concedendi licentias.

Doctores autem cit. communiter ex Decr. Urbani inferunt, non posse alios præter nominatos hujusmodi licentias concedere : & rite, quia finis legis fuit omnes tales licentias eliminare, per illa verba : *Cassamus, & annullamus* qui finis tuum non fortiretur effectum, si idem posset ius alius concedere ; quoniam licentiæ cassatæ possent iterum per eorundem novam concessionem resurgere.

Sairlles autem *regula 141. n. 60.* tenet, quod Inquisitores possint legere libros prohibitos, non obstante Bulla Urb. VIII. quia ejus mens potest benigne interpretari, in quantum conformetur jure naturali, & necessarium bono publico fidei ad ejus defensionem, ut Inquisitores fruantur privilegio legendi, & habendi libros prohibitos, sine quo vix possunt suum munus exequi.

Non placet Bord. *cit.* quia si sine tali privilegio non possent suum munus exequi, haud prudenter Pontifex privilegium revocasset : facta autem possunt suum munus exequi, dum libros, antequam prohibeantur, habere valent, & qualificare, ut si opus sit, [illegible] tur.

390 Unde Leander *de censur [illegible] q. 73.* habet.

Sed licet hæc sententia alium mihi probabilis esse, nunc autem post Decr. Pauli V. & Urbani VIII. latum die 2. Aprilis [illegible] *cantur omnes licentiæ legendi* [illegible] *rum, vel de hæresi suspectas,* [illegible] *tos, & damnatis, in Regnis Hispaniarum* [illegible] *cessæ ab Inquisitore Generali, ab Episcopis, imo ab ipso Pontifice (exceptis Inquisitore Generali* con-

...one, & dignitate fuigentibus. & omnino dicendam est, non excusat a praedicta excommunicatione Inquisitores legendi libros haereticos, nisi Inquisitor Generalis dumtaxat; cui bene solum excipiunt dicta Pauli, & Urb. decreta, quae sunt officia in ludice librorum prohibitorum edito Hispal. anno 1632. Ita ille.

391 Qui in 9.79. cervidi t. posse Ep scopos legere libros haereticorum, & dare facultatem aliis eos legendi in casu necessitatis: quia in talibus necessitatis potest Episcopus circa tales Po ...

Loquendo praecise de libris ob aliam causam prohibitis, qui m ob haeresim, aut tam dogmatis falsi, impietatem, Henchenius tr. 11 q. 15. ref. 4. concedit, quod non obstante constit. Greg. XV. cmus. licentia revocante, possit ab Episcopo, aut Inquisitore viris dignis permitti.

Castellius lib. 1. q. 13. id concedit solum quoad libros corrigendos; quia Gregor. licentias revocando, locutus est de libris prohibit s, permittere quorum veniunt libri simpliciter prohibiti.

Haec duo dicta non approbat Diana part. 11. tr 8. ref. 62. quia verba Bullae tam Gregor. quam Urb. sunt absoluta, & generalia; imo adducit consuetudinem & ob tinentiam his verbis: Continuando, & observantia interpretativa est verba Bullae Urb. VIII. non solum includere libros absolute prohibitos, sed etiam prohibitos, donec corrigantur; patet ex praxi, & ipsa Tuba S. Inquisit. quod ipsum solum praebet licentiam legendi libros prohibitos, donec corrigantur; nec ullius Episcopus audet est post Bullam Urb. VIII. & Greg. XV. talem licentiam praebere.

392 Possunt Inquisitores particulares, v. g. Regni Siciliae, concedere licentiam legendi libros ab ipsis prohibitos.

DIFFICULTAS 1. EST,

393 AN tali licentia possit, qui eam habet, uti ubique terrarum?

Difficultas non procedit de licentia à Sacr. Congregatione, aut ab aliquo Inquisitore ab ea ad id deputato concessa; nam quod eam habens possit ubique eos legere, non est dubium, quia est privilegium personale concessum à Superiore universali, utoque sequitur personam in omni loco.

394 Sed est difficultas de licentia ab aliquo Inquisitore concessa legendi libros specialiter ab ipso prohibitos, an valeat eam habenti in aliis locis, ubi etiam sunt prohibiti? An scilicet licentia tibi concessa ab Inquisitoribus Regni Siciliae legendi libros specialiter ab ipsis prohibitos, tibi valeat etiam in Regno Sardiniae, & in aliis locis, ubi pariter iidem libri sunt à propriis Inquisitoribus specialiter pro-...

Dixi, si eitam ibi sint specialiter prohibiti, quia si non sunt ibi specialiter prohibiti, certum est te ibi eos legere posse; quia prohibitio librorum facta ab Inquisitore alicujus Provinciae, aut loci, non ligat extra illam Provinciam & locum; nam ejus jurisdictio restringitur intra proprium territorium.

395 Affirmant Hieronymus Rodr. in comp. ref. qu. 2. n. 2. Emman. Rodr. & Navar. apud Diaram p. 4. tr. 8. ref. 100. 1. Quia talis licentia est privilegium personale, personam sequens quocunque vadit. 2. Quia talis licentia procedit ex jurisdictione voluntaria, & gratiosa, quae etiam extra proprium territorium potest exercere, ut absolvere, dimissorias concede-

396 Dico tamen, te non posse tali licentia uti in aliis locis, ubi etiam libri sunt specialiter prohibiti, Port. rec. Librorum prohibitorum n. 4. Leander de censur. tr. 3. disp. 1. qu 78. quia sunt territoria diversa, & privilegium unius Episcopi derogare non potest praecepto alterius Episcopi.

397 Rationes in oppositum non sunt ponderes; nam prima est vera, quando privilegium non invenit in aliis locis legem contrariam; quia privilegium unius Episcopi, aut Principis non potest derogare praecepto alterius Episcopi, aut Principis, hinc habens licentiam deferendi arma prohibita à Proregе Neapolis, non potest ea deferre in Regno Siciliae.

398 Ad 2. Illa jurisdictio est voluntaria, & gratiosa, quaeque exercere potest extra proprium territorium, quae non praejudicat jurisdictioni Superiorum alterius territorii, puta si concedat ibi beneficia: talis est, si concedat dimissorias propriis subditis, ut Ordines suscipiat ab alio Episcopo; quia sic alterius Episcopi jurisdictionem non ladit, sed potius fovet, submittendo suum subditum alterius jurisdictioni quoad Ordines suscipiendos: similiter potest in alieno territorio absolvere, si absolvendus adhuc sit ipsi subditus, juxta dicta n. 207. Non potest autem non subdito, nec dimissorias, nec absolutionem pro alieno territorio concedere; imo licet licentia audiendi confessiones data tibi ab uno Episcopo, non valet in territorio alterius: ita nec recentia licent a legendi libros prohibitos, valet in territorio alterius Inquisitoris.

DIF-

DIFFICULTAS 2. EST,

399 AN talem potestatem hujusmodi licentias concedendi sua Religiosis habeant Generales Regularium?

Affirmat Pey rom. 2. de priv. const. 9. Pauli V. n. 10. dicens Urb. VIII. non revocasse privilegia Regularium; nam tantum loquitur de licentiis concessis personis particularibus, non de privilegiis Regularium.

400 Dico tamen, Generales Regularium, etiam Societatis, hujusmodi licentias concedere non posse, Diana p. 3 tr. 12. ref. 40. Bord. in Verd. fides cap. 14. n. 34. quia Urb. VIII. annullat omnes & singulas licentias, etiam per Constitutiones Apostolicas, & quasvis causa, & quibusvis personis, quomodolibet privilegiatis, concessas, & in fine ab hujusmodi licentiis dandis excludit omnes, praeter ibi nominatos, ut n. 349. ac proinde omnia privilegia, quae quoad hoc erant, excludit: tum quia (ut bene advertit Diana) Inquisitores adhuc possent libros prohibitos legere, quia hoc eis competit ex privilegio concesso dignitati, & non personae, & Bulla Urb. annullavit licentias personis privatis concessas, non privilegias sicut igitur post Bullam Urb. non possunt Inquisitores libros jam prohibitos legere, nec licentiam eos legendi concedere, sic nec possunt Generales Regularium.

1 His de rationibus Diana cit. ait, se impetrasse, & obtinuisse à Sacra Congreg. Univ. Inquisit. licentiam legendi libros quomodolibet prohibitos & eam registrasse hic Panormi in Tribunali S. Officii die 20. Augusti 1636.

401 His igitur quinque conditionibus positis, legentes, retinentes, imprimentes, vel defendentes libros haereticorum, censuram Bullae Coenae incurrunt.

CAPUT IX.

De legentibus libros haereticorum.

402 LEgere dicitur non solum qui voce, sed etiam qui tacitus oculis librum percurrit.

403 Legens, ignorans tamen linguam latinam, aut aliam, qua est liber confectus, nec peccat, nec incurrit censuram, Diana 9. 1. tr. 11. ref. 36. Bord. in man. confess. sect 40. nu. 12. & 72. & apud ipsum Sanchez, Del Bene, & alii contra Bonac. quia cessat finis legis, nempe periculum infectionis, & odium Auctoris; quia Auctor ex lectione intelligent s, non ignorantis, honorem consequitur: lectio namque illa est materialis importans praecise sonum articulatum verborum, quo pacto etiam à pistraco edi solet: hic locum habet illud Catonis, Legere, & non intelligere, non est legere; per talem ergo lectionem, non periculum adest, nec communicatio cum haeretico in doctrina.

404 Si vero illum per notabile tempus retineat, peccat mortaliter, & incurrit censuram. 1. Quia talis retentio est in periculum infectionis aliorum, & in honorem Auctoris. 2 Quia retentio per Bullam Coenae independenter a lectione prohibetur, constat per particulam disjunctivam, aut, in num. 321. Legentes, aut retinentes. Leander de cens. tr. 3. disp. 1. qu. 63.

405 Legentes curiositatis causa, aut ob sermonis elegantiam, non excusantur; Leander de censur. tr. 4. disp. 1. q. 53. quia haec non liberant à periculo infectionis. Tum quia prohibitio est absoluta, nec Bulla considerat effectum legentis, sed factum.

406 A censura excusat, qui librum haereticalis saepe lectum, & mente retentum, memoria recitet, etiam ex malo fine, Leander tr. 9. 56. Bord. in man. consult. sect. 49. n. 48. Navarr. Fagun. Del Bene, & nonnulli alii apud eos: quia recitare non est legere, nec Bulla innem legentis, sed factum considerat.

407 Non excusatur famulus, si legat de mandato domini, ipso domino audire volente, si famulus, quod legit, intelligat; qui a vere legit.

Excusatur vero quis, si legat de mandato alterius, a quo prudenter grave damnum timet, Bord. tr. n. 41. Leander tr. 9. 57. & alii, quia metus gravis cadens in virum constantem excusat à transgressione praecepti Ecclesiastici Ita Leander cum permultis de censur. tr. 1. disp. 9. q. 25. contra Dutandum, quia non potest de praestare S. Mater Ecclesia praesumi quod velit praecepta sua cum gravi damno obligare, insuper poenas ligare. Tum quia, qui ex gravi metu transgreditur, non censetur consumax; quia non ex contemptu, sed necessitate.

Rationes in oppositum explicantur de metu levi.

408 Ipse haereticus, si suum librum haeresim continentem, aut de Religione tractantem legat, aut retineat, est pariter excommunicatus excommunicatione Coenae, ex duplici titulo, videlicet tactione haeresis, & ratione lectionis, vel retentionis libri haeresim continentis, aut de Religione tractantis, Leander de censur. tr. 3. disp. 1. q. 5.

Sem-

410 Semper autem in lectione librorum prohibitorum est attendenda gravitas materiæ, ubi commune est, quod legens partem notabilem, in qua non est error, peccat mortaliter, & censuram incurrit, si lectio sit sub censura prohibita; quia ob unum errorem totus liber est prohibitus, & sic quoad sui omnes partes; uti satis docte advertit Tamb. *in 2. lib. Decal. c. 1. §. 7. n. 15.* Quod si consulto legas paucas lineas illas, ubi est error, ob quem liber fuit prohibitus, peccas mortaliter, & respective censuram incurris; quia cum illæ lineæ sint tota causa prohibitionis, inobedientia erit gravis: si autem eas legas non consulto, sed calu, excusaris ob parvitatem materiæ: *v. n. 367.*

QUÆRES I.

420 *An famulus legendo librum hæretici impulsus à domino metu gravi cadente in virum constantem, incurrat censuram, si metus sit secutus in contemptum Religionis, seu potestatis Ecclesiæ?*

PEccare mortaliter, sed non incurrere censuram, tenent Candidus, & Salelles apud Leandrum *de censur. tr. 2. disp. 9. q. 26.* Ratio est, quia hic non peccat contra præceptum Ecclesiasticum de non legendis libris hæreticorum sub pœna censuræ; nam præceptum Ecclesiasticum non obligat cum tanto detrimento: sed contra præceptum divinum tuendi fidem, & Religionem, quod obligat etiam cum periculo vitæ.

Resp. peccare mortaliter, & censuram incurrere, Leander *cit.* Bord. *in man. consult. sect. 49. n. 43.* Villalob. Fulgos. & alii permulti. Ratio 1. quia contemptus fidei est ab intrinseco malus, & nulla ratione valet excusari. Ratio 2. quia cum in tali casu ille obligetur sub mortali præcepto divino ad non legendum, prudenter præsumitur, quod etiam Ecclesia velit illum suo præcepto sub censura obligare.

QUÆRES II.

421 *An audiens alium legentem librum hæreticum incurrat censuram?*

NEgant Azorius, Sayrus, Graf. Laym. apud Leandrum *de censur. tr. 3. disp. 1. q. 59.* si audiat casu, aut si alium sua voluntate legentem ad audiendum accedat. Affirmant vero, ex consilio, jussu, petitione, mandato inducat alium, ut sibi legat. Ratio est; quia qui 1. alium facit, per se ipsum facere videtur. 2. Quia ille non se habet mere passive, sed active influendo, & idem legit.

Absolute affirmant Leander *cit. q. 58. & 59.* Suarez, & Roccaful. apud ipsum, sive audiat casu, sive consilio, jussu, petitione, aut mandato inducendo. Ratio est; quia lectio constatur ex duplici actione, nempe ex prolatione, & perceptione verborum; adeoque audiens, cum percipiat verba, quæ proferuntur, dicitur lectionem consummare, & sic legere completive, 2. Quia idem est periculum infectionis in audiente, & legente.

Resp. quod audiens legentem librum hæretici, sive primo, sive secundo modo audiat, peccat mortaliter, sed non incurrit censuram, Port. *ver. Librorum prohibitio in addit. n. 11.* Tamb. *lib. 2. Decal. c. 1. §. 7. n. 32.* Dian. *p. 1. tr. 11. ref. 33.* & apud ipsum Fillinc. Sanchez, Bonac. & permulti. Ratio est; quia ex jure verba legis pœnalis sunt in propria, & stricta significatione accipienda.

Imo Tamb. *cit. n. 33.* concedit, quod si dominus audiat famulum indoctum suo jussu legentem librum latinum prohibitum, neuter peccet, nec incurrat censuram: non dominus, quia non legit, nec dicitur cooperari peccato alterius, quia solum inducit famulum ad materialem lectionem, quæ non est prohibita: *v. num. 403.* non famulus, quia materialiter legit. Dico tamen, famulum peccare mortaliter ratione cooperationis, si sit periculum infectionis in domino audiente; præsertim si sciret, cum audire animo errorem addiscendi.

422 Ad rationes oppositas: ad 1. primæ opinionis; in recepta regula, *qui per alium facit, &c.* facto non accipitur propriè, & stricte, sed interpretatur per fictionem juris; delicta vero in ordine ad pœnas, præsertim censuras, non finguntur; hinc ex communi sententia, censura lata contra facientes, non afficit mandantes, consilientes, inducentes, &c. Bord. *cit. n. 35.* cum Bonac. *q. 1. de cens. p. 6.* Barb. & aliis, inducens autem animum ad legendum, propriè non dicitur legere, quia (ut advertit Bord. cit.) lectio est actus physicus vitalis; inductio vero est actus moralis.

Per hoc solvitur secunda ratio; quia ille se habet active actione morali, non physica, physice autem quoad lectionem, quam audit passive se habet; ac proinde propriè non legit.

423 Ad 1. secundæ opinionis: lectio quidem dicit duas actiones, prolationem scilicet, & perceptionem, seu intelligentiam verborum, quæ tamen utraque sit in ipso proferente, quasi actus immanens: hinc ex defectu intelligentiæ in ipso proferente, diximus *n. 403.* quod legens, & non intelligens, non est legens; ac proinde à censura excusatur.

Ad

424 Ad 2. licet idem sit periculum infectionis in audiente, & legente, non sequitur quod audiens censuram incurrat, sicut legens, quia lex solum expressit legentes, non audientes: quod aperte demonstrat mollitie audientem comprehendere; quia ex jure, *si aliud voluisset, expressisset*; & in odiosis non valet argumentum de casu expresso ad casum non expressum, ex identitate, aut similitudine rationis: *v. n. 425.*

425 Ratio autem, quare lex legentes, non audientes expressit, potuit esse, quia leges non ad ea quæ raro, sed quæ per se, & sæpe contingunt, se referunt, *leg. Nam ad ea, ff. de legibus*; lectio vero libri hæretici sæpe; auditio raro contingit; nam legens scienS se denunciandum, & puniendum, diligenter cavet in occulto legere, ut à nullo audiatur. Certum namque est, ut audiens legentem librum prohibitum, teneatur illum denunciare, Bord. *in man. consult. sect. 49. n. 40.* & ideo lex fulminando censuram, legentes, non audientes expressit.

QUÆRES III.

426 *An legens librum hæretici in Gallia, Anglia, & aliis locis, ubi Bulla Cœnæ non est recepta, incidat in censuram?*

REsp. negative, Diana *p. 1. tr. 11. ref. 20.* Leander *de censur. tr. 3. disp. 1. q. 8.* Decanus, Sanchez, & quamplures apud eos, quia hoc est commune conciliis legibus humanis; hinc Decanus *in summ. theolog. tr. 3. c. 8. q. 8. n. 4.* ait, multos Catholicos in Germania excusari à censura, quia multis in locis Bulla usu recepta non est.

427 Non excusatur autem in locis illis, ubi Catholici sunt cum hæreticis permixti, & Bulla est usu recepta; ubi Leander cit. addit limitationem Hurtadi de Mendoza, his verbis:

Ait enim, quod illi, ad quos non spectat suam fidem in dictis Provinciis, publica disputatione, aut scripto, minime possunt tales libros legere, quamvis sit cum animo errores confutandi; hanc tamen illi, quibus incumbit fidei propugnatio; quia tunc ipsa fides haberetur damnum, cum libris hæreticorum non infectis, non possint illorum errores oppugnari: possunt ergo, imo & debent tales Doctores hujusmodi libros in dicto casu legere.

CAPUT X.

De retinentibus libros hæreticorum.

428 REtinere dicitur, qui apud se librum habet, sive proprium, sive alienum; quovis modo illum habeat, sive commodatum, sive ad ligandum, &c. sive retineat proprio, sive alieno nomine; quia Bulla non requirit, quod liber sit proprius retinentis, sed absolute prohibet, ne retineatur, & retinens alieno nomine, vere dicitur retinere, Bord. *cit. sect. 49. n. 14. & in Trib. fidei cap. 14. num. 72.* etiamsi in aliena domo habeat; Busemb. *lib. 7. c. 2. dub. 3. art. 5. n. 8.* Bonac. *tom. 3. disp. 1. q. 2. punct. 4. n. 25.* unde hic à censura non excusatur.

429 Retinens ad consultandum, non excusatur à censura, Bord. *in man. consul. sect. 49. n. 13.* quia lex absolute prohibet, & factum respicit, non affectum: & intentio bona non potest cohonestare actum absolute prohibitum. Potest autem hic à suspicione hæresis se defendere, si id probet, ostendendo confutationes ante inventionem librorum factas, Bord. *cit. n. 74.* quia non potest præsumi suspectus de hæresi, qui ex professo hæresim impugnat: nec tunc adesse periculum infectionis constat contrario effectu; cum ex confutatione hæresis extirpetur; quoniam nulla causa potest producere effectum sibi contrarium; unde sicut calor non potest causare frigus, ita nec confutatio hæresis hæresim: hinc ait Bord. *cit. n. 75. Hic est singularis casus, ex quo ab excommunicatione non infertur ad suspicionem hæresis, quia constat de ejus destructione.*

430 Item non excusatur à censura retinens, etiam si cognoscat, nullum esse subversionis periculum. 1. quia hæc prohibitio non solum est facta ob periculum, verum etiam in odium hæreticorum, Diana *p. 6. tr. 6. ref. 49.* adeoque etiam si cesset periculum, non cessat finis æquatus legis; de hoc puncto late agit Tamb. *lib. 2. Dec. c. 1. §. 7. n. 36.*

431 Non excusantur à censura Cœnæ asportantes de uno in alium locum, vel vendentes scientes libros hæreticorum, Leander *de cens. tr. 4. disp. 1. q. 88.* quia nedum sunt retentores, sed etiam fautores hæreticorum: excusantur solum, si illos asportent inclusos in capsulis, nesciendo ibi contineri libros hæreticorum.

432 Nec excusantur retinentes in Bibliothecis ad ornatum sine animo legandi. Leand. *cit. q. 64.* ob rationem *n. 414.* insinuatam.

433 Pro libris prohibitis, qui in Bibliothecis Regularium forte retinentur, Bord. *novissime in man. consul. de anno 1692 sect. 49. nu. 15.* cum Del Bene vult censuram tantum incurrere Superiorem Monasterii, si libros Inquisitori non consignet, ratione Bibliothecarium, quia cum libri sint incorporati Monasterio, Bibliothecarius solum dicitur eorum habere curam; aliud autem est cura, aliud re-

QUÆRES.

CAPUT XI.

De imprimentibus libros hæreticorum.

CAPUT XII.

De defendentibus libros hæreticorum.

S. Officium, aut ne comburatur. Qui laudat opus, quod persuadet non esse dignum combustione, vel inscite fuisse prohibitum.

455 Excusatur, qui laudat sylvum libri, vel ingenium Auctoris, vel bonam doctrinam, quæ in eo est, sed quatenus in eo est. Item, si dicat: hic liber esset bonus, si non contineret hæresim, Busemb. *lib. 3. cap. 2. dub. 2. art. 5. num. 8.* Leander *de excom. tr. 3. disp. 1. qu. 94. & 95.* quia hæc laudat secundum se, non ut opera hæretica, & sic non defendit librum hæreticum.

Absolute laudans librum hæreticis, famas continentem doctrinas simul & pravas, incidit in censuram. Leander *ibi qu. 96.* quia illum simpliciter laudare est defendere.

QUÆRES I.

456 *An laudans librum hæreticis ex professo de Religione tractantem, nullum tamen errorem continentem, incurrat censuram?*

AFfirmat Salelles *144. numer. 197. quia hæc facutie: hic liber secluso hæresi, est operosus, non est dignus prohibitione, aut combustione; ramensi nulla præsente proferatur, magna est ejus laudatio, ergo aliquatis defenso.*

457 Negant Leander *cit. q. 96.* & Bord. *cit. n. 87.* si laudatio sit operis in se; quia laudatio libri de doctrina libri in se bona, non est mala, nec prohibita; adeoque per se non continet defensionem libri, ut eli ab Auctore tali, nempe hæretico. Monet tamen Leander, ut laudatio non sit tanta, ut videatur Auctor & doctrina ejus simpliciter commendari.

458 Ad locutionem, quam adduxit Sallel. respondet Bord. *cit.* verba illa esse iniquam laudationem, si referantur ad Auctorem, minime si ad opus in se spectatum, cum sit bonum. Et in foro externo (ait) acceptandum esse sensum, quem se loquens declarat se intellexisse.

QUÆRES II.

459 *Petrus nullum habens errorem in intellectu sed vere Catholicus, ingenii tamen gratia, nulla præsente edicti scripturam in defensionem libri hæretici, quam nulli ostendit, sed apud se custodit, An incidat in censuram Cenæ?*

REsp. affirmative, Leander *cit. q. 90.* contra ex verbis Bullæ sub *num 319. Quo-modolibet defendentes, ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore.*

QUÆRES III.

460 *An censuram incurrat, qui falsas disputationes gratia librum hæreticis defendit?*

REsp. affirmative, Leander *cit. q. 91.* Sanchez, Trullench, & alii: constat ex verbis *n. 459.* relatis: *Quovis ingenio, vel colore.*

Hinc librum hæreticis defendere dicitur, & censuram incurrit, qui disputationis gratia doctrinam pravam talis libri rationibus confirmat, vel ad argumenta Catholicorum in libro relata solutiones dat; quas rationes, & solutiones non impugnet.

QUÆRES IV.

461 *Petrus ei propositæ quadam libro Calvini continente hæresim, dixit: volo defendere hunc librum esse bonum, & nullam continere hæresim. An censuram incurrerit?*

AFfirmat absolute Castropal. *com. 1. disp. 2. punct. 10. §. 2. nu. 14.* dicens, eum esse defensum.

462 Resp. non incurrile, si præcise stetit in sola voluntatis ostensione, Leander *cit. qu. 91.* Bord. *cit. n. 86.* Sanchez, Fagund. & alii: quia Bulla exprimit factum, *defendentes*; velle autem facere, non est facere. Incurrit vero (ait rite Leander) *si cum effectu defensionem sit aggressus, aut jam esset quasi in procinctu paratus ad illam, provocans ad certamen volentes contrarium sustinere; quia hoc jam moraliter defensa actualiter reputatur.*

CAPUT XIII.

De Libris prohibitis comburendis, aut expurgandis.

463 LIbri perpetuo quavis causa prohibiti, sunt Inquisitoribus, aut Episcopis respective confignandi, juxta dicta superius, sub termino præfixo in ipsa Bulla Urb. *numer. 240.* quia tempus illud tum apposituum ad solicitandam confignationem, non ad terminandam obligationem, Bord. *in man. consult. sect. 48. n. 38.*

Dixi, *sub termino præfixo in ipsa Bulla Urb.* nisi aliud brevius tempus fuerit in edictis Inquisitorum præscriptum, quod debet attendi: hinc in edicto Inquisitorum Regni Siciliæ pro confignandis expurgatori libris expurgandis, solum tempus quindecim dierum præscribitur.

464 Ubi nota, quod si potens librum hæretici commode intra duos dies confignare, illum non confignet, incurrit censuram Bullæ Cenæ, ut retenens: *n. 365.*

465 Inquisitores, & Episcopi respective libros perpetuo quavis causa prohibitos

tos, quantocyus comburere debent, ex Bulla Urb. VIII. relata *n. 348.*

466 Dicto *quantocyus* (inquit Bord. *cit. num. 30.* idem valet ac *quamprimum, importuni spatium trium mensium magnus, diuturnus in gratis* Bord. *disp. 502.* Salelles *reg 141. num. 95. ait. intelligendum, nisi dilatio combustionis excedat ad formandum processum, vel ad concludendum reum ab abusu illius: expedita ergo causa comburantur libri.* Italle.

467 Libri prohibiti ad tempus, donec corrigantur, deferendi sunt Inquisitori, aut Expurgatori ad id ab eo deputato intra terminum præscriptum, juxta dicta *n. 463.* quia facta expurgatione possunt absque nova licentia retineri.

468 Expurgator debet eos corrigere juxta exemplar correctoris à Magistro Sacri Palatii, aut à Tribunali Inquisitionis confecto.

469 Non potest quis per se ipsum sine mortali eos expurgare, nisi de licentia Inquisitoris, aut Episcopi respective, Lupus *tom. 4. lib. 5. art. 4. diff. 1. pag. 465.*

QUÆRES I.

470 *An obligatus confitendi [illegible] incurrat, & sit [illegible] Inquisitoris [illegible] comburit?*

LEander *cit. q. 90.* & 91. cum aliis tenet non incurrere excommunicationem Bullæ Cenæ, sed excommunicationem Julii III. & Pii IV. nam in Bulla Pii IV. *Cum moderatio*, apud Bord. *in man. consult. sect. 48 nu. 54.* præcipitur confignatio librorum prohibitorum, his verbis:

Monemus, ac eis, & cuilibet eorum in virtute S. Obedientiæ, & sub incursu hæresis, ac omnibus contra hæreticos de jure inflictis, & promulgatis, tam Ecclesiasticis, quam temporalibus sententiis, censuris, & pœnis.

Quod præceptum confirmavit Pius IV. anno 1564. per aliam Bullam, quæ incipit, *Pro munere.*

471 Resp. comburentem per se ipsum librum hæreticum, peccare mortaliter: non esse autem suspectum de hæresi, & nullam censuram incurrere, Bord. *cap. num. 53.* & alii apud Leandrum *cit.*

Probatur: peccat mortaliter, quia contra præceptum obedientiæ.

Non est suspectus de hæresi, quia comburendo non amat, sed odit hæresim.

Non incurrit excommunicationem Bullæ Cenæ, quia Bulla Cenæ relata *n. 319.* solum exprimit legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes libros hæreticorum, & nullam mentionem facit de comburentibus.

Examen Ecclesiast.

472 Non incurrit excommunicationem Julii III. & Pii IV. *n. 305.* relatam, de qua est difficultas: quia Ex. VII. *n. 332.* relatus, omnes pœnas in materia librorum prohibitorum tedunt ad pœnas, & formam Bullæ Cœnæ, Indicis, & Pii IV. super confirmatione dicti Indicis edita, quæ incipit, *Dominici gregis.* Ubi non infligitur censura non confignantibus, sed retinentibus, aut legentibus.

473 Secundo, quia ipse Julius III. & Pius IV. relati (ut advertit Gaudoelle Bord. *c. n. 54.* & Pacionus apud Dianam *part. 10. resol. 18. ref. 46.*) prætatis pœnis afficiunt non confignantes, minime ut non confignantes, sed ut retinentes, in quantum scilicet supponuntur retinere libros, quos non confignant. Constat ex ipsis verbis ejusdem Bullæ ipsæ finem, his verbis:

Volumus autem, quod ii, qui libros Lutheranos, seu alios prædictos infra spatium, & terminum hujusmodi dictis Inquisitoribus confignaverint, nisi ipsi alias, quam ex istentiæ libros hujusmodi hæreticis, seu de fide suspecti fuerint, ex ipso eorum absque aliqua denuper facienda abjuratione, & censura, & pœna propterea forsan incursis in utroque foro absolutis sint, & esse censeantur.

Puta igitur non confignatio non afficitur censura: bene vero retentio, idque etiam de libris prohibitis primæ classis, & si tortiori.

474 Eadem ratione, non confignantes, sed comburentes libros Catholicorum prohibitos, quia continent hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, incurrunt censuram Indicis de qua *n. 331.* minime ut non confignantes, sed ut notabiliter retinentes.

Constat ex tenore totiarum prohibitionem librorum secundæ classis, nempe Authorum Catholicorum, & novissime ex prohibitionibus, quas fecit Innoc. XI. Ubi *Cum sicut accepimus*, die 16. S pt. 1680. alia, *Cum sicut nobis* 26. Febr. 1687. Ubi tuo excommunicatione majori interdicit lectionem, & retentionem quorumdem librorum; deinde absque ulla expressione censuræ præcipit, ut quicos habuerint: *Teneantur tradere, atque e. rum Ordinariis, vel Inquisitoribus, via sibi tradita sacro flammis abolendos.*

475 Non confignantis dico, sed comburentes libros hæreticorum hæresim non continentes, nec de Religione tractantes, aut libros Catholicorum prohibitos non ob hæresim, vel ejusmodi falsi dogmatis suspicionem, sed ob aliam causam, etiam si sint notabiliter retinentes, peccant mortaliter, sed nullam censuram incurrunt; quia tales retentores nulla censura afficiuntur, juxta dicta *n. 434.*

QUÆRES II.

476 *An possit quis sine peccato libros hæreticos per se comburere, si non valeat eos sine suo graui damno aut periculo Inquisitoribus consignare?*

RESP. affirmative, si timor damni, & periculi sit verus, & prudens, Leander *de cens. tr. 2. disp. 1. q. 22.* Bordunus *in Bulla Cœnæ c. 1. n. 108.* Sanchez, Fagun. Trullench. & alii apud Illum. Quia lex humana non obligat cum tanto detrimento: *v. n. 271.*

477 Sed difficultas est in assignando, cujus malitiæ possint ex hujusmodi librorum confignatione contingere, Bordonus cit. ait:

Decentum existimo excusari eum, non solum qui bona fide à se ipso combureret: sed etiam qui metu mortis, aut quia ipse librum compararit, aut quia sine facultate legerit, vel retinuerit, à se ipso combureret. Nam alias & sani leges haberetur, quod scilicet liber supponitur, & ad simplicem actum obedientiæ non videtur cum tanto discrimine ipse obligandus.

478 Sed rete id non probat Dian. cit. his verbis:

Sed ego non video, quare legens hæreticum librum absque facultate possit illum comburere, & non potius Confessario præbere, ut illum deferat Inquisitoribus: & sic observabit Constitutiones Pontificum absque periculo, & discrimine sui.

479 Alii, huic cenferi sponte compartem. Hinc Julius III. *nu.* 308. relatus, non consignantes ibi expressos, ex retentione, quam suppenit, non præcipit, ut puniantur: sed illis indulget, ut facta consignatione, absque aliqua abjuratione, à censuris, & pœnis ea retentione incursis, eo ipso in utroque foro sint absoluti.

480 Melius Leander cit. assignat:

Cum enim Domini Inquisitores, quando libri hæreticis illis deferuntur, interrogent deferentem, unde illum habuerit, an illo usus fuerit, &c. bene est, quod aliquando possit contingere, grave aliquod damnum deferenti evenire.

481 Illud mihi verum, quod non potens librum hæretici Inquisitori deserre, vel quia ei opportunitas deest, vel quia aliqua rationabilis causa id non permittit, & indefinite additicios librum diu apud se retinere, usque quo opportunitas suppetat; tunc potest illum propria authoritate comburere, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur: *v. nu.* 190. & ex alia melius facit quis comburendo, quam serpentem pulchrum visu, sed re pestilerum; apud se, cum sui, aut aliorum periculo, retinendo; sola curiositas humanæ conditioni novitatis amica connaturalis sufficientes dabit saltem ad legendum impulsus. Cujus autem fortitudinis se jactabit futurum figmentum, ut in occasione labendi diu permaneat, ne frangatur, secutum: *v. n.* 365.

PARS TERTIA.

De Denunciationibus faciendis pro Confessariis solicitantibus.

Unum omnino hic monitum volo, Casus nimirum, qui in hac tertia parte exponuntur, figuratos, & fictos fere esse, non veros; & solum apponi, ut sint Confessariis lumen, ac regula ad Sacramentum Pœnitentiæ studiose, ac vigilanter tractandum.

CAPUT I.

De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios solicitantes.

482 QUOS denunciandi Confessarios solicitantes ad sanctum Tribunal Inquisitionis, habetur ex Constitut. Pauli IV. 16. Aprilis 1561. Pii IV. 6 Aprilis 1564. Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V. 16. Septembris 1608. & Gregor. XV. 30. Augusti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc, quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum casum solicitationis mulierum in actu confessionis; pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algarbiorum; Gregor. vero dilatat, comprehendendo casus solicitationis cujuslibet personæ, etiam extra occasionem confessionis, in Confessionario, & pro toto Orbe terrarum; obligando insuper Confessarios,

ut pœnitentes de tali obligatione moneant his verbis:

Gregorius Papa XV.

483 UNIVERSI *Dominici gregis curam, &c. statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares cujuscunque dignitatis, &c. qui personæ, quæcunque illæ sint, ad confessionem, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet peccandis in actu Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa Sacramentali confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendæ electo, simulantes ibidem confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitas, & inhonestas sermones, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissime ut infra, puniantur &c. mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc offerunt prætermiserint, vel pœnitentes dolentes non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores alios pro modo culpæ punire non negligant, &c. Datum Romæ, &c. die 30. Augusti 1623.*

484 Bulla igitur Gregor. XV. est norma, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint oneris denunciationis; secus qui aliter. Ut autem distinctus, & clarius procedam, singulas ejus particulas expendam, propriis singulis aptando casus. Interim Confessarios, qui sue mureri in tam gravi negotio satisfacere cupiunt, ut aures erigant, & studiose animadvertant hortor.

CAPUT II.

De prima Clausula,

Omnes, & singuli Sacerdotes.

QUÆRES I.

485 *An Sacerdos jurisdictione carens, fingens eam habere, comprehendatur sub dicta clausula, & sic denunciandus?*

ETIAM non comprehendi, & non esse exinde denunciandum, tenet Bord. *in Trib. fidei c. 23. n. 64.* & Leander *de Sac. pœnit. tract. 5. disp. 23. qu. 39.* quia allati Pontifices, & ipse Gregor. in sua narrativa expresse loquuntur de Sacerdotibus deputatis ad confessiones; unde partitulæ posteriores, *Omnes*, & referuntur ad priores; quia *relatum est in referente*, Barb. *axiom.* 201.

486 Resp. tamen; omnino comprehendi, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Diar. *p. 4. tract. 5. ref. 8.* Caitropal. quia per particulas, *Omnes*, & *singuli*, comprehendit omnes Sacerdotes tam distributive, quam collective, ut nullus, qui sit Sacerdos, excipiatur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, vere, & propriè est Sacerdos, adeoque comprehenditur; nam eo ipso, quod fingit esse approbatum, habetur finis à lege Gregor. expressus, ne pro medicina venenum, pro pane alpidem porrigat, in Ecclesiæ perniciem. Et nisi pœnitens accedat pro confessione ad simplicem Sacerdotem, quem putat esse Confessarium, ille vero eam linquens in bona fide excipiat, & in confessione, aut immediate poli, vel ante, etiam confessione non secuta, aut absolutione non data, solicitet; est denunciandus. Suam sententiam revocat Bord. *in cum. consult. de anno 1693. fol. 25. n. 5.*

487 Ad rationem in oppositum, Gregor. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, sed referendo expresse dispositiones suorum antecessorum, qui de deputatis loquuntur, illasque confirmat, & post earum confirmationem, in odium tanti facinoris, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad casus, quam quoad personas tam solicitatas, quam solicitantes, quod ut vidimus *numer.* 482. alii Pontifices non fecerunt; unde dispositio Gregor. refertur ad Sacerdotem deputatum, non sub restrictione vere deputati, sed sub universalitate veri Sacerdotis: & quia simplex Sacerdos fingens se deputatum ad confessionem, est vere Sacerdos, ideo comprehenditur sub lege Gregor, tum quia *leges intelligendæ sunt secundum proprietatem verborum, l. non aliter, ff. de legat. 2. leg. fin. Cod. de his, qui ven.* Glos. addit. Clem. II. *de rescript.* Barb. *axiom.* 122. & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *l. de pretio, & de jurisdict. in rem adl. ex cap. filius de major.*

488 Nec obstat, quod à simplici Sacerdote non fieret Sacramentum, præsertim non absolveret. 1. Quia absolutio est Sacramentalis, quantum sufficit ad obligationem fingi Sacramentalis. 2. Quia Gregor. non requirit confessionem, ut patet per illas particulas, *Confessione non secuta*: *v. n.* 536.

QUÆRES II.

476 *An possit quis sine peccato libros hæreticos per se comburere, si non valeat eos sine suo graui damno aut periculo Inquisitoribus consignare?*

RESP. affirmative, si timor damni, & periculi sit verus, & prudens, Leander *de cons. tr. 2. disp. 1. q. 22.* Barbosa *in Bulla Cruc. c. 1. n. 108.* Sanchez, Fagun. Trullench. & alii apud Hum. Quia lex humana non obligat cum tanto detrimento: *v. n. 271.*

477 Sed difficultas est in assignando, cujus malo timore possint ex hujusmodi librorum consignatione contingere, Bordonus cit. ait:

Dicendum existimo excusari eum, non solum qui bona fide à se ipso combureret: sed etiam qui mero metu, aut quia ipse librum compeserit, aut quia sive facultas legere, vel scientiam, à se ipso comburetur. Nam alias & sine lege haberetur, quod scilicet liber supponitur, & ad simplicem alium obedientiæ non videtur cum tanto discrimine ipse obligandus.

478 Sed ita id non probat Diana, cit. his verbis:

Sed ego non video, quare legem hæreticum librum absque facultate possit illum comburere, & non potius Confessario præbere, ut illum deferat Inquisitoribus: & sic observabit Constitutiones Pontificum absque periculo, & discrimine sui.

479 Alii, huic conferi sponte comparentem. Hinc Julius III. *bu.* 308. relatus, non consignantes ibi expressos, ex retentione, quam suppenit, non præcipit, ut putantur: sed illis indulget, ut facta consignatione, absque aliqua abjuratione, à censuris, & pœnis ea retentione incursis, eo ipso in utroque foro sint absoluti.

482 Melius Leander cit. assignat:

Cum enim Domini Inquisitores, quando libri hæreticos illis deferuntur, interrogent deferentem, unde illum habuerit, an illo usus fuerit, &c. hinc est, quod aliquando possit contingere, grave aliquod damnum deferenti evenire.

481 Illud mihi verum, quod non potens librum hæretici Inquisitori deserre, vel quia est opportunitas deest, vel quia aliqua rationabilis causa id non permittit, & indefinite adstrictus librum illi apud se retinere, usque quo opportunitas suppetat; tunc potest illum propria authoritate comburere, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur: *v. nn. 190.* & ex alia melius facit quis comburendo, quam serpentem pulchrum visu, sed re pestilerum; apud se, cum sui, aut aliorum periculo, retinendo; tola curiositas humanæ conditioni novitatis amica comparanda sufficientes dabit saltem ad legendum impulsus. Cujus autem fortitudinis se jactabit futurum figmentum, ut in occasione labendi diu permaneat, ne frangatur, secutum: *v. n. 365.*

PARS TERTIA.

De Denunciationibus faciendis pro Confessariis solicitantibus.

Unum omnino hic monitum volo, Casus nimirum, qui in hac tertia parte exponuntur, figuratos, & fictos fere esse, non veros; & solum apponi, ut sint Confessariis lumen, ac regula ad Sacramentum Pœnitentiæ studiose, ac vigilanter tractandum.

CAPUT I.

De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios solicitantes.

482 QUis denunciandi Confessarios solicitantes ad sanctum Tribunal Inquisitionis, habetur ex Constitut. Pauli IV. 16. Aprilis 1561. Pii IV. 6 Aprilis 1564. Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V. 16. Septembris 1608. & Gregor. XV. 30. Augusti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc, quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum casum solicitationis mulierum in actu confessionis, pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algarbiorum; Gregor. vero dilatat, comprehendendo casus solicitationis cujuslibet personæ, etiam extra occasionem confessionis, in Confessionario, & pro tota Orbe terrarum; obligando insuper Confessarios,

ut pœnitentes de tali obligatione moneant his verbis:

Gregorius Papa XV.

483 *UNIversis Dominici gregis curam, &c. statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares cujuscunque dignitatis, &c. qui personæ, quicunque illæ sint, ad confessionem, sive suam se, sive cum aliis quomodolibet perperandi in actu Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa Sacramentali confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendæ electus, simulantes ibidem confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissime ut infra, puniantur &c. mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes dimiserint non tenere ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores alios pro modo culpæ punire non negligant, &c. Datum Romæ, &c. die 30. Augusti 1622.*

484 Bulla igitur Gregor. XV. est norma, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint oneris denunciationis; secus qui aliter. Ut autem distinctus, & clarius procedam, singulas ejus particulas expendam, proprios singulos aptando casus. Interim Confessarios, qui suo munere in tam gravi negotio satisfacere cupiunt, ut aures erigant, & studiose animadvertant hortor.

CAPUT II.

De prima Clausula,

Omnes, & singuli Sacerdotes.

QUÆRES I.

485 *An Sacerdos jurisdictione carens, fingens eam habere, comprehendatur sub dicta clausula, & sit denunciandus?*

EUm non comprehendi, & non esse exindè denunciandum, tenet Bord. *in Trib. pecc. c. 23. n. 64.* & Leander *de S. Sac. pœnit. tract. 5. disp. 23. qu. 39.* quia allati Pontifices, & ipse Gregor. in sua narrativa expresse loquuntur de Sacerdotibus deputatis ad confessiones; unde partitivæ posteriores, *Omnes, &c.* referuntur ad priores; quia *relatum est in referente*, Barb. *axiom. 201.*

486 Resp. tamen, omnino comprehendi, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Diana. *p. 4. tract. 5. res. 8.* Castropal. quia per particulas, *Omnes, & singuli*, comprehendit omnes Sacerdotes tam distributive, quam collective, ut multos, qui sit Sacerdos, excipiatur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, vere, & propriè est Sacerdos, adeoque comprehenditur; tum eo ipso, quod fingit esse approbatum, habetur finis à lege Gregor. expressus, ne pro medicina venenum, pro pane lapidem porrigat, in Ecclesiæ perniciem. Et tu, pœnitens accedat pro confessione ad simplicem Sacerdotem, quem putat esse Confessarium, ille vero eam linguens in bona fide excipiat, & in confessione, aut immediate post, vel ante, etiam confessione non secuta, aut absolutione non data, solicitet, est denunciandus. Suum sententiam revocat Bord. *in man. consult. de anno 1693. fol. 25. n. 5.*

487 Ad rationem in oppositum, Gregor. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, sed referendo expresse dispositiones suorum antecessorum, qui de deputatis loquuntur, illasque confirmat, & post earum confirmationem, in odium tanti sacrilegii, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad casus, quam quoad personas tam solicitatas, quam solicitantes, quod ut vidimus *num.* 482. alii Pontifices non fecerunt; unde dispositio Gregor. refertur ad Sacerdotem deputatum, non sub relatione vere deputati, sed sub universalitate veri Sacerdotis: & quia simplex Sacerdos fingens se deputatum ad confessionem, est vere Sacerdos, ideo comprehenditur sub lege Gregor. tum quia *leges intelligendæ sunt secundum proprietatem verborum, l. non aliter. ff. de legat. 2. leg. fin. Cod. de his, qui ven.* Glos. addit. Clem. II. *de rescript.* Barb. *axiom. 122.* & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *l. de pretio, & de jurisdict. in rem. ubi ex cap. solita de major.*

488 Nec obstat, quod à simplici Sacerdote non fieret Sacramentum, præsertim si non absolveret. 1. Quia usus actus est Sacramentalis, quantum sufficit ad obligationem legis Sacramentalis. 2. Quia Gregor. non requirit confessionem, ut patet per illas particulas, *Confessione non secuta*: *v. n. 536.*

QUÆRES II.

Quis denunciare, teneatur si Sacerdotem, & complex. fœtinatus, sit denunciandus?

Affirmant Confessarii, ut per se satis pet (consentiens) ... Sacerdotem, ... Sacerdotem ... Confessarium ... Sacerdotem ... Confessarium ... Sacerdotem ... Confessarium

CAPUT V.

De quarta Clausula.

Sive inter se, sive cum aliis quamlibet diu perdurante.

501 PRæsti Confessarius pœnitentem solicitante ad inhonesta, sive secum, sive cum aliis habenda, gerendo munus infame lenonis. Uno autem, aut altero modo solicitet, est denunciandus, etiamsi pœnitentem solicitet, ut ipsa cum alia mediet pro fornicatione. Ex Com.

CAPUT VI.

De quinta Clausula.

In actu Sacramentalis Confessionis: sive ante, vel post immediate.

502 QUi sit solicitare in actu sacramentalis confessionis, constat. Quid vero, sit ante, vel post immediate, est difficultas, quæ declaranda per sequentes casus.

Ex 1. Bul 2 Gregor. non est denunciandus Confessarius solicitans in aliis Sacramentis, nempe in administratione Baptismi, Matrimonii, &c. quia nulla de ipsis fit mentio. D ana 4. *par. tr. 6. resp.* 16. Leander *cit. q* 10. qui advertuni, eum esse denunciandum Superiori, ut corrigatur, ut abusor Sacramenti, ob quod est suspectus de hæresi.

QUÆRES I.

503 *Confessarius post audiam confessionem mulieris accedit ad ejus domum, ibique, aut in ecclesia illam solicitat. An sit denunciandus?*

AFfirmat Lezana *in summa qq. regul. c.* 19. *n.* 34. Pcyr. & Hurtadus *de matrim.* qui præsertim ait, peccatum carnis à Confessario cum pœnitente commissum intra 24. horas post confessionem, esse casum denunciationis.

Negative respondeo cum Leandro *cit. qu.* 28. Diana, Castrop. & aliis. Ratio est; quia non solicitat in actu, aut in loco confessionis, nec simulat confessionem, ut constat; nec ex prætextu confessionis, quia præcedens confessio non fuit velata, sed vera; nec occasione confessionis, quia occasio confessionis dicit invitationem, atque etiam provocationem ante actum confessionis, ut in n. 500. quæ non habentur in casu. Et licet ad id interius sit motus in actu confessionis, ex quo mulierem illam audivit, aut vidit; id tamen per nullum signum externum expressit quod regi ur, ut pœnæ humanæ subjiciatur. Nec denique quia immediate post, in quo solum est difficultas. Nam per eos Doctores, & per ipsum Hurtadum *de jejunio, fol.* 299. illa solicitatio dicitur facta immediate ante, vel post confessionem, quando inter confessionem, & invitationem, nec pœnitens, nec Confessarius diverterit ad aliud loquendum, vel faciendum; unde si data absolutione Confessarius, aut pœnitens ad extraneos actus se diverterint, v. gr. audiendo Missam, &c. & sic diversis seminam solicitet, non dicetur solicitare immediate post confessionem; cum ergo hoc totum eveniat in casu, non est casus denunciationis: *v. n.* 520.

504 Id confirmat Bonc. *in Trib. fidei, c.* 23. *m.* 25. cum Cajeta, & aliis, dicens, ly *immediate ante* importare, quando pœnitens primo petit confessionem, vel adeum jam expositum in Confessionali accedit, & definit quando narrare incipit; unde intra illud spatium solicitans, dicitur solicitare immediate ante confessionem; si vero Confessarius videns mulierem in stallo genuflexam, solicitet, non dicitur solicitare immediate ante, cum non solicitet intra illud spatium. Ly *immediate post*, incipit à data absolutione, & definit, postquam pœnitens recessit à conspectu Confessarii, genuflectendo extra locum confessionis in alio loco, ut solet. & tunc Confessarius à suo loco recedens, si accedat illuc, & solicitet, non dicetur solicitare immediate post confessionis actum: & tu multo minus, si in tumete, aut in domo. Item Bord. *n.* 37. addit, Confessarium dici solicitare immediate ante, quando solicitat pœnitentem ante se constitutum, & genuflexum; in nume, si ante, licet peterit confessionem. Nec dici solicitare immediate post, si eum solicitet, postquam immediate recessit à Confessarii pedibus: *v. n.* 568.

Cæterum sententia affirmativa valde mihi arridet, si solicitatio continuat eodem die, & ex peccato carnis in confessione audito, quia videtur facta occasione confessionis, qua cognovit pœnitentem proclivem ad venerem cum fit facta eodem die, dicitur facta *in momento*; unde licet non sit immediata, est proxima confessioni: & ita tenet Bord. *in man. confess. sect.* 23. *n.* 38.

QUÆRES II.

505 *Confessarius confessi, Confessarius autem ante Crucis signum cum pœnitente, & dilata in aliud tempus confessione, illam solicitavit, An sit denunciandus?*

Resp.

REsp. Affirmative, Diana, & Com. tunc dicitur solicitare immediate ante, quia post acceptum pœnitentis ad Confessarium expositum. Nec officit, quod confessio non fit secuta, quia in Bulla expresse habetur quod Confessarius solicitans sit denunciandus etiam ipsa Sacramentali confessione non secuta, *num.* 321.

QUÆRES III.

506 *Confessarius immediate post confessionem dixit mulieri: Expecta me paulisper in Ecclesia, ipse autem ad ea confessionis secedens, ad aliud opus se diverte, tandem rediit, & eam invenies solicitaturin, An sit denunciandus?*

REsp. Esse denunciandum, si quando ad mulierem rediit, nullo habito cum illa tractatu antecedenti honesto, eam solicitavit; quia hæc solicitatio habet initium à confessione immediate post.

Si vero ante solicitationem habuit tractatum de aliqua seria & reali negotio, & post illum accidat solicitatio, tunc est necessaria distinctio: vel enim solicitatio incepit a muliere, quatenus hæc primo sæpe dictum provocavit ad inhonesta, vel incepit ab ipso Confessario. Si primum, Confessarius correspondens provocationi muliebris non est denunciandus: bene vero si secundum. Quia in primo casu dignoscitur, quod verba illa: *Expecta paulisper*, non fuerint exercita ad solicitationem, sed hæc per accidens, & independenter ab illis contigerit. In secundo autem dignoscitur, quod sermo ordinatus ad inhonesta, & quod tractatus antecedens fuerit artificiose factus à Confessario ad gaudendam solicitationem, quoniam exitus acta probat: nec juvat, quod Confessarius serva, quando dixit *Expecta*, habuerit intentionem solum tractandi negotium, non solicitandi, licet postea per accidens solicitaverit: non juvat, inquam, si fuit primus ad solicitationem: quia Ecclesia judicat de extrinseco, *nec curat de intrinseco.*

Quod si prælatus Confessarius non accessit tunc ad Ecclesiam, ubi & quando dixit se expectandum, sed sequenti die eam provocavit ad inhonesta, videtur, quod non sit denunciandus; quia provocatio est a confessione remota, & prava illa intentio potuit contingere nosse intermedia: *v. num.* 511. Tum quia, *incontinenti facta non dicuntur, die interposito*, reg. *Quod ait* 23. §. *Quod*, ff. ad l. Jul. *de adult.* Bord. *in man. consult. sect.* 25. *n.* 33.

QUÆRES IV. TRIA.

1. *Confessarius statim post confessionem dixit ad puellam puerum, & solicitavit.*

2. *Confessarius statim post confessionem dixit puero: Vero hodie meam domum, & tradam tibi chirographum tuæ confessionis. Accessit puer, & Confessarius eum solicitavit.*

3. *Confessarius pœnitenti pœnitentiam imposuit, ut ab ipso Confessario domi suæ disciplina flagellis adhiberetur, & ita accessit. An hujusmodi Confessarii sint denunciandi?*

507 Resp. Affirmative cum Diana 4. *p. tr.* 4. *resp.* 11. Leander *cit. q.* 33. quia illi, & similes casus ratione dependent ex ineludenti confessionem, & hujusmodi solicitationes habent initium ex confessione per signum externum per se ordinatum ad inhonesta, datum in primo, & secundo immediate post confessionem, in tertio vero casu datum in ipso actu confessionis, eam pœnitentia ell per se annexa actui confessionis. Quod tale signum externum sit per se ordinatum ad inhonesta, patet ex exitu; quoniam *exitus actu probat*. Item in primo casu solicitatio est immediate post confessionem; quia nil mediat inter ipsam, & confessionem, nisi ipsa condictio ad effectum solicitationis. Et hac ratione Cosellat us, qui dat mulieri immediate post confessionem speculum solicitationis domi regendam, est denunciandus, Leander *cit. q* 25. contra Castropal. *tract. n.* 562. & ex simili ratione denunciandum dixit Cosellarium, qui sciens fœminam ad ipsum accedere pro confessione, ita ut velit statim confiteri, ipse vero eam statim prævenient solicitet. Aut si mulieri confessionem petenti confessionem dissuadeat, & solicitet, quia immediate ante solicitat. Eadem ratione denunciandus est Confessarius, si in confessione suadeat mulieri, ut sibi domi verenda ostendat, quæ infecta morbo erit; hujusmodi enim sunt actiones inhonestæ, à confessione per actum externum dependentes.

QUÆRES V.

508 *Confessarius audita Confessione nihil dixit puero, sed ipsemet postea tulit eum domum chirographum confessionis, & de inhonesta egit. An denunciandus?*

Resp. Non esse denunciandum, juxta dicta in *n.* 502. & nihil de hac delatione dixit puero in confessione, *Bord. n.* 57. quia tunc solicitatio non est immediata, & proxime pendens à confessione, sed remote. Et est autem denunciandus, si privatim ad confessionem dixisset puero: *Ego ducam in tua domum chirographum confessionis*, etiam si suam mentem inhonestam non expressisset, ob rationem de *n.* 507. *vs. n.* 568.

CAPUT VII.

De sexta Clausula,

Seu obtentione, vel prætextu confessionis bujusmodi, eamque ipsa Sacramentali confessione non secuta.

509 HÆ duæ particulæ, occasione, & prætextu confessionis, sunt diversæ, quia occasio est confessionis vere petitæ, prætextus vero est velamen, & color confessionis, quæ non est, aut falsa est. Dicit enim *sub prætextu*, idem significat, quod sub velamine, vel colore alicujus rei, quæ non est, vel jam desinit esse, seu falsa est, *l. sub prætextu*, C. *de transact.* sive præclaritate. Unde occasio confessionis dicit invitationem ad confessionem veram; prætextus vero dicit invitationem ad confessionem coloratam, & fictam.

QUÆRES I.

510 *Confessarius vocatus hodie a fœmina ad audiendam ejus confessionem domi sequenti die . . . accessit sequenti die ad eas domum, & eam confessione postposita solicitavit, An sit denunciandus?*

Resp. affirmative, Bord. *cit. n.* 28. quia violavit hanc particulam, *Occasione Confessionis*, quæ tam occasionem solicitandi accepit a confessione petita a persona vere contrahente, data illius tempori opportunitate.

Un autem hanc particulam a præcedenti particula, *immediate ante*, distinguas; tres distinguo casus.

Confessarius tripliciter potest pœnitentem solicitare. 1. Quando nulla facta prius petitione, pœnitens confiteri volens genuflectit coram Confessario expolito, qui ante Crucis figuram illium prævenit, & solicitat. 2. Quando facta prius petitione confessionis, Confessarius non exterum prævenit, antequam ille genuflectat, vel antequam ipse confessionem exceperus sedeat, & solicitat, sive postea confessio sequatur, aut non. 3 Quando facta prius petitione confessionis, Confessarius sedeat, & pœnitentem genuflexum, antequam narrare incipiat, solicitet. In 1. casu Confessarius est solum violator particulæ, *immediate ante*, de qua n. 503. & 504. & non alterius particulæ, *occasione confessionis*, quia occasio dicit invitationem, quæ in casu non præcessi facti in confessionis. In 2. casu est violator solius posterioris particulæ, *occasione confessionis*; quia præcessit invitatio. In 2. autem casu est violator utriusque particulæ: & quia solicitat occasione confessionis, nam præcessit invitatio, & quia immediate ante, ob dicta superius.

Si autem facta petitione confessionis Confessarius solicitet mulierem in Ecclesia existentem, non est denunciandus, etiam si statim post solicitationem mulier confessionem petat ab eodem, si ille post petitionem non solicitet; quia occabe, & prætextus, ut causæ, debent præcedere efficacem solicitationis, Bord. *in man. consult. fer.* 15. *n.* 22. *v. n.* 507.

QUÆRES II.

511 *Confessarius post audituam mulieris confessionem, & ibi ejus adulterium, accedit ad ejus domum, ibique, aut in utroque illarum solicitavit; & cum mulier renuisset, Confessarius subjunxit: Cum aliis es adulterata, bene potes mecum, An sit denunciandus?*

Videtur, quod non: nam si esset denunciandus, maxime ex ista clausula, *Ex occasione confessionis*: sed non ex ea; quia occasio deciter invitationem, aut provocationem ante actum confessionis, quæ nulla præcessit, igitur non est denunciandus, ut ritum est in 1. casu *n.* 503.

Resp. tamen esse denunciandum, nedum ut fractorem sigilli, verum etiam ut reum solicitationis ex occasione confessionis; nam ille occasionem solicitandi desumpsit ex confessione audita, quod ipsamet exprimit per signum externum, per allata verba subjuncta mulieri, quod signum externum non habetur in casu de *n.* 503. & ideo hic erit exceptandus: unde cum, in hac casu cesset ratio excusationis, cessare debet excusatio, & solum dico, non esse denunciandum ex vi solicitationis, si distantia physica esset tanta, v. g. plurium dierum, ut solicitatio prudenter non censeretur mentaliter cum confessione conjuncta: *v. n.* 506.

Ad rationem in oppositum, dico, id esse verum de occasione confessionis faciendæ, minime de occasione confessionis, dum fit, quæ quidem pars onus denunciationis, non minus quam illa, si exprimatur per signum externum.

QUÆRES III.

512 *Confessarius amore captus cujusdam mulieris, non expectat, ut invitetur, sed ipse eam pœnitentem die ad confessionem invitat: accedit ad Ecclesiam mulier, & Confessarius nil de confessione curans, imo ne detegat locum mulieri, ut verbum ullum de confessione loquatur, illam ante januam Ecclesiæ expectat, & ibi solicitat, An sit denunciandus?*

Resp.

Resp. affirmative, Bord. *cit. n.* 39. quia est violator illius particulæ, *prætextu confessionis*: solicitat enim ex colore confessionis.

QUÆRES IV.

513 *Mulier facta conventione cum Sacerdote de peccato carnis: agnaleens difficultatem executionis pro familiaribus domus, ejusdem se fingens, eum de ejusdem præsto confiteri vocavit sub prætextu confessionis, & rem habuerunt, An talis Sacerdos sit denunciandus?*

Affirmat Fagundez *lib. 6. in Dec. c. 12. n.* 17. cum Sancio, quia sumpsit ad inhonestam opportunitatem ex confessione.

Negant Diana 4. *p. tr.* 5. *res.* 37. Freiras, & Leander *cit. q.* 24. quia in casu, prætextus confessionis non est per se, & proxime ordinatus ad solicitationem, seu ad inhonesta, sed remote; proxime enim, & per se est ordinatus tanquam medium ad avertendos familiares domus a scandalo, & suspicione mali; nec res habita, aut solicitatio habet ortum ex prætextu, sed ex tractatu præsto. Idem tenet Tanc. *tom. 4. tr. 2. de Pœnit. q.* 10. si mulier vocet in suf nomum Confessarium ex compacto fingens velle confiteri, ut sic decipiat Superiorem ad dandam licentiam exeundi, & tunc rem habeat, *n.* 515.

Omnino autem esse denunciandus, nedum ut fractorem sigilli, verum etiam ut reum solicitationis ex occasione confessionis; nam ille occasionem solicitandi desumpsit ex confessione audita, quod ipsamet exprimit per signum externum, per allata verba subjuncta mulieri, quod signum externum non habetur in casu de *n.* 512. & ideo hic erit excusandus: unde cum, in hac casu cessat ratio excusationis, cessare debet excusatio, & solum dico, non esse denunciandum ex vi solicitationis, si distantia physica esset tanta, v. g. plurium dierum, ut solicitatio prudenter non censeretur mentaliter cum confessione conjuncta: *v. n.* 506.

Ad rationem in oppositum, dico, id esse verum de occasione confessionis faciendæ, minime de occasione confessionis, dum fit, quæ quidem pars onus denunciationis, non minus quam illa, si exprimatur per signum externum.

QUÆRES V.

514 *Mulier non ex compacto, sed vero colore confessionis vocavit in sui domum Confessarium, qui cum accessisset, a mulere provocatus, habuit . . . An denunciandus?*

Esse denunciandum, Tanc. *cit. q.* 19. quia vere habuit inhonestam cum muliere prætexto confessionis.

QUÆRES VI.

515 *Confessarius Regularis ad facilius abtinendam a suo Superiore licentiam exeundi, fingit se ibi optare esse ad Monasterio ad audiendum confessionem suæ pœnitentis infirmæ, quam tamen non vult audire, sed inducere ad inhonesta, idque in effectu accidit, An denunciandus?*

Esse non esse denunciandum, Bord. *n.* 58. quia si esset denunciandus, maxime ex prætextu, vel ex simulatione confessionis. Non ex prætextu; nam prætextus est color confessionis cum ipsa pœnitente, non cum tertia persona. Nec ex simulatione; quia simulatio attenditur respectu loci, non respectu tertiæ personæ, ut enim per ipsum facilem confessionis in actu secundo simulatam in actu: in casu autem solum fingitur Superiori futura confessio: *vide num.* 513.

QUÆRES VII.

516 *Mulier vocavit in sui domum Confessarium non confessionis, sed solum confessionis causa; quo dato Confessarius ab ea inhonesta quæsivit: at quia illa repugnabat, se nolle assentire ob verecundiam, quam habet in confirendo peccata carnis, Confessarius subjunxit, se ejus confessionem excepturum quando ei placuerit, An sit denunciandus?*

Resp. non esse denunciandum, Lupus *de Inquis. p. 1. lib. 5. diff. 7.* & Bord. *cit. n.* 41. Ratio est; quia in hoc casu nulla adest conditio ad onus denunciationis à Pont ficibus requisita. Colligitur discurrendo per singula. Hæc, inquam, solicitatio ad inhonesta non fuit in actu confessionis, ut constat. Non immediate ante; quia mulier non accessit pro confessione. Non immediate post; quia ejus confessionem non excepetat, & quando petiet excepit, eam ubique alia solicitatione dimisit. Non in confessionario, aut limitando confessionem, ut patet. Non occasione confessionis; quia solicitationem non præcessit invitatio ad confessionem. Nec demum ex prætextu confessionis; quia nullum præcesit velamen confessionis. Et cum non sit alia conditio, quæ onus denunciandi Confessarium solicitantem pariat, sequitur, quod talis Confessarius non sit denunciandus.

Non obstat autem, quod confensus mulieris ad turpia dependeat postea à confessione, qua non præmissa, eum Confessarius non obtineret. Quoniam licet consensus mulieris à confessione dependeat, non sic solicitatio. Nulla vero falsa loquitur, & dispouit de solicitatione Confessarii, minime de consensu mulieris solicitatæ.

517 Ex his colliges, capita denunciationis ex vi solicitationis singularium sufficientia ad onus denunciandi esse septem. 1. Actus confessionis. 2. Immediate ante. 3. Immediate post. 4. Occasio confessionis. 5. Prætextus confessionis. 6. Confessionarium. 7. Simulatio confessionis.

QUÆRES VIII.

518 *Mulier accessit ad Confessionarium dicens se velle sequenti die confiteri; Confessarius autem non sequenti die, quando hæc vox confessionis accedere debet, sed tunc eam selicet ad exhibitionem, nec confessionem simulans, An sit denunciandus?*

Non esse denunciandum, tenent Leander *cit. q.* 20. Castrop. *tom. 1. tr. 4. disp. 3. punct. 8. n.* 4. Sanchius, & Trullench. apud Leandrum; quia

quia tunc solicitatio non est proxima confessionem sacramentalem, sed est proxima confessionem futuram. Idem tenet Tamer. tom. 4. cit. de Paraf. q. 16. qui infert inde esse denunciandum, si moribus datur de vetita materia, sed non in contrarium, & Conciliatur Castrodeus, & inhonesta tractet, &c. n. 492.

550 Ego tamen putarim denunciationem istam fieri non posse. Quia non videtur proxima ex natura sua ad confessionem futuram, & ejus circumstantias ad confessionem spectantes, & opportune dicendas in confessione. Nam licet in illa non sit proxima materia, est tamen proxima peritura confessionis. Nullus enim confessarius, & quamvis rudis sit, ignorat proximum moraliter, & quod celatum ex intentione ipsius auditoris, quin teneatur peritura per se ordinata ad confessionem sequentem, sicut fractionem: exponit, quidquid peccati habet facta, omittere narrationem circumstantiae aliquae gravantis, non tamen quoad veritatis substantiam, non tenetur quis ex vi illius peccati, quin tunc non teneatur ad aliquam circumstantiam manifestandam, quae sine illa non intelligitur ab audiente hominicidio.

Ratio signat ad oppositum, quod solicitatio non sit proxima confessionis sacramentalis, loquendo de ea, quae Confessarius non sit denunciandus ex vi alicujus particularis denunciationis, vel pacti, non potest autem, quod non sit denunciandus ex vi aliqua particulae [illegible] Bord. tract. moralis. tract. [illegible] n. 23.

Haec tenus de his circumstantiis ex parte subjecti, ubi notatu digna occurrebant, & solicitatio datur per modum observationis ad confessionem, & tamen Confessarium inhonestatem denunciandum esse docebat.

QUÆRES IX.

Quid Mulier accedit ad Confessarium, ut sic ab eo solicitetur, Confessarius autem ab initio sic ea nolle consentire, ac postea videns provocare ad solicitandum, ac tunc videtur, quod per aliquod signum consentiendi ostendit, sed tandem mutatur ostendit ad suas actiones. Quid, num in casu, sit ne Confessarius denunciandus, & absolvendus?

Videtur 1. quod sit denunciandus, quia talis solicitatio est facta occasione confessionis, & incepta immediate post petitionem confessionis per ipsum actum disuasionis; quae sunt taliter se habentes, utpote facta animo perficiendi actum inhonestum, cessante enim prohibitione, cessat omnis prohibitio, quando ex circumstantiis constabit, quod disuasio non fuerit facta in radice formali, sed potius per accidens requisito tractatus solicitationis, ut supra, in casu, &c.

Resp. negative, Tamer. tom. 4. q. 16. de Paraf. n. 9. quia per talem actum non fit, nec est inchoatio confessionis. Ratio est, quia supponitur ex mala intentione, Confessarium nec ne, per modum actum facit disuasionis, non est proxima materia. & ab ea se removisse, quia non est proxima materia in peccato mortali, sed tantum venialis, quia non est proxima materia in peccato mortali, sed tantum venialis, quia non est proxima materia in peccato mortali, sed tantum venialis

REsp. cum distinctione: Si mulier, cui fuerint facta signa, existebat ante confessionale Confessarii expectans confessionem, uti regulariter mulieres expectantes extare solent, quod facilitter ex circumstantiis dignoscitur, tunc denunciandus ut solicitator occasione confessionis; quia illa expectatio est virtualis petitio confessionis.

Si vero non existebat ibi expectans confessionem, sed casu, aut alio fine; tunc, si signa fecit in Confessionario, est denunciandus ut solicitator in Confessionario, *juxta dicta à*

521

Si autem non in Confessionario, sed in alio loco, non est denunciandus; quia respectu ad talem mulierem, nullo pacto potest habere locum simulatio, aut respectus confessionis, quæ sunt alia capita denunciationis. Et solum tunc esset denunciandus, si illa una mulier, cujus confessionem audiebat, signa alteri facta percepisset. Tunc quidem esset denunciandus ut violator quatuæ Clausulæ: *Sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetrando.*

CAPUT IX.

De Octava Clausula.

Aut in loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire.

526 REsp. Bord. *citat. num.* 13. advertit Bullam Greg. tria loca distinguere, ubi confessiones audiuntur. Primus est Confessionale ordinarium; quod confici solet ex ligno, habens laminam ferream cum foraminibus parvis, quodque in Ecclesia collocatur. Qui locus est expressus per priorem particulam: *In Confessionario.*

527 Secundus est locus quicunque ab illo distinctus, ubi confessiones audiuntur: tales sunt in domibus Religiosis Cellulæ quædam in primo Claustro, aut in Sacristia; hic secundus locus exprimitur per particulas: *Aut in loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur.* In aliquibus autem ex prædictis Cellulis non sunt nudæ sedes, aut scamna, sed adaptatum video tabulam cum lamina ferrea instructam perforatam, ad unum latus cujus est sedes pro Confessario, ad alterum genuflexorium pro pœnitente: tabulam sic aptatam dicto spectare ad locum primi generis, ac proinde comprehendi sub particulis prioribus de *num.* 522. quia habet formam Tribunalis ordinarii Sacramentalis judicii, & pro tali effectu specialiter, ac præcise constructum; unde Confessarius, qui ibi extra occasionem confessionis, nec confessionem simulans, adolescentem solicitaret, denunciandus esset juxta ibidem dicta.

528 Tertius locus est ille, quem Confessarius ex sui placito pro eo tempore, quo confessionem excipit, eligit. Hic potest esse in scamno Ecclesiæ, in foro, in domo, in agro, in monte, & ubique: genuflexorium facilium pro præparatione Sacerdotum ad Missam, & pro gratiarum actione dictinari solita, ad locum secundi, aut tertii generis spectare non dubito, quando in eis confessiones audiuntur. Hic tertius locus exprimitur his particulis. *Seu ad confessionem audiendam electo.* Per has ergo particulas non exprimitur locus primi generis, nempe Confessionarium ordinarium, quia leges non patiuntur clausulam superfluam, aut quæ cum aliis confundatur, Glos. *in l. quod mo-*

c. 7.

530 Hic me cohibere non possum, ne acriter reprehendam Confessarios illos, quos meo justo abominationis odio, tam præexcellens ministerium etiam erga mulieres exercere solpicio in scamnis Ecclesiæ, in Capellarum gradibus sedentes, uti neglectæ mulierculæ, ac indiscriminatim in aliis despectis locis. Erubescant, & vereantur dignitatis, qua insigniuntur, & muneris, quo fungunture, tint memores: sunt lacci animæ judices, judices temporales corporis invocantur. Invigilent Superiores, & hujusmodi contemptibiles haud patiantur; sed a confessionibus, quas imprudenter exaipiunt, ut suspendant, monco.

In locis ergo secundi, & tertii generis, ut in solicitatione habeatur onus, & casus denunciationis, requiritur confessio, *ut in c. 6.* vel simulatio confessionis; non sic in loco primi generis, *ut in c. 8.*

QUÆRES I.

520 *Confessarius quidam Monialium extra occasionem confessionis, nec confessionem simulans, sedens tamen ad crates, ubi solent Monialium confessiones audiri, solicitavit Monialem illicitas, ac infamestos sermones habendo, An sit denunciandus?*

521 SAncius *dissun.* 11. prope finem apud Bord. *cit. n.* 45. tenet, non esse denunciandum, quia ille est locus communis, & indifferens: qui tamen definitur pro eo die, quo deputatur pro confessionario, & eo die solicitatione in ab eo factam esse casum denunciationis.

Sed

522 Pro resolutione tamen est necessaria distinctio. Crates enim Monialium sunt duplicis modi. Primi modi sunt crates per se destinatæ ad loquendum, quæ dicuntur locutoria: & extare solent, nedum extra Ecclesiam in parlatorio communi, verum etiam in ipsa Ecclesia. Secundi modi sunt crates per se, & specialiter deputatæ ad confessiones à cæteris in eadem Ecclesia ad loquendum destinatis distinctæ, quæque in nonnullis Monasteriis solent esse confectæ laminis perforatis minutim, ut confessionat eram laminæ.

523 Resp. prætatum Confessarium Monialium, si inhonestos sermones, aut tractatus habuit cum Monialibus in crate primi modi, non est denunciandum: bene vero, si in crate secundi modi. Ratio prima est; quia crates primi modi est indifferens ad loquendum, vel ad confessionem audiendam: imo est per se ordinata ad loquendum, adeoque spectat ad locum tertii, aut ad summum secundi generis, ubi ad hoc, ut solicitatio onus denunciationis pariat, requiritur confessio, aut simulatio confessionis, quæ non habetur in casu.

524 Ratio secundi est, quia crates secundi modi non est indifferens, sed per se, ac specialiter deputata ad confessiones, & licet esse contracta modo speciali à cæteris distincto, hinc habet saltuem veri Tribunalis ordinarii Sacramentalis judicii, & loci primi generis comprehensi sub prioribus particulis Bullæ Gregor. *Stue extra occasionem confessionis in Confessionario.* Quod maxime fundetur; quia Abbatissæ, & Superiorissæ reprehendere solent Moniales, quæ in locis illis familiares discursus virorum abeis, qui ad confessionem, aut spiritualem animæ instructionem pertinent, cum eisem habere; cum autem solicitatio in locis primi generis, ut onus denunciationis pariat, non requirat confessionem, aut simulationem confessionis: sequitur, quod prætatus Confessarius solicitando, seu inhonestos sermones, aut tractatus habendo in cratibus secund. modi, sit denunciandus.

525 Si vero detur casus, quod in aliqua Monialium Ecclesia non sit nisi una crates communis, tam ad confessiones, quam ad loquendum, tunc posset habere locum practicum Patris Sancii, quatenus esset locus indifferens ad utrumlibet.

526 Hic locuti sumus de Confessario Monialium, unde non est sermo de Sacerdote approbato pro sæcularibus, non approbato tamen pro Monialibus, quia hic non est Confessarius pro Monialibus: unde sicut Sacerdos non approbatus pro sæcularibus non comprehenditur in Bulla Gregor. nisi fingat se Confessarium, ita neque Sacerdos approbatus pro sæcularibus, non approbatus pro Monialibus, Comprehenditur in Bulla Gregor. nisi fingat se confessarium Monialium, *n.* 485. Tamc. *tom. 4. tract. 1. de Pœnit. q. 18. n.* 489.

QUÆRES II.

537 *Confessarius in scamno sedens excipit plurium confessiones, immediate tamen accessit mulier, non ut confiteretur, sed ut loqueretur cum Confessario, genuflexa igitur est enim attenta: Confessarius autem non simulans ex parte pœnitentis audere, eam solicitavit, An sit denunciandus?*

VIdetur, quod sit denunciandus: quia ex Bulla Gregor. sive in Confessionario, sive in loco quocunque extra confessionem simulatur confessio, habetur casus denunciationis: ita est prætensus casus; quia status fœminæ genuflexæ in loco, ubi immediate sunt confessiones exceptæ à Confessario, est simulatio confessionis.

538 Resp. tamen non esse denunciandum, sequitur a fortiori ex Leandro *tr. 5. de Pœnit. disp. 3. q. 31.* cum aliis, qui proponens similem casum in confessionario, ait, non esse casum denunciationis.

Et quamvis *nn.* 522. affirmaverim esse casum denunciationis, si contingat in confessionario, nedum genuflexa, sed etiam stante muliere, id nego, si eveniat extra Confessionarium etiam genuflexa muliere, *n.* 540.

Ratio est, quia non habetur simulata confessio: nam illa genuflexio fœmeæ ante Confessarium post aliorum confessiones non dicte exceptas, est signum indifferens, ac proinde non est sufficiens, ut adstantes intelligant confessionem ibi fieri, quoniam solent mulieres cum Confessario, nedum ante scamnum, sed etiam ante Confessionarium, & illa genuflexæ, loqui, ac negotia pertractare: igitur cum Confessarius ex parte sua non simulet confessionem, ut si manum ad faciem ponat, ut in auscultando confessiones fieri solet, &c. vel potius per signa faciei, & manus opportune offenderet, genuflexio illa ex parte mulieris est signum indifferens, & insufficiens ad confessionis.

539 Imo gratis dato, & non concesso, quod adstata genuflexio ex parte mulieris, sit simulatio confessionis, adhuc non habetur casus denunciationis; quia hoc onus non se extendit ad plus, quam ad verba Bullæ, & legis, quæ comprehendunt prælectam simulationem se tenentem ex parte Confessarii, per illa verba, *Sacerdotes simulantes confessiones audire.*

Confirmatur: potest dari casus, quod Con-

Confessarius solicitans mulierem genuflexam non sit denunciandus, & quod solicitans mulierem non genuflexam sit denunciandus; igitur genuflexio mulieris est de se indifferens ad onus denunciationis. Allumptum fuadetur: nam si Confessarius extra confessionarium, & confessionem, stans, aut rideus solicitaret fœminam genuflexam, non esset denunciandus: è contra, si extra confessionarium & confessionem in alio loco, applicatus tamen sicut ad aud eudam confessionem, solicitaret fœminam coram ipso sedentem, esset denunciandus, ubi ratio differiminis non est genuflexio; quia non habetur in secundo casu, qui tamen est casus denunciationis; igitur est sola simulatio ex parte Confessarii, quæ habetur in secundo, maxime in primo, ac proinde mulieris genuflexio est de se indifferens ad onus denunciationis: *v. n.* 544.

540 Hanc tamen resolutionem omnino regulatam volo cum advertentia *in n.* 545. adducenda, *n.* mirum, quod si genuflexio mulieris non sit pura genuflexio, & talis, qualis haberi communiter solet à mulieribus extra confessionem præcise alloquentibus sed sit circumstantionata signis, ut adstantes prudenter judicent confessionem audiri, & Confessarius talem genuflexionem permittat; tunc habetur casus simulationis, ac proinde Confessarius solicitans est denunciandus.

QUÆRES III.

541 *Confessarius, & mulier, ut liberius inhonesta tractarent, convenerunt ambo simulare confessionem, & sic egerunt, An Confessarius sit denunciandus à muliere?*

NEgant Castrop. *tr.4. disp.9. p.8.* etiam si id fuerit in confessionario, dicens neminem incumbere obligationem denunciandi, non Sacerdoti, ut constat, neque pœnitenti, alias esset obligatus denunciare seipsum.

Resp. Mulierem omnino teneri denunciare Confessarium. Ratio est. 1. Quia talis Confessarius est vere simulans confessionem audire, adeoque comprehensus in Bulla Greg. 2. Quia si conventio simulationis impediret onus denunciandi, nunquam posset dari casus, quod præcisa clausula simulationis pateret onus denunciationis, adeoque esset superflua; nam quando simulatur confessio, certum est, quod id sciat mulier, & consequenter, quod non intendat confessionem. 3. Quia simulatio est ex conditio utrisque. Ut modo patebit. 4. Quia mulier non tenetur exprimere suum consensum, & suam conventionem: *n.* 578.

QUÆRES IV.

542 *Quid importet simulatio confessionis, quæ ut denunciationis parit?*

Resp. cum Bord. *de Inquis. c.23. n.47.* simulatio confessionis tunc habetur, quando tam Confessarius quam mulier ex conditio, sine intentione confessionis, eam fingunt signis externis sufficientibus, ut adstantes intelligant, ibi hic & nunc confessionem audiri. Unde simulare confessionem est solicitationem intectam confessione ficta velare.

543 Signa externa simulationis ex parte confessarii sunt sedere in loco convenienti, benedicere mulierem, manum ante faciem tenere, ut in auscultando confessiones fieri solet, & demum manum supra caput ejus extendere, fingendo illam absolvere. Ex parte autem mulieris signa sunt genuflexio, signum Crucis, percussio pectoris, manuum conjunctio, collocutio humilis cum Confessario, quæ externus apparet accusatio peccatorum. Ita Bord.

544 Dicitur *sub conditio*; quia si unus illorum intendit confessionem, & alter non, & contingat solicitatio, erit casus denunciationis, non tamen titulo simulationis, sed alterius tituli ex septem superius expositis, *& n.* 527. relatis.

Bord. *in man. Consult. sect. 25. nu.* 52. confirmat, simulationem confessionis, ut confessio talis credatur, debere esse mutuam, tam Confessarii, quam pœnitentis; non solum in intentione, sed etiam quoad actum exteriorem sessionis, & genuflexionis: quibus stantibus, & circumstantibus creditur vera confessio, non vero ejus petitore, quæ stans alloquitur Confessarium sedentem in Tribunali; ita ille.

At Escobar apud ipsum tenet sufficere simulationem ex parte Confessarii tantum; quia Bulla afficit tantum Sacerdotes *simulantes ibid. confessiones audire, n.* 540.

545 Illud advertendum volo, quod si mulier ex parte sua confessionem simulet per recensita signa externa sufficientia, ut adstantes judicent confessionem audiri, & Confessarius ex parte sua non det signa opposita, sed signa simulationis mulieris permittat, habetur simulatio ex conditio, sufficiens ad onus denunciationis, si solicitatio contingat, *n.* 580.

CA-

CAPUT X.

De nona Clausula.

Solicitare, vel provocare tentaverint.

546 HÆc clausula est satis explicata *cap. 4. a n.* 498.

QUÆRES I.

547 *Confessarius dixit pœnitenti verba quædam provocativa ad inhonesta; pœnitens autem, vel quia distractus, & applicata ad peccatorum confessionem, vel quia surdastra, talia verba non audivit, aut non advertit: quod Confessarius dimisscrit, ea verba non repetit, sed est prosecutus confessionem; totam vero factum inseliexit, & percepit una mulier, quæ in proximo latere reperiebatur, An ea denunciandus?*

NEgat Bord. *cit. n.* 15. quia, ut pœnitens dicatur solicitata, debet habere cognitionem verborum, aut signorum solicitationis, vel provocationis ad inhonesta; non enim persona dicitur solicitata, quando ad ea non advertit, cum actus solicitationis suam non habuerit influentiam in personam.

Resp. esse denunciandum, ut violatorem sequentis clausulæ, quatenus inhonestos sermones cum pœnitente habuit. Tractatus enim, & sermones inhonesti (ut fatetur ipse Bord. *cit. n.* 12.) dupliciter contingere possunt: 1. Sine provocatione. 2. Cum provocatione ad actum inhonestum, sive inter se, sive cum aliis perpetrandum, juxta *no.* 501. & utroque modo est casus denunciationis: in præsenti casu verba illa, licet ex defectu influentiæ non habuerint rationem sermonis inhonesti cum provocatione, habuerunt tamen rationem sermonis inhonesti sine provocatione; quod sufficit, ut casus comprehendatur sub hac clausula, & inde sit denunciationis, *n.* 550. Tum quia de tali Confessario male præsumitur cum aliis pœnitentibus, atque inde habetur finis legis.

QUÆRES II.

548 *Confessarius dixit in confessione puellæ verba solicitationis; puella autem simplex, quæ eum verborum significationem ignorabat, nil mali tunc cognovit, sed post multum temporis matrona data cognovit, quod Confessarius inhonesta tetigerit; unde pavit ab illo Confessario, An teneretur primum Confessarium denunciare?*

CAsum proponit Bord. *in man. Consult. sect. 25. n.* 79. & sere habet, ut sequitur:

Respondentibus, non teneri. Alius eum obligatum esse dixit ad denunciandum. Tertius dixit, omnia dicta, tam publica, quam privata, spatio viginti annorum præscribi, de communi Farinac q.10. n.1. excepta hæresi, quæ nunquam præscribitur, ex eodem n. 37. sicque à die confessionis conjunctæ cum verbis solicitatoriis, usque ad cognitionem veritatis illorum, transierunt viginti anni, non tenetur denunciare, quia sola hæresis non præscribitur, utique illius suspicio procedens à delicto, quod non est formaliter hæresis.

549 Ego dico, puellam ad nihil teneri, quia cum ignoraverit hanc significationem, & vim illorum verborum, sicut nunc non contraxit obligationem denunciandi, quæ supponit notitiam illorum verborum. Ita neque deinde contrahit in hoc casu, cum post multum temporis venerit in cognitionem sensus illorum verborum; & sic solicitatio tunc cognita non potest dici facta immediate ante, vel post confessionem.

Hæc Bord. *v. n.* 611.

CAPUT XI.

De decima Clausula.

Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint.

550 SUb his verbis comprehenduntur etiam sermones inhonesti sine provocatione; nam hæc clausula est distincta à priori, *Solicitare, vel provocare tentaverint*, & additur cum particula disjunctiva, *aut*, quod non esset verum, imo clausula hæc esset superflua, si solum comprehenderet sermones inhonestos cum provocatione: *v. n.* 528.

QUÆRES I.

551 *Duo Confessarii ita se habuerunt; unus proxime ad confessionem orsus in somnum induxit fœminam, quam sopitam cognovit; alter fœminam, quæ confessionem petiit, non suravit, sed propriis morbo somno sopitam cognovit, An sint denunciandi?*

552 CAnciius, & Trullench, apud Leandrum *tr. 5. de præcept. disp. 3. q.33.* affirmant de primo, negant de secundo; quia ille est vere solicitator, & provocator, hic vero est tantum fornicator; Bullæ autem sunt editæ, non contra Confessarios fornicantes proxime ad confessionem, sed contra solicitantes.

553 Resp. utrumque esse denunciandum. Diana *p.10. tr. 2. resol.* 43. Leander *cit.* Primum, quia vere solicitavit, non verbo, sed opere fœminam in confessione, ut proxime ad confessionem, dum arte eam tunc ad somnum induxit ad inhonesta. Secundum, quia licet pro-

proprie non solicitavit, seu provocavit, habuit tamen cum ea tractatum inhonestum, non verbo, sed opere, quod est plus: quodque cum sit principaliter effectus inhonestus, eodem rigore prohibetur per Bullam Greg. & licet in neutro casu mulier peccaverit, in utroque casu Confessarius injuriam intulit Sacramento.

QUÆRES II.

554 *An Confessarius panitentem de pulchritudine laudans sit denunciandus?*

NEgat Fretas apud Dianam *p. 4. tr. 5. resp. 18.* quia mulierem de pulchritudine laudare non est sermones inhonestos habere.

Affirmant Diana *eit.* Peyr. Bonac. quia talis laudatio est graviter peccaminosa, nam est impertinens ad confessionem, & hujusmodi laudibus amantes solent mulieres trahere, & incitare ad amorem; non sunt verba honesta.

555 Resp. cum distinctione: est denunciandus, si nullus appareat finis honestus talis laudis; quia tunc habet locum ratio secundæ sententiæ. Non est denunciandus, si finis honestus appareat, v. g. si mulier conquesta sit de adulterio mariti, & Confessarius addat: *Tibi fecit injuriam, quæ ex juvenis pulchra nimis, rubicunda, &c.* tunc enim verba ista specificantur a fine non turpi, & onus est de solicitatione ad inhonesta.

Quod si præfata verba laudis proferantur à Confessario sine occasione, est denunciandus, quia tunc sunt impertinentia, & suspecta, Diana *p. 9. tr. 8. resp. 22.* qui in hoc sensu negat in *p. 4.* Idem tenent Tanc. *in 4. de pœnit. q. 12.* & Bord. *cit. cap. 23. q. 8. n. 50.* qui monet proinde mulieres, ut non sint solicitæ ad denunciandum, quando verba possunt trahi in bonum sensum: sed consulantur viros doctos, & timoratos, ne sine causa Confessarios infament: & in dubio se abstineant. Ita tile.

Et ego moneo Confessarios, ut à similibus laudibus, licet non ex turpi fine, omnino se abstineant, simque prudentes, ac vigilantes in verbis, & nullo pacto in hujusmodi angustias se ponant. Nam confessionale non est locus laudandi mulieres, sed reprehendendi.

556 Illud certum est, Confessarium esse denunciandum, si dum audit confessionem servæ, laudet de pulchritudine dominam suam, togando, ut illi referat, Salelles *Reg. 152. num. 118.* quia talis laus excusari non potest, cum tunc non alloquatur cum domina.

QUÆRES III.

Casus duodecim

559 Primus Confessarius dixit pœnitenti *Si essem faciaris, secum nuberem.*

2 *Memor esto mei, quia ut ex corde dilexi.*

3 *Expecta me hodie domi tua, quia habeo tecum loqui.*

4 *Hæc tua peccata cadaver me fecerunt in pollutionem involuntariam.*

5 Muleri confiteri volenti dixit: *Noli te audire in confessione, quia amore tui captus sum, ne tibi, & mihi aliquid mali contingat.*

6 Mulieri in confessione solicitanti respondit: *Esne hic locus similia loquendi? seu. Visita, hic non est locus de hac materia loquendi.*

7 Vel respondit eidem: *Dices ne locus aut tempus hæc loquendi?*

8 Suam concubinam objurgavit ex zelotypia, quod cum alio se immiscuerit.

9 Dixit: *Cur etiam mecum non es humana?*

10 Dixit: *Veniam in domum, & promitto mihi facere, quod volueris.*

11 Mulieri confitenti desiderium libidinosum dixit: *De hoc agas mecum post confessionem.*

12 Mulieri in confessione sæpius graviter conquerenti de verbis turpibus sibi à quodam juvene dictis, dixit: *Quid caput semper abtondis? certe, si alius earus tibi dixisset, non quæsta esset.* An sint denunciandi?

In his, & similibus casibus, ut locum habeat distinctio, nimirum suppenendum est, hujusmodi actiones factas esse in confessione, aut proxime ad confessionem immediate ante, aut post, vel occasione, aut prætextu confessionis, vel in confessionario, aut cum simulatione confessionis, juxta septem capita denunciationis *ex n.* 518. extra quæ si contingat, nullo pacto parunt unus denunciationis. Hoc præmisso

558 Ad primum, & secundum, negat Bord. *num.* 54 quia verba non important peccatum mortale, & solum explicant pudicum affectum, qui reperitur inter conjuges.

Resp. utrumque esse denunciandum, Diana *p. 6. tract. resp. 23.* quia præfata verba sine aliqua occasione in confessione dicta, sunt impertinentia ad confessionem, & excitativa ad venerem, ac proinde inhonesta, non minus quam verba laudis sine aliqua occasione dicta *ex n.* 556.

559 Ad 3. Resolutio pendet ex exitu tractatus in domo; nam si tractatus est inhonestus juxta dicta *in n.* 506. Confessarius est denunciandus, quia solicitatio, licet sit facta in domo post confessionem, dicitur tamen moraliter facta in confessione, quatenus est moraliter conjuncta cum verbis habitis in confessione, per se ordinatis ad tractandum inhonestum in domo: *nam animus ex factis etiam multis, & satis attestatione declaratur, l. legatum, §. fin. ff. de alim. legat. & factum aliorum ipsum judicat, l. cum probatis, ff. probat.* Bord. *in man. Consult. fact. 25. v. n. 593.*

560 Ad 4. Resp. esse denunciandum, Bord. *n.* 54. quia ille est sermo valde meretrix pœnitentis conturbans in ordine venereo, ac proinde inhonestus: & multo magis, si speciat delectationem, aut pollutionem voluntariam intra confessionem habitam; non est autem denunciandus, si id speciat mulieri extra confessionem, quia non habentur capitula relata *n.* 557. Leander *tr. 5. de pœnit. disp. 13. q. 14.*

561 Ad 5. negat Bord. *n* 55. quia per ea verba potius colligitur detestatio solicitationis ob malum, quod sequeretur.

Resp. tamen esse denunciandum, Trimarchus *disp. 1. sect. 3. n. 33. de solicit.* quia per illa verba fit offensio amoris venerei, & illa dissuasio est vera inductio, & provocatio ad inhonesta callide pulliata timore mali.

562 Ad 6. Resp. non esse denunciandum, nec esse casum solicitationis; quia per verba illa Confessarius præcise dissuadet mulierem à malo, & ea declarat reverentiam debitam loco.

563 Ad 7. Resp. esse denunciandum; quia verba illa clare suggerunt locum, & tempus mulieri, quo tractatum inhonestum habeat; adeoque sunt inhonesta.

564 Ad 8. Resp. cum distinctione: vel objurgatio est talis, ut judicio prudenti non faciat dignoscere, quod procedat ex zelotypia: talis est, si fit modestè & pura reprehensio medicinalis peccati, qua regulariter Confessarii timorati & prudentes uti solent; & tunc non est denunciandus, quia reprehendere peccata carnis est virtuosum; nec est novum, quod Sacerdos inhonestus, & perditus dum gerit vem peccatoris, sit tamen honestus, & vigilans, dum subit munus Ministri Christi. Neque obstat, si Confessarius revera moveatur ex zelotypia, quia cum signa, & verba externa reprehensionis honestæ (ut supponimus) non sciante illam dignoscere, erit tantum zelotypia interna, & solicitatio mente retenta, quæ non subjacet Bullis, & oneri denunciationis.

Vel objurgatio est talis, ut judicio prudenti faciat dignoscere, quod procedat ex zelotypia: talis est, si excedat limites modestæ reprehensionis peccati: talis, inquam, est, si mulier confessa est peccata carnis commissa, tam cum alio, quam cum ipso Confessario, & Confessarius eam objurgat solum de commissis cum alio. Aut reprehensio est ita ardens, ut addat minas, injurias, vel alia signa, & verba, quæ zelotypiam ostendant: & tunc est denunciandus, quia talis actio est provocativa ad lasciviam, aut saltem est signum affectionum amoris lascivi.

Nec aliud (si attente consideretur) intendunt Leander *cit. q. 16.* dum affirmat, & Fretas, apud Dianam *p. 4. tr. 5. res. 23.* dum negat esse denunciandum, & Tanc. *infra q. 22.* dum ait, non censeri loqui turpia, nec solicitare, nisi addat alia verba, v. gr. *Et me non vis.* aut quid simile.

565 Ad 9. 10. & 11. Resp. esse denunciandum, Tanc. *tom. 4. tr. 1. de Pœnit. q. 17.* quia sunt verba ostensiva intentionis inhonestæ.

566 Ad 12. Resp. Tanc. *cit. q. 22.* quod Confessarius sit imprudens revocando in memoriam alterius amorem, at non denunciandus: illa verba hæc sunt turpia, nec excitativa ad peccandum cum alio, sed de se objurgativa nimiæ affectationis mulieris.

QUÆRES IV.

Casui Quinque.

Primus. Confessarius dedit mulieri in confessione chartam solicitationis, postea eamdem legendam.

2. Post auditam confessionem mulieris misit in eius domum literas solicitationis, aut lenonem qui illam inducat ad inhonesta.

3. Dedit mulieri immediate post confessionem donum insolitum, v. g. annulum, nullam explicando causam.

4. Consuluit mulieri contegere in confessione homicidium sui viri.

5. Dat pœnitenti in confessione pecuniam, ut eam tribuat sue meretrici. Vel ab ea petit donum, ut ea adducat suum concubinum. An denunciandi?

567 RESp. ad 1. esse denunciandum, ob dicta *in n.* 508. ex Decr. Alexand. VII. *prop. 6.* die 24. Septembris 1665. etiam si Confessarius dixisset, literam illam ad eam mittere suum consanguineum. Nam in traditione inepta solicitatio, & in lectione petitur. Quod si mulier epistolam non legeret, sed comburet, *non esse denunciandus, quia ignorat, quid contineatur*: nisi Confessarius per verba, aut signa expressisset. Bord. *n. 56.*

568 Ad 2. Resp. non esse denunciandum Diana *p. 1. tr. 4. res. 9. in fine*, ob rationes *de n.* 503. & 504. nisi de ea imissione monuisset

pœnitentem, juxta *d. Tam. n. 508. Bord. in mem. consult. fect. 25. n. 88.*

569 Ad 2. Difficultas non procedit de dono spirituali, aut temporali, sed de solutivo, puta si donaret annulum mulieri, pugionem, aut quid simile puero.

Affirmat Trimarchus apud Bord. *num. 60.* quia dona magis allicunt, quàm verba. Item mulier (ut supponitur) non est pauper, nec annulum perdit; ergo potest de affectu venereo suspicari, & sic provocari ad libidinem.

Negat Bord. *cit. n. 61.* quia donum non ordinatur ex natura sua ad venerea, adeoque non est signum sufficiens, ut mulier suspicetur amorem venereum. Tum quia mulier sic suspicans temere suspicaretur, & peccaret, quoniam potest donantis intentionem in bonam partem sumere, nempe in gratitudinem, si ipsi beneficium aliquod ei attulerit, vel ex liberali largitione ex affectu puramente spirituali: Et præsertim, quia qualibet est præsumendes harum, nisi certo constet, quod sit malus. Adeoque talis Confessarius non est denunciandus, nisi inhonestum intentionem, dum donavit, signis, aut verbis expressisset, & tunc esset denunciandus ob hujusmodi signa. Diana *p. 6. tr. 9. ref. 34.* adhæret Bordonio, tando donum est minimi valoris, v. gr. ramuscule, fios, &c. adhæret vero Trimarcho, quando, attentis circumstantiis personarum, est magni valoris.

570 Difficultas est de Confessario, qui in sæc, aut occasione confessionis dedit donum infolitum mulieri, v. g. annulum, vel dicens: post aliquos autem dies accessit ad ejus domum, & cum ea inhonestè tractavit.

Non esse denunciandum, tenet Tamerede *tom. 4. tr. 1. de Pœnit. q. 13.* quia illa donatio nec est implicite, nec explicite solicitatio, aut tractatus inhonestus, & prava illa voluntas potuit contingere tempore intermedio.

Dico tamen esse denunciandum, *juxta dicta n. 506. 507. & 510.* quoniam extitit probabilis donum fuisse datum animo allliciendi ad inhonesta opportuno tempore tractanda. Unde quando fuit datum, incœpit solicitatio, nempe in actu confessionis: quando vero post dies fuit exteriorè effensis animus inhonestus, incipit mulierè onus denunciandi.

Item, licet donum spirituale, aut temporale solitum, datum mulieri immediate post confessionem, non sit ex se solicitativo, sed signum benevolentiæ, ac gratitudinis, & actus indifferens, magis inclinans ad bonum, quàm ad malum affectum; talis tamen erit, si paulò post sequatur provocatio ad inhonesta, & tunc patiter onus denunciationis, Bord. *in man. consult. fect. 25. n. 91.*

571 Ad 4. negat Bord. *n. 60.* quia homicidium, & consilium ad illud, nec est formaliter nec virtualiter solicitatio. Nec officit, quod secuto homicidio Confessarius habeat rem cum muliere: quia talis actus turpis, licet pendeat ex homicidio, quatenus vivente viro deerat opportunitas; non pendet immediate à confessione, cum medio homicidium.

Cæterum puto, resolutionem pendere debere ex eventu, juxta *dicta num. 506. & 519.* si enim secuto homicidio Confessarius mulierem requisivit de inhonestis, est denunciandus: quia factum dat intelligere, consilium de homicidio in confessione datum fuisse ob inhonesta expedita tractanda; & ut se liberaret à difficultate vitæ ac proinde actus inhonestus, licet sit physice à confessione remotus, est tamen moraliter proximus illi, utpote conjunctus moraliter cum consilio homicidii in confessione dato. Tum quia homicidium in tali casu est medium assumptum ad finem inhonestum; quia medium sumit etiam malitiam à fine, sequitur, quod consilium de homicidio, nedum habeat malitiam propriam homicidii, verum etiam inhonestatis; ac proinde cum inerit in confessione, habitus ad tractatus inhonestus in confessione.

572 Ad 5. non esse denunciandum tenent Soulia apud Diana *p. 4 tr. 5. ref. 45.* & Bord. *n. 62.* quia hi duo actus, licet inhonestatem aliquam videantur habere, non habent tamen illam ex per se prima objecta, nam traditio pecuniæ pro meretrice non est inducta ad peccandum immediate, sed est effectus usus inhonesti ipsius corporis traditi; præsumitur enim tradi in mercedem actus pravi habitus, quam potest mulier justè exigere: unde traditio illa pecuniæ non est peccaminosa, sed ex justitia debita in mercedem prostitutionis propriæ corporis; *saepe namque* fit, quod causa sit mala, & effectus sit bonus: malè namque est fornicatio, at non est mala susceptio prolis inde sequens; traditio ergo pecuniæ meretrici ob usum traditum propriæ corporis, cum non sit mala, sed debita, non est inhonesta, nec ordinatur ad inhonesta, bene vero ad actum justitiæ exercendum.

Item pecunia donata est actus indifferens. Nec officit, quod sit conditionata, sine qua peractum carnis non fieret, quia hæc non sufficit ad solicitationem, quæ debet pendere

dere a confessione immediate, non ab aliquo tertio medio.

Resp. tamen, quod licet opinio Bordoni posset esse probabilis, quando pœnitens posset præsumere, quod pecunia detur in pretium mercedem actus habiti, quando scilicet illi non constat oppositum, & non constat, quod Confessarius sit cum tali muliere habitualis: omnino tamen dico, cum esse denunciandum, quando pecunia traditur data mulieri, cum qua pœnitens fecit Confessarium esse habitualem; quia tunc traditio pecuniæ non est pura merces actus inhonesti præteriti, sed simul est illectativa mulieris ad actus inhonestos futuros, quæ tali ressa fit promptior ad prostituendum illi suum tempus; unde talis traditio pecuniæ fit formaliter inhonesta inhonestate affectus, ac proinde subjacet oneri denunciationis.

573 Eadem ratione denunciandus est Confessarius, qui à pœnitente petit domum, ut eo adducat suam concubinam; quia talis petitio domus est formaliter inhonesta ex effectu; hinc qui accommodat domum pro meretricio, peccat peccato contrahente malitiam inhonestitatis ipsius effectus, quoniam est causa participans, cum det commoditatem ad rhetrella.

574 Idem dico, si Confessarius petat de nocte, ut sibi cum sola alloquatur cum muliere bonæ famæ; quia talis petitio judicio prudenti, & ex regulariter contingentibus est suspecta ex inhonestate tractanda, quoniam pro allocutione honesta quantumvis secreta cum muliere non deficiunt loca honesta non suspecta, & aptiora in Ecclesia. Id autem dico, nisi adsit circumstantia talis, quæ facit prudenter dignoscere finem honestum: inhonestate tanque effectus secluso, inhonesta minime est hujusmodi petitio de nocte.

QUÆRES V.

Quinque Casus.

575 *Primus, An quando verba, vel signa sunt dubia, Confessarius sit denunciandus?*

2. *An mulier, si solicitationem confessus, teneatur denunciare Confessarium?*

3. *An sit denunciandus Confessarius, si solicitatus à famina solicitationem confessus?*

4. *An sit denunciandus Confessarius, si ipse, & famina mutuo se fecisse, prima vice famina, & postea Confessarius?*

5. *An sit denunciandus, si solicitatus à famina ad copulam vetitam, dicens se velle tantum tactibus abstinere?*

576 A D primum affirmat Diana *p. 4. tr. 5. ref. 25.* Sa, ula, & Peyr. apud ipsum; quia possunt Inquisitores interrogare Confessarium circa factum, aut verbum dubium, ad explorandum ipsius mentem, adeoque verba, & signa dubia subjacent oneri denunciationis.

Negat Bord. *n. 59.* & sit cujus ratio est, quia Bulla Gregor. punit certum, non præsumptum solicitationem, *n. 506.*

577 Ad 2. negant Suarez, & Hurtado apud Leandrum *tr. 5. de pœnit. disp. 12. qu. 43.* Quia complex delictum in nulla materia denunciare tenetur. Tum quia talis mulier honestla denunciando timet grave damnum in fama; nam Confessarius ad suum minuendum delictum, confiteretur coram Tribunali, se cum ea actus inhonestos habuisse, sed illa consentiente. Hanc opinionem sequitur Thomas Hurt. in casu, quo non posset mulier denunciare, quin suum manifestet consensum.

Resp. omnino esse denunciandum, Leand. *cit.* Diana *p. 4. tr. 5. ref. 31.* & ita ex mente est per Curg. S. R. U. Inquisitionis die 27. Septem. 1624 apud Dianam *som. 2. tr. 13. q. 91.* quia ex una parte vera habetur solicitatio in confessione, ut supponitur; ex alia parte consensus mulieris ipsam non eximit à denunciando, ut constat falsendo rationem in oppositum.

578 Et primo, mulier consentiens in casu solicitationis, & in Tribunali Inquis. non est exemplo delicti; quia delictum ad sacrum Tribunal spectans, non est actus inhonestus æquate sumptus, ut includit Confessarii, & pœnitentis consensum; sed totum, ut includit Confessarii consensum, seu ut præcise est à Confessario; unde mulier denuncians, à Sacro Tribunali non accipitur ut complex, sed ut reflis; nec tenetur suum manifestare consensum, more de eo potest a Tribunal interrogari; quod si ipsa ex simplicitate illum declaret, in actis non ponitur, *n. 454.*

Secundo, nullum est illi infamiæ periculum; quia factum Tribunal non dat fidem Confessario, seu creditur dicere ad judicium evadendum, aut pœnam imponendam. Ex alia parte ipsa mulier non tenetur suum manifestare consensum, nec de eo S. Tribunal curat, *num. 494.*

579 Ad 3. negat Peyr. Bonac. Petr. Castrop. Thom. Hurt. Fieras, & alii apud Leand. *cit.* Diana *p. 4. tr. 5. ref. 25.* Sanchez, Basius, Debene apud ipsum, & Donatus *tr. 2. tr. 14. q. 52.* Bus. Greg. idem loquitur de pœnitentibus solicitatis: *Mandantes omnibus Confessariis ut*

...fam fornicatus? quæ omnia fassa absolvit ut supra fecisset, remisit de obligatione denunciandi fabricatum. Unde cum in isto Confessario non sit facienda, videtur relatus, qui venit denunciandus.

Resp. esse denunciandum, Diana p. 3. tract. 5. resol. 7. & 42. Less. Sanchez, & Fagundez; quia Confessarius relinquendo confessionem, non est de confessione, sed privatus; sed tamen talem intendit confessionem, sub qua tandem palliet confessionem, unde postea simulabit se in Bulla Greg. non quod sentiat, sed quod ita sentiat Confessarius.

sete, Port. & Bonac. apud ipsum. Non incurreret tamen pœnas a Pontificibus contra se ficitantes latas: quia hæ pœnæ sunt contra felicitantes ad inhonesta simpliciter, ob specialem turpitudinem solicitationis, quatenus felicitans ad inhonesta est valde periculosa, & confessionem frequentem odiosam reddens. Diana *p. 4. tr. 5. res. 17.* Nec eas incurrit solicitans ad inhonesta in aliis Sacramentis: quia exemplaris solicitatio in aliis Sacramentis non sit ita facilis, Pontifices eam reflexe contra solicitantes in confessione, Diana *cit. res. 16.*

652 Est suspectus de fide Confessarius, si solicitet immediate ante, vel post, quia sic solicitans censetur in confessione solicitare, Diana *tr. res. 10.* contra Scotum, qui dicit, eum non esse de fide suspectum; quia dum in actu confessionis non solicitavit, sed solicitationem distulit, aut anticipavit; dat intelligere, se non fuisse integritatem confessionis commoraturum.

653 Similiter est suspectus de fide Confessarius solicitans ex occasione, aut prætextu confessionis, vel simulanter confessionem; quia Sacramento abutitur, eique injuriam infert, Diana *cit. res. 30.*

654 Confessarius solicitans in confessionario, non ex prætextu, nec occasione confessionis, nec simulando confessionem, est suspectus, & abjurare debet, Diana *p. 4. cit. res. 10. & p. 10. tr. 14 res. 51.* contra Catenam, quia Greg. XV. postquam recensuit septem capita solicitationis, inter quæ est solicitatio in confessionario absque occasione, aut prætextu confessionis, ut in *n. 522.* immediate sequitur, & iterum dixit Inquisitoribus: *De super his contra prædictam simul, vel separatim in omnibus, prout in casu fidei. &c. inquirant, & procedant.* His accedit praxis, tam Inquisitionis Romanæ, ex Diana cit. quam Inquisit. Hispanæ, ex Albergine *cit. p. 233. n. 7.* quia hujusmodi Confessarii habentur suspecti de fide, & abjurant: quoniam rejicitio loci reducitur in Sacramentum, cujus locus est Tribunal. Dantur igitur suspecti suspicione exprætsumptione juris de jure, *vide n 603.* Catena vero negat esse suspectum; quia ex tali ratione inde nulla suspicio oritur.

655 In casibus, in quibus Confessarius solicitans est suspectus, esse in spectum de vehementi, in praxi servat Inquisitio Rom. de levi Inquisitio Hispana.

656 Mulier tamen Confessarium solicitans non est suspecta de hæresi. 1. Quia nec accedit ad Confessarium animo se accusandi, & Sacramentum pœnitentiæ suscipiendi; adeoque cum nullum sit Sacramenti initium, nullus est Sacramenti abusus: ut patet de illo, qui ad Confessarium eat animo eum irridendi ad compositionem, & finem. 2. Quia nullum est judicandum præsumat suspectam. Dispar autem est ratio de sacerdote pœnitentem solicitante; quia pœnitens vel supponitur accedere animo confitendi, & Sacramentum pœnitentiæ suscipiendi, & sic accedit pro sacramentali confessione; an proinde Confessarius solicitando ad inhonesta, aut ad alia crimina, vel in aliis Sacramentis, dicitur Sacramento abuti, & inde suspectus de hæresi, quamvis pœnitens solicitationi consentiat, & Sacramentum minime percipiatur: *v. n. 494.*

Et tunc Confessarius solicitans ad inhonesta, est suspectus de hæresi? nedum ex vi Bullæ Gregor. XV. verum et sine independenter ab illa, licet et suspectus solicitans ad alia crimina ob abusum Sacramenti.

Vel in solicitatio supponitur facta à Confessario in confessionario extra occasionem confessionis, vel quando Confessarius in confessione à muliere solicitatus consensit. Et tunc adhuc est disparitas, quia hoc casu in neutro casu habeatur initium Sacramenti, nec Sacramentum, cum patiter mulier non accedat animo se accusandi; in priori tamen casu habetur suspicio ex præsumptione juris de jure, per recensita verba Gregor. XV. non sic in posteriori; quia nullum habetur jus, quod mulierem solicitantem suspectam præsumat: *v. n. 603.*

Finis Tomi Secundi.

EXA-

EXAMEN
ORDINANDORUM, PRÆDICATORUM, ET MISSIONARIORUM.

Tomus Tertius

Complectens Sacramentum Ordinis, & sacrosanctum Sacrificium Missæ, insuper aptas, atque expeditas regulas ad Apostolicum Sacræ Concionis & Missionis ministerium rite exercendum.

PARS PRIMA.

Examen Ordinandorum.

CAPUT I.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid, & quotuplex sit Ordo.

Ordo *est signum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad sacrosanctum Missæ Sacrificium, & Eucharistiam perficiendam.*

2 Ordines sunt septem: *Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.*

3 Omnes Ordines sunt res sacræ: primi tamen quatuor dicuntur minores, & non sacri: ultimi vero tres dicuntur majores, & sacri. Ratio differentiæ est multiplex. 1. Quia ultimi tres immediatius ordinant homines ad sacrificium Missæ, & Eucharistiam conficiendam. 2. Quia in Ecclesia Latina habent annexum votum castitatis, ita ut impediant, & dirimant matrimonium. 3. Quia obligant ad divinum Officium recitandum. 4. Quia majores non possunt suscipi plures eodem die, sed unus, nec Subdiaconatus simul cum minoribus; neque suscipi possunt, nisi in sex Sabbatis, videlicet, quatuor anni temporum, Sabbato ante Dominicam Passionis, quod dicitur Sitientes, & Sabbato Sancto, nisi adsit dispensatio Papæ; minores vero suscipi possunt omnes quatuor eadem die, & non tantum in recensitis sex Sabbatis, sed etiam quolibet die Dominico, vel festo de præcepto, imo ex consuetudine in die Veneris ante dicta sex Sabbata; vel in festa quatuor temporum, *n. 26. c. 1 mum*, quia majoribus initiari possunt solemniter, & ex officio sacra vasa nuda manu tangere, non ita minoribus initiati, nisi ex commissione, & necessitate.

Non peccant autem aliquo Ordine minori, aut

sete, Port. & Bonac. apud ipsum. Nec incurreret tamen pœnas a Pontificibus contra se scitantes sulem latas: quia hæ pœnæ sunt contra scitantes ad inhonesta simpliciter, ob specialem turpitudinem solicitationis, quatenus scitans ad inhonesta est valde periculosa, & confessionem frequentem odiosam reddens. Diana *p. 4. tr. 5. res. 17.* Nec eas incurrit solicitans ad inhonesta in aliis Sacramentis; quia cum talis solicitatio in aliis Sacramentis non sit ita facilis, Pontifices eam non fixere certis solicitantes in confessione, Diana *cit. res. 16.*

652 Est suspectus de fide Confessarius, si solicitet immediate ante, vel post, quia sic solicitans renovatur in confessione scitata, Diana *tr. res.* 10. contra Scotum, qui dicit, eum non esse de fide suspectum; quia dum in actu confessionis non solicitavit, sed solicitationem distulit, aut anticipavit; dat intelligere, se noluisse integritatem confessionis commutare.

653 Similiter est suspectus de fide Confessarius solicitans ex occasione, aut prætextu confessionis, vel simulando confessionem; quia Sacramento abutitur, eique injuriam infert, Diana *cit. res. 30.*

654 Confessarius solicitans in confessionario, non ex prætextu, nec occasione confessionis, nec simulando confessionem, est suspectus, & abjurare debet, Diana *p. 4. cit. res. 10. & p. 10. tr. 14 res. 51.* contra Carenam, qui a Greg. XV. postquam recensuit septem capita solicitationis, inter quæ est solicitatio in confessionario absque occasione, aut prætextu confessionis, ut in *n. 522.* immediate sequitur, & in eum dedit Inquisitoribus: *Ut super his contra prædictum simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei. &c. inquirant, & procedant.* His accedit praxis, tam Inquisitionis Romanæ, ex Diana cit. quam Inquisit. Hispaniæ, ex Albertinghe *cit. p. 223. n. 7.* quia hujusmodi Confessarii habentur suspecti de fide, & abjurant: quorum injuria loci reducitur in Sacramentum, cujus locus est Tribunal. Dantur igitur suspecti suspicione ex præsumptione juris de jure, *vide n 603.* Catena vero negat esse suspectum, quia ex tali ratione inciti nulla suspicio oritur.

655 In talibus, in quibus Confessarius solicitans est suspectus, esse in spectum de vehementi, in praxi servat Inquisitio Rom. de levi inquirit in Hispania.

656 Mulier tamen Confessarium solicitans non est suspecta de hæresi. 1. Quia nec accedit ad Confessarium animo se accusandi, & Sacramentum pœnitentiæ suscipiendi; adeoque cum nullum sit Sacramenti initium, nullus est Sacramenti abusus: ut patet de illo, qui ad Confessarium eat de animo eum irridendi ad compositionem, & finem. 2. Quia nullum est judicandum præsumat suspectam, Diana autem est tanto de facienda pœnitentem solicitante; quia pœnitens vel supponitur accedere animo confitendi, & Sacramentum pœnitentiæ suscipiendi, & sic accedit pro Sacramentali confessione; an propinde Confessarius solicitando ad inhonesta, aut ad alia crimina, vel in aliis Sacramentis, dicitur Sacramento abuti, & inde suspectus de hæresi, quamvis pœnitens solicitationi consentiat, & Sacramentum minime percipiatur? *n. 494.*

Et tunc Confessarius solicitans ad inhonesta, est suspectus de hæresi? nedum ex vi Bullæ Gregor. XV. verum et sui independenter ab illa, licet est suspectus solicitans ad alia crimina ob abusum Sacramenti.

Vel solicitatio supponitur facta à Confessario in confessionario extra occasionem confessionis, vel quando Confessarius in confessione à muliere solicitatus consentit. Et tunc adhuc est dispares, quia licet in neutro casu habeatur initium Sacramenti, nec Sacramentum, cum pariter mulier non accedat animo se accusandi; in priori tamen casu habetur suspicio ex præsumptione juris de jure, per recessum verba Gregor. XV. non sic in posteriori; quia nullum habetur jus, quod mulierem solicitantem suspectam præsumat? *n. 603.*

Finis Tomi Secundi.

EXAMEN
ORDINANDORUM, PRÆDICATORUM, ET MISSIONARIORUM.

Tomus Tertius

Complectens Sacramentum Ordinis, & sacrosanctum Sacrificium Missæ, insuper aptas, atque expeditas regulas ad Apostolicum Sacræ Concionis & Missionis ministerium rite exercendum.

PARS PRIMA.

Examen Ordinandorum.

CAPUT I.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid, & quotuplex sit Ordo.

RDo *est signum quoddam, spiritualis potestas traditur ordinato ad sacrosanctum Missæ sacrificium, & Eucharistiam, ... cerdam.*

2 Ordines sunt septem: *Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.*

3 Ordines sunt res sacræ: primi tamen quatuor dicuntur minores, & non sacri: ultimi vero tres dicuntur majores, & sacri. Ratio differentiæ est multiplex. 1. Quia ultimi tres immediatius ordinant homines ad sacrificium Missæ, & Eucharistiam conficiendam. 2. Quia in Ecclesia Latina habent annexum votum solemne castitatis, ita ut impediant, & dirimant matrimonium 3. Quia obligant ad divinum Officium recitandum. 4. Quia majores non possent suscipi plures eodem die, sed unus, nec Subdiaconatus simul cum minoribus; neque suscipi possunt, nisi in sex Sabbatis, videlicet, quatuor anni temporum, Sabbato ante Dominicam Passionis, quod dicitur Sitientes, & Sabbato Sancto, nisi adsit dispensatio Papæ: minores vero suscipi possunt omnes quatuor eadem die, & non tantum in recensitis sex Sabbatis, sed etiam quolibet die Dominico, vel festo de præcepto, imo ex consuetudine in die Veneris ante dicta sex Sabbata; vel in feria quarta quatuor temporum, *n. 26. 5. 1 mum*, quia majoribus initiati possunt solemniter, & ex officio sacra vasa nuda manu tangere, non ita minoribus initiati, nisi ex commissione, & necessitate.

Non peccant autem aliquo Ordine minori-

aut

aut prima tantùm initiati, nulla manu tangentes sacra vasa, in quibus non sit Eucharistia.

Item nec laici, aut fœminæ peccant mortaliter, si adsit contemptus; sed venialiter, imo neque venialiter, si adsit justa causa, aut si ea sit. Vasa autem sacra, quæ Eucharistiam continent, tangi non possunt sine peccato mortali, nisi à Sacerdotibus, & Sacerdote deficiente, Diacono.

4 Episcopatus est Ordo. Nam Episcopus potestas ordinandi Sacerdotes, & Episcopos; confirmandi Sacramentum Confirmationis, Chrisma, Oleum sanctum, &c. Non est autem Ordo diversus à Sacerdotio, sed est quidam gradus, & extensio Sacerdotii ad præmissa munera: unde novum characterem non imprimit, sed Sacerdotalem præexcellentem ampliat. Idem dic de Archiepiscopatu, & Papatu.

5 Hinc invalide, qui Sacerdos non est, ordinariè in Episcopum, quia Episcopatus essentialiter Sacerdotium præsupponit: non tamen in aliis Ordinibus; licet enim illicite ordinaretur Sacerdos, qui alios Ordinibus non esset initiatus, valide tamen ordinaretur, quia Sacerdotium non essentialiter, sed tantùm ex præcepto Episcopis, sed ab uno solo ex dispensatione Pontificis, valide conferatur, quia adest praxis Pontificum, S. Greg. & Greg. XIII. quidam pensarunt, ut refert Cardenas *disert. 2. n. 501.*

6 Cardinalatus non est Ordo.

7 Omnes septem Ordines constituunt unum Sacramentum Ordinis habitate aggregationis, & ordinationis ad unum finem, est sacrificium Missæ, & Eucharistia conficere.

8 Hinc tam Episcopus Ordines conferens, quam Clericus recipiens debet esse in gratia, alias peccabit mortaliter.

9 Omnes Ordines imprimunt characterem, ac proinde non possunt sine sacrilegio reiterari.

10 Character, qui ab Ordine imprimitur, est quædam qualitas spiritualis animæ inhærens, & definitur, quod sit signum quoddam spirituale impressum in anima, per quod distinguitur homo tali signo signatus ab aliis, & dignoscitur Deo consecratus, & ab eo deputatus ad gratias, & dona Christi dispensanda, & ad ejusdem munera exercenda. Character imprimitur, quando tangitur instrumentum porrectum ab Episcopo proferente verba.

Character enim imprimitur eo tempore, quo producitur gratia; quia character est effectus secundatus, gratia primatus. Gratia autem producitur in eo instanti, quo Sacramentum est completum; quia Sacramentum est signum practicum: unde gratiam causat in eo instanti, quo habet perfectum significationem, ad quam est institutum. *v. num.* 182.

Si ponatur obex peccati mortalis, gratia non causatur: causatur vero character, & gratia ita ex opere operato causatur solum ablato obice.

11 Materia remota Sacramenti Ordinis in generali est ipsum instrumentum: materia proxima est traditio, & acceptatio ipsius instrumenti; forma vero sunt verba prolata ab Episcopo in traditione instrumenti.

Materia, & forma debent esse simul moraliter; requiritur autem contactus physicus materiæ, & intentio actualis, aut saltem virtualis in Episcopo conferente: sufficit habitualis in Clerico suscipiente; de quibus fusius infra, & *in tom. 1. de Sacram.*

12 Effectus Sacramenti Ordinis sunt augmentum gratiæ, & Character.

Inquam, Ordinis per se causat non primam, sed secundam gratiam, nempe augmentum gratiæ habitualis, per accidens vero primam.

Ratio primi est; quia causare per se primam gratiam solum convenit Sacramentis reconciliativis, cujusmodi sunt Baptismus, & Pœnitentia, non ne Ordo.

Ratio secundi est, quia sicuti id conceditur aliis Sacramentis non reconciliativis, ita debet concedi Ordini. Casus autem esse potest, si quis dum ad Episcopum ordinandus accedit, recordetur alicujus mortalis, & Confessarium non habens elicit actum attritionis, quem ioculpabiliter putat contritionem; ille stante bona fide, ex Sacramento Ordinis, quod suscipit, justificatur; adeoque Sacramentum per accidens causat primam gratiam.

13 Sacramentum Ordinis ultra secundam gratiam sanctificantem, & characterem, causat gratiam sacramentalem, & *sunt species auxilia functionibus, & officiis uniuscujusque Ordinis propriis, per quæ is, qui aliquo Ordine est insignitus, ad & rite exercenda peculiari modo juvatur, & eo ne efficiatur.*

Quæ specialia auxilia non solum in ipsa Ordinis susceptione, verum etiam quando Ordo ipse exercetur, intuitu Ordinis, à Deo conferuntur: *v. tom. 1. de effectibus Sacram.* 9.

14 Sacramentum Ordinis fuit institutum Christo, quando die Cœnæ, postquam communicavit Apostolos, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.*

De his, quæ sunt de substantia, aut de solemnitate Ordinis.

15 Ad substantiam, & valorem Sacramenti Ordinis requiruntur, & sufficiunt quatuor.

16 Primum, est potestas Ordinantis, qui esse debet Episcopus consecratus; qui licet esset hæreticus, schismaticus, suspensus, aut degradatus, illicite, seu valide conferret, quia Ordinum collatio est actus Ordinis, non jurisdictionis; Ordo autem, quia est indelebilis, semper manet in eis. Minores possunt ex privilegio Abbates conferre.

17 Secundum, materia, forma & intentio, tam Episcopi conferentis, quam subjecti recipientis, ut in *n. 11* Omnia vide *in tom. 2. de Baptismo, v. Minister*, casum de eo, qui ad Ordines suscipiendos accedit contra protestationem Episcopi.

18 Tertium, est sexus virilis; hinc mulier est incapax Ordinum, pariter hermaphroditus in quo sexus femineus prævalet; valide autem ordinatur, si sexus virilis prævaleat; sed si post Ordinationem incipiat prævalere sexus femineus, non potest valide confessare, absolvere, licet characterem retineat: hinc valde, est illicite ordinantur amentes, cæci, & similes irregulares, ello hi manent sure Ecclesiastico suspensi, & pueri rationis non compotes, qui tamen cæli tatem non tenentur ut vot, nisi adveniente esu rationis rat fiem. Omnino *v. tom 1. in impedi. matr. de Ordine sacr.*

19 Quarto tandem, quod sit baptizatus baptismo fluminis.

Baptismus sanguinis, aut flaminis, salvari potest, sed non valide ordinari. Quod si bona fide ordinaretur, invalida esset ordinatio, adeoque repetenda, quia ex jure div. no baptismus fluminis est janua omnium Sacramentorum: *In lib. 2. Decr. tit. 43. de presbytero non baptizato, cap. 1. & 2.*

Angelus, nec valide, nec valide ordinari potest: quia subjectum Sacramentorum ex institutione Christi, homo viator. *v. tom. 1.* de subjecto Sacramenti.

20 Ad licitam autem Ordinum susceptionem requiruntur pœna ex parte subjecti, ex parte Ministri, & ex parte utriusque.

EX PARTE SUBJECTI

21 Requiritur primo status gratiæ. Subsecuti, si ponatur in gratia per contritionem, ad differentiam sumptionis Eucharistiæ, ut *n. 279.* Secundo, quod sit confirmatus. Tertio titulus sustentationis, Beneficii scilicet, patrimonii, vel Religiosæ paupertatis, ejus tamen, quam solemniter Religiosi in professione emittunt. Quarto, scientia sufficiens. Quinto, licentia Ordinarii, seu literæ dimissoriæ. Sexto, quod non sit irregularis, suspensus, excommunicatus, aut alio canonico impedimento interdictus. Septimo, demum ætas sufficiens: pro prima tonsura, & tribus minoribus requisitur septennium completum, pro Acolytatu annus duodecimus completus: pro Subdiaconatu annus vigesimus secundus inchoatus: pro Diaconatu annus vigesimus tertius inchoatus: pro Sacerdotio annus vigesimus quintus inchoatus.

22 Capellanus ordinari potest titulo Beneficii, si Capellania sit collativa, videlicet sæcera, perpetua, & congruæ sustentationi Clerici sufficiens, juxta Trid. *sess. 21. de reformat. cap. 2.* minime si sit non collativa, seu laica, quia illa est Beneficium, non ista: *v. tom. 2. de beneficiatis.*

23 Religiosus, qui ordinatur titulo paupertatis, si fiat Clericus sæcularis, tenetur patrimonium assignare; quia est in statu sæculari, in quo honestam habere debet sustentationem, juxta Trid. cit. Imo si erat Subdiaconus, non potest ad alios Ordines promoveri sine Beneficio, aut patrimonio.

24 Hinc Porr. *n. Ordines sacri, num. 8.* docet, quod qui scientes emisit professionem invalidam, mortaliter peccet suscipiendo Ordinem sacrum, quia ordinatur sine titulo, quod est contra Jus Canonicum. Ordinatus sine titulo, per falsum, absque dimissoriis, sine legitima ætate, est suspensus ab Ordine, & si in illo ministret, fit irregularis. Porr. *cit. n.*

Defectus pœnæ & censuræ agit Trid. *sess. 7. de refor. cap. 10. sess. 21. de reform. c. 1. num 2. sess. 23. de reform. cap. 2.* & 17 & Tamb. *de Ord. c. 12.* ubi agit de pœnis male confitentis, aut recipientis Ordines.

25 Qui vero Sacerdotium suscipit cum aliquo impedimento, ab quod est suspensus ab Ordinibus, non fit irregularis per hoc præcise, quod tum Episcopo conferret in Missa, in qua ordinatur: quia non dicit vere Missam, adeoque non exercet Ordinem. Ita Porr. *cit. n. 7.*

26 Qui Presbyteratus Ordinem suscipit in peccato mortali, peccat mortaliter. 2. Ordinem suscipiendo in acceptatione materiæ, & usu formæ; quia Sacramentum suscipit. 2.

Verba confectationis in Missa Ordinationis proferentur; qua cum Episcopo Sacramentum conficit. 3. Communicando; quia Sacramentum Eucharistiæ suscipit.

Et quia non potest sine mortali à prolatione verborum consecrationis, nec à communione abstinere, cum sint materia gravis graviter præcepta ab Ecclesia; tenetur tunc eosdem.

EX PARTE MINISTRI

27 DEquiritur primo status gratiæ. Secundo, ut Episcopus consecratus non sit suspensus, aut alio canonico impedimento interdictus. Tertio, ut sit Ordinarius; nec potest enim ordinare, nisi subditos, aut alienos cum litteris proprii Ordinarii.

28 Tripliciter autem potest aliquis esse subditus alicui Episcopo. Primo, ratione originis, quatenus in ejus Diœcesi natus est, non casu, & per accidens. Secundo, ratione domicilii, quatenus ibi habitat animo perpetuo manendi; ad quod sufficiunt decem anni. Tertio, ratione Beneficii, quod tenet in tali Diœcesi, quod sit ad congruam sustentationem sufficiens; quilibet ex his tribus modis sit subditus, potest ab Episcopo ordinari, & ab eo petere dimissorias, juxta Bullam Innoc. XII. omnino attendendam in n. 38.

29 Ordinatio Clericorum nullius Diœcesis spectat ad Episcopum, intra cujus Diœcesis fines locus situs est. Quod si locus sit omnino extra fines, spectat ad Episcopum illum, cujus Ecclesia Cathedralis est proximior. Pagnanus *lib. 1. Dec. cap. Significasti, n.* 23.

30 Regulares in Italia, v. gr. existentes habentes dimissorias à suis Prælatis, à quocunque Episcopo intra Italiam ordinari possunt, docet Tamb.

31 Episcopus non potest Ordines Sacros [bene vero minores] nisi inter Millarium solemnia ab ipsorum celebritate conferre. Si extra illa, aut alio celebrante sine dispensatione Pontificis conferat, illiciter confert, qui contra Ecclesiæ consuetudinem, & Rubricas Pontificalis: sed valide, quia de essentia cujuslibet Sacramenti est solamnitas, forma, & intentio; nec ullum adest decretum irritans. Unde opinio Silvestri, quod talis collatio sit invalida, non est probabilis, sed destituta fundamento, Gobat *tom. 3. tr. 8. n.* 247.

Si vero Ordinandis jam convocatis in hebdomada quæ esset collatio facienda, fugerevenirent Episcopo magna difficultas utrumque unus obeundi, & nullus alius esset Episcopus, qui posset, aut vellet supplere, tunc posset licite curare Missam celebrari per alium Sacerdotem, & ipse conferre: adeque ex epikeja, & generali interpretatione, quæ etiam in requisitis majoris considerationis ach bari solet, ob gravia incommoda, quæ evenirent, si sine ordinatione remitterentur juvenes. Ita Gobat *cit. num.* 26.

EX PARTE UTRIUSQUE

32 REquiritur primo tempus, quo Ordines debent conferri, de quo dictum est n. 3.

Secundo, requiruntur interstitia temporum, hoc est temporis intervalla inter unum, & alium Ordinem.

33 Inter primum tonsuram, & Ostiariatum non debent intercedere interstitia temporum. Inter minores debet intercedere aliquod intervallum arbitrio Episcopi, qui potest dispensare, eodem die conferre. Inter Acolytatum, & Subdiaconatum, & pariter inter minores, ex Trident. debet intercedere annus qui sufficit, si sit Ecclesiasticus, ab uno Sabbato, v. g. Sitientes, ad alium sim lem sequentem Sabbatum, etiamsi non intercederent duodecim menses integri; & à fortiori sufficit annus naturalis, licet Ecclesiasticus annus non finierit.

34 Dispensare super interstitiis possunt Episcopi; possunt etiam Regulares cum suis subditis quitamen monentur, ut ex modestia non dispensent, sed in dimissoriis Episcopos rogent, ut dispensent.

35 Dispensatus à Summo Pontifice super defectu ætatis, adhuc indiget, ut super interstitiis dispensetur, si tempus inter unum, & alium Ordinem præceptum non breviatum; quo ætas, & intervallum temporis inter unum, & alium Ordinem, sunt duo requisita disparata, ac proinde dispensatus super uno, super alio dispensatus minime censetur.

36 Potest Episcopus eodem die primam tonsuram, & quatuor minores conferre, minime minores cum Subdiaconatu; potest autem minores cum Subdiaconatu eodem die conferre ex causa; vel ubi adest consuetudo, etiam sine causa. Duos autem majores eodem die conferre non potest sine Papæ dispensatione, *n.* 3.

37 Tertio denique requiritur, ut servetur ordo inter collationem, & receptionem unius, & alterius: debent igitur recipi eodem ordine, quo numero secundo sunt numerati.

Si autem reciperetur Diaconatus v. gr. ante Subdiaconatum, & sic de cæteris, valida esset receptio; sed hic, qui esset sic saltum ordinatus, maneret suspensus à sui Ordinis executione, & alterius recipiendæ; potest tamen Episcopus cum eo dispensare, nisi ante hujusmodi dispensationem solemniter munus susceperit in Ordine per saltum suscepto; quia tunc est necessaria dispensatio Summi Pontificis. Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 14.

INNOC. XII. CONSTITUTIO.

A Pud Patrellì *tom.* 1c. *pag. confultationem* 13.

„ Quæ plura declarantur, ac præscribuntur „ pro tollendis abusibus, & fraudibus circa „ Ordinationes alienorum subditorum.

INNOCENTIUS,

„ 38 SPeculatores damus Israel, &c. Cæterum per ea ipsa indulta, &c. juratæm illam, quam S. Gen. Trid. Concilii „ Decreta de nun Ordinandis ad patrimonii „ titulum, nisi illis, quos Episcopi pro ne„ cessitate, vel commoditate suarum Eccle„ siarum assumendos judicaverint, præscri„ bunt disciplinam nequaquam relaxatam in„ tellixi: quinimo nec unquam ad indulta „ hujusmodi exequenda Episcopos ipsos at„ tigere, sed illorum executionem arbitrio „ semper rotundem Episcoporum, quorum „ conscientias hac in re strictissime onerans „ voluimus, prorsus relinquere declaravi„ mus, &c.

„ 39 Verum quo impensius, &c. delatis ad „ Nos querelis accepimus, graviora quotidie malignari inimicum in Sancto, & Mo„ to proprio, & ex certa scientia, &c. Hac ge„ nerali nostra, & perpetuo valitura Consti„ tutione decernimus, & declaramus, nul„ lum Episcopum, seu cujusvis loci Ordinario, ta„ meth Cardinalatus honore fulgeat, licete „ extetum quempiam, ac sibi ratione origi„ nis, seu domicilii, juxta modum infrius „ declarandum, legitime contracti, non sub„ ditum, ad Clericalem tonsuram promove„ re, cujusvis beneficii Ecclesiastici ei flatim, „ ac tonsura hujusmodi insignitus fuerit, con„ ferendi, seu ad quod is à patronis jam „ præsentatus, seu nominatus fuerit, præ„ sentiri, etiam si beneficium prædictum de„ nova ea expresse adjecta lege fundatum „ fuisse constiterit, ut quis immediate post „ Cleri cam characterem susceptum ad illud „ instituatur. Præterea Clericum, qui legi„ time jam à proprio Episcopo ad eandem Cle„ ricalem tonsuram, seu etiam ad minores „ Ordines promotus fuerit, non posse ab alio „ Episcopo ratione, ac titulo cujuscunque „ Beneficii in illius Diœcesi obtenti ad ul„ teriores Ordines promoveri, nisi ante ec„ tonsuram suscepti onem testimoniales litteras „ proprii Episcopi, tam originis, quam do„ micilii, super suis natalibus, ætate, mo„ ribus, & vita sibi concedi obtinuerit, eas„ que Episcopo Ordinarii in actis illius Cu„ riæ conservandas exhibuerit.

„ 40 Licet vero Clericus ratione cujusvis „ Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subjici „ dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cu„ ius Diœcesi Beneficium hujusmodi situm „ est; eam tamen de cætero hac in re in„ concusse servari volumus regulam, ut ne„ mo ejusmodi subjectionem ad effectum sus„ cipiendi Ordines acquirere censeatur, ni„ si Beneficium prædictum ejus sit reditus, „ ut ad congruam vitæ sustentationem, hac „ juxta taxam synodalem, sive ea deficien„ te, juxta morem regionis pro promove„ dis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, „ per se sufficiat, undique ab Ordinando „ pacifice possideatur, subitaque quacunque fa„ cultate supplendi, quod deficeret sustiti„ bus ejusdem Beneficii, cum adjectione pa„ trimonii etiam patrui, quod ipse Ordi„ nandus in eadem, seu alia quavis Diœce„ si obtineret, ac Episcopus sit ordinarius, „ tam de præscripta testimonialibus litteris, „ quam de reditu Beneficii hujusmodi ex„ pressis in consueta collationum Ordinum „ attestatione mentionem facere debebit.

„ 41 Cæterum subditus ratione originis, „ is tantum sit, ac esse intelligatur, qui „ naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in „ qua ad Ordines promovendi desiderat; „ demodo tamen ibi natus non fuerit ex „ accidenti, occasione mortuum itineris, „ officii, legationis, mercaturæ, vel cu„ jusvis alterius temporalis muneris, seu per„ manentiæ ejus patris in illo loco; quo „ casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum & naturalis „ patris origo erit attendenda. Quod si quis „ tanto temporis spatio in eo loco, in „ quo ex accidenti, sicut præmittitur, „ natus est, moram traxerit, ut potuerit „ ibidem canonico aliquo impedimento irre„ tiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci „ litteras testimoniales, ut supra, obti„ nere, illasque Episcopo Ordinanti per „ eum in collatorium Ordinum testimo„ nio similiter recensendas præstitare te„ neatur.

„ 42 At si pater in alieno loco, ubi ejus „ filius natus est, tamdiu, ac eo animo per„ manserit, ut inibi vere domicilium de jure „ contraxerit; tunc non origo patris, seu „ domicilium per patrem legitime, ut præ„ fertur, contractum, pro Ordinatione ejus„ dem filii attendi debeat.

„ 43 Subditus autem ratione domicilii „ ad effectum suscipiendi Ordines, is dum-

taxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen aden habitator constituere in aliquo loco, ut vel ger decendium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu, se vere, & realiter animum hujusmodi habere, jurando affirmet. Si quis tamen à propria originis loco in ea ætate discesserit, qua peterit aliqui canonico impedimento obnoxius esse, etiam Ordinat. tog originis testimonia es litteras, ut supra, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum litteris facienda erit.

43 Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum famulatum suum ad aliquos sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam tonsuram promovere, seu ministrare præsumat absque ejus proprii, originis scilicet, seu domicilii, Prælati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati *sess.* 23. *cap.* 9. *de reform.* familiarem præsentium per integrum, & complesum triennium in sua actuali servitio secum retinuerit, ac suis fumptibus aluerit. Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentationem dum, juxta modum superius præfinitum, sufficiat, quacunque fraude cessante, illatim, hoc est talem intra terminum unius mensis à die facta Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi testimonio expressam eidem familiaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem facere teneatur.

45 Porro, ut quicunque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica auctoritate illuminus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suus ratione originis, sive domicilii subditos Clericos quosvis ab aliena Episcopis quavis authoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini supradicti *sess.* 14. *cap.* 3 *de reform.* quoad scientiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eis ea latorum testimoniales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter pro, rese, an quoad illos præfens s Constitutionis forma & disposition adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis bene visq ad docendum de ejusmodi adimplemento, ita ut quos ex termino elapso id minime præstitisse competenti, à susceptorum Ordinum exercitio, li ita, & quandiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in a iquo Ordine ministrent, interdicere possit.

46 Ita vero præmissa omnia, & singula perpetuo, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per artum, Ordinatus vero à susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario v debitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ, nostro, & pro tempore exultentis Romani Pontificis arbitrio infligendis utercque subjaceat, &c.

47 Decernentes pariter eadem præsentes litteras semper firmas, & validas, & efficaces existere, & fore, &c. Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitution bus, & Ordinationibus Apostolicis, &c. cæterisque contrariis quibuscunque &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarn. Dominicæ 1694. Pridie Nonas Novembris.

DE BENEFICIO, ET PATRIMONIO.

Decretum Trid. sess. 21. *de reform. c.* 2.

48 Ulli non excent ecs, qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere · competentumque sit, complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo fere delectu accedi, qui sacris artibus ac fallacis confinguntur, se Beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, statuit S. Synodus, ne quis de ceeps Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines prætenvaetur, nisi prius legitime constet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero Beneficium relignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum sit promotus; neque ea relignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit, & aliter facta relignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari prohibeant non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit adsumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, parr. monio illud, vel pensionem vere aliis obtineri, talesque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut eat.ngui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum canonum pœnas super his innovando.

49 Nullus igitur sæcularis potest licite Ordines sacros suscipere, nisi ad titu um beneficii; ad titulum vero patrimonii, vel pensionis ex necessitate, aut commeditate Ecclesiæ, judicio Episcopi.

Beneficium, patrimonium, vel pensio, tres conditiones exposcit.

50 Prima, *quod sit sufficiens ad honestam sustentationem Sacerdotis, juxta judicium, & præscriptum Episcopi hos.* In Surico Panormitana dispositum est, debere esse Parochi lectorum 60. & insuper quod possit quis ordinari ad titulum Mensæ in Cathedrali Ecclesia, in Diœcesi 40.

51 S. patrimonium non sufficit, si est, ut jundum beneficio tenui sufficiat, & è converso. Ita Conn.

At hoc solum est verum in casu, quo alias licere Episcopo ad titulum patrimonii Clericum ordinare, puta ex necessitate, aut commoditate Ecclesiæ; tunc namque licet patrimonium subrogari potest totum in locum totius beneficii, juxta Trid. relatum, ita pars in partem.

52 Hoc tamen casu sciuso, defectus beneficii non potest supplori per patrimonium etiam pingue, ex Constit. Innoc. XII. relata n. 40 ubi Pontifex expresse ait, se velle eamdem servari Decreta Trid. adeoque eam Trid. *cit.* (extra præmissam necessitatem, &c.) prohibeat, quem ordinari titulo patrimonii, consequenter prohibet, beneficium per patrimonium, sive in totum, sive in partem supplori.

Eandem prohibitionem confirmavit Innoc. XII. in relata constit. n. 38.

54 Patrimonium, ad cujus titulum quis ordinatur, gaudet privilegiis honorum Ecclesiæ, quia subrogatur in locum beneficii; ell ramen subjectum solutioni decimarum juxta locorum consuetudinem, Pignanus *lib.* 3.

55 In collatione cum aliis fratribus tenetur quis patrimonium computare loco legitimæ, nisi de expressa voluntate patris, potentis sine præjudicio legitimæ aliorum, patrimonium filio assignare, conslet contrarium.

56 Secunda, *quod sit perpetuum, constitutum super re certa, & immobili.* Unde non potelt quis ordinari ad titulum fuæ industriæ, laboris, aut artis, ex Decl. Sacr. Congr. Concil. *Non potest promoveri, qui ex industria, vel labore honesto lucrato* (*puta quod sit musicus, Magister grammaticæ, fidler, vel alterius licitæ professionis*) *sufficientia ad sustentationem vitæ.* Apud Gobat *tom.* 1. *n.* 8. *n.* 626 Nec potest quis ereinari ad titulum Vicariæ, aut Capellaniæ amovibilis.

57 Sufficit ad patrimonium census redimibilis, cautione tamen præstita, ut in casu redemptionis, capitale deponatur Judicio decreto apud personas idoneas, ut iterum census constituatur.

58 Sufficit titulus præsumptivi perpetui: Beneficii constitentis in distributionibus quotidianis perpetuis: servitii perpetui alicujus Ecclesiæ habentis fructus congruentes, aut Capellaniæ perpetuæ: æquivalent enim Beneficio. Hinc qui obtinent Capellaniam in Capella Papæ, ad Sacros Ordines promoventur: *v. tom.* 1. *n.* 40. *Beneficiati.*

55 Tertia, *quod possideatur pacifice.* Hinc non debet esse litigiosum, etiamsi litigium sit super possessione. Non sufficit spes, etiam certa, aut jus ad beneficium, pensionem, vel patrimonium. Nec quod Ordinandus sit jam præsentatus, aut electus ad Beneficium, etiam si præsitio Beneficii, &c. injuste impediatur: quia Concil. exposcit pacificam possessionem ante Ordinationem, ut *num.* 48.

60 Qui Beneficium possidet, potest ad Sacres Ordines promoveri, etiamsi fructus illius non sintus, *sed* certo post recepium Sacerdotium sit percepturus, Leander, Callropal. Garzias, Ant. à Sp. S. & alii de Ordine infra contra Philibertum: Quia vere de presenti Beneficium pacifice possidet, quod Trid. exposcit.

61 Denique posse quem ordinari sine sufficienti Beneficio, patrimonio, &c. maxime ubi adest Sacerdotium genetis, cum sua fidejussione alimentorum, quatenus quis potens, & valens spondeat se necessaria Ordinando ministraturum, decent Leander, & apud ipsum Dian. *p.* 5. *tr.* 10. *res* 48. cum aliis contra Philibertum; quia hic est satis, & cesso provisus de congrua sustentatione; quod est finis Concilii.

62 Ordinatus jam in Sacris non potest, nec licite, nec valide, Beneficium relignare, nec patrimonium alienare, donando, vendendo, permutando, &c. nisi de illo partem ad suam congruam sustentationem sufficientem ni

reminar, aut reliqua dicturum; unde commode vocare queat: Et nunc, non ulli de Examine Episcopi, qui post diligens examen de fide claruerit, tuitori.

87 De parentella tribus confanguineis aliquid turgit Innocent. XII. *regula Cancell. num. 40. & 44.*

QUÆRES I.

An dici queat Ordinari Titulo patrimonii, qui patrimonium sibi constituit?

PRimum nonnulli, ut quantum fieri poterat, sibi sufficere putarent, ad Sacros Ordines conferendos, Cardinal. ad Otth. in Opusc. Petr. Gregor. tom. 2. cap. 8. num. 4. Gobat. tom. 2. cas. 6. num. 4. Reginald. lib. 24. num. 180. Rebuffus in Prax. tit. de patrim. num. 1. per Sacros Canones patrimonium per Episcopum constitutum, aut per testamentum relictum, aut per bona, quæ ordinandus ex successione, aut hereditate, aut donatione, aut alio titulo lucrifecit

80 Vel Hic amissi post Subdiaconatum susceptum, & sine culpa. Et hunc ad alios Ordines promoveri non posse, docet Castropal. *de Ord. p.9. n.4.* cum Suario; quia revera est sine patrimonio, quod Trid. expescit, ut quis ad Sacros Ordines promoveatur.

Rite autem plures graves Doctores putant in hoc casu dandum esse locum epikeiæ, & benignæ interpretationi: Nimirum, quod si Episcopus cognoscat, quod ille in Subdiaconatu remanens, cogeretur turpi quæstu victum quærere, aut mendicare: spes autem adesset, ut ad Sacerdotium promotus honestius sustentaretur; tunc posset cum eo dispensare. Ita Tamb. *de Ord. c.6 §4. n.29.* Art. à Spir. S. *de Ord. tr 9. disp. 4. num. 131.* cum Avila, & Henriq.

81 Dixi, *sine culpa*, quia sicut, ubi nulla est culpa, nulla debet esse pœna, & converse cui pœna correspondet pœna; & nemo debet reportare gaudium de sua culpa. Unde hic, si sua culpa patrimonium amisit, non potest licite ad reliquos Ordines promoveri.

82 Nec juvat dicere, quod tam facilus Sacerdos, si patrimonium sua culpa amittat, non prohibetur celebrare. Nam hoc falsum est ab Episcopo ab altari arcendus, donec de sufficienti patrimonio sibi provideat. Et ulterius est aperta disparitas; nam hic omnes Ordines sacros suscipere sine impedimento, & cum vero patrimonio. In casu autem susciperet cum impedimento, defectu patrimonii. Ita Tamb. *de orreg. lib 10. tr 4. c. 2c. n.4.*

DE DIMISSORIIS.

83 DImissorias suis subditis concedere possunt Episcopus, & Vicarius Generalis de ejus consensu.

84 Prælati Regulares, minime locales, sed qui auctoritatem habent quasi Episcopalem, pro Provinciales, Abbates, ut *in tom. 2. num 2.* eas concedere possunt suis subditis ad quemcunque Episcopum, *ex priv. legio Clem. VIII.* apud Dianam *p.3. tr.2. resp.9.* etiam Novitiis, Diana *eit. & n.4. tr.4. resp.7.* Art. à Spir. S. *de Ord. tr.9. disp.3. n 70.*

85 Cæteri inferiores Prælati etiam exempti non possunt suis subditis sæcularibus dimissorias concedere, nisi adsit consuetudo præscripta, aut priv. legium habeant.

86 Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius intra annum vacationis à morte Episcopi non potest licite dimissorias concedere sub pœna interdicti Ecclesiastici. Ipsi vero Ordinati, si in minoribus, privantur privilegio Clericali: si in majoribus, suspenduntur ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati. Nisi quis vigore alicujus beneficii recepit, aut recipiendi, ardatus fuerit ad Ordirem suscipiendum, in quantum sufficet obtinuerunt, vel vocati sunt ad obtinendum beneficium antenum Ordini, uti est Ecclesia Parochialis, Canonicatus, aut Capellania requirens Ordinem: hunc quidem potest Capitulum Sede vacante, & intra annum dimissorias concedere. Ita Trid. *sess.7 de ref. c. 10.* Annoautem viduitatis elapso, libere potest dimissorias concedere.

87 Dimissoriæ non expirant multo concedentis, vel eo ab officio cessante, nisi revocentur per successorem; quia est gratia facta, Leander *de Ord. tr.6. disp.10. q.12.*

88 Si quis sine dimissoriis proprii Prælati aliquem Ordinem sacrum suscipiat, Ordinans est suspensus ab Ordinum collatione per annum, & Ordinatus est suspensus à suscepti Ordinis executione ad arbitrium proprii Prælati. Idem die de subdito regulari in exire ad suum Prælatum regularem. Si vero sic Ordines minores susceperit, non incurrit suspensionem, nec si in eis ministret, irregularitatem *Ex Extravag. S. Pii V. cum ex sacrarum*; sed peccaret mortaliter, nisi Prælatus dictam susceptionem tatam haberet, Trid. *sess.23. de reform. c.8.*

QUÆRES I.

89 *Subditus Archiepiscopi Panormitani Missam existens requisivit dimissorias à proprio Prælato, quibus tamen confectis, antequam perveniret Missam, falsas fabricavit, & sic illarum susceptit Ordinem Sacrum, An sit suspensus?*

Resp. peccasse mortaliter tam ne fraudis, & gravi animi. Sed non est suspensus, Gobat cum Nav. *tom.1. de Ord tr.8 n.509.* Quia vere Ordinem suscepit cum dimissoriis veris.

QUÆRES II.

90 *Quis dolo & fictione proprium Episcopum decipiendo, ab eo obtinuit dimissorias, ut quartum fuit ordinatus in Sacris, An sit suspensus?*

Affirmant Suarez, Reginal. & alii apud Dianam *p. 5. tr.10. resp 55.* quia facit ea non extenditur ultra mentem concedentis; unde hic ordinatur sine licentia.

Resp. peccare mortaliter, sed non esse suspensum, quia licet dolo, & cum fictione obtinuerit, revera tamen ordinator cum dimissoriis veris.

Non obstat casus de n.64. de eo, qui ordinatur cum patrimonio fictio, quem suspensum esse diximus: quia in casu de patrimonio fictio se tenet ex parte patrimonii: ita ut nec sit verum, quod qui sic ordinatur, ordinetur cum patrimonio vero: in casu vero de dimissoriis, fictio se tenet ex parte modi obtinendi, minime ex parte dimissoriarum; ita ut verum sit, quod, qui sic ordinatur, ordinetur cum dimissoriis veris.

91 Quod si fictio, & falsitas se teneat ex parte dimissoriarum, quatenus quis eas falso fabricavit, eodem modo discurram, quod sic ordinatus, sit suspensus.

DE FURTIVE PROMOTO.

92 FUrtive promotus dicitur ille, qui sine scientia, ac voluntate Episcopi, sed potius contra ejus voluntatem, cum aliis Ordinandis se immiscet, & Ordinem suscipit, ut *in tom.1. de irregul.* ex delicto.

Hic suspenditur *cap.1. de eo qui furtive*, arbitrio Episcopi, pœnitentia imposita pro qualitate delicti.

93 Hæc pœna solet irregularitas vocari, at (ut notat Tamb.) hoc parum refert, quoniam sufficit scire, eam posse Episcopum tollere, tam pro suscepiorum Ordinum exercitio, quam pro ulterioribus suscipiendis.

94 Hic autem casus solet ab Episcopis reservari. Et est reservatus *in Disc. Panorm. sub n.7.*

DE ÆTATE ORDINANDI.

95 ÆTas non est computanda à die conceptionis, nec à die susceptionis baptismi, sed à die, & hora nativitatis: Nec requiritur ad valorem *ex n. 21.* sed ad licitam ordinationem, & ex jure Canonico.

QUÆRES I.

96 *An sufficiat, quod annus sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem?*

Sanchez, & Bonac. exposcunt unum diem, aut dimidium diei, Diana ait, sufficere unam horam.

Resp. sufficere, quod sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem, Leander *de Ord. tr.8. disp.6. qu.7.* Gob. *tom. 1. tr. 8 num.517.* & Ant. à Spir. S. *de Ord. tr.9. disp.4. sect.3.* cum juribus.

Quæ sententia est mihi certa; quia ex Trid. *sess.2 de refor. cap. 12.* habetur: *Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur.* Ex quo sic formo discursum: Illa ætas ad Subdiaconatus Ordinem licite suscipiendam requiritur, & sufficit, quia verificatur, quod in ea constitutus non promoveatur ad Subdiaconatum ante vigesimum secundum; sed ætas anni vigesimi secundi per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoatur est talis, ut in ea constitutus non promoveatur ad Subdiaconatum ante annum vigesimum secundum; igitur ætas anni vigesimi secundi per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoati, requiritur, & sufficit ad Subdiaconatus Ordinem licite suscipiendum. Qui enim est constitutus in medio quadrante anni 22. vere, & physice attingit annum 22. adeoque non potest dici ante annum 22.

QUÆRES II.

97 *An qui ætatem attingit horæ quartæ, vel quintæ Sabbati, possit mane ejusdem diei Ordinem Sacrum licite suscipere?*

Affirmant Leander *cit. q. 8.* Anton. à Spir. Sanct. *cit. n 87.* Diana *p.2. tr. 2. resp.29.* Quia in hoc casu vespera diei trahitur ad mane cum ex utroque fiat una dies. Unde mora continuatione, qui sic ordinatur, ordinari dicitur in anno 22. 23. aut 25. Ita illi.

Resp non posse, Villal. *de Ord.tr. 12.* & Navar. per oppositam rationem; nam sic mane non esset vere & physice constitutus in anno 22. sed per medium diem ante ann. 22. adeoque vere & physice diceretur promoveri ante annum 22. quod est contra Trid. Unde sententia affirmativa non est probabilis.

Gobat *cit. n.524.* ait, posse ex gravi causa præsentari, & anno 1673. suasisse cuidam, cui deerant octo horæ, & erat ardatus beneficio, & simul, innumeris corroborasse doctrina de annis bissextilibus.

QUÆRES III.

98 *Pena deficit unus aut alter dies, ut annum 22. attingat, & Subdiaconatum susceperit: quia tamen ex quinque annis, bissextilibus sue vite tempore decursis, sibi supersunt quinque dies, quibus non solum potest compensare duos dies defectus, sed etiam excedere ætatem debitam per tres dies, An possit deffectibus uti, & licite ordinem sacrum suscipere?*

Gnionem Pellizarii affirmantia, addens num. 533. ad 538. refert opinionem Pellizarii affirmantia, addens eam fuisse præsentatam Mantuæ. Insuper eam et consuluisse ex gravi necessitate, videlicet ex Sacerdotum penuria. Ratio est; quia anni 2 jure requisiti sunt anni ordinarii, & constant ex 305. annus autem bissextilis constat ex diebus 366. qui excessus unius diei est physicus, & realis; nam computatio duorum aferum pro uno mense Februarii est moralis, quatenus bis pronunciatur sexto Kalendas Martii: revera tamen sunt duo reales, & solares, continentes duas reales circulationes, singulas viginti quatuor horarum, & minutorum ter, ex quibus horis dies realis & naturalis constituitur, ita ut Februarius, qui alias annis communi dicit 28. anno bissextili con-

QUÆRES IV.

PRIMA TONSURA

110 Tonsura, seu corona fit per rationem capillorum, ad significandum, quod qui vult Deo servire, debet superfluitati terrenorum renunciare, quia Clericus sit hæres Dei. Fit vero in capite, ad significandum, quod Clericus habere debeat mentem elevatam ad Deum.

111 Per primam tonsuram quis fit Clericus capax Beneficii Ecclesiastici, & privilegiorum Clericalium.

112 In prima tonsura abscisio capillorum fiat loco materiæ; loco autem formæ sunt verba ab Episcopo, & ab ordinando simul prolata, *Dominus pars hæreditatis meæ, & pars mea Deus in æternum*: dixi, loco materiæ, & loco formæ, quia prima tonsura, cum non sit Ordo, non constat materia, & forma propriè dicta.

OSTIARIATUS

113 E *Si potestas, per quam ordinatus in Ostiarium potest recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesia, & eam custodire.*

114 Materia remota sunt claves Ecclesiæ; materia proxima est traditio, & acceptatio clavium. Forma sunt verba prolata ab Episcopo. *Sic age, quasi rationem Deo redditurus pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.*

115 Unde munus Ostiarii est aperire, & claudere januas Ecclesiæ, custodire ea, quæ in illa asservantur, pulsare campanas, recipere dignos, & excludere indignos, scilicet infideles, & eos, quibus non licet interesse factis. Quamvis autem Laici exerceant, quæ ad minores Ordines spectant, id tamen non agunt ex officio.

116 Ostiariatus fuit institutus à Christo, quando dixit: *Attollite portas, principes, vestras & elevamini portæ æternales*; & quando ementes ex vendentes ejecit de templo.

LECTORATUS

117 E *Si potestas, per quam ordinatus in Lectorem potest legere lectiones, & Prophetias.*

118 Materia remota est liber sacras lectiones, videlicet Epistolas, & Prophetias, continens, qui dicitur lectionarius; materia proxima est ejusdem libri traditio, & acceptatio. Forma sunt verba illa: *Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator.*

119 Unde munus Lectoris est annunciare populo verbum Dei, legendo ex libro, non prædicando, legendo scilicet Prophetias, sacras Scripturas, & Evangelium, sed extra Mulam, qui in hac est munus Diaconi. Item Lectoris munus est, catechumenos in fide erudire.

120 Ordo Lectoratus fuit institutus à Christo, quando in medio sectorum librum Isaiæ Prophetæ aperuit, & completa lectione prophetiæ clausit, & dedit ministro.

EXORCISTATUS

121 F *Si potestas, per quam ordinatus in exorcistam potest expellere diabolum, ne impediat aliquem à sumptione Eucharistiæ.*

122 Materia remota est liber exorcismorum; materia proxima ejusdem libri traditio, & acceptatio. Forma sunt verba illa: *Accipe, & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.*

123 Unde munus Exorcistæ est imponere manus super energumenos, & super illos legere exorcismos, ut à dæmonis obsessione liberentur.

124 Ordo Exorcistatus fuit institutus à Christo, quando tetigit aures surdi, & muti, dicens, *Ephphetha, quod est adaperire*; & quando de Maria Magdalena septem dæmonia ejecit.

ACOLYTATUS

125 F *Si potestas, per quam ordinatus in Acolytum potest accendere lumina, & portare urceolos cum vino, & aqua.*

126 Materia remota est duplex, una est candelabrum cum cereo extincto, & alia sunt urceoli vacui; materia proxima est horum traditio, & acceptatio. Forma pariter est duplex, una: *Accipe ceroferarium cum cereo, ut scias te ad accendenda Ecclesiæ lumina manicipatum in nomine Domini*: alia: *Accipe urceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine Domini*: in Acolytatu igitur sunt duæ materiæ, & duæ formæ partiales.

127 Unde munus Acolyti est ponere candelabra ad altare, candelas altaris accendere, urceolos cum vino, & aqua præparate, & Subdiacono porrigere.

128 Ordo Acolytatus fuit institutus à Christo, quando dixit: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.*

SUBDIACONATUS

129 F *Si potestas, per quam ordinatus in Subdiaconatum potest portare calicem cum vino ad altare, præparare necessaria ad Eucharistiam, & legere Epistolam.*

Materia remota est duplex partialis; prima est calix vacuus, & patena vacua, sine vino scilicet, & hostia; secunda est liber Epistolarum. Materia proxima est horum traditio, &

& acceptatio. Forma pariter partialis est duplex. Prima correspondens primæ materiæ sunt verba illa: *Vasorum, cujus ministerium vobis traditur: sciatis vos ordinatos, ut ita vos exhibeatis, quatenus Deo placere possitis*: ubi prioris verbi habent rationem forma, posteriora vero *ideoque, &c.* solum rationem monitionis. Secunda correspondens secundæ materiæ sunt verba illa: *Accipe librum Epistolarum, & hoc potestatem legendi eas in Ecclesia sanctis Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

130 Unde munus Subdiaconi est Diacono ministrare calicem, & patenam in usum sacrificii eidem offerre, panem consecrandum pro populo in altari ponere, Epistolam in Missa solemniter canere, Crucem in Processionibus gestare, pallas, altaria, & corporalia abluere.

131 Ordo Subdiaconatus fuit institutus à Christo, quando in Cœna linteo se præcinxit, & pedes discipulorum lavit.

DUBIA RESOLVUNTUR.

131 SI traditur calix sine patena, vel e converso, invalida est ordinatio.

133 Calix, & patera non consecrata sufficiunt ad valorem Ordinis, quia nullo jure præcipitur debere esse consecrata; idque est certum in Sacerdotio, quia hujus materia propria est hostia, & vinum, quæ sufficiunt ad valorem Ordinis, & solum propter congruentiam traduntur in calice, & patera, *n.* 176.

134 Traditio, quæ est materia proxima, tam in Subdiaconatu, quam in Diaconatu, & Sacerdotio, fieri debet ab ipso Episcopo ordinante sub pœna nullitatis; quæ invaliditas non apparet ita clare in minoribus Ordinibus, raro olim nec ab Episcopo, sed ab Archidiacono tradebatur materia Acolyto.

135 Ad valorem non sufficit contactus moralis materiæ, qualis est, si ordinatus aliquo gestu corporis, v. gr. manus extensione significaret se materiam, quam Episcopus offert, & tradit, acceptare, ut putant nonnulli; sed requiritur contactus physicus. Non est autem necesse, quod contactus sit magnus, aut diuturnus, sed sufficit levis, & brevis: imo sufficit, si una manu, aut digito tangas, licet enim humano modo exaudiri res sufficienter est, & dicitur tacta. Nec est necesse, quod contactus sit immediatus, sed sufficit mediatus, ut si tangas Calicem, & patenam velo coopertas, *cit. tom.* 1. de Sacram. de materia, & forma.

136 Demum non est necesse, ut contactus physicus materiæ fiat simul physice cum prolatione formæ; sed sufficit, si fiat simul moraliter, hoc est paulo ante, vel paulo post; unde mora, & distantia physica debet esse valde parva, ita ut verum moraliter sit dicere, quod dum Episcopus profert formam, ordinandus tangat materiam. Ratio autem est, quia Sacramentum cum sit compactum morale, & non physicum, non aliam partium, utempa materiæ, & formæ, simultatem exposcit, nisi moralem, qualis in actibus humanis requiritur, unde in Sacramentis tanta debet esse simultas materiæ, & formæ, ut secundum moralem hominum existimationem, spectata natura cujuslibet Sacramenti, una alteram afficiat, videlicet ut verba censeantur in talem rem cadere, & cum ea unum totale signum, & Sacramentum constituere.

137 Hinc in confectione Sacramenti Eucharistiæ materia debet esse physice præsens, quia hanc præsentiam significant pronomina demonstrativa formæ, *hoc, hic*: non ita est in Sacramento Ordinis; cujus autem est, ut saltem privisquam materiæ traditio finiatur, formæ prolatio incipiat, aut è converso, ut communiter Doctores docent de Baptismo.

138 Subdiaconatus ex vi Ordinis duas tubit obligationes, castitatem servandi, & horas canonicas recitandi.

139 Officium divinum recitari debet *attente, clare, & devote, ut in tom.* 1. de Horis Canonicis.

140 Præceptum incipit à puncto Ordinationis peractæ, seu impressionis characteris Subdiaconatus. Unde ordinatus post sextam, solas tres reliquas horas recitare tenetur, Gobat *tom.* 1. *tr.* 5. *n.* 562.

141 Qui mane ante Subdiaconatus susceptionem, aut professionis emissionem, Officium recitavit, non tenetur iterum postea recitare, Diana *p.* 8. *tr.* 7. *ref.* 38. cum aliis contra Bonac. quia potuit anticipate solvere. Quod si defecit, defectus fuit quoad modum, non quoad substantiam. Cæterum in materia justitiæ quis condemnabit anticipate solventem?

142 Religiosus, qui ex vi Regulæ tenetur ad castitatem, & ad horas Canonicas, si castitatem frangat, aut Officium omittat, non tenetur in confessione explicare circumstantiam Ordinis sacri, quia non mutat speciem, sed solum aggravat: ex Tridentino autem *sess.* 14. *cap.* 5. *& can.* 7. tenetur in Confessione aperire numerum peccatorum, & circumstantias mutantes speciem, minime circumstantias intra eadem speciem aggravantes.

143 Psalmi Pœnitentiales, quos Episcopus in ordinatione recitandos imponit ordinatis

in minoribus, Nocturnum Subdiacono, & Diacono, & tres Missæ Sacerdoti: non obligant sub mortali, quia ex nullo capite constat, quod imponantur in pœnitentiam, & ex præcepto, adeoque imponuntur in gratiarum actionem, & ex consilio.

144 Novitii Regulares ante professionem non possunt ordinari in sacris ad titulum paupertatis; secus facientes incurrunt in suspensionem.

145 Regulares invalida professione emissa ob metum, aut alium causam, ita ut libere, & licite redire possint ad sæculum, si ordinentur ad titulum paupertatis, duplicitèr peccant, & quia sine ullo titulo, & quia sine dimissoriis propriæ Episcopi ordinantur, & ex Pio V. sunt suspensi: inde evadunt irregulares, nisi in Ordine hic suscepto manserint.

146 Ejecti sunt perpetuo suspensi.

147 Subdiaconus, & Diaconus sole minister in mortali ministrantes. & sua munera exercentes, non peccant mortaliter sed venialiter; dicendum est de Clericis minorum Ordinum munera in mortali exercenti bus, quia in hujusmodi exercitio nec confertur, nec recipiunt Sacramentum, in solo aut in Sacramentorum confectione, & receptione facta in mortali fit Deo gravis injuria; & hac ratione Sacerdos mortaliter, & sacrilegium committit, si in mortali celebret; minime vero si in mortali benedictiones aquæ, salis, &c. etiam si hujusmodi benedictiones cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ fiant.

148 Item probabilius est, Sacerdotem non celebrare mortaliter, sed venialiter, si tali Eucharistiam tangat, & fidelibus porrigat, si irregularis.

149 Clericus autem violans censuram, hoc est, si cum sit excommunicatus ex communicatione major, vel suspensus, vel interdictus exerceat culpabiliter, solemniter, & ex officio Ordinum majorum, quos habet, si irregularis.

150 Dixi: culpabiliter; primo, quia si ignorans se esse excommunicatum, vel si id solus, ignores tamen violationi censuræ esse annexam irregularitatem, non evades irregularitatem.

151 Secundo, quia si ob vitandum scandalum, vel notabilem infamiam, cum excommunicatione Bullarum, aut Evangelium solemniter, vel celebres, non fies irregularis, quia actus proprius Subdiaconi cum manipulo, & actus proprius Diaconi cum stola exhibetur, minime sine illis.

155 Dixi demum: Ordinum majorum, quia propter eam rationem Clericus censuratus Ordinum minorum exercens non evadit irregularis.

156 Deinde clericus sub præcepto actus Ordinum majorum exerceat, novam irregularitatem non incurrit: sed torpes mortaliter peccat, usquequo à censura absolvatur, & super irregularitate dispensetur.

157 Irregularitas autem est impedimentum Canonicum, susceptionem Ordinum, & susceptorum usum impediens, non autem in ordine ad reliqua Sacramenta.

158 De Beneficiatis: *v. tom.* 3.

DIACONATUS

159 *EST potestas, per quam ordinatus in Diaconum potest proxime Sacerdoti in ministerio Altaris assistere, & Evangelium* [illegible] *impositio manus dexteræ facta ab Episcopo supra caput Ordinandi: se unda est habet Evangeliorum, ejusque traditio, & acceptatio.*

Formæ pariter est duplex partialis: prima correspondens primæ materiæ sunt verba: *Accipe vim ad resistendum diabolo, & tentationibus ejus in nomine Domini*: secunda correspondens secundæ ma-

materia sunt verba illa: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

161 Unde munera Diaconi sunt quinque. Primum, Presbytero sacrificanti proxime assistere.

Secundum, Evangelium in Missa solemniter legere.

Tertium, in absentia Episcopi, aut Presbyteri, vel de eorum licentia solemniter baptizare.

Quartum, de Episcopi licentia populo prædicare.

Quintum, in absentia, aut ex commissione Sacerdotis, & urgente necessitate, Eucharistiam ministrare. Communionis enim minister est solus Sacerdos, sed ex commissione ipsius, urgente aliqua causa, & semper quando initiat mors alicujus. Diaconi munus est Eucharistiam ministrare, Sacerdote tamen deficiente.

162 Diaconus potest deferre pyxidem, in qua sunt particulæ consecratæ, de uno in aliud altare, & tangere vas, in quo est Corpus Christi contentum; liquet ex praxi, qua in expositione, & processione Sanctissimi, Diaconus Lunulam, in qua est Eucharistia, e sacrario educit, intra sphæram adaptat, Sacerdoti porrigit, & iterum reponit.

163 Conveniens est, ut, à Diacono purificatoria, & similia in prima lotione intra sacrarium mittenda laventur; qua habita, licite possunt Laici, & mulieres, ac præsertim sacræ virgines ea melius tangere: cæterum si prima lotio fiat à Laicis, certum est non esse mortale, si non adsit contemptus, sed solum veniale.

164 Ordo Diaconatus fuit institutus a Christo, quando in Cœna Corpus, & Sanguinem suum dispensavit discipulis: & completerie, quando post Cœnam fues Apostolos dormientes excitavit dicens: *Vigilate, & orate.*

165 Pro materia si non tradatur liber Missalis, sed aljus Evangelia sontinens, pura tota sacra Scriptura, aut solum testamentum novum, valida est ordinatio: invalida tamen est, si tradatur liber, in quo non sint Evangelia, v. g. solum testamentum vetus.

166 Dices: In primordio Ecclesiæ erat ordo Diaconatus, & Apostoli ordinabant Diaconos, & tamen non erat liber Evangeliorum, & Epistolarum: ergo liber Evangeliorum non est pars essentialis, & materia Diaconatus, sed solum cæremonia accidentalis: antecedens est certum, consequentia sequitur, quia cum Sacramentum Ordinis sit institutum à Christo, etiam ejus partes essentiales fuerunt institutæ à Christo, adeoque Ecclesia non habet potestatem eas quoad substantiam mutandi.

Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam; ad cujus probationem dico, quod Christus materias, & formas Sacramenti Ordinis instituit non tam omnimoda determinatione, sed eas instituit velut in genere, & relinquit in specie determinandas ab Ecclesia: Christus, inquam, instituit in materiam Ordinis, positionem alicujus rei sensibilis, & in formam verba apta ad exprimendam potestatem Ordinis, qui conferitur; speciem autem eius rei & hgni determinationem reliquit Ecclesiæ. In primordio autem Ecclesiæ materia Diaconatus fuit impositio manus super caput Ordinandi, quæ impositio in ordinatione Diaconi ortum habuit ab Apostolis; postea pro Græcis fuit ab Ecclesia determinata impositio manuum, tam in ordinatione Diaconi, quam Subdiaconi, & Sacerdotis; pro Latinis vero fuerunt determinata peculiaria instrumenta, & eorum traditio, quod instrumentum in ordinatione Diaconi fuit liber Evangeliorum additus pro materia impositioni manus. Nec officit, quod Apostoli in ordinatione Diaconi nli sint sola manuum impositione, quia non determinaverint in Ecclesia servandum illud signum visibile, quo ipsi usi sunt, sed id fuit relictum arbitrio Ecclesiæ, quæ proinde potuit aliquando adjungere Evangeliorum: utpote magis apte & clare exprimentem potestatem Diaconi, adeoque Ecclesia non dicitur mutasse, & variasse materiam à Christo institutam; sed determinasse in specie materiam à Christo in genere designatam: *v. tom. 1. de Sacr. in gen. de materia, & forma.*

PRESBYTERATUS

167 *Est potestas, per quam ordinatus in Presbyterum potest consecrare Corpus, Sanguinem Christi, & ministrare peccata fidelibus.*

168 Materia est duplex partialis. Prima est calix cum vino, & patena cum hostia, quæ sunt materia remota: eorumque traditio, & accentatio, materia proxima.

Secunda est ultima impositio manuum facta ab Episcopo supra caput Sacerdotis. Manus est materia remota, impositio proxima.

Dixi: ultima impositio, quia in ordinatione Sacerdotis præcedit alia impositio manum facta ab Episcopo, & aliis reibus Sacerdotibus ordinationi assistentibus, sicut etiam

etiam præsentes alias cæremonias, nempe impositio stolarum Sacerdotalium, facta unctio manuum, quæ sunt de solemnitate, non de substantia Ordinis.

169 Potestas prima est duplex partialis. Prima potestas materiæ correspondens sunt verba illa: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missamque celebrandi tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

Secunda potestas materiæ correspondens sunt verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.*

170 Ordinatus in Presbyterum duas accipit potestates: primam in Corpus Christi physicum, in ordine ad conficiendum Corpus & Sanguinem Christi; secundam in Corpus Christi mysticum, videlicet erga fideles, quos absolvendi. Et utraque dicitur potestas Ordinis.

Duos munera principalia, & propria Sacerdotis sunt duo, nempe Missam celebrare consecrando Corpus, & Sanguinem Christi, & a peccatis absolvere: hæc tamen secundum munus ita se habet, ut non omnis Sacerdos possit a peccatis absolvere, sed ultra potestatem sufficientem in ordinatione collatam, ex [illegible] quam habet, requiritur alia, vel ordinarium, ut fiat factus Episcopus, aut Parochus: vel delegatum ab Ordinario supra fideles, ut ait, si quis absolvat cum sola potestate Ordinis, sine potestate jurisdictionis, invalide absolvat.

171 Imo simplex Sacerdos non [illegible] absolvere, nedum a mortalibus, sed neque a venialibus, ex Decreto Innoc. XI. 12. Febr. 1679. ut *in sum.* 1. *de Indulg.* nisi in [illegible] moris, in quo quilibet simplex Sacerdos, etiam excommunicatus, suspensus, irregularis, & degradatus, imo hæreticus, dotesi quoslibet pœnitentes absolvere à quibuslvis peccatis, & censuris quomodolibet reservatis, quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Ecclesia dat jurisdictionem, ex Trident. *sess.* 14. *c.* 7. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 1. *num.* 20.

172 Probabilius tamen est, quod non possit præsente Sacerdote approbato; quia licet nullus infirmus possit accipere alia Sacramenta à Sacerdote alieno, nisi in defectum proprii, nia nec Sacramentum Pœnitentiæ: hinc antiqui Canones exprimebant hanc conditionem heri in defectum Sacerdotis approbati, *c. Aurelius, cap. Presbyteris, & cap. sum. quæst.* 6. & Trid. licet non exprimat, satis innuit in his verbis: *Ne ipsa occasione aliquis pereat*, quod periculum non est timere

Sacerdote approbato. Similiter non potest hic ritus practicari Catholicus, nec excommunicatus publicus non excommunicato.

Semper autem Sacerdos non debet esse in hac re scrupulosus; unde in dubio, an aliquis adsit Sacerdos approbatus, debet abstinere, ne periculo infirmum exponat.

173 A his tribus munera Sacerdotis, videlicet baptizare, benedictionem facere aquæ, & similium, prædicare, &c.

174 Ordo Presbyteratus fuit institutus à Christo, quando post Cœnam panem, & vinum convertit in sacrum Corpus, & Sanguinem, dicens Apostolis: *Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum, & quando post Resurrectionem dixit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.*

DUBIA RESOLVUNTUR.

175 VAlida est ordinatio. 1. Si Ordinandus tangat Calicem, & patenam, ubi est hostia, non vero immediate ipsam hostiam, satis namque dicitur tangere, & accepisse hostiam, dum tangit, & acceptat vas, in quo est hostia; hinc non tangitur vinum, sed calix, in quo est vinum.

176 2. Si tradatur hostia immediate in manus Sacerdotis, vel si tradatur hostia & vinum simul immixta in Calice, quia de essentia Ordinis Sacerdotii est illarum habitantiarum traditio, & solum per congruentiam, & ex præcepto tradunrur in Calice, & patena *n.* 134.

177 3. Valida est ordinatio, si tangatur Calix, in quo est vinum, cui sit superimposita patena cum hostia, absque eo quod immediate tangatur ipsa patena, quia calix, & patena ei superimposita videntur facere unum, non minus ac vinum cum calice; ex præcepto tamen, tam calix, quàm patena sunt tangenda.

178 4. Valida est ordinatio, si tradatur vinum sine aqua, quia aqua solum ex præcepto requiritur.

179 Item si aqua sit tanta quantitate vino immixta, ut remaneat denominatio vini, valida est ordinatio; secus si sit tanta, ut non remaneat denominatio vini; in qua re attendenda est non antem quantitas aquæ, sed etiam qualitas, & generalitas vini.

180 Demum invalida est ordinatio, si tradatur solus calix cum vino, vel sola patena cum hostia; sed tradi debet utraque species.

181 Sacerdos ante ultimam manuum impositionem, per quam accipitur potestas absolvendi

solvendi, sed pœnæ cultum, & pœnæ tradi-
tionem, ejusque finem proximum & conse-
cutum, videlicet immolandi Corpus, & Sanguinem Christi, quæ per hujusmodi traditionem, seu est vera Sacrificii, & completa est, et consummata potestas consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi, & de illo in Missa Ordinandi, cum dicit Episcopus accipite potestatem offerendi sacrificium, vobisque celebrandi Missas tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini. Amen.

194 Hæc autem duo præcipua, videlicet, & formam, quæ in verbis consecrationis sunt, & ablationis, quæ in sumptione consistit, ut patet ex Concilio Florentino, & Trid. sess. 22. c. 1. & can. 1. licet Sacerdotes ad hoc ut valide Missam celebrent, non teneantur communicare.

195 Hæc licet quod ad substantiam materiæ, & formæ, semper sint necessaria, ad valorem, & veritatem sacramenti, consecrationis, & Corporis Christi, ut supponitur ex dictis, tamen ad hoc ut Sacramentum valide conficiatur, non semper sunt necessaria, ut patet in Corpore Christi, quod in pyxide, vel alio vase præparato continetur in Corpore Christi, existente per totum materiæ, & formæ, extra, & prope illud, non requiruntur verba consecrationis, & ablutionis, nec requiruntur formalis potestas in Corpore Christi mystico.

Ratio est, quia per præsentiam substantialem completam realitatem Christus præsens in Corpore Christi præsentat, unde ante omnem ingestionem est vere Sacrificium, & oblatio in ipso Ordinatorum collata. Dicit autem, per præsentiam Christi, & Corporis Christi supplendo defectum materiæ, & formæ.

Non sic in aliis Ordinibus, in quibus semper una materia & forma deputata ab ista, et non pacto Deus voluit hanc illam materiam & formam conficere.

196 Igitur pro valida consecratione corporis Christi requiritur materia, & forma; materia per se, & immediate consecrata debet esse panis triticeus, & aqua naturalis admixta, vel vinum, quod aqua naturali sit mixtum; forma vero sunt verba Christi, quæ per hujusmodi materiam, seu est vera Sacrificii, & completa est, et consummata potestas consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi, & de illo in Missa Ordinandi, cum dicit Episcopus accipite potestatem offerendi sacrificium, vobisque celebrandi Missas tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini. Amen.

197 Hostia, cui est admixtum hordeum, est valida materia consecrationis, si non sit tantum, ut sit mutata substantia panis triticei, sed triticum prædominetur.

198 Esto ad valorem Sacramenti sufficiat, si hujusmodi panis triticeus sit azymus, vel fermentatus; ex præcepto autem, & sub mortali in suis Ecclesiis Latini in azymo, & Græci in fermentato tenentur conficere, nec excusat necessitas, v. g. dandi viaticum: *v. to.* 1. de Sacr. de materia, & forma.

CAPUT II.

De Sacrificio Sanctæ Missæ.

Quid sit Missa, & Author ejus.

MISSA

197 Est [illegible] consecrationis [illegible] panis, & vini, ac [illegible] Christi, [illegible] Sacrificium, [illegible] Christi, [illegible] Ecclesia, [illegible] Corpus Christi [illegible] Sacramentum, [illegible] Corpus Christi [illegible] Corpus Christi [illegible] Corpus Christi

Si autem valde probabiliter dubitet, se aliquid essentiale omisisse, formam saltem sub fa[illegible] conditione repetat: si tamen non est de [illegible] Sacramento, non teneatur, seu praecedat ulterius. Ita ibi.

INTENTIO.

206 *Ut est voluntas aliquid agendi, cujus gratia cætera fiunt*, est quadruplex, actualis, virtualis, habitualis, & interpretativa.

207 Actualis est, *qua quis actu intendit aliquid facere*: estque duplex, directa scilicet, & reflexa. Directa est, qua quis advertens, quid faciat, volens aliud agit; sed non advertit prius alium actum reflexum [illegible] habere. Reflexa est, qui dum advertens, & volens quod agit, per aliam cognitionem reflectit se advertere, & velle quod agit.

208 Virtualis *est intentio actualis præterita, non retractata, virtualiter permanens in aliquo opere, quod remanet in homine, & influat in opus*, v. g. heri proposui ire Neapolim, hodie autem nil cogitans inquiro media, & navim ascendo; in quo casu dicor habere intentionem virtualem, in quantum intentio actualis præterita in me reliquit quid unum, per quod moveor ad media applicanda, quæ ad finem heri propositum, & nunc non cogitatum conducunt: & in proposito, si mane in cella habeo intentionem actualem celebrandi, & confitendi corpus, & sanguinem Christi, hunc nil amplius de celebratione cogitans accedo ad sacrificium, & postquam ibi plures Sacerdotes celebraturos expectavi, adhuc nil cogitans celebro: dicor celebrare cum intentione virtuali, quatenus actio, & expectatio media est in virtute intentionis actualis præteritæ, ex vi cujus tandem virtualiter moveor ad celebrandum.

209 Habitualis *est habitus, & usus ex præteritis intentionibus genitus*; ut si quis ad celebrandum accederet nulla intentione prærulla, sed per simplicem usum.

210 Interpretativa, quæ etiam indirecta dicitur, *est, qua quis vult aliquid non in se, sed tantum in causa*; ut si quis furens se in ebrietate esse fuit tum occidere homines, velit ebrietatem, tunc homicidium sequens dicitur interpretative, ac indirecte volitum, & intentum.

211 Ad valide, & licite confitendum sufficit intentio actualis, aut virtualis: non sufficit autem habitualis, aut interpretativa, quia confessatio fieri debet modo rationali, & humano, minime modo brutali; actio autem per intentionem habitualem, aut interpretativam facta, non est in se libera; sed sic posset fieri ab amente, vel ebrio.

Intentio actualis est melior, sed non necessaria.

212 Pro intentione virtuali est attendendum, ut intentio actualis præterita non sit retractata, aut moraliter interrupta: non esset moraliter interrupta, si habita priori intentione celebrandi, ad sacrificium pergens ab illa intentione distractus, & ob supervenientem causam per breve spatium inter divertas; tunc enim præfata interruptio physica non conferetur interruptio moralis; secus, si è Conventu exires ad litigium perficiendum, &c. tunc utique rediens non diceretur celebrare ex vi intentionis præteritæ virtualiter permanentis, sed forte solum ex vi intentionis actualis directæ, vel exercitæ, quam homines communiter in operationibus liberis solent habere.

213 Unde ad tollendos scrupulos est attendenda distinctio intentionis actualis directæ, & reflexæ: multi namque scrupulosi sæpe existimant intentionem actualem non habuisse, quia non habuerint actualem reflexam, cum revera actualem directam habuerint, quam quidem (ut dixi) communiter in nostris operationibus liberis habemus: dum enim libere lego, habeo intentionem, & voluerat legendi, esto alio actu reflexo hujusmodi intentionem, & voluntatem non agnoscam.

Hinc Tamburinus inquit, vix moraliter fieri posse, ut aliquando non adsit intentio actualis confitendi: quando enim Sacerdos in domo Patris Missam celebrare: quando in Missa dicit: *Fiat sacrificium nostrum, ut placeat tibi*: item: *Ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi Filii tui*: imo & quando actu confitetur, verba proferens, actionesque sacras exhibens, quid aliud facit, nisi talrem in actu exercito confitendi intendere? Hæc ille.

DE MATERIA, SUPRA QUAM CADERE DEBET INTENTIO.

214 SAcerdos, si acceptis pluribus hostiis confitendis, quando venit ad actum confitentionis, non advertit, nisi ad unam quam habet in manu, & supra eam verba profert, omnes confitetur ratione intentionis virtualis.

215 Si habens intentionem limitatam confitendi decem hostias, nec plures, nec pauciores, post confitentionem vero inveniat fuisse undecim, aut novem, nullam confitetur, quia intentio fuit taxativa, & exclusiva numeri majoris & minoris numero dentio.

216 Si habuit intentionem limitatam confitendi decem, sed non exclusivam numeri minoris: tunc si inventæ fuerint undecim, nulla

nulla erit confitrata: si vero novem, omnes erunt confitratæ. Ratio est, quia numerus novem includitur in numero denario; non sic numerus undenarius.

217 Intendens unam partem, v. g. mediam partem hostiæ non designatam confitrare, nil confitrat, quia in nil determinate fertur intentio; si vero determinate, v. g. mediam partem dexteram hostiæ confitrare intendat, sacrilege, sed valide eam solam partem confitrat, quia est pars determinata.

218 Intentio autem prudentis, & docti Sacerdotis non debet esse limitata, sed esse debet ad omnem materiam sibi præsentem.

219 Hinc Sacerdos nesciens numerum hostiarum, imo putans esse decem, esto postea inveneris undecim, aut novem, omnes confitravit, si habuit intentionem omnes præsentes confitrandi, ut de prudente Sacerdote præsumitur: quia (ait Tamb.) ignorantia, aut error intellectus non obstat intentioni practicæ volenti omnes præsentes, & sibi in confuso cognitas, confitrare.

220 Hac ratione, quando Sacerdos unam hostiam præparavit, & Sacrista vero, Sacerdote inscio, mutatur illa, & ponitur alia; aut quando putans se tenere unam hostiam, post confitrationem invenerit fuisse duas simul junctas, rite, & valide eas confitravit, quia in his casibus alia hostia est in confuso cognita, & prout de cadit sub prudenti intentione confitrandi ictam materiam præsentem.

225 Secus autem est, si particula esset prorsus ignota, uti esset, si Sacrista, inscio Sacerdote, posuisset supra corporale & altare sacratum particulam, & Sacerdos non adverteret, eam non remanere confitratam, docet probabilior sententia contra Dianam, quia voluntas non fertur in prorsus incognitum; unde intentio quantumvis prudens non extenditur ad formulam prorsus ignotam.

222 Si per aliquos incursum misceantur formulæ confitratæ cum non confitratis, confitretur totus cumulus, cum intentione confitrandi illas, quæ confitratæ non sunt; ut enim intentio determinate feratur in materiam, non requiritur distincta ejusdem materiæ cognitio, sed sufficit confusa; aliquin in pyxide plena formulis, cum non omnes cognoscantur distincte, vana esset confitratio; quod est contra praxim fidelium.

DE PARTICULIS EXTRA CORPORALE.

223 SAcerdos celebraturus habuit in sacristia intentionem confitrandi particulas, sed minister eas in pyxide posuit supra altare, minime supra aram confitratam: Sacerdos autem confitravit hostiam majorem, absque ulla particularum memoria: quæritur, an fuerint confitratæ?

Respondetur tripliciter distinguendo casum; vel enim primo, pyxis fuit posita supra aram, & supra corporale; vel ademum extra eam, & corporale in cornu; vel demum tertio, supra corporale, sed extra aram, quatenus corporale fuisset plus se extendere, quam ara.

In primo casu, esse confitratas, certum est *ex n.* 217. Idque verum, etiam si Sacerdos non aperuerit pyxidem, quando verba protulit, quoniam non est opus ut videatur materia, sed sufficit, quod sit præsens, & demonstrabilis per pronomen *hæc*, uti est materia clausa in pyxide, & qualis non est, si sit clausa in tabernaculo, vel post parietem. & hac ratione à Sacerdote proferente verba non est necesse, ut videatur vinum.

In secundo casu dico, eas particulas non esse confitratas, quia confitrare extra aram, & corporale, est peccatum, esto valida sit confitratio; adeoque cum omnes Sacerdos præsumendus sit habere intentionem rite, & sine peccato confitrandi, præsumitur noluisse in recensito fine confitrare.

In tertio casu difficultas est, an confitrare hostias supra corporale, sed extra aram confitratam, vel e converso, sit peccatum; & quia communior sententia docet, esse peccatum, idem dicendum est hujusmodi particulas non esse confitratas.

Quia autem in secundo, & tertio casu, res est dubia, idco hujusmodi particulæ non sunt abjiciendæ, sed ab eodem Sacerdote post sumptum calicem sumendæ, vel ab alio in alia Missa confitrandæ.

Si hujusmodi autem Sacerdos fuerit solitus particulas extra aram & corporale positas confitrare, putans ex invincibili ignorantia id rite fieri, tunc esset confitratæ, nam etiam si advertisset, confitrasset; & cum ex bona fide mala adsit peccatum, non habet locum recensita præsumptio.

224 Quia vero ara lapidea sæpe est ligno circumdata, curare debet Sacerdos, ut major pars calicis & pateræ sit supra lapidem: id tamen non est scrupulose curandum. Similiter pyxis particulas continens debet esse supra aram à latere, vel post calicem, non tantum tempore confitrationis, verum etiam usque ad Sacerdotis communionem inclusive, quoniam particulæ ad idem sacrificium pertinent & proinde ligna, & orationes supra eas, non debent omitti. Quod si ratione post

confectionem Sacerdos, retenta hostia grandiori, pyxidem intra tabernaculum includat aut alio Sacerdoti in alio Altari communicaturo consignet, eum non peccare mortaliter docet Tamb. imo nec venialiter, si adsit necessitas communicandi populum; quia per hostiam grandem perfecte sacrificium consummatur.

225 Demum si particulæ pro communicando populo Sacerdoti dentur post oblationem, imo ante præfationem, licite eas consecrari posse suppleta oblatione mentali, docet Dian.

IN DUBIO HOSTIÆ CONSECRATÆ.

226 Gavantus in Epitome *par. 1. tit. 7.* habet *In casu dubio hostiæ consecratæ, quæ reperitur apud veneficum, seu sacrilegum, aut circa Altare, ubi proxime fuit celebratum, aut quando particula patenæ parti posteriori ita fixe hæret, ut subesse suspicio, de consecratis in præcedenti Missa partículis eam unctio esse posse, in his casibus nulla solemnitas est adhibenda luminarium, sed ejusmodi hostia adoranda est sub conditione, reservanda, & sumenda in aliqua Missa ante calicis ablutionem: quod si fuerit sumpta, ut nauseam parvat, servanda est decenter, donec corrumpantur species, & comburantur.*

DE GUTTIS VINI DISCONTINUIS.

227 Probabilius est cum Suario contra Bonacinam, guttas existentes intra calicem discontinuas non esse consecratas, quia intentio legitima Sacerdotis ferrur quidem (ut vult Bonacina) in materiam existentem in calice demonstrabilem per pronomen, *hic*, sed in materiam continuam, non discontinuam.

228 Non peccat autem Sacerdos, si ante consecrationem prædictas guttas non allergat; obligamur enim in his ministeriis nos gerere humano, & non scrupuloso modo; adeoque non est curanda metaphyce vini continuatio sed continentia ejusdem in vase, cum animo consecrandi juxta intentionem Ecclesiæ.

Verum tamen est, post consecrationem has guttas non esse abstergendas, atque propter opinionem probabilem, quod sint consecratæ, utpote sortis præsentes, & demonstrabiles per pronomen, *hic*.

DE PARTIBUS SACRIFICII MISSÆ.

229 Missa dividitur in quatuor partes. Prima pertinet ad populi instructionem, & dispositionem ad sacrificium. Secunda ad materiæ oblationem, & ad specialem ipsius Sacerdotis, & populi præparationem ad sacrificium. Tertia ad consecrationem, & consummationem, in qua parte sacrificium perficitur, offertur, & consummatur. Quarta ad gratiarum actionem. Prima pars incipit ab Introitu usque ad Offertorium: secunda ab Offertorio ad Canonem: tertia à Canone usque ad communionem. Canon autem incipit à *Te igitur* usque ad communionem inclusive: quarta demum pars à post communione usque ad finem.

DE EFFECTIBUS SACRIFICII MISSÆ.

230 Effectus sacrificii triplex est, videlicet impetratorius, impetratorius, & satisfactorius. Meritorius, quia illi, qui offerunt, & pro quibus offertur, merentur gratiæ augmentum, aut auxilia ad actus virtutum. Impetratorius, quia eidem per Missam impetrant à Deo bona spiritualia, & temporalia. Satisfactorius, quia satisfaciunt pro pœna temporali in hac, aut in alia vita ipsorum peccatis debita.

231 Et quamvis dignitas operantis valde conferat ad hujusmodi fructus, hi tamen principaliter considerantur ex opere operato, qualenus habentur ex virtute Christi, qui est principalis in hoc sacrificio.

232 Certum tamen est, valorem Missæ non esse infinitum respectu unius personæ, ita ut una Missa uni applicata tollat omnem aliam: hinc ante plures applicantur pro eodem.

233 Difficultas autem est, an valor, seu fructus satisfactorius Missæ, qui habetur ex opere operato, sit infinitus respectu plurium?

234 Prima sententia docet, esse infinitum extensive, ita ut una Missa applicata pluribus, tantum utilitatis profit, ac si nulli alteri applicaretur. Cujus ratio est desumpta, primo, ex parte rei oblatæ, quæ est infinita, nempe Christus. Secundo, ex parte principalis officientis, qui est ipsemet Christus. Tertio, ex praxi, & ritu Ecclesiæ, quo Sacerdotes in Memento vivorum, & mortuorum possint plures nullo præscripto termino commemorare ad hujus sacrificii fructum participandum. Ita Cajetanus, Valquez, Pontius, & alii nonnulli.

Hinc fiunt hæc sententia de valore in actu fructu infinito, asserit Marchinus, quod licet ob Decreta Sacræ Congregationis non possit unica Missa satisfieri pluribus obligationibus justitiæ, possit tamen satisfieri uni titulo justitiæ, seu ex stipendio, alteri vero alio titulo, qui non ut justitiæ, v. g. charitatis, liberalitatis, &c.

235 Secunda sententia docet esse extensive finitum, limitatum, & determinatum juxta dispositionem Sapientiæ divinæ, & Christi institutionem, ita ut valor unius Missæ applicatæ pluribus, non æque profit singulis, ac si, si esset applicata pro uno, sed distribuatur per partes inter illos; cujus ratio practica est, quia alias quilibet Sacerdos unica Missa posset satisfacere pluribus obligationibus; imo pluribus stipendiis acceptis, posset pro omnibus unica Missa satisfacere; quod est contra praxim Ecclesiæ, qua multæ singulares Missæ pro singularibus personis offeruntur. Nec Summi Pontifices contra hujusmodi portor Bullas tam rigorose procederent. Ita Scotus quodlib. 20. Divus Bonaventura, & alii; quorum ratio à priori est, quia oblatio hujus sacrificii non est meritoria, & satisfactoria, ut sit à Christo, cum Christus nunc non mereatur, nec satisfaciat: sed quatenus ex institutione Christi habet annexas satisfactiones præteritas ipsius Christi; congruum autem fuit, ut hæc annexio fieret modo finito, ut saepius à Sacerdotibus frequentaretur; aliquin irritaliter Capellanię in animarum commodum multiplicarentur, cum una Missa sufficeret pro omnibus vivis, atque defunctis.

FRUCTUS.

236 Seu valor Missæ, tres habet partes, generalem, specialem, seu mediam, & specialissimam.

Pars generalis competit Summo Pontifici, Episcopo, & omnibus fidelibus, ex influxu Ecclesiæ; & hæc pars fructus non diminuitur singulis ex consortio aliorum, quia dependet ex institutione Christi, & Ecclesiæ; unde non potest pro illa stipendium accipi. Pars specialis, seu media, competit illi fideli, pro quo Missa à Sacerdote applicatur; & hinc fructum medium esse finitum superius diximus; huneque fructum medium Sacerdos applicat quando Missam alicui ex stipendio, vel liberalitate applicat.

Pars specialissima fructus competit ipsi Sacerdoti, & dicitur fructus personalis, quem non potest alteri applicari, docet Martinus cum multis, contra Molphetum, & alios.

237 Sacerdos non potest duplicatum stipendium accipere pro eadem Missa, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus sibi correspondentem, quia fructus specialissimus est fructus ex opere operato, & personalis, ex institutione Christi, adeoque inapplicabilis alteri; quod satis constat ex Decr. Alex. VII. & Urb. VIII. declarantium teneri ad restitutionem eum, qui unica Missa satisfecit pro duplici stipendio: *v. tom. 1. prop. 8. ab Alex. VII. damn. Scotus quodlib. 20. Jus. B. & X.*

APPLICATIO.

238 Seu intentio applicativa, non est necessaria, ut sit actualis, vel virtualis, ut in Sacramenti confessione; sed sufficit habitualis, hoc est, voluntas præterita nondum retractata. Ratio disparitatis est, quia applicatio sacrificii non est intentio faciendi talem actum, quæ proinde influere debet, & movere in actum; sed est donatio, & transatio fructus, qui percipiunt ex tali actu; quæ quidem est valida, & efficax, quamdiu retractata non fuerit, & præterea fuerit, quod sit habitualis; intentio autem conficiendi Sacramentum, & consecrandi, est voluntas faciendi talem actum, quæ proinde debet influere, & movere in actum, adeoque actualiter, aut virtualiter permanere usque ad actum.

239 Sacerdos munus est sacrificium Missæ applicare; imo Sacerdos applicationem valere contra applicationem, & præceptum Superioris, docet probabilior sententia cum Scoto, Mairio, Lugo, & innumerabilis contra Dianam, & nonnullos aliorum, valere applicationem Superioris contra Sacerdotis applicationem: ratio autem est; quia Sacerdos, & non Prælatus, est minister, & dispensator hujus sacrificii.

Verum tamen est, Sacerdotem contra præceptum Superioris applicantem peccare contra obedientiam, imo etiam contra justitiam, cum defraudet intentionem ejus, qui dedit stipendium Prælato, à quo sustentatur.

240 Missa applicari potest. 1. Pro infidelibus, nempe pro Turca, & Catechumeno, accepto integro stipendio, quia illi potest quoad fructum impetrationis, licet non satisfactionis. 2. Ait Tamb. quod Sacerdos ut persona privata possit applicare pro excommunicatis non toleratis, & pro illis sola mente orante, nimirum ut persona publica nomine Christi, & Ecclesiæ; quia Ecclesia eos solum privat suffragiis communibus, hoc est, publicis. At negat Faber cum aliis. Pro tolleratis vero an possit, ut persona publica, negat Bonac. concedit de Lugo. 3. Accepto integro stipendio applicari potest pro existentibus in mortali, quia eis prodest quoad fructum impetrationis, ad quem solum præsumimur habere consensum implicitum.

241 Missa nulli nec ante, nec in ipsa consecratione applicata, non potest alicui posita applicari, quia fructus Missæ non suspen-

dit ur; sed cautatur, quando Missa cantata. Unde non potest pro Missa praetenta stipendium accipi. Nec potest Missa applicari pro eo, qui primis est datorus stipendium; quia pro fructu latis ficiens recuperitur indigene a celualis, nec fit solutio pro ...cena jam non debetur & licet fructus impetrationis possit esse pro beneficio, & aut o futuro, non proinde potest Sacerdos hunc fructum applicare pro eo, qui primus stipendium dederit, quia fideles praesumuntur in gratia, adeoque utrumque fructum percipere velle; supplicatio tamen sub conditione jam impleta valet.

241 Missa, si non applicetur, vel applicetur incapaci fructus, manet in thesauro Ecclesiae, vel cedit ipsi Sacerdoti, vel illis, pro quibus tenetur specialiter offerre, quia ita implicite intendisse creditur, Busemb.

242 Missa de festo duplici celebrata sive ex obligatione, sive ex devotione in Altari, perpetuo, aut ad tempus privilegiato pro defunctis, suffragatur animabus eorum Requiem, & juxta formam Brevis ... Clem. IX. die 23. Sept. 1669. & n. 243.

QUÆRES I.

243 *An die defunctorum possit Sacerdos applicare Missam pro particulari defuncto?*

Affirmat Tamb. *in Method. celebr. Miss. lib. 3. c. 3 §. 1. n. 9.* quia oratio non est imponendum, nisi clare de ea constet. Concedit tamen quod possit applicare pro omnibus, sed ad id non teneri.

Negant Franc. Sellius, & Gavantus ex consuetudine universali Sacerdotum applicantium eo die pro omnibus, particularibus obligationibus postpositis, intra intentionem Ecclesiae, quae eo die praefert bit in Missa orationem generalem; quae consuetudo & intentio est communiter recepta tanquam obligatoria, & praevalet intentioni particulari cedatoris.

Ratio, quae me movet, est, quia si talis consuetudo, & intentio Ecclesiae non esset obligatoria, Sacerdos eo die acceptans stipendium manuale à petente Missam pro particulari defuncto, non posset ex sua libertate applicare pro omnibus, sed peccaret mortaliter sic applicando; quod opinio opposita non concedat, eam dicat, Sacerdotem non obligari; sed posse applicare pro omnibus, particularibus obligationibus postpositis. Sequela probatur, quia non posset excusari ex praesumpta mente petentis, sicut excusatur Capellanus ex praesumpta mente fundatoris; nam qui dedit stipendium manuale, expresse petit Missam pro particulari defuncto, ut supponitur: ac proinde si eo die non esset prohibita, sed permissa applicatio pro particulari defuncto, non satisfaceret, applicando pro omnibus, sicut non satisfacit huic obligationi Sacerdos, si die semiduplici, quod est permissa Missa de Requiem, dicat Missam de festo expedienti Missam de Requiem.

Dicit ergo celeber, quando tantum satisfaciat, applicando Missam pro omnibus, in quanto eo die habetur praesentia in ipsa consuetudine & intentione Ecclesiae fundatum, tot hibitos applicationem pro uno, & obligari ad applicandam pro omnibus, quodque praevalet intentioni particulari petentis pro uno.

Sicuti pari ratione est gatus ad dicendum Missam de Requiem, satisfacit in festo duplici, cicendo Missam de festo, quia adest praeceptum Alexandri VII. prohibens die duplici Missam de Requiem, & obligans ad satisfaciendum eo die per Missam de Festo; quod non esset verum, si die duplici esset permissa, & non prohibita Missa de Requiem.

Quae opinio est magis pia; non enim videtur denegandum hoc uno die ... cunctis Animabus sacrum Convivium.

Caeterum Innoc. XI. favet videtur opinion affirmativae.

Nam ad petitionem Regis Cath. pro Regnis eidem Reg: Cath. subjectis, omnibus Christi fidelibus confessis, & sacra Eucharistia refectis, qui à primis Vesperis Commemorationis omnium Defunctorum usque ad occasum solis diei sequentis, propriam Parochialem Ecclesiam visitaverint, ibique, ut moris est, oraverint, concessit perpetuo Indulgentiam plenariam, & remissionem Jomnium peccatorum, quam indulgentiam applicare possint pro defunctis per modum suffragii.

Item idem Innoc. XI. concessit omnibus Sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus cujuscunque Ordinis, &c. eodem die Commemorationis, et supra, in quocunque Altari celebrantibus, liberationem animae, pro qua sacrificium offerent, ac in Altari privilegiato celebraturi. Et hoc ex Diplomate Apost. d. 30. Sept. 1679 executoriato in hoc Regno, die 26 Octobris ejusdem anni.

Ubi Pontifex supponit, Missam applicari posse pro particulari defuncto.

DE

DE QUALITATE MISSÆ.

244 IN festis duplicibus, & diebus Dominicis non prohibe celebrari Missae privatae de Requiem, & Sacerdos obligatus ad dicendam Missam de Requiem, occurente festo duplici, aut Dominica, non debet Missam differre, ne sic differat animae suffragium; sed dicere debet de festo, applicando sacrificium animae, ex Decr. praecepto Alex. VII. d. d. c. Augusti 1662. Rainer. Scorza quodlib. 20. §. De tertio S. est, quia Sacerdos non obligatur ad inconveniens; sed ejus obligatio debet intelligi secundum rationabilem consuetudinem Ecclesiarum, & secundum Rubricas generales: Non prohibentur autem Missae solemnes aut anniversariae de Requiem cum cantu, etiamsi dies anniversaria incidat in festum ritus duplicis majoris, ex Decr. Alex. VII. 22. Jan. 1667. & Clem. IX. cit. ut sequitur:

CLEMENS PAPA NONUS.

Cum ... cis Record. Alexan. Papa VII. praedecessor noster dubia in diversis Mundi partibus, occasione Decret. Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum, die 6. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Praedecessore approbati, de non celebrandis Missis de festo duplici, de non celebrandis Missis de festo duplici ritus duplicis, existit dirimere cupiens, aliud ejusdem Congreg. Decretum in una Novarien. die 22. Nov. 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Missas defunctorum cum cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum cujus die celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in festum ritus duplicis majoris incidisset: non comprehendi in dicto primo Decreto. Ac ulterius, quod Altaria privilegiata privilegio Apostolico pro animabus Fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie erigi in festis ritus duplicis celebrandae essent Missae defunctorum ex obligatione, declaravit per celebrationem Missarum de festo currente satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per eiusmodi privilegia Apostolica concessas, Animabus Fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & alias prout in eisdem Alex. Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 22. Januar. 1667. expeditis, quarum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, cherius continentur.

„ Cumque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam exhibitur, utrum dictarum litterarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus, & ad quae, Missae non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantibus, locum habeat: Hinc est, quod nos dubitationes hujusmodi ex injuncto nobis coelitus Pastoralis solicitudinis munere discernere patiter, atque decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum, qui sem mature perpenderunt, consilio, declarationem à memorato Alexandro Praedecessore, sicut praemittitur editam, ad Altaria, ut praefertur, non in perpetuum; sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquibus, vel aliquibus tantum hebdomadae diebus nunc, & in posterum quandocunque privilegiata, auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus.

Et proinde, ut Missae, quae ibidem de festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, ita ut animae Christi Fidelium, pro quibus celebratae fuerint, indulgentias per Privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus, & per omnia, proinde ac si Missae defunctorum ad formam eorundem Privilegiorum celebratae fuissent, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgemus. Decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respect ve inviolabiliter observari, &c. Datum Romae die 23. Septembris 1669.

Ex eo fit, quod in promissione etiam jurata, qua Sacerdos se obligat offerenti stipendium ad dicendas Missas votivas, aut de Requiem, intelligatur tacita conditio: *Salvo Ritu, & Rubricis*.

245 Sacerdos Ritus non Romani, si transeat per territorium, ubi locum Ritus Romani praefert, tam quoad Missam, quam quoad Officium, ei se conformare quia potest peregrinus se accommodare legibus, & consuetudinibus loci; ad damnum non tenetur, quia potest sui loci consuetudines sequi.

Idem dicitur de Sacerdote Ritus Romani, si transeat per territorium Ritus non Romani. Qui tamen, si in eo loco sit Ecclesia Ritus Romani, & in ea celebret, debet celebrare cum Missali Romano, quia est membrum talis Ritus.

Si vero Sacerdos transeat per territorium Ritus Romani, aut ibi commoretur, tunc si reperiatur in Ecclesia non Ritus Romani, v. gr. in Ecclesia Carmelitana, & ibi non sit Missale Romanum, si aliqua necessitas non urgeat, debet à celebrando abstinere. Si autem id advertat post Missam inceptam, tunc ad vitandam admirantium admirationem expedit, ut prosequatur cum Missali non Romano, Tamb. *lib. 2. c. 5. §. 2. n. 14. in meth. vel. Mis.*

QUÆRES I.

256 *An obligatus celebrare Missas D. Gregorii possit, occurrente festo duplici, ne illas interrumpat, dicere Missam de Requiem.*

SCiendum est D. Greg. *lib. 4. Dial. c. 55.* præcepisse Abbati Pretioso, ut pro quodam defuncto Monacho curaret celebrari Missas triginta, ut sequitur: *Vade ab hodierna die diebus triginta continuis, offerens pro eo sacrificium: finde, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius, hostia salutaris non offeratur.* Hinc fideles solent pro suis defunctis similes Missas curare. Quo præmisso,

Resp. non posse dicere Missam de Requiem: satisfacere tamen celebrando, & applicando Missam currentem pro defuncto, Rodr. *tom. 2. q. 43. art. 10.* Prohibetur a. ex Decr. adducto Alex. VII. & Clem. IX. 2. Ex verbis D. Greg. quibus præcipit, ut offeratur pro defuncto sacrificium, non tenetur dicatur Missa de Requiem, Tamb. *cit. l. 2. c. 6. §. 7.* qui advertit has Missas non esse prohibitas, sed solum quasdam alias pro vivis, & defunctis, quæ falso Divo Gregor. imputantur.

Ex eisdem verbis liquet non requiri, quod dicantur omnes 30. Missæ per eundem Sacerdotem, quia non dixit: *Vade offerre pro te.*

Item per triduum majoris hebdomadæ non discontinuantur huiusmodi Missæ; quia ex pia consuetudine Ecclesiæ tres illi dies non sunt dies Missarum. Imo Rodrig. *citat.* ad dict. huiusmodi continuationem non adeo obligare, quin ob decentiam, honestatem, & reverentiam Sacramenti, aliquando prætermitti possit.

QUÆRES II.

257 *Quando licite dici possit Missa votiva?*

REspondeo, prohibitum esse regulariter Missas votivas dicere, aut pro defunctis, in diebus Dominicis, festis duplicibus, & infra octavas privilegiatas Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, feria quarta Cinerum, in Majori Hebdomada, & in vigiliis Natalis Domini, ac Pentecostes; in imo pro infra octavam Corporis Christi adest speciale Decr. S. C. R. 21. Junii 1670.

Dixi, regulariter; quia ob graves causas licet celebrare Missas votivas in diebus Dominicis, & festis duplicibus, exceptis festis majoribus Paschatis, Ascensionis, & similibus. Graves causæ sunt necessitas pluviæ, belli, aut cujuslibet mali communis, & quælibet necessitas bonum commune respiciens. Hinc reducuntur expositio Sanctissimi, tam in diebus bacchanalium, quam in oratione 40. horarum, Missa Summi Pontificis, Episcopi, aut magni Principis percipientis, Comitia Regularium, tam Generalia, quam Provincialia, & Graziarum actiones pro gratia communi, quoniam spectant ad bonum commune; & sicut pro hujusmodi potest indici Processio, ita & Missa.

Qui caret Missa propria, non debet sacrificium omittere, sed potest recitare de communi, aut votivam.

QUÆRES III.

258 *Sacerdos lusciosus non valet recitare Missas currentes, Ao festis duplicibus, & Dominicis, in festis ... octavis privilegiatis ex devotione dicere Missam de Requiem, aut votivam, de Beatissima Virgine, quas facilius recitare valet?*

REsp. posse aliquando, puta quater, aut sexies in anno, præsertim in privata, seu remota Capella; minime sæpe, sine speciali dispensatione à S. R. C. obtinenda. Idque ratione epikeiæ; quia, stante Sacerdotis impotentia, non potest de Sanctæ Matris Ecclesiæ pietate præsumi, quod eum velit tanto privilegio, & auxilio spirituali, quantum ex sacrificio Sacerdoti provenit, omnino spoliare.

Mihi favet Tamb. *cit. §. 1. n. 12.* qui ait se permisisse Archiepiscopo Monrois Regalis D. Joanni de Torr. [illegible] ob infirmitatem die pedibus stare non valenti, die Dominica Palmarum, & duobus aliis diebus in suo Oratorio privato dicere Missam votivam de Passione, quæ est brevior currente, in qua legitur Passio. Ejus ratio, quia devotio dat rationabilem causam, & Missa votiva de Passione congruit tempori.

QUÆ-

QUÆRES IV.

259 *An saltem id possit semper Sacerdos infirmus pauper non habens unde vivere, nisi accipiat stipendia, & celebret?*

REsp. necessitati solum ei permittere posse, ut id faciat aliquando per alias vi[illegible] ob meram devotionem; & contr[illegible] te spi[illegible] minime, ut id faciat [illegible]

[illegible]i dispensationem; non das autem libertatem Rubricas generalis propria authoritate pervertendi, ut ex similibus colligat.

QUÆRES V.

260 *An peccet, qui sine causa in festis duplicibus Missam votivam, aut de Requiem recitat?*

NOt. 1. *Missæ in actibus.* 7. & Suarez tenent nullum esse peccatum. 1. Quia alia est obligatio, quam habet Sacerdos ad se conformandum Rubricis in recitando Officio, ac in [illegible]

[illegible]are: regulariter tamen id non [illegible] esse mortale, saltem in Missis privatis, sed venniale, Tamb. *cit. n. 6.* Bonac. & alii. Non est mortale, quia in Rubricis id non exprimitur. Est venniale, quia turbationem, & inversionem boni ordinis causat, & loquendo de Missis de Requiem, Alex. VII. *cit. n. 224.* difficiliè præcipit dictam Rubricam servari, & transgressores tam Sæculares, quam Regulares ab Ordinariis pro modo culpæ punirl.

[illegible] regulariter, nam ex circumstantia gravis potest esse mortale; tale erit, si id fiat ex contemptu Rubricarum: ex animo inducendi novum [illegible]; si fiat semper; tunc enim præsumeretur contemptus, aut si in die Paschatis quis celebraret de Requiem; quod esset in injuriam solemnitatis.

Hinc die Paschatis, Natalis, & similis solemnitatis, cantari non potest Missa de Requiem etiam præsente defuncto; imo officium sepulturæ in sequentem diem transferri debet, Tamb. *cit.* ait, post Missam solemnem Sabbati Sancti dici posse Missam de Requiem de die obitus, quia ex illa solemnitas selli est die Paschatis, & ad summum etiam tempore Missæ Sabbati. Anniversaria solemnia incidentia in huiusmodi festis solemnioribus transferri debent, Gavant. *p. 2. tit. 5. n. 2. litt. X.*

Dices, mortale est notabiliter addere vel demere orationes Missæ, igitur

Resp. Tamb. *cit. n. 7.* disparitatem esse: quia ad tam notabilem ritus, adeoque est mortale, si non excuset parvitas materiæ: in variatione autem Missæ non mutatur ritus, sed recitatur una Missa approbata pro alia approbata.

QUÆRES VI.

261 *Quæ Rubricæ Missalis sint directivæ, & quæ præceptivæ?*

VErricelli *tr. 8. q. 5. n. 222.* ait, cum Fagundez, solas illas Rubricas Missalis esse præceptivas, & obligare ad mortale, quæ spectant ad effectum, aut quali essentiam Sacrificii; cæteras vero esse consilia, & doctrinales instructiones. At

Resp cum Marchino, quem sequitur Tamburinus *cit. c. 5. §. 1.* omnes Rubricas esse directivas, quarum aliæ sunt etiam præceptivæ, & illæ sunt, quæ continent aliquid, quod vel est alias ex jure aut legitima consuetudine sub mortali præceptum, vel quod ipsæ Rubricæ ex se sunt sub mortali præcipiunt. In quibus est respective attendenda gravitas, vel levitas materiæ, ac malevolentia.

Hinc ait (Tamb.) Rubricæ de jejunio, de integritate Sacrificii, de præmittenda confessione, de loco celebrandi, de ara consecrata, de vestimentis, & instrumentis sacris, de materia sacramenti, & similibus, sunt præceptivæ; quia vel à jure naturæ, vel Divino, vel Ecclesiastico præcipiuntur. E contra Rubricæ de orando ante, vel post Missam, de numero orationum, de servando officio primæ, vel secundæ classis, & similibus, sunt directivæ sine onere peccati mortalis, qui à nullo jure præcipiuntur. Harum autem transgressio mortalis esset, si fieret animo inducendi novum ritum vel cum scandalo, aut contemptu. Contemnere censetur, qui semper, aut ut plurimum illas non servat. Ita ille, Gav. *p. 2. in appendice post tit. 10.*

DE STIPENDIO.

262 STipendium non accipitur ut pretium fructus spiritualis Missæ, nec ut pretium laboris intrinseci, qualis est ille, sine quo Missa recte dici non potest, ut est labor in inducendis sacris vestibus, aut in recitanda Missa longiori; quia sic committeretur simonia: sed ille accipitur, vel ut pretium sustentationis ipsius Sacerdotis, juxta illud: *Qui Altari servit, de Altari & vivat: v. tom. 1. de justitia, ver. oblata, ratione proportionis*; vel ut pretium laboris extrinseci, qui suscipitur propter circumstantias extrinsecas, ut est obligatio celebrandi in loco distanti, tali tempore, &c. vel dicendi Missam solemnem, seu cantatam.

Imo pro hac posteriori, & similibus circumstantiis, juste exigi potest stipendium majus taxato.

Ju-

Justum stipendium dicitur, quod est à lege vel consuetudine ne in singulis respective Diœcesibus taxatum. Panormi est trium carolenorum.

252 *Tamb. senet, te posse accipere duplex stipendium.* 1. *Cum de Lugo, unum pro præsentia, alterum pro applicatione, si tibi constet presentem solum velle præsentiam, & è converso; quia stipendium pro præsentia accipitur pro labore extrinseco, pro tali loco, aut tempore, quo Missæ sunt celebrandæ.* 2. *Ratione diei festi; quia tunc unum accipis pro applicatione, alterum pro assistentia, quæ in die festo magis expositi. quoniam in festis, quatenus tunc majorem populi concursum, & majus decus Ecclesiæ, ac eius Rectoribus confert: cui omnium contradicit Diana.* 3. *Cum Lezana, pro Missa cantata, etiam triplicatum stipendium juxta mensuram laboris est, te accipere posse ratione officiaturæ, & laboris extrinseci.* 4. *Te posse accipere unum stipendium pro singulis impetrationis, quem applices Pe*

ad aliquod beneficium obtinendum, alterum

ri, quem applices Paulo pro

ritus, si Petrus, & Pau-

s, si valle solum unum fru-

x una parte bi fructus sui-

alia volenti, & consentienti

unum stipendium accipere, qi

illum acquirere volunt. Ita ille.

254 Sacerdos non potest satisfacere per alium, collato minori stipendio, nisi alius Sacerdos gratis, & libere partem illam cedat: v. *tom. 1. tr. 4. c. 9. & 10.* ab Alex. VII. *dam.* Imo si eleemosyna excedat consuetum stipendium, non potest excessum sibi retinere, ex decl. S. C. in Decr. de Celebr. Miss. ad nonum; nam id esset avaritiæ, & mercaturæ genus, tam sacro ministerio indignum.

Hoc autem Decret. solum habet locum in collatione eleemosynæ, quæ est purum legatum, seu onus Missarum, nisi me si sit fundatio in titulum Capellaniæ, seu beneficii; tunc enim (ut eadem Sac. Congr. declarat ad effectum) potest Rector Missam alteri committere, dando justum stipendium, retento pro se excessu; quia in Capellania, & beneficio solet eleemosyna superabundans assignari ob alios titulos, & alia onera, assistentiæ, servitii Ecclesiæ, & in Capellani splendorem: v. *num.* 267.

Tamb. dit, te posse retinere excessum, si tibi constet, esse datum ob peculiarem respectum ad suam personam, quia es amicus, pauper benefactor, &c. quia tunc eleemosyna non fuit data pro Missa, de qua casu Sac. Congr. loquitur, sed ob aliam titulum.

255 Præterea non prohibetur, quin Sacerdos, qui verb. grat. recepit viginti scuta pro viginti Missis, celebret ipse has Missas, retinendo totam eleemosynam pinguem, & committat alteri Sacerdoti alias viginti, ad quas antea erat obligatus ex justo stipendio, dando idem justum Stipendium, nisi fit expresse obligatus ad celebrandum eas per se ipsum, & non per alium.

Item S. C. ad septimum declarat, quod possit administrator Ecclesiæ exiguam partem justi stipendii retinere pro expensis necessariis ad Missas, dummodo Ecclesia alias non habeat reditus ad id sufficientes. Hinc Panormi retinari solent grana quinque pro Miss.

256 Sacerdos, qui bona fide acceptis stipendiis unica Missa satisfecit obligationi plurium Missarum, & postea devenit in malam fidem, cognoscens suam opinionem esse damnatam per Decret. Urban. VIII. & S. Congr. teneatur Missas reficere, aut stipendia restituere ex re accepta, dummodo possit; quia ad impossibile nemo tenetur. Quod etiam in simili de Missis advertit Scotus *quod l. 20. lect. T. vide num.* 236.

257 *Sacerdos recipit stipendium pro decem Missis chartæ involutum, putans esse justum stipendium, postea tamen invenit non esse justum, An possit numerum Missarum minuere ad rationem juxta consuetum, & justum stipendium?* Respondet, monito illo, qui Missas petiit, ne animæ suffragatis privetur, vel etiam non monito, si ex justa causa non potest, nec potest exigere in judicio supplementum, Dian. *p. 10. tr. 16. ref 74.* Donatus *tom. 3. tract. 7. qu. 46. & 47.* quia decreta obligantia Sacerdotem ad dicendum *tot Missas, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscribit fuerint*, supponunt in Sacerdote acceptante intentiam tenuitatis stipendii, ut patet per illa verba: *Sacerdotes accipientes stipendia minus congrua; & ex leg. Qui autem, §. Edictum, ff. de fraudem executorum, Ignorantes fraudem non debent in damna*

258 Monasterium, si postquam celebravit centum, v. g. Missas ab hærede, vel alio subcredito sibi commissas, pro recuperando stipendum aliquas expensas fecerit; tunc si possit debitor dato stipendio alias centum Missas committere, potest damnum sibi illatum compensare, minuendo numerum Missarum juxta ratam expensarum, Peyr. *tom. 3. cap. 1. n. 26.* alias cum suis stipendiis militaret. Idem asserit Bord. *ref. 114. n. 114.* Monasterium ex-

pensas fecerit pro recuperando ab hæredibus annuos census; quia census ille datur pro sustentatione Sacerdotis, non pro litigando, & Monasterium se obligavit ad Missas sub determinato censu, non sub minori, ac proinde potest se indemnem servare.

Non obstat, quod Missarum diminutio fit reservata Papæ; quia id est verum de diminutione, quæ fit per dispensationem; minime, quæ fit per justam compensationem; illa quidem fieri debet authoritate Superioris, qui in casu est solus Papa, ad quem spectat *vendicare*; ad hanc sufficit injustitia ejus, contra quem fit compensatio. Injustitia enim seu injuria commutativa læsa duos effectus essentialiter parit, unum in agente, & est onus restitutionis, alterum in patiente, & est jus compensationis, quando damnum sibi illatum, alia via fieri nisibili sua incommodo recuperare non potest; & Pontifices per tot Decreta Sacerdotes urgendo, volunt eos, damnabili lucro despecto, sancto zelo, ac splendore munere, minime sua justitia expoliare, ac talem pejores reddere: quoniam telle Bernardo: *Quamvis non liceat Sacerdoti, ut de Altari sustentetur, lucri, ut de Altari vivat:* v. *tom. 1. de justo, ver. Compensatio, de præscriptione, ver. Contra onus Missarum.*

Monasterium, perenne totaliter censu sine sua culpa, non tenetur ad Missas, Denat. *tr. qu. 60.* quia Monasterium obligatur ad Missas præter stipendium. Tum quia perenne fructu Beneficii, cessat obligatio ad officium.

259 Difficultas est, *si census pro Missis legatus non reviviscit, sed sit diminutus.*

Diminutio autem dupliciter contingere potest. 1. intrinsece, quatenus fructus capitalium sunt diminuti in se, vel ex circumstantiis temporum, vel quia domus, ver. gr. est deteriorata, & ideo minus locatur. 2. extrinsece, quatenus, licet fructus sint iidem, stipendium tamen ex lege, & consuetudine est auctum. Casu sic expolito,

tom. 4. tract. 7. quæst. 19. ver. ex negat, posse Monasterium pro rata minuere Missas in primo casu, concedit in secundo, quia in secundo habetur præsumpta mens testatoris, qui cum in principio Missam legaverit sub justo stipendio tunc currente, noluit Sacerdotem gravare, sed habuit respectum ad stipendium congruum; & consequenter præsumitur, quod si stipendium tunc fuisset majus majus legasset, adeoque quod consenserit in diminutionem: & è contra præsumitur, quod antequin Monasterium non consensisset in numerum Missarum.

Tamb. negat in utroque casu ob Decr.

... non sit, & verit omnes illi injunctum fuisse, &c. Sacr. Congr. respondit:

Ad primum, & si legatum sit adeo tenue, ubi... firi ob ea, ad quas pervenit, Sedem Apostolicam adeundum, &c. Et hanc ratio Donati pro eodem casu. Item facta hac alia petitione:

An cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum, teneantur Missas ab offerente positas celebrare? Respondit eadem Sac. Congr. q.

Ad secundum [illegible]

Bord. *resol. 25. quæst. 26. numer. 37.* Averfa Franc. Lugo, & Thomas Hurt. affirmant, posse in utroque casu. 1. Ratione Donati qua utuntur pro utroque casu. Quia ficut se habet totum ad totum, ita pars ad partem: adeoque si pereunte toto censu, cessat obligatio in totum, ita cessat in parte, si fiat diminutio census. 2. Quia contractus inter testatorem, & Monasterium, est contractus

... ius, ubi deficiat in aliis contractibus debitor servatur indemnis, ut patet in contractu locationis, in quo non tenetur conductor ad integram pensionem agri, quando ob grandinem ... ionem, aut similes casus fortuitos prædia conducta remanent sterilia; ita nec in casu Sacerdos tenetur ad omnes Missas; sed potest minuere pro rata.

Ad Decreta Sac. Congr. respondent, ea loquuntur de stipendio non congrue tenter accepto, & pariter de stipendio incongrue tenter accepto post congruam taxam ab Ordinario factam, quia tunc Sacerdotis expresso consensu, nulla est sit injuria, minime de stipendio ab initio justo & congruo, facto postea ... intrinseco, aut extrinseco, ut supra. Ita de re ut prætati Doctores, quos tuncstat retulisse

260 Si testator non præscripsit numerum, illum ad sui libertatem prescribere, sed juxta solitam taxam, ex Decl. S.

Ad quæsitum.

QUÆRES I.

261 *Sacerdos obligatus quæritur ex stipendio ad celebrandum, accepit aliud stipendium ab Missam,*

do in altum privilegiato, aut cum medalia, vel calculo privilegiato, applicando uni fructum Missæ, alteri indulgentiam Plenariam?

Bord.

BOrd. *ref.* 25. *q.* 9. & 17. tenet, eum peccare contra fidelitatem, non contra justitiam, ac proinde non teneri ad restitutionem, quia per talem Indulgentiam satisfacit principali intento petentis, quod est liberatio à pœnis Purgatorii (quodque supponitur esse in casu) imo melius, quia Indulgentia Plenaria magis valet pro Defunctis, quam fructus Missæ.

Resp. eum non posse, sed peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem; Diana *par.* 10. *tr.* 6. *res.* 70. & Tamb. cujus ratio est; quia vel offerens stipendium petit etiam Indulgentiam, vel non: si priorum, ex conventione debes una cum Missa Indulgentiam; si secundum, non potes meo arbitrio accipere de re non conventa. Tum quia hæc est turpida negotiatio, à qua multum abhorrent Summi Pontifices, ut ex verbis Decr. Urb. VIII. *Volens omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere, prohibet, &c.*

„ Tum quia pro Indulgentia Altaris privilegiati, est alia specialis ratio; nam hæc regulariter non conceditur, nisi illi animæ, pro qua fructus Missæ applicatur; unde non potest uni applicari fructus Missæ, alteri Indulgentia Altaris; talis est Indulgentia Plenaria in concessione Altaris privilegiati Capellæ S. M. de Guadalupe nationi Castellanæ, extitentis in nostra Ecclesia S. Mariæ Angelorum Panormi, data Romæ 3. Augusti 1695. ab Innoc. XII. Summo Pontifice.

QUÆRES II.

264. An Regulares teneantur ad Missam Conventualem, & an quando eam dicunt, possint applicare pro particulari, accepto stipendio?

DOnatus *tom.* 4. *tr.* 7. *qu.* 102. & 103. vult, eos teneri sub mortali ad Missam Conventualem, eamque debere applicare pro benefactoribus, non pro privatis. Probat ex *Cum creatura de Celebrat. Miss. & ex Clem. grave 1. de celebr. Miss. in 6.*

Diana *p.* 3. *tract.* 2. *res.* 8. *tr.* 3. *res.* 12. *part.* 5. *tr.* 3. *res.* 51. & Vercellis *tr.* 8. *q.* 30. defendunt, eos non teneri ad Missam Conventualem, eamque posse applicare pro particulari accepto stipendio. 1. Quia Ecclesiæ Regularium non sunt Collegiatæ, hinc in allato cap. Clem. ab iis secernuntur. 2. Quia nulla lex id prohibet; nec adest ratio in contrarium: nam primus textus loquitur de Clericis, in odiosis autem nomine Clericorum non veniunt Regulares; secundus expresse loquitur de horis debitis horis devote psallendis.

QUÆRES III.

265. An Sacerdos, qui se celebret, cogitur emere sacras vestes, candelas, &c. possit licet stipendia Missæ augere?

CAsum proponit Leander *tr.* 8. *de Sac. Missæ disp.* 4. *q.* 13. Qui respondet cum Philiberto, posse, quia alias esset pejoris conditionis illis Sacerdotibus, qui nihil insumunt, nisi laborem celebrandi. Et quia, detractis detrahendis, uniuscujus merces præfato Sacerdoti relinqueretur. Et nemo tenetur propriis stipendiis militare.

DECRETA S. CONGR. CONC. URB. VIII.

De celebratione Missarum, edita 21. Junii 1625.

„ 264 1. CUm sæpe contingat, &c. *Et infrà.* Ac primo districte prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, aut alias quomodocunque reducant onera Missarum celebrandarum, aut posthac imposita, Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurrere jubeant, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: Alioquin deductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omni no nullas, atque inanes decernit.

„ 2. Deinde, ubi pro pluribus Missis earum ejusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia quantumcunque incongrua, & exigua sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus ac locis piis quibuscunque, tam sæcularibus quam Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione divini judicii mandat ac præcipit, ac absolute ut Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, hæc obligationi non satisfaciant, quinimo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

„ 3. Ut vero in deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio, eadem authoritate, revocat privilegia, & indulta omnia quibuscunque personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam sæcularibus, quàm Regularibus cujuscunque Ordinis, Congregationi & „ Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

„ 4. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, partem ejusdem eleemosynæ tibi retenta, celebrandam committat.

„ 5. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuam imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo cupiziores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi, cum nulla, aut parva sunt utilitate conjuncta, fiarunt, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia „ Monalleriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam sæcularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in „ Simpliciter acquirenda cum onere perpetuo „ Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos „ pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu „ Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die reales acquisitionis, statim deponi debeant penes eadem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investiendi „ in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienata contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis, cum ejus oneris repetitione, atque annexione, „ converti debeat.

„ 6. Ad hæc Sacra Congregatio, quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam sæcularium, quam Regularium „ ipsorum, vel alias, ad quos „ districte prohibet, ne in posterum onera „ perpetua suscipiant Missarum celebranda „ rum, sæculares quidem sine Episcopi, „ vel eius Generalis Vicarii, Regulares vero „ sine Generalis, vel Provincialis consensu, „ & licentia in scriptis, & gratis concedenda „ [illegible] „ [illegible] „ Ecclesiæ intendebat, eius sit eo ipso Regularium vero, pœna privationis omnium obventionum, quæ tunc obtinebit ac perpetuo „ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, „ vocisque activæ, & passivæ, absque alia „ declaratione incurrat.

„ 7. Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum „ iidem accipere possint, si onera bus antea „ impositis ita satisfecerint, ut nova quæque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis eum inscriptione illa, *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.

„ 8. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, „ aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, diligenter inquirant de singulis „ Missarum celebrandarum obligationibus, „ cuique Ecclesiarum, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec antea alterius hujusmodi, aut licentiam præbeant, „ quam eis legitime constiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri suscipiendo, „ quam antiquis jam susceptis satisfacere „ pole; præsertimque rationem habeant „ ut reditus, qui Ecclesiis, aut locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis, secundum motum cujusque Civitatis vel Provinciæ; intelligantque, „ si in re tanti momenti defides aut negligentes fuerint, in morosum die se hujus „ præstermisi muneris rationem esse reddituros, &c.

„ 9. Postremo Superiores existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, „ compellent in primo congregando Capitulo reditus Conventuum, eorumque summam ad S. Congregationem mittant, ut „ &c.

DUBIA SUPER PRÆMISSIS DECRETIS SACRÆ CONGREGATIONI PROPOSITA.

„ 265 SUper primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Missarum „ quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana „ Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quomodo, reducant one„ ra „ idem Concilium imposita, aut in limine „ fundationis.

„ Quæritur: Quid si legatum sit ita tenue, „ ut non sit, qui velit onus illi injunctum „ sub-

subire; & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione onerum, totum, aut fere totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

„ Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari.

„ Secundo, super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint;

„ Quæritur: An verba illa, *præscripta fuerint*, intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

„ Tertio, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, pertinuarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illius ab offerente præscriptas celebrare.

„ Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utriusque oneri satisfacere.

„ Quinto, posito, quod testator reliquat, ut celebrentur pro ejus animæ centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ:

„ Quæritur: An liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

„ Sexto, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

„ Quæritur: An verba, *in futurum suscipiendis*, intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?

„ Septimo, super quarto ejusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat:

„ Quæritur: An permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, fumorum, vini, Hostiæ, & similium.

„ Octavo, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, videli, an Rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reditus beneficii?

„ Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita præcelebrationem Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt? An vero satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

„ Undecimo, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba: *Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si prioribus antea depositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera absque valeant. Aliquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in suorum recipientia, & capsulas asservata*; &c.

„ Quæritur: An hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas is, qui acceptis non satisfecerunt: & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

„ Duodecimo, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum potuerit?

„ Decimotertio, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

„ Decimoquartum, an in hoc decreto comprehendantur: æ capsulæ, quæ appendi solent in Ecclesiis in die Commemorationis Omnium Defunctorum, & vulgo dicuntur, *casse de Morti*?

„ Decimoquintio, an Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis, non nisi post longum tempus, satisfacere valeant, ne absque eis Ecclesiæ, & devotio ac concursus Fidelium, ut ajunt, minuantur?

„ Decimosexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus dura, & solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam sæcularium, quam Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem

„ tem privatis Sacerdotibus; qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali, *& alias ad quos pertines*, supplicatur pro opportuna declaratione.

„ Decimoseptimo, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis reditibus, aut eleemosynis commode possit sustentari.

„ Quæritur: An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim simplicis decreti lanchæ memoriæ Pauli V. aliique tamen computatione redituum cujusque Religiosi, sit denuo faciendi, necne?

„ Decimooctavo, an Novitii ad habitum regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus habita, ut supra, præmixione numeri, commode alii non possunt?

„ Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis decere. & competenter sustentari valeant: ita ut aliqua subsint jurisdictioni ordinariæ,

„ Quæritur: An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conduxerunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum ac Societatis Jesu?

„ Ultimo, an idem decretum, ubi disponit ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia duntaxat, ad quam ell restrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

DECLARATIONES, SEU RESPONSIONES AD SUPRADICTA DUBIA.

„ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii „ Tridentini Interpretum, auctoritate sibi „ a Sanctissimo Domino Nostro attributa, ad „ singula dubia superius propolita, ad hunc „ modum respondit, videlicet:

„ Ad primum, etli legatum sit adeo tenue, „ nihilominus pro reductione onetis, ut supra imposito, ab iis, ad quos pertinet, Sedum Apostolicam esse adeundam; quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in „ Domino è re esse judicaverit. Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expressele cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

„ Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præser pserit Ordinarius, secundum morem Civitatis vel Provinciæ.

„ Ad tertium, teneri.

„ Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

„ Ad quintum, cessuit, ubi nullam certam eleemosynam testator reliquit esse ab Episcopo præterlendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis vel Provinciæ.

„ Ad sextum, ita esse intelligenda.

„ Ad septimum, respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum, usam, utcunque minimam, portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi eum Ecclesiæ, & loca pia alias non habent reditus, quos in usum eatundem expensarum erogare licite possint; & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessario sunt subeundæ: & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ superfunt, expensis ut supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præcipiæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

„ Ad octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ: nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

„ Ad decimum, debere absolute integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti: nec ullam illius partem sibi retinere posse.

„ Ad undecimum, respondit, non prohiberi absolute. Ac propterea, etli onetibus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum: dummodo tetia moderni temporis possint omnibus satisfacere.

Ad

„ Ad duodecimum, quamvis onera susce-
„ pta, infrà modicum tempus adimpleri ne-
„ queant; si tamen tribunus eleemosynam pro
„ aliarum Missarum celebratione id fciat, &
„ consentiat, ut illæ tunc demum celebren-
„ tur, cum susceptis oneribus satisfactum
„ fuerit, decretum non prohibere, quo mi-
„ nus eo casu eleemosyna accipiatur pro iis-
„ dem Missis juxta Benefactoris consensum
„ celebrandis.

„ Ad decimumtertium, has pœnas non ha-
„ bere locum, nisi in suscepturis onera pecu-
„ nia Missarum celebrandarum sine licentia
„ Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut
„ Generalis, vel Provincialis.

„ Ad decimumquartum, comprehendi.

„ Ad decimumquintum, non posse, nisi de
„ consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt,
„ ut supra in responsione ad duodecimum.

„ Ad decimumsextum, comprehendi etiam
„ privatos Sacerdotes.

„ Ad decimumseptimum, numeri præsixio-
„ nem esse iterum faciendam, servata forma
„ ultimi decreti hac de re editi.

„ Ad decimumoctavum, esse admittendos
„ ad professionem, si alias habiles existant;
„ ac deinde in aliquo alio Monasterio ejus-
„ dem Religionis esse collocandos, ubi com-
„ mode ali possint.

„ Ad decimumnonum, censuit comprehen-
„ dere.

„ Ad ultimum, habere locum extra Ita-
„ liam.

Cosmus Card. de Torres.

Profper Fagnanus S. Congr.
Secretarius.

Quæ Decreta novissime confirmata fuere per eandem S. Congr. 23. Novembris 1697. Et roborata per Bullam Innoc. XII. incip. *Nuper* 22. Decembris 1697.

DE TEMPORE OBLIGATIONIS.

266 CAcerdos, qui plura onera Missarum su-
scepit, debet eas celebrare intra modi-
cum tempus, nisi conferens eleemosynam id-
iat, & consentiat, ut celebratio differatur, donec
aliis satisfaciat. S. C. *ad mentem.*

Modicum tempus judicandum esse, conside-
ratis Missarum numero, necessitate petentium, &
similibus circumstantiis, volunt nonnulli. Alii
extendunt ad tres menses, & alii ad duos, moti ex
Trid. *sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 24. cap. 12.*
ubi Episcopis per tres menses, Canonicis vero,
& similibus per duos conceditur posse à suis Ec-
clesiis abesse.

Aliquando dilatio unius diei potest esse no-
tabilis, ut si quis velit Missam pro Agonizante,
proxime eo die decidenda, &c.

QUÆRES,

267 An omittens, aut notabiliter differens unam vel aliquam Missam, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?

PEccare solum venialiter, vult Tamb. *in meth. celebr. Miss. lib. 1. cap. 1. §. 9. n. 18.* quia in omissione Missæ attendi debet damnum temporale ex quantitate stipendii, non spirituale; alioquin mortalis esset omissio Salutationis Angelicæ.

Resp. peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri, Mastr. & Bonac. quia materia stipendii est gravis ratione circumstantiæ adjunctæ, nempe damni gravis spiritualis, cujusmodi est privatio fructus Missæ debiti ex justitia.

Ad rationem in oppositum: licet quodlibet bonum spirituale sit appretiative majus quolibet temporali, intra lineam autem boni spiritualis, secundum moralem hominum existimationem, datur parva materia: liquet ex doctrina communi, fructus divini Officii est spiritualis, & tamen datur in illo parvitas materiæ, qualis datur omissio unius Psalmi, atque sectam gravitas materiæ, & qualis est omissio unius horæ, ita multo magis omissio unius Missæ: nam onus, quod ibi parit præceptum, hic parit stipendium, & pactum; & similiter, si omissio unius Psalmi est venialis, ita omissio unius Ave.

268 Sacerdos non obligatus ex stipendio, peccat mortaliter, si legitime non impeditus, quater, aut ter saltem in anno in sestis solemnioribus non celebret, Leander *tr. 8. de sacrific. Miss. disp. 5. a. 1.* contra Dianam *p. 2. tr. 4. resp. 19.* quia regulariter scandalum adest; quis enim scient, Sacerdotem non legitime impeditum, nunquam celebrare, non præbet suspicionem ejus perversæ conscientiæ, cum periculo in juvenibus labendi ad ejus exemplum?

269 Sacerdos etiam Parochus die Nativitatis Domini non tenetur omnes tres Missas celebrare, sicut nec Parochiani tenentur omnes tres audire; quia celebratio trium Missarum est privilegium, non præceptum.

DE OBLIGATIONE QUOAD LOCUM.

270 SAcerdos, qui ex fundatione, aut
alio titulo tenetur in aliqua Eccle-
sia, aut Altari determinato celebrare; si te-
stator Ecclesiam, aut Altare determinavit ex-
primens, id velle ob peculiarem sui devotio-
nem ad locum illum, seu imaginem, in de-
corem, & splendorem suæ domus, cujus est
Capella, vel in commodum populi, ut ibi
Missam possit audire; peccat mortaliter alibi cele-

brando, nisi raro id faciat, puta ter, aut
quater, ob parvitatem materiæ: nec tunc pec-
cabit venialiter, si ex rationabili causa faciat ex
præsumpta testatoris voluntate. Quod si ad nil
eorum respexit testator, qui designavit Altare:
tunc non est mortale, in aliis Altaribus, ejus-
dem tamen Ecclesiæ, celebrare. In aliis autem
Ecclesiis celebrare nedetur in præjudicium pro-
ris Ecclesiæ, quæ jus acquisivit, & esset mor-
, nisi rero fieret; aut nisi ob Sacerdotum mal-
tiplicitatem, parum unius Missæ celebratio ibi
reputaretur.

271 Si testator in determinando Altari non
respexit ad causas prædictas, potest ab alio Al-
tari ejusdem Ecclesiæ, quod sit privilegiatum
celebrare, Leander cum Lugo *de sacrific. Miss.*
tr. 8. disp. 4. q. 27 quia gerit uti jus rem testato-
, qui proinde non præsumitur rationabi-
liter invitus. Quod potiori jure dico, si ere-
ctio Altaris privilegiati in Ecclesia illa facta
esset post testatoris mortem, tunc enim Sa-
cerdos ibi celebrarct ex voluntate rationabi-
liter, & prudenter, imo moraliter certo præ-
sumpta testatoris; quilibet namque præsumi-
tur, quod velit id, quod est sibi utilius. Tunc
quidem testator, si viveret, gratias Sacerdoti
ageret, sicut gratias ageret creditor, si debitor
unum debens, duo solveret, unum ex justi-
tia, aliud gratis.

Die quæso: Si tibi daretur optio eligendi
solum fructum Missæ, aut fructum Missæ una
cum Indulgentia Plenaria liberationis animæ:
quid eligeres? Illud scio, fructum Missæ animæ
applicatum esse finitum, & tantum pœnæ Pur-
gatorii satisfacere, quantum Deus sua infinita
sapientia disponit, ut in *n.* 234 Indulgentiam
vero Plenariam solvere plene, & adæquate
totam pœnam in Purgatorio debitam, ut in
tom. 1. de Altari privil.

Imo si fundator designavit Ecclesiam, ha-
bens pro fine, ut ibi frequens populus au-
diat; & contingat, ut nullus, aut valde pau-
ci eo ad Missam accedant, tunc Sacerdotem
posse alibi celebrare, tenet Tamb. *in meth. ce-*
lebr. Miss. lib. 3. cap. 6. §. 3. n. 7. nisi aliud sit in
fundatione expressum, quia cessante causa fi-
nali cessat effectus, & talis præsumitur testato-
ris voluntas.

272 Celebrans sine justa causa in alio tem-
plo, aut Altari, peccat, uti supra, sed non
tenetur restituere stipendium hæredibus: aut
Missam in loco designato repetere, quia Missa
ubique est æqualis valoris. Unde hic fidem fre-
git, non justitiam, Leander *tr. 8. de sacr. Miss.*
disp. 4. q. 25. & Bonac.

Quod si teneatur celebrare in Altari privi-
legiato, alibi celebrando, cum teneri ad re-
stitutionem compensando aliis orationibus,
docet Diana *p. 2. tr. 4. resp. 29.* negat Tamb. *ut.*

Non enim (ait) tenetur ad reperendam Mis-
sam; quia restituere plus, nempe duas applica-
tiones, & onus restitutionis est ad æquale,
non ad plus. Nec ad orationes; quia tale onus
est scrupulorum fomentum: nam cum nesciat,
quanta sit pœna satisfaciendi, nescit, quantæ
sint orationes necessariæ.

Consulo, ut talis Sacerdos aliquam indulgen-
tiam Plenariam hujusmodi animæ applicet.

Obligatum celebrare in Altari privilegiato,
si celebret in alio Altari applicando Medaliam,
Coronam, seu calculum privilegiatum, non sa-
tisfacere, tenet Tamb. *ex n. 11.* cum de Lugo
quia Indulgentia Altaris est tota, Medaliæ mi-
nus certa.

At satisfacere, docent Bard. *resp. 10. qu. 25.*
Dian. *p. 6. tr. 6. resp. 12.* & alii, si testator nil
aliud intendat, nisi liberationem animæ, quia
satisfacit per æquivalens, & differentia Altaris
ac Medaliæ, quoad hoc est materialis. Minor
certitudo purgatur, si Medaliam habuerit à Pa-
pa, aut fide digno.

DE VACATIONE.

273 CApellanus, si per modicum tem-
pus infirmetur, non tenetur satisfa-
cere per alium, aut compensare: idque ex ra-
tionabiliter præsumpta voluntate fundatoris.
Modicum alii dicunt decem dies, alii men-
sem, alii cum Peyr. duos menses respectu to-
tius anni.

Capellanus, seu beneficiatus obligatus toto
anno celebrare quotidie, sive directe, sive
indirecte, quatenus onus est impositum Ec-
clesiæ, ut in ea Capellano communi celebre-
tur, potest vacare semel in hebdomada, non
ex parvitate materiæ, sed ex præsumpta fun-
datoris voluntate, & consuetudine: nisi onus
sit impositum Ecclesiæ, ut curet dici Missam
quotidie, vel nisi expresse Capellano impona-
tur, ut Missas quotidie per se, vel per alium si-
ne interruptione celebret.

274 Item talis Capellanus potest quater,
aut sæpius in anno pro se, aut suis celebrare,
ex eadem præsumpta voluntate fundatoris,
qui non est credendus, quod voluerit hoc sin-
gulare auxilium spirituale sui Capellano de-
negare: si enim de hoc interrogatus fuisset aut
cogitasset, non negasset, Diana, Peyr. &
Tambur.

275 Pro his Missis, quando pro aliis appli-
cat, non potest stipendium accipere; nec quan-
do ei vacare permittitur, potest pro ali-

lebrare accepto stipendio; nam hæc est avaritiæ species. Et Missæ Capellani, quando celebrat, sunt fundatoris, sicut fructus agri, sive rennis, sive pingue est domini.

276 *In legatis* vero non est concedenda variatio, neque ratione infirmitatis, licet in Capellaniis; sed eli Missa per alium Sacerdotem supplenda. Hujusmodi autem esse Missæ perpetuæ in Monasteriis ab ipsis Monialibus relictæ; sunt enim propriæ legatæ, minime Capellaniæ, nisi impropriè, & vulgo sic dictæ; quia Monialis non fundat Ecclesiam, aut Altare, cum deputatione Clerici, ut ei inserviat, assistat, &c. in *n.* 348 sed solum legat Monasterio Missam pro sua anima in ea Ecclesia celebrandam. Et ita servatur Panormi in Ecclesia Patrum Oratorii, ubi assignatur Sacerdoti legatum: sed eo vacante etiam per unum diem, & ob infirmitatem, suppletur Missa per alium, ut in Missis manualibus.

Aliqua tamen epicheja uti possumus in legato personali, relicto sufficienti tali Sacerdoti individuo, eum respectu ad Sacerdotis personam, quam legans intendit juvare juxta dicta *n.* 249.

277 Capellanus tenetur celebrare per se ipsum, si id fuerit in fundatione Capellaniæ expressum. Sed tunc potest eligi Capellanus non Sacerdos, qui infra annum possit ordinari in Sacerdotem, hoc namque etiam in Beneficiis Parochialibus indulgetur. Si vero non exprimatur quod debeat esse Sacerdos, qui per se ipsum Missas celebret, tunc poterit celebrare per alium; imo poterit Capellania conferri ei, cui decimumquartum annum agit, Mendo *ver. Capellani. n.* 5. *v. n.* 108.

DE DISPOSITIONE SPIRITUALI SACERDOTIS.

278 UTOn peccat mortaliter Sacerdos celebrans, non recitato Maturino, Donatus *com.* 4. *tr.* 7. *q.* 84. quia non constat, quod consuetudo sit accepta sub culpa. Et Rubrica non est præceptum, sed consilium ob devotionem majorem. His rationibus Tamb. *in meth. celebr. Miss. lib.* 1. *c.* 7 § 2. *n.* 2. inferi nec esse veniale.

279 Sacerdos celebraturus, & laicus communicaturus, quamvis sit contritus, ex Tridentino *sess.* 13. *cap.* 7. *& can.* 11. debet confessionem præmittere: *Modo non desit illis copia Confessoris, quod si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.* Idque ex præcepto illo Pauli ad Cor. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

280 Necessitas ex tribus capitibus potest oriri. 1. quia *desit copia Confessarii.* 2. ex *infra.* 3. ex *damno.*

DEEST COPIA CONFESSARII

281 1. SI sit, & non velit audire. 2. Si Religiosus habeat casum reservatum, & Superior à pio Confessario requisitus licentiam absolvendi neget.

282 Tunc Confessarius inferior potest discum Religiosum directe à casu reservato, seu excommunicatione reservata absolvere *pro illa vice*. Diana *part.* 9. *tr.* 3. *ref.* 15. facultate illi concessa à Papa in eo casu denegatæ licentiæ per Decr. S. Conc. die 21. Sept. 1624. justu Urbani VIII. editum supra Decr. Clem. VIII. de reservatione casuum à Regularibus facienda; quod est in Bulla Cher. p. 67. & Lantuscæ Bulla 28. p. 72. ubi particula *prolla vice*, intelligitur toties, quoties casus occurrerit, quia non apponitur particula taxativa *tantum*; unde significat illam vicem, quando Confessarius facultatem petit, & Superior denegat, Diana *cit.*

283 Si Confessarius distet per tria miliaria, Camus vult, quod confessatur absens; alii volunt, quod sit adeundus, si non singulis diebus, saltem aliquoties. Tamb cum de Lugo id remittit arbitrio prudentis juxta circumstantias personæ, temporis, difficultatis, itineris, &c.

EX INFAMIA.

284 CAcerdos, si dum sacris indutus vestibus pergit celebraturus, vel postquam Missam incepit, recordatur peccati mortalis à se post ultimam Confessionem commissi, & non potest sine infamia; quam prudenter timet, se divertere ad confessionem, sufficit, quod eliciat actum contritionis puratæ, & sic potest sacrificium inchoare, & inchoatum perficere. Ita pariter, si recordetur se esse excommunicatum, suspensum, interdictum, vel irregularem. Idem dicitur de laico, si genuflexus ante finem pro communione, recordetur peccati post confessionem commissi, & ex recessu timeat notam infamiæ: quia præceptum divinum positivum respiciens propriam utilitatem spiritualem operantis, quale est de integritate materiali confessionis, & de præmittenda confessione, non obligat cum tanto rigore, sed humano modo; unde non obligat urgente necessitate, seu jure naturali, quale est deevitando gravi damno in fama, &c. Imo si Missa sit inchoata, ultra notam infamiæ, urget reverentia sacrificio debita, ut perficiatur.

285 Sacerdos autem iste tenetur postea confiteri *quamprimum*, videlicet intra triduum.

lico, idest *intra triduum*, de Lugo id remittit arbitrio boni viri. Et quidem contingere potest casus, ut primo die aptus Confessarius contingat, qui, forte postea intra triduum non contingat; tunc, inquam, non debet Sacerdos opportunitatem illam negligere: *v. tom.* 1. *de auditione Missæ*, *ver. Integritas*, *§. Quimane.*

286 Quæ particula, *quamprimum confiteatur*, non ligat Laicos, sed Sacerdotes. Non est autem consilium, sed præceptum sub mortali obligans; quia communis intellectus Doctorum, optimus legis interpres, illud intelligit esse præceptum, cui non satisfaciat Sacerdos, si suo tempore confiteatur, alias Tr. d. ad nil movi per illam particulam obligaret; nam Sacerdos ille, quando denuo celebrare debet, tenetur ex præcepto divino confessionem præmittere: *v. to.* 1. *prop.* 78. *&* 38. ab Alex VII. *damn.*

287 Si autem peccatum, cujus recordatur, fuerit commissum ante confessionem, ac prout de indirecte absolutum, non tenetur deco actum contritionis elicere, quia nulla est ejus necessitas, aut præceptum: nam cum fuerit de eo in directe absolutum, jam est in gratia, & dispositus, & solum habere debet propositum suo tempore confitendi peccatum oblitum.

288 Extra casum vero urgentis necessitatis, tenetur confessionem talis peccati mortalis obliti præmittere, quia præceptum est de præmittenda confessione integra, nedum formaliter, sed etiam materialiter: & peccata in confessione oblita, sunt absoluta indirecte, adeoque cum onere ea postea subjiciendi directe clavibus: *v. tom.* 1. *propos.* 11. ab Alex. VII. *damn.*

EX DAMNO

289 SIve temporali, sive spirituali, quod prudenter timet. Unde Sacerdos, si ex confessione alicujus cum quodam Confessario timet non leviter, sed prudenter, grave malum, aut fractionem sigilli, si alius Confessarius non adsit, potest illud tilere; debet tamen alia confiteri.

290 Si Confessarius non adsit, non potest celebrare cum sola contritione, ut alii satisfaciant præcepto audiendi Missam, nisi adsit infamia: quia præceptum auditionis Missæ est humanum, præceptum vero de præmittenda confessione est divinum, adeoque fortius obligat. Et nunquam sola devotio facultatem concedit celebrandi sine confessione. Hanc facultatem dat necessitas celebrandi ad dandum viaticum moribundo.

291 Necessitates, quæ dictam facultatem concedunt Sacerdoti ad celebrandum, & laico ad communicandum in casu, quo recordetur peccati mortalis, eandem concedunt in casu, quo recordetur, se esse excommunicatum, suspensum, aut irregularem, quia fortius impedit a celebrando peccatum mortale, quam confuta, cum illud impediat jure Divino, hoc Ecclesiastico, & tunc cum censura celebrans non evadit irregularis: debet tamen interim diligentiam pro absolutione obtinenda adhibere, adeundo per se, vel per alium, superiorem.

292 Onus Capellaniæ, & indigentia stipendii, volunt aliqui, quod det licentiam Sacerdoti, à Confessario absit, celebrandi sine præ- ia confessione cum contritione, & voto confiendi quamprimum, & Confessarium curandi. Hoc autem non est ita libere concedendum, sed solum quando Sacerdos est in tam gravi necessitate, ut non habeat unde sustentari: qua gravi necessitate secluſa, debet à celebrando abstinere, & postea Mi as per se, vel per alium supplere, Tamb. *cit* n.30.

DE DISPOSITIONE CORPORALI.

293 SAcerdos celebraturus, & laicus communicaturus, debet esse jejunus jejunio naturali.

294 Jejunium naturale ab Ecclesiastico differt; quia jejunium Ecclesiasticum consistit in unica comestione, & abstinentia à carnibus: jejunium vero naturale consistit in omnimoda abstinentia cibi, & potus à media nocte usque ad communionem inclusive, adeoque jejunium naturale non admittit parvitatem materiæ, sed violatur per granum amii, aut per guttam aquæ ex indultis sumptam: & ejus violatio est sacrilegium.

295 Ad ejus autem violationem duo requiruntur: primum, ut id, quod sumitur, sit cibus, aut potus: cibus, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, & ad digestionem pertingit: secundum, ut sumatur per actionem quæ sit cometio, vel poratio, nempe ut per os assumatur, & in stomachum trajiciatur.

EX DEFECTU PRIMI.

296 NOn violant jejunium naturale, [illegible] neque Ecclesiasticum fructum ligni, foli, unguis, monetæ aureæ, plumbum, oleum sive frugum, sive alterius generis, lanam ex ferro, vel serico, aut lana. & similia; non enim sunt cibus, quia non alterantur in stomacho, sed eadem integra egeruntur.

297 Violant autem jejunium naturale charta, filum ex lino, palea, fœnum, terra, lens Si a- [illegible] cretia,

creta, quam mulieres comeduni, & cerâ, quæ ne stomacho alteretur.

288 Si quis deglutiat nucem cum cortice integram, frangere jejunium, putat Joan. Sanchez, quia est materia comestibilis, & get accidens non alteratur. Non frangere, opinatur Tambur. quia ut trajicitur, nec est alterabilis, nec digestibilis, Layman.

289 Demum violant jejunium naturale potio medicinalis, autem potabile; & sanguis, quem quis ex vulnerato digito fugeret.

EX DEFECTU SECUNDI

NOn violant jejunium naturale, primo gutta aquæ, quæ contra fertur salivæ, dum os ablus, aut gutta jusculi, quod gustas, an sit bene præpiratum, & commixtum sali trajectis; vel sanguis, qui ex capite fluit in os, & immo minus salivæ deglutitæ: quia non est potatio, aut comestio, sed trajectio salivæ. Secundo, musca, aut pulvis, quæ casu in os rapitur, & casu trajiciuntur; quia non est comestio, sed respiratio. Tertio sanguis, vel humor ex capite, aut gingivis d[illegible] minutus salivæ, & deglutiatur, quia est fluxus. Quarto, tabachum pernasum sumptum in pulvere, fo[illegible] aut sum[illegible], & q[illegible] odor, quia est attractio, & attractio [illegible]

290 Esterum, si contra, aut minus [illegible] comedat, vel sumat potum, quam [illegible] mus, vel [illegible] quia ex usu [illegible] & sic alia [illegible] est comestio, [illegible] ratio.

291 Profecto, quæ [illegible] dictum [illegible] ut [illegible] ut [illegible] non est comestio, sed trajectio, aut respiratio. Videtur enim, quod [illegible] deglutiatur, quia comestio [illegible].

292 Patres similes [illegible] Ecclesiam, aut tabellæ in [illegible] ubicunque scripta, quæ tamen post [illegible] deglutiuntur, & [illegible] jejunium.

Probabile [illegible] Patres [illegible] Ecclesiæ, [illegible] Doctores apud Tamb. in [illegible] cap. 2. num. 25.

293 Similiter, si [illegible] medicinam, &c. in ore contenta ad exacerbandam linguam, &c. & non deglutiat, non violat jejunium, etiamsi [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]

sit jejunus, patell in sequentibus casibus. Primo, si pastor habeat duas Parœchias distitas. Secundo, si concursus populi sit tantus, ut Ecclesia non capiat, licet tunc potius expediat celebrare extra. Tertio, si ante ablutionem moneatur de summuricando infirmo, & suam hostiam sumpserit, nec sit alius Sacerdos *v. n.* 348.

DE TEMPORE, ET LOCO SACRIFICII.

317 TEmpus, quo celebrari debet, est ab aurora, duabus fere horis ante ortum Solis, usque ad meridiem, seclusis privilegiis, quorum quidem virtute Mendicantes ex causa celebrare possunt tribus horis ante ortum Solis, & hora una post meridiem; quo indulto licite uti poterit quilibet alius Sacerdos, si adsit consuetudo, aut ei suppetat justa causa.

318 Locus jure communi esse debet Ecclesia benedicta. Ex privilegio vero, aut dispensatione Papæ, oratorium, vel sacellum privatum, esto non benedictum.

319 Non licere in navibus celebrare, decreni Bonac. Diana & alii apud Arfdekin; cuin adest periculum effusionis sanguinis. Imo Diana apud Gobat *tom. 1. tr. 3. cas. 227.* refert dicisse Card. de Lugo 1643. qua committitur Episcopis, ut prohibeant Sacerdotibus, tam sæcularibus, quam Regularibus, ne in navi celebrent. Licere autem in navibus grandioribus, & in longo itinere, etiam dum actu navigatur, tranquillo tempore, aliquoties celebrare, puta ad audiendum Sacrum die festo, ad ministrandum Viaticum, & ad solatium spirituale vectorum, si nullum sit periculum effusionis sanguinis, aut emotionis bilis ex vento, tenent cum pluribus Arfdekin, & Gobat cit. qui addit ex Callrop. id esse à Clem. VIII. generaliter permissum navigantibus in Indias, & testatur, ab eis sic praticari.

320 In Ecclesia interdicta, aut violata, sive per injustam sanguinis effusionem, sive per publicam & illicitam humani seminis effusionem, sive in qua sepultus sit infidelis, aut excommunicatus non tolleratus, celebrare non licet, antequam purificetur: quod si violatio accidet, dum Sacerdos celebrat, si post introitum Canonem, sacrificium absolvat; si ante, ab eo cesset: *v. n.* 346.

321 Sacrificium fieri debet supra Altare sub mortali, & immediate supra Altare parvum lapideum consecratum. Altare esse debet triplici, aut saltem duplici mappa, seu lineo benedicta exceptum, cum Cruce, & Missali, & duplici candela cerea accensa.

322 In Altari Crucifixi Crux debet esse à Cruce majori distincta; quia illa habet rationem imaginis. Negat Tamb.

323 Ex nulla necessitate licere sine lumine in Altari posito, & à lampadibus extra Altare appensis distincte celebrare, & etiamsi Missa sit incœpta, sed ante consecrationem, continuare, tenent Bellar. Bisemb. & Tambur. *in meth. Cel. Miss. lib. 1. cap. 5. §. 4. n.* quia gravem parit irreverentiam.

Sed probabilius puto licere. 1. Ad satisfaciendum divino præcepto aliquoties sacrificandi, ut in *n.* 329. 2. Ad dandum Viaticum. 3. Ad vitandam mortem, non incusam in contemptum fidei, Marchesius *à n.* 67. cum Pasqual. Tonellio, & pluribus; quia jus divinum, & naturale prævalet legi humanæ.

324 Non sufficit necessitas celebrandi ob diem festum, Marchesius *n.* 70. quia licet præceptum aliquoties celebrandi sit naturale, & divinum, ut in *n.* 330. præceptum tamen celebrandi, & audiendi Missam, quoad determinationem temporis, puta tali die festo, est Ecclesiasticum, quod cedit præcepto celebrandi cum lumine, quatenus hujus omissio gravem comitet irreverentiam, quæ non potest vitari, nisi ad satisfaciendum præcepto majori, quod urget.

325 Si incœpta Missa extinguatur lumen, curari debet, & expectari paulisper, ut accendatur, si brevitec fieri potest; secus si contingat post consecrationem, continuari debet Missa usque ad finem. Si ante consecrationem post Offertorium, contrarii posse docet Marchesius *n* 71. cum Arfdekin *p. 3. tr. 6. q. 8.* & Leandro contra Mendo *in appendice ad epis. de immunit. nu.* 3. qui vult, esse abrumpendum sacrum, si non sit spes breviter habendi lumen.

326 Celebrare voluntarie cum unico lumine, in nostris regionibus, ubi est consuetudo celebrandi cum duplici, item cum lumine olei, aut sevi, est peccatum veniale; quia non est gravis irreverentia, nec præceptum Rubricarum quoad hæc graverm obligationem induxit. Imo nullum est peccatum, si fiat ex necessitate, & causa. Non requiritur causa gravis. Pasqual. velit sufficere defectum cetæ. Et si prævideatur scandalum, poterit moneri populus super defectu, Marchesius *à n. 74. ex* pluribus.

327 Celebrare sine Cruce, seclusa contemptu, est veniale, Mendo *cit. n.* 6.

328 In villa, si candelabra non extent, licitum est sine illis celebrare; quia Rubrica de candelabris est directiva, non tequiritur non ratione rei, sed luminis. Tunc Sacerdos pro candelarum substentaculis uti poterit pi-

leis, aut aliis instrumentis decentibus, qui ad risum non provocent. Ita Marchesius, qui super His suo Sacerdoti in villa docte, & pene scribit.

DE VASIS, ET VESTIBUS.

329 VAsa ad hoc sacrificium requisita sunt calix, & patena ex auro, argento, aut saltem stanno, consecrata ab Episcopo. Item corporale, & pala ex lino pariter benedicta. Pyxis vero sufficit si sit benedicta.

330 Nostris temporibus ex Rubr. Miss. de Ritu servando &c. n. 1. non est concedendus calix cum cuppa de ferro; quia non est verisimilis tacta paupertas, ut non possit de argento conflari: & item, quia calix, in quo Christus in ultima Cœna consecravit, est ex calcedonio lapide pretioso, aliis jam dibus pretiosis sculptus.

331 Calix, & patera, si sint fracta, ita ut reddantur inepta ad Sacrificium, puta si languis ex fundo cuppæ effundatur, vel si sint apta, deformitatem tamen notabilem habeant, ut oriatur indecentia, excusata censentur.

332 Calix iterum deauratus, non est iterum consecrandus, si sit materiæ aptæ; quia per deperditionem auri non amittit consecrationem, nec per additionem auri mutat formam; decet tamen, ut aqua benedicta abluatur, propter laicarum manuum contactum. Est autem iterum consecrandus, si sit materiæ ineptæ, quæ per deauratione fit apta. Ita Marchesius *num.* 203.

333 Vestes Sacerdotis sunt amictus, & alba linea, cingulum, manipulus, stola, & planeta serica, vel lanea, quæ sint coloris correspondentis officio.

334 Alba, stola, & planeta dicuntur paramenta majora, quorum aliquod voluntarie omittere est mortale. Amictus, cingulum, & manipulus dicuntur paramenta minora, quorum aliquod omittere probabile est non esse mortale, sed veniale, ob parvitatem materiæ, Marchesius n. 64. Sed probabilius puto cum Gobat *tom. 1. tr. 3. n.* 347. 348. esse mortale, excepto cingulo; quia eorum omissio notabilem parit deformitatem.

335 Sine aliqua veste ex minoribus potest celebrare Sacerdos necessitatis causa, puta ob necessitatem audiendi sacrum die festo, acquisitionis stipendii, si Sacerdos sit pauper, &c.

336 Ad celebrandum sine aliqua ex majoribus, requiritur major necessitas, videlicet 1. Ad ministrandum viaticum. 2. Ad implendum præceptum naturale divinum de Sacrificio perficiendo. 3. Ad vitandam mortem, nisi hæc incuteretur in fidei contemptum; quoniam leges humanæ non obligant cum tanto periculo.

337 Sine omnibus autem non licet, nisi ex maxima necessitate, puta ad vitandam mortem, non incusam tamen in fidei contemptum: ut si Rex dux Sacerdoti vestes comparare non valenti minetur mortem, nisi pro anima sua oneris celebret, Gobat *cit. n.* 4.

338 Ad celebrandum vero cum vestibus minoribus non benedictis minor necessitas sufficit, puta ad audiendum sacrum die festo, &c.

339 Licitum est, aliquoties sine Altari lapideo consecrato celebrare ad implendum præceptum naturale divinum de sacrificio offerendo aliquoties, contentum sub prima Præc. Dec. *Unum colo Deum*. Quod contingit in Regionibus hæreticorum, ubi non est libez usus Religionis Catholicæ; quia præceptum naturale divinum aliquoties celebrandi prævalet juri positivo celebrandi supra Altare lapideum consecratum.

340 Imo Marchesius *num.* 36. id pluries in præfatis Regionibus concedit, ex tacito Ecclesiæ consensu, ad fovendum servorem fidelium Sacrificium expostentium.

341 Rite autem *num.* 130. negat licere sine omnibus vestibus celebrare ad satisfaciendum præcepto naturali divino aliquoties celebrandi; quia omnium vestium omissio maximam affert deformitatem, & inde irreverentiam ipsi Sacrificio: non sic omissio Altaris lapidei consecrati, cui irreverentiæ cedit præceptum aliquoties sacrificandi.

342 Capellani in Ecclesiis Monialium non modo possunt, verum etiam tenentur in Missa se conformare Monialium officio; utamen tamen Missali Romano, Gavant. Lezana, & Tamb.

343 Requiritur unus saltem minister, qui Sacerdoti circa Altare inserviat, qui sub mortali debet esse vir, non fœmina, ita ut in casu necessitatis potius celebrandum sit sine ministro. Dixi, circa Altare: nam si respondeant in Choro Moniales, nec est conveniens, nec prohibitum.

DE INTERRUPTIONE.

344 MIssa quoad partes essentiales, quæ sunt consecratio panis & vini, & consumptio, non potest sine sacrilegio interrumpi, nisi instet periculum in Sacramentum, aut vitam Sacerdotis, ex incursione hostium, hæreticorum, ex terræmotu, incendio, &c. tunc enim potest Sacerdos ho-

stiam consecratam sumere, vel secum deferre, si ad unius consecrationem sine dicto periculo perveniri non possit.

345 Quoad partes vero accidentales, & Ritum, Missam interrumpere licet ex gravi, & justa causa. 1. Ob concionem, ordinationem, communionem populi, & ædictorum publicationem, pro quibus extant Rubricæ, & consuetudines. 2. Si ante Canonem Sacerdos reconderetur alicujus impedimenti: puta non esse jejunum, esse in mortali, excommunicatum, &c. & non sit infamia, aut scandalum ex interruptione, v. n. 202. Si post Canonem, & præsertim post consecrationem, conveniatur, & perficiat. 3. Si excommunicatus non tolerabilis, seu denunciatus, aut publicus percussor Clerici interesse præsumat, moneatur, ut discedat.

346 Quod si discedere renuat, & commode expelli non possit, incidit ille in novam excommunicationem reservatam Papæ, & Sacerdos, si inceptus non sit Canon, ab Altari recedat; si vero sit inceptus, & præsertim si sit peracta consecratio, recedentibus aliis præter ministrum, Sacerdos sacrum perficiat, usque ad sumptionem; & tunc si excommunicatus iterum mortuus non recedat, etiam ipse abeat, & in Sacristia cæreta peragat. Ita Layman, qui addit, hæc intelligi debere de Sacrificio Missæ compatatione ejus tantum Altaris, cui excommunicatus præsumit assistere; unde nihil obstare, quod Missa in aliis Altaribus, præsentibus et aut fidelibus, peragatur, num. 320.

347 4. Ob supervenientem graverii necessitatem proprii corporis, aut spiritualem proximi, ut si morituris sit baptizandus, vel absolvendus, tunc Sacerdos ad sacrificium revertens, si consecratio erat facta, incipiat, ubi desierat; similiter, si non erat facta, sed parva mora intercesserit, minor quam unius horæ; si vero longior, vel incipiat ab initio, vel à celebrando desistat, si obligationem celebrandi non habeat.

348 Demum ob adventum Principis, Prælati, aut populi Missam audituri, si alius non sit Sacerdos, & non sit facta oblatio, Sacerdotem posse de novo incipere, putat Laym. cum Navar. sed rectius negat Tamb. quia talis adventus non affert tantam necessitatem, quæ irreverentiam interruptionis superet; ramen si, eam non sit alia Missa, non tenentur ad audiendam integram. Eadem ratione non potest Sacerdos ob hujusmodi adventum bis eadem die celebrare; v. num. 316.

DE DEFECTIBUS IN SACRIFICIO MISSÆ OCCURRENTIBUS.

349 SAcerdos ante sumptionem advertens aquam, aut acetum consecrasse, debet eas mittere in sacrarium, aut alteri fidei manda tradere, & vinum cum aqua imponere, ac consecrare.

350 Si id advertit post calicis, aut hostiæ sumptionem, D. Thomas vult, Sacerdotem debere consecrare non tantum vinum, sed etiam innovani hostiam, ac si nullam materiam consecrasset, hoc pacto, ut novam hostiam, & vinum offerat oblatione saltem mentis concepta, & statim post oblationem incipiat ab illis verbis: *Qui pridie quam paterentur*: & prosequatur solita signa, ac orationes usque ad communionem. Conjuratio est; quia si non esset ibi hostia consecrata, non verificaretur repetitio verborum, & signorum, quorum eædem fiunt non solum circa sanguinem, *sed etiam circa corpus.*

351 Sectus vero *in q. dist. 8. q. 2. Ist. H*, docet, in allato casu sufficere consecrare solum vinum cum aqua sine nova hostia, reliquis omnibus omissis, quæ ante sumptionem dici, & agi solent; quod ita fieri potest, ut celebrans. cum acceptatus ablutionem, accedat ad cornu Altaris, vinum, & parum aquæ calici imponat, ad medium redeat, & offerat, oblatione saltem mentali, immediate consecret, incipiens à *similiter modo*, usque ad *hæc quotiescunque*; statim sumat, ablutionem accipiat, & finem Missæ prosequatur; qui modus præsertim in præsentia populi est expedire ar, & ponitur in Rubricis Missalis Clemen. VIII. de defectu vini, n. 5.

352 Uterque modus est aptus. Primus D. Thomæ, si Missa celebretur in loco privato. Secundus Secti, si celebretur in loco publico, ubi adsunt auscultantes, ad vitandum scandalum, & contubernem.

353 In quo casu non efficit, quod Sacerdos non sit jejunus; quia præceptum de integre perficiendo sacrificio est majoris obligationis, quam præceptum jejunii naturalis; quoniam hoc est Ecclesiasticum, illud vero Divinum, ex Scoto *ist. ist. D.*

Imo si Sacerdos hujusmodi defectum cognoscit, dum habet in ore aquam, aut acetum illud, non debet illa projecere, sed sumere, quia esset irreverentia, imo periculum projiciendi fragmentum hostiæ sumptæ.

354 Idem pariter est dicendum, si ratus sanguis effundatur è calice; & de hostia consecrata, si dispareat, ve. si post ejus sumptionem advertas non esse triticeam; tunc enim alia hostia debet recenseto modo consecrari.

Quod

355 Quod si non possit nisi difficillime alia hostia haberi, sacrum cum una sola specie finias, prætermittendo verba, & signa, quæ ad speciem desicientem spectant; nam vitare notabilem offensionem plebis est de jure naturæ, integritas vero sacrificii solum de jure divino; adeoque illa est majoris virtutis.

356 Si autem propter ignorantiam, aut animi turbationem, quæ in his casibus accidere solet, defectum non supplevisti, sed Missam terminasti, non debes aliud sacrum perficere, quia tunc non judicatur esse idem, sed aliud sacrificium.

357 In dubio, alio modo est discurrendum si dubites, an sit acetum post calicis sumptionem, teneas fuisse vinum, quia possidet substantia viri.

358 Idem teneas, si dubites post consecrationem, ne sine certo fundamento turbetur sacrificium, ejusque ordo; quoniam possidet substantia viri. Si dubites ante consecrationem, vel debes deponere rationabiliter dubium, vel vinum mutare, ne periculo non consecrandi te exponas; & tunc si non invenitur aliud vinum, vel non nisi difficillime; si non est incepta consecratio, desistas; si vero est incepta, præsumas esse vinum, & prosequere: quia metus est, deposito dubio sacrificium perfici, quam cum dubio incompletum certo pati. Ita Tambur.

Acetum vero illud, si remanserit, vel sumas post sumptionem sanguinis, vel alicubi reverenter serves huppa, aut pannolineo imbibitum, donec liceatur; & tunc comburi debet, & in sacrarium projici.

359 Quia in hujusmodi defectibus, tam substantialibus, quam non substantialibus subitæ perturbationes solent oriri: ea ex Doctoribus sit regula, ut consideranda [quantum tempus permittit] gravitate, vel levitate rei quæ deficit, incommodo, scandalo, quod possit oriri, id facias, quod: ejus videbitur, nec scrupulose te geras: nam quidquid in ea perturbatione bona fide facis, bene coram Deo facis: quia si est error, per bonam fidem, & perturbationem non censetur deliberate factum, ut sit mortale. Ita Tamb. *lib. 2. cap 3. n. 30. in Meth. col. Mis.*

360 Si hostia consecrata è manu Sacerdotis in calicem ceciderit, & tota sit humefacta, ut fraugi non possit, nil est reiterandum; sed fractione ista, omnia dicat Sacerdos, omittendo tamen solita signa supra hostiam, & prosequatur sacrum, quia nil subsunt ale desicit: ad communionem autem signars se calice dicat, *Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.* Si vero non sit tota humefacta, fiant omnia solita signa cum residua parte hostiæ non humefacta.

361 Sacerdos, si de hostia grandiori sibi provideri non possit, ne eo duc, etiam feriæ sacrificio privetur, potest licite parva formula uti, quia æque per utramlibet sacrificium perficitur, & nullum de hostia grandiori adest præceptum; solum (inquis sit) monendus est populus de defectu, ad ejus avertendam offensionem.

362 Quod si petas, an liceat Sacerdoti assumere formulam parvam, & hostiam grandiorem conservare exponendam, si alia grandior haberi non possit?

Respondeo licere, si Sacerdos in ea Missa consecravit, tam formulam parvam, quam hostiam grandiorem; non licere autem, si formula repeta fuerit consecrata in alia Missa; ratio est, quia Sacerdos communicare debet de suo sacrificio.

363 Si musca, aranea, aut aliud simile ceciderit in calicem ante consecrationem; Sacerdos, si non exit ei nausea, illud extrahat; secus, vinum in sacrarium mittat, & ablato calice, aliud vinum cum aqua ponat, offerat saltem mente, & consecret.

364 Si vero id acciderit post consecrationem, animal è calice extrahat, & ablutat, illudque, & ablutionem apte conservet, ut post sacrificium comburat, & ablutionem cum cinetibus in sacrarium projiciat, aut id ministro committat. Sanguis autem debet sumi, si possit sine periculo vomitus, aut salutis corporis; secus, periculo stante, ut si adsit venenum; tunc nar que nullo pacto est sumendum, ne calix vitæ vertatur in mortem; sed vel debet conservari in vase, donec species corrumpantur, & inde combustæ in cinerem in sacrarium; vel debet exsiccari stuppa, linteo, aut ipse linteo o, quod habet supra altare, &c. & sic comburi, & cinis mitti in sacrarium.

Sacerdos autem ablutu calice debet novum vinum, & aquam imponere, efferre, & consecrare, ut supra.

365 Item, si ex unius compticis confessione scias, vinum infectum esse veneno, poteris te à celebrando abstinere; & si es in altari, illud etiam consecratum non sumere, ex Scoto *in 4. dist. 21. q. 2.* ad rect um, *Ist. H*, quem Tamb. & omnibi sequuntur contra Bonacinam; nam ex jure naturæ tenetur quilibet propriam vitam servare, nec ea vitæ verti debet in mortem; hinc igitur uti poteris medello prætexto, v. gr. ampullam quasi casu è manu frangendam dimittendo, aut alio modo opportuno.

no, qui ex superiori dictis, prudentiæ non defect. Nec igitur figuram confessionis frangitur; quia (ut ait Scotus) tunc non debet reputari revelationum confessionis, nisi id, quod ex materia sua prodit peccatum confessum, cujusmodi non fuit, re diverterè à via, in qua ex confessione secum se esse occidendum, vinum non sumere, ampullam frangere, &c. nam posset ebrius jocum causam agere, etiam si nullus tecum collocutus fuisset, eaque posset casu independenter à confessione contingere, &c.

366 Idem die de hostia, si fuerit ab aliquo venenato tacta: ellenim in sacrario separatim servanda, donec corrumpatur, & in sacrarium mittatur, & sic ell consecranda, & somenca.

367 Hostia, & calix à fulmine tacta, venenata censeri vult Gavantus.

SANGUIS

368 Si congelatur in calice, calix paries calidis involvatur, quo diu eum possit, præparatur in aqua ferventi prope altare, donec liquefiat, ita ut intra calicem non intret aqua.

Si vero liquefieri nequeat, an ignis haberi non possit, digito commiscitur, & absumitur.

369 Si vinum congelatur ante consecrationem, debet mutari: cum & aliud quæcumque commode haberi non possit, tunc Sacerdos, si ad Carenam non pervenerit, factum emittat, re inconsueta materia mutatur; & si opus est, pecunia de defectu moneat ad eius offensionem vitandam. Si vero integrum sit Canon, prosequatur (ait Tamb.) cum Carnere interim conferet interquem subsistat hanc sacrum, nam probabilius est tale vinum esse aptam materiam consecrationis, utpote natura sua potabile. Ita Tamb. Ai dico, quod sacrum mutat, ut retius. *dicta num. 189 & in num. 2. num. 85.*

370 Aqua vero congelata pro certo non est apta materia baptismi, quia non potest facere lotionem, quæ est ejus materia proxima.

371 Si sanguis cadat in tabulam, quæ terræ adhæret, tabula lingua lambatur, & radatur. Si in terram, radatur: semper autem quod abraditur, debet comburi, & cineres debent in sacrarium mitti. Si supra lapidem altaris, sanguis forbeatur à celebrante, lapis lavetur, & ablutio in sacrarium mittatur. Si supra linteum, aut corporale, ter supra eadem lavetur, & ablutio aut sumatur, aut in sacrarium projiciatur. Idem fiat, si supra tapetum pedibus subiiratum; & tunc non est obligatio eas partes comburendi.

372 Pœnitentiæ autem in his casibus à sacris Canonibus impositæ non sunt in usu, sed hujusmodi negligentes debent à Superiore puniri.

HOSTIA.

373 A Ut fragmentum, si cadat in terram, lignum, aut aliud fimile solidum, accipiatur, ossa abluntione cum spongia mundetur, & aquantulum abradatur, & lotio, & abrasio in sacrarium mittatur.

374 Si cadat in mappam, quodcumque linteum, pannum, &c. illud lavetur, & lotio in sacrarium mittatur.

375 Lotio ex casu sarræ hostiæ fieri potest à Clerico, vel Sacrista. Lotio vero ex efficacie sanguinis non nisi à Sacerdote, & in ejus defectu à Diacono.

376 Si fragmentum cadat in partes interiores vestis mulieris, mulier ipsa modelle quærat inventre, & supra eandem vestem Sacerdoti ponigat, vel ipsa prepolis digitis accipiat, in pyxidem mittat, digitos lavet, & lotionem in sacrarium projiciat. Quod si non inveniatur, Sacerdos fragmentum Deo commendet, & sacrum prosequatur. Si vero cadat supra pectes mulieres, mulier ipsa modeste quærat. In quibus, & similibus casibus parcendum est Tamburin. advertit, melius esse vitare turbationem fidelium, quam imbrarum aperam ejusmodi cautelas præcipientem observare: casus namque, in quo adest fidelium turbatio, est à rubricis exceptus.

377 Hinc [ait idem] si solus Sacerdos parvi fragmenti casum advertit, & probabiliter prævidet notabilem mulieris turbationem, aut adstantium offensionem [quod quidem regulariter adest] si de fragmenti casu mulier adverteretur, mi dicat Sacerdos, sed id Deo commendet.

378 Si Sacerdos hostiam evomat, & species integræ appareant, si non sit nausea, sumantur: secus, in loco sacro conserventur, donec fecentur, & corrumpantur. & tunc corruptæ sunt comburendæ, & cineres in sacrarium mittendi; si vero species non appareant, & corruptæ judicentur, totus comitus comburatur, & cineres in sacrarium projiciantur.

379 Demum si Sacerdos post sumptionem advertat, species à se sumptas fuisse infectas veneno, tunc solum potest licite vomitum provocare. & ut supra se gerere.

380 Quod si Sacerdos deficiat, dum Sacrificat, tunc si id ante consecrationem contingat, relinquendum est sacrificium, cum

non est substantialiter inchoatum; si vero post consecrationem, etiam solus panis, tunc vel eodem die, etiam post sex, aut septem horas, vel sequenti die debet sacrificium perficere, aliquo Sacerdote, qui hostiam dividat, & Sacerdoti deficienti, si non adsint, sed adsumus fuerit, & commoditate potenti, usumpsum sumendam tradat.

CASUS.

381 *Dum Sacræ Manales communionem sufficerent, subitaneus ventus plures particulas à sacra pyxide rapuit, & per altarium suum Capellam inseriorem sparsit, Quid agendum?*

RESP. Tunc Sacerdos, animo sibi cato, pyxidem claudat, & Datum erret, ut parti earum ab ipsis sacris Virginibus, eriam præpona digitis, accipiantur, & intra pyxidem reponantur. Ut semantur propria lingua ab aliis, si aliæ sint communicaturæ. Vel omnes ab eadem, quæ communicavit, sumantur, si aliæ non sint, & quoties duo modi commode practicari non possint, maxime si sint sparsa fragmenta. Deinde eadem pavimentum spongiis lavent: *ut in num. 376.*

Aguni de Sacrif. Missæ, Scotes *quol. 20. in 4. a. 5. q. 2. In. 1. disl. 17. q. 2.* M. Mallrjus *disp. 9. q. 3. art. 4. & 5. Leander de Sacram in c. & 8.* Joan la Crux *peg. 351.* Tambur *in Meth. Cel. Missæ*, Arsdekin *tom. 2. pag. 216.* Gobat *tom. 1. tr. 3.* Ant. à Spir. S *de Sacram. tr. 7.* Fagnanus *lib 3.* Fenech, Mendo, Alloza *ver. Missa.*

FORMULA DIMISSORIARUM PRO REGULARIBUS,

382 Qua plurjes usus sum, in qua practicatur doctrinæ traditæ, *num. 29. 30. 34. 35. 83.*

N. R. NN. *Ordinis* NN. *Dilecta Nobis in Christo Jesu frater* NN. *salutem*

AD Excelsum Presbyteratus Ordinem ecclesiasticis promovere muneris nostri ratio expescit, quos laudabiliter, & devote in inferioribus jam constitutos, versatos fuisse novimus. Propterea Tibi præmemorato N. N. in sæcula nuncupato N. N. [ætate legitima prædito] *vel [si adsit dispensatio super ætate]* cui de benignitate Apostolica, ob examinatum tui devotionem, & nostræ Ecclesiæ necessitatem, per breve datum Romæ die... Mense... Anno..., fuit dispensatum per tredecim mensis super ætate à Sacro Conc. Trid. requisita, nullo que Canonico impedimento interdicto: Sacro Diaconatus Ordine insignito, in suscepris Ordinibus exercitato, probis, honestisque moribus, ac literar. a disciplina condecorato, cæteris que per Tridenti. Concilii sanctiones, Summorumque Pontificum decreta requisitis exornato; atque Exercitiis spiritualibus [testimonio Nobis facto] jam peractis: Præfertum virtute cum salutaris obed eniæ merito facultatem elargimur, ut ad Illustrissimum, & Reverendissimum N. Episcopum [in cujus Diœcesi de familia commoratis] & eo ordinari omem non habente, ad quem libet alium Antistitem accedere valeas, Sacro Presbyteratus Ordine decorandus. Quibus rebus rogamus, ut recum super interstitiis ob nostræ Ecclesiæ necessitatem dispensare dignetur. Vale. Et Angelus Domini sit in itinere tuo. Datum, &c.

383 Hinc habes, Præterem regularem debere primo loco suum subd tum ad Episcopum Diœcesanum mittere, in cujus Diœcesi de familia commoratur; vel ad Episcopum vicinitem, si erit in loco nullius Diœcesis; & eo absente, aut ordinationes non habente tunc potest ad quemcunque alium Episcopum suum subditum mittere. Hæc sunt dispositia à S. Cong. Conc. die 15. Martii 1598. & die 11. Junii 1638. mata mentem Trid. *sess. 23. de ref. cap. 8.* quæ decreta refert P. August. Matthæucci *in Offic. Curiæ 2ar. Ordines à num. 4.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS SECUNDA.

Examen Prædicatorum.

CAPUT I.

De Causa efficiente sacræ Concionis.

Quis prædicare debeat.

384 A D Apostolicum facem prædicationis munus rite exercendum, tria necessario requiruntur, quorum altero deficiente, nemo prædicare debet.

Primum est irreprehensibilis vita : quia (teste Tullio) *Caput est artis, dicere, quod facias.* Hinc D. Hieron. ad Nepotianum scribens, ait : *Non confundant opera sermonem suum, ne cum in Ecclesia legitur, taceatur quisque suspendens : Cur hæc, quæ dicit, ipse non facit?*

385 Secunda est solida scientia : ut saltem crassa, quæ pertinent ad mysteria fidei, mandata Dei, & Ecclesiæ, vitia, & virtutes, hæreses, atque erroneas opiniones, dignoscere, ac evitare valeat ; quod satis apte præstabit, si crebro textus hujus operis familiares habebit.

Tertium est legitima missio : nimirum ut à Prælato, ad quem spectat, sit ei commissum, vel saltem concessum : nam, ut inquit Apostolus ad Romanos. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Vide Bullam Clem. X. *Superna 1670. in tom. 1. var. De approbatione Confessarii.*

CAPUT II.

De Causa finali.

Prædicationis finis

386 E Sie debet, ut peccatores peccata mortui ad vitam per pœnitentiam revocentur, & uti justi, qui charitate vivunt, abundantius vita fruantur, juxta illud Joan. 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.*

CAPUT III.

De Causa materiali.

Quæ prædicari debeat.

387 P Rædicationis materia est verbum Dei : *Prædica verbum*, dixit Apostolus 2. ad Tim. 4. Confistit autem hoc verbi Dei prædicatio (ut fuse tractat Seraphicus P. S. Franciscus) *in annuntianda vitia & virtutes, pœnam & gloriam.*

QUIBUS REBUS FULCIRI DEBEAT VERBUM DEI, ET QUO ORDINE.

388 CUm Verbum Dei prædicamus, firmis decretis fulcire dicta nostra debemus, ut audientium corda movere possimus. Primum fulcimentum est *Auctoritas Sacræ Scripturæ*, in aliquo ex quatuor sensibus interpretatæ (ut infra) pro cujus interpretatione Sanctorum Patrum instrumentis uti necesse est, ne in errorem incidamus. Unde secundum fulcimentum esse debent *Sententiæ Sanctorum Patrum, & Conciliorum.* Tertium *Rationes.* Quartum *Similitudines.* Quintum *Exempla.*

DE SACRA SCRIPTURA.

389 S Acra Scriptura, cujus author est Spiritus Sanctus, duas habet partes, Vetus scilicet, & Novum Testamentum. Utrumque subdividitur in quatuor partes, in libros nempe legales, historiales, sapientiales, & Prophetales. In veteri testamento *Legales* sunt quinque libri Moysis, videlicet, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. *Historiales* sunt decem in veteri testamento dispersi. *Sapientiales* sunt quinque, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, & Ecclesiasticus. *Prophetales* sunt sex, quatuor Prophetæ majores. Isaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel, liber duodecim Prophetarum, & liber Psalmorum.

390 In Novo Testamento libri *Legales* sunt quatuor Evangelia. *Historiales* sunt Actus Apostolorum. *Sapientiales* Epistolæ Apostolorum ; & tandem *Prophetales* Apocalypsis B. Joan. Apost. Qui omnes libri numerantur à Conc.

Conc. Trid. *sess. 4.* & secundum vulgatam D. Hieronymi sunt de fide tenendi ; translatio vero septuaginta Interpretum non est de fide : est tamen majoris authoritatis, quam aliorum translatio.

391 Libri Sacræ Scripturæ dicuntur Canonici, quia continent regulam, quam secuti debemus in materia fidei, & morum, & quia sunt relati à Sancta Ecclesia recepti inter Catalogum librorum divinorum, seu à Deo inspiratorum ; Canon enim regulam significat, & Catalogum. Libri autem Canonici ex Decr. Trident. *sess. 4.* sunt. *Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, quatuor libri Regum, duo Paralipomenon duo Esdræ, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum, Sapientia, Ecclesiasticus, quatuor majores Prophetæ, duodecim minores, duo libri Machabæorum.* Hi vero veteri Testamento. Ex Novo vero *Quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, quatuordecim Epistolæ Pauli, tres Joannis, duæ Petri, una Jacobi, una Judæ, Apocalypsis Joannis.* Adeoque qui præfatos libros pro actis, & Canonicis, seu à Deo inspiratis non susceperit, aut qui aliquem versiculum in illis contentum, v. gr. *In principio creavit Deus Cælum, & terram*, negaverit, erit hæreticus. Alii duo libri, nempe tertius, & quartus Esdræ, non sunt ab Ecclesia recepti pro Canonicis ; sunt tamen magnæ auctoritatis, quoniam à nonnullis Sanctis Patribus citantur, & a Sixto V. in sacris Bibliis post libros Canonicos, una cum oratione Manasse suerunt appositi.

DEFINITIO.

392 S Acra Scriptura *est liber unus scriptus intus, & foris.* Ita Lyranus noster in Prologo ; cujus definitio est assumpta ex illo Apocalypsis, *cap. 5. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus, & foris.*

Dicitur *Liber Vitæ*, quia vitam tribuit eam bene experientibus, & operibus sequentibus, juxta illud Ecclesiastici, *cap. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Dicitur *scriptus intus, & foris*, ut per ly *intus* significetur sensus spiritualis, & per ly *foris* sensus literalis.

393 Sensus sacræ Scripturæ est ille, qui est intentus à Spiritu Sancto, qui est author, & causa principalis Sacræ Scripturæ, prædecessores tamen laltem mediate Sacros Scriptores, qui sunt causa minus principalis.

DIVISIO.

394 T Ndè sensus Sacræ Scripturæ in prima sui divisione est duplex, *Literalis, & Spiritualis*, seu mysticus. *Literalis* est illa significatio prima, qua voces significativæ, ad quas significandas sunt impositæ, ut Deuteron. *cap. 6. Audi Israel : Dominus Deus noster, Dominus unus est. Spiritualis*, seu mysticus, & metaphoricus est ista significatio, qua res per voces significatæ rursus significant per similitudinem, & figuras ; ut Matth. 5. *Si manus tua scandalizat te, abscinde eam. & projice abs te.* Ubi per rem abscindendam intelligitur amicus, qui lasciva amplexatur, & ut causa ruinæ, cujus familiaritatem homo debet abscindere à se ; nec sensus literalis ad mysticum debet per hoc, quod in literali significatio attenditur à voce, in mystico vero à re.

395 Sensus *Literalis* est duplex, historicus, & parabolicus. *Historicus* est ille, quo aliqua significatur historia, ut præsertim in libris Regum, & Machabæorum contingit : *Parabolicus* est ille, quo aliqua significatur parabola, seu comparatio, ut patet in Evangelio de Paterfamilias. Sensus *mysticus* est triplex, Allegoricus, Tropologicus, seu Moralis, & Anagogicus.

SUMMA DIVISIONIS.

396 H Hæc summatim sensus Sacræ Scripturæ sunt quatuor, nempe Literalis, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, qui sensus explicantur his verbibus :

Littera gesta docet, quid credas Allegoria,
Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

Sensus igitur Literalis res accipit, quæ verba ipsa significant. Sensus *Allegoricus* ostendit nobis, quid sit credendum, quia tendit circa credibilia ; dicitur *Allegoricus* à nomine Græco *Allon*, quod est *Alienum*, & à Logos, quod est *Sermo*, quasi sit alienus sermo alter, quem voces sonant. *Tropologicus*, seu moralis quid agendum, quia tendit circa moralitter agenda : dicitur *Tropologicus* à nomine Græco *Tropos*, quod est *Conversio*, & à Logos, quod est *Sermo*, quasi sit sermo conversus ad animæ ædificationem, & morum informationem.

Anagogicus dicitur, quid sit sperandum, quia tendit circa sperandæ in æterna beatitudine. Dicitur *Anagogicus* à nomine Græco *Ana*, quod est *sursum*, & *Goge*, quod est *ductio*, quasi quod sit sursum ductio, seu locutio de terrenis, quibus significantur cœlestia.

EXEM-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EXEMPLUM.

Jerusalem

397 IN sensu litterali significat Civitatem Judææ. In Allegorico Sanctam Ecclesiam militantem Anobis credendam, juxta illud Apocal. 21. *Vidi Civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* In Tropologico significat animam nostram sanctis operibus, & virtutibus ornandam, juxta illud Jeremiæ 1. *Jerusalem, Jerusalem convertere ad Dominum Deum tuum.* In sensu denique Anagogico significat Ecclesiam triumphantem, nempe Patriam cœlestem à nobis sperandam, juxta illud Pauli ad Galatas 4. *Illa, quæ sursum est Jerusalem, est libera, quæ est mater nostra.*

SENSUS ACCOMMODATITIUS.

398 *Quo quis Sacram Scripturam propriè mentis sensu accommodat.*

Sic Orator in cena electionis Ducis cujusdam Reipublicæ, cui nomen erat *Prasper*, ulos est versu Psalm. 44. *Inunde, Prospere, procede, & regna*: utendo æquivoco adverbii in nomen. Et alius ad exprimendam Principum conventionem circa Monarchiæ Hispaniæ partitionem, & Dei inexcellam providentiam in ea conservanda incolumi cum constitutio ne Regis, usus est illo Psalm. 2. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Ego autem constituta sum Rex ab eo.*

At Sacer Orator abstinere debet à sensu accommodatitio, qui non sit sensus virtutis, & unus ex quatuor.

QUÆRES,

399 An in omnibus locis Sac. Scripturæ reperiri possint omnes quatuor sensus?

REsp. negative, in multis enim locis solum reperiri potest sensus litteralis, nullo pacto mysticus, ut in illo: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Et in illo alio: *Dominus Deus tuus unus est*; qui sensus est solum litteralis, non mysticus.

E contra in multis locis solum reperiri potest sensus mysticus, nullo modo litteralis, ut in illo Judic. c. 9. *Ierunt ligna, ut ungerent super se Regem*, qui sensus nullo modo potest esse litteralis, sed solum mysticus: nam per ligna intelliguntur habitatores Urbis Sichen, qui constituerunt Abimelech super se Regem ut in eodem Textu exponitur. Similiter in hoc alio loco: *Invenit hominem secundum cor meum*; ubi by *Cor* non potest sumi litteraliter, quia Deus non habet cor, sed mystice per voluntatem. Et in illo Psalm. 78. *Comederunt Jacob, & locum ejus desolaverunt*: ubi non potest haberi sensus litteralis, quod lupiter Jacob, & eorum ejus comederint, sed mysticus, & metaphoricus, nimirum, quod Jacob, & locum ejus deprædati sunt.

Tandem multa loca haberi possunt omnes quatuor sensus, ut in Gen. c. 16. dicitur, quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & alterum de libera; ubi per duos filios Abrahæ in sensu litterali denotantur Isaac, & Ismael: Isaac vir bonus filius Sarræ uxoris Abrahæ, & Ismael homo ferus filius Agar Ancillæ Sarræ. In sensu Allegorico per duos filios significantur duo Testamenta, ut exponit Apost. ad Gal. c. 4. Ismael enim *Vetus* significat, Isaac vero *Novum*. In sensu morali, seu Tropologico, significari possunt duo filii spirituales omnes Prælati, quorum unus ut Isaac proficiat, alter ut Ismael à perfectione deficiat. Et demum in sensu Anagogico per duos filios significari possunt Angeli, quorum multi steterunt, & sunt boni, multi ceciderunt, & sunt mali.

DE QUATUOR CONCILIIS.

400 COncilia Oecumenica, videlicet Generalia, & Universalia ad totum Orbem Christianum pertinentia, à Sede Apostolica approbata, & ab Ecclesia recepta, hucusque sunt decem, & octo, Tridenti nondum inclusa: quorum principalia sunt prima quatuor, quæ ad authenticandam, stabiliendamque fidem, quam Sacra Scriptura prædicat, convenerunt.

401 Primum est Nicænum, quod celebratum est absente Domini 325. usque ad annum 330. sub Silvestro Papa, & Constantino Imperatore, ubi convenerunt Episcopi 318. numero quidem sacro, quia longe ante figurato in Sacra Scriptura in illis 318. militibus, cuibus Abraham victoriam de quinque Regibus reportavit. In hoc Concilio damnata fuit hæresis Arii, æqualitatem inter Divinas Personas ponentis, asserentis Filium creaturam. Unde Concil. Filium consubstantialem Patri confitetur, & proinde Symbolum fidei ab Apostolis editum, denuo constituit, addendo illam particulam: *Consubstantialem Patri*, statuitque, ut post hymnum gloriationis, qui est *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto*, adderetur. *Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.*

Sed

402 Secundum est Constantinopolitanum, quod est celebratum anno Domini 383. sub Damaso Summo Pontifice, & Theodosio Seniore Imperatore, ubi convenerunt 150. Patres; cui Concilio interfuit S. Hieronymus contra Macedonium negantem Spiritum Sanctum esse Deum.

403 Tertium est Ephesinum, quod celebratum est anno Domini 434. sub Cœlestino Papa, & Theodosio Juniore Imperatore, ubi convenerunt 200. Episcopi. Causa Concilii fuit hæresis Nestorii Episcopi Constantinopolitani duas personas in Christo admittentis, ac proinde unitas sub accidentali ratione, nempe per affectum; qui error fuit damnatus, & sanctum, in duabus Christi naturis unam minime personam, nempe Verbi, adeoque duas naturas divisam & humanam esse unitas substantialiter in ratione substantiali hypostasis, seu personæ; & ex tunc in Salutatione Angelica addium fuit: *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, &c.*

404 Quartum est Calcedonense, quod celebratum est anno 451. vel 454. sub Leone Papa. Valentiniano, & Martiano Imperatoribus, ubi convenerunt 630. Episcopi contra omnes hæreses, præsertim contra Eutychen Constantinopolitanum Archimandritam, in Christo unam naturam asserentem, & ejus defensorem Dioscorum Alexandrinum Episcopum: ubi illi condemnati fuere cum aliis hæreticis, & definitum, sic Christum de Virgine natum, ut duæ naturæ, divina, & humana, secundum subsistantiam realiter distinctæ, & impermixtæ remanserint, unitæ solum in unitate personæ Verbi; ita ut Christus verus Deus sit, & verus homo.

405 Præmissa quatuor principalia Concilia, Ecclesia sancta tanquam quatuor Evangelia amplectitur, & veneratur cum Divo Gregorio *in c. Sicut dist.* 15. De Conciliis erudite agit Bellarminus *tom. 1. contr.* 4.

DE SS. PATRIBUS.

406 AD explanationem S. Scripturæ, & confirmationem doctrinæ, quam prædicamus, sententiis Sanctorum Patrum, & aliorum Scriptorum Ecclesiasticorum uti debemus, quantum ad omnia ea, quæ ab Ecclesia universali sunt approbata, & communiter recepta; inter quos præcipue elucent Hieronymus in sensu litterali, Ambrosius in Allegorico, Augustinus in Anagogico, Gregorius in Morali.

407 Semper autem sunt attendendæ Romanorum Pontificum sanctiones, etiam si doctrinæ hoc Augustini; nam de fide est, non Augustinum, sed Romanum Pontificem ex cathedra loquentem, errare non posse in materia fidei, aut morum. Hinc Augustinus ipse ait cont. epist. fun. *Non crederem Evangelio nisi quia Ecclesia Catholica credo.* Imo super quamplurimis doctrinis Sanctus sane se extraclavit, pro quo librum Retractationum construxit. Adde, præfatos Sanctos Patres in aliquibus discordare, quia Ecclesia permittit, quatenus nec contra fidem, nec contra bonos mores redundant: *v. tom. 2. prop. 10. ab Alex. VIII. damn.*

408 Quando autem inter se Patres, & Doctores discordant, liberum est nobis sequi, quem volumus, abstinendum tamen est ab illis opinionibus, quæ possunt controverti, & repelli, quia non ad disputandum contra Patres, & Catholicos Doctores, sed ad populum erudiendum, pergamum ascendimus. Hinc Sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, aut contra unanimem Patrum consensum, prout Tridentina Synodus cavit, Prædicatori nullo modo ad suos sensus conturquere licebit. Si vero aliquam novam interpretationem ab Ecclesiæ sensu, Sanctorumque Patrum sententiis non alienam, ad fidei Catholicæ doctrinam illustrandam, vel ut pietatis studium excitet, aliquando asserre voluerit, aliquid brevi præfabitur quod id ibi licere bum liter petat *v. num* 398.

Sententiæ tamen SS. PP. quoquam latine prolatæ fuerint, vulgari idiomate vertendæ sunt ad eruditionem plebem.

409 Nec parvipendenda est auctoritas Philosophorum, illorum, inquam, qui non solum naturæ vim, & effectus, verum etiam morum, & vitæ normam investigaverunt, idque magna ex parte sunt confecuti, ut fuerunt Plato, Aristoteles, Seneca, Tullius, & alii, illis enim usi sunt quoque SS. PP. in suis concionibus ad majorem perditorum fidelium confusionem.

DE RATIONIBUS.

410 POstquam auctoritatibus probata fuerit propositio, consequens est illam fulcire rationibus, quas vel Doctores, vel ipsum ingenium dare possunt. Rationes autem deducendæ veniunt à locis communibus, videlicet

1. *A Definitione.* Definitio est, quæ explicat naturam rei definitæ, vel per ipsoprium ge-

venus, & propriam differentiam, quæ est propria Definitio; vel per alia additamenta, quæ tamen non pollunt altera convenire, & hæc vocatur Descriptio. Exemplum hujus loci dat D. Gregorius Nyssenus, qui, ut auditores excitaret ad gratias Deo agendas, sic hominem definit: Homo est opus Divina trone prædirum, ad ejus, à quo creatum est, imaginem factum.

Utitur etiam Ecclesiasticus Orator definitionibus à lenibus hominum ductis, ut est definitio, quam affert Jacobus Apost. Ep. 4. cap. 1c. cum dicit: Quæ est vita vestra? vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.

Interdum et am alienis à vulgari loquendi consuetudine: quemodo D. Basilius in oratione ad divites, postquam eorum excusationem propositi, deinde argumento à definitione sumpto redarguit, dicens: At te ipsum pauperem esse dicis, & ego assentior: pauper enim est, cui multa desunt: at multis autem rebus indigeat, infatiabilis habendi cupiditas

A partium enumeratione ducitur argumentum, quando enumeratis aliis rebus, quæ possunt ad rem facere, præter illam ab Oratore propositam, non invenitur, quod Oratore quæritur. Exemplum habemus in Ecclesiaste Salomonis ad probandum, quod omnia sint vanitas. Item in Prophetia Jeremiæ, cap. 9. ubi ostenditur in solo Deo gloriandum, enumeratis rebus, in quibus homines gloriari solent, his verbis: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus.

2. *Ab Etymologia* sumitur declarando rem ex vi, & natura nominis, quo res quæque prædita est. Exemplum dat S. Hier. qui scribens ad Heliodorum Monachum, hoc utitur argumento: Interpretare nomen Monachi: hoc est nomen tuum, quid igitur facis in turba, qui solus es?

3. *A Conjugatis*. Conjugata dicuntur ea, quæ ab uno ortu varie commutantur, quorum usus est frequens: ver. g. Si Christians sumus, christiane vivamus. Exemplum etiam præbet Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Cœlo Cœlestis: sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem Cœlestis.

5. *A Genere, & Specie*. A genere potest argumentari ad speciem, v. gr. Virtus est fugiendum, igitur fugienda est avaritia. Item à converso à specie ad genus, v. gr. ad prohandum, peccata miseros homines efficere, sic construi argumentum potest: Adulterium, homicidium separant à Deo, quæ sit maxima miseria: igitur peccata miseros homines efficiunt.

6. *A Simili*, fit argumentum ex comparatione unius rei cum altera, quæ in aliquo assimilatur: ver. gr. Sicut vita naturalis illius ægroti desperatur, qui naturalia medicamina spernit; ita vita gratiæ desperatio peccatoris, qui spiritualia medicamenta contemnit.

7. *A Dissimili*, etiam sumitur argumentum per dissimilium comparationem. Exemplum habetur in libro Prov. cap. 4. ubi dicitur: Justorum autem semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem: via impiorum tenebrosa.

8. *A Contrario*. Quatuor secundum Ciceronem sunt contrariorum genera, Adversa, Privantia, Relativa, & Contradictentia, à quorum singulis potest Ecclesiasticus Orator suum ducere argumentum.

9. *Ab Adversis*. Adversa sunt ea, quæ sunt positive opposita, seu contraria, ut Superbia, & Humilitas, Jejunium, & Crapula, &c. Unde ab Adversis potest hic argumentari: Superbiam omnium peccatorum matrem esse fatemur, humilitatem ergo omnium fundamentum virtutum confitemur.

10. *A Privantibus*. Privantia sunt illa, quæ privative opponuntur, ut forma, & ejus carentia in subjecto apto nato ad illam habendam; ita Gratia, quæ appellatur lux, privatum: sic repugnare dicuntur fatum cum homine libertate, invidia cum charitate, crudelitas cum delicis, &c. Hoc loco usus est Divus Ambros. in sermo de Decol. S. Joan. Bapt. ubi ait: Postrema [quod etiam omnes barbari horrere consueverunt] inter epulas atque convivia consummanda crudelitatis proferunt edictum, &c. Item ita: Quid crudelitati cum delicis? quid cum luxuriosis voluptati? &c.

11. *A Relativis*. Relativa illa sunt, quorum unum refertur ad aliud, ut Pater, & Filius, Dominus, & Servus. Exemplum hujus argumenti à Relativis habetur in Malachia cap. 1. his verbis; Filius honorat Patrem, & servus dominum suum: si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus?

12. *A Contradicentibus*. Contradicentia, seu contradictoria ea sunt, quorum unum negat illud, quod alterum affirmat; ut fave, & non fave. Ad contradicentibus igitur potest hoc modo Orator ducere argumentum, ver. gr. Qui Christum diligit, mandata ejus servat, igitur qui ejus mandata non servat, Christum non diligit.

13. *Ab Adjunctis*. Adjuncta dicuntur ea, quæ cum rebus, vel personis, quoquo modo sunt conjuncta, sive inseparabiliter, ut sunt propietates, & attributa: sive separabiliter, ut locus, tempus, vestitus, comitatus, apparatus, colloquia, valocitas, incessus, rubor vultus, pallor, & alia, quæ rem magis exprimunt, & actiones aut meliores, aut deteriores efficiunt. Hoc loco usus est S. Basilius ferm. de Jejunio, dicens: Jejunantis color, gravitatis plenus est, non in impudentem rubotem efflorescens; sed patiens modesto oculus, placidus & lenis oculus, sedatus incessus, vultus animi sanum loquentis index, nulla intemperantis risus insolentia, moderatus linguæ, & tardis puritas, &c.

14. *Ab Antecedentibus* argui potest deducendo consequentias, quæ ex illis necessario sequuntur.

Exemplum: Dixit Apostolus 1. ad Cor. c. 13. Quod charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. quia qui est charitate prædictus, patiens est, benignus est, &c.

15. *A Consequentibus*. Non infrequentius erit à consequentibus etiam probare antecedentia, hunc enim locum adhibuit ipse Christus in Evang. Matth. c. 5. ubi à consequentibus probat: Beatos esse pauperes spiritu, quia ipsorum est Regnum Cœlorum: item Beatos mites, quoniam ipsi possidebunt terram, &c.

16. *A Repugnantibus*. Repugnantia differunt à contrariis, & dissimilibus, eo quia illa aliquem ordinem servant inter se, illa vero nequa aliqua certa lege, neque ordine inter se opponuntur; sic repugnare dicuntur fatum cum homine libertate, invidia cum charitate, crudelitas cum delicis, &c. Hoc loco usus est Divus Ambros. in sermo de Decol. S. Joan. Bapt. ubi ait: Postrema [quod etiam omnes barbari horrere consueverunt] inter epulas atque convivia consummanda crudelitatis proferunt edictum, &c. Item ita: Quid crudelitati cum delicis? quid cum luxuriosis voluptati? &c.

17. *A Causis*. Quoniam quatuor sunt genera causarum, *Materialis* scilicet, ex qua res est: *Formalis*, per quam res est: *Efficiens*, à qua res efficitur: & *Finalis*, cujus gratia omnia fiunt: hinc à singulis poterit Ecclesiasticus Orator suum elicere argumentum, ut infra.

18. *A Causa materiali*. Quia è limo terræ formati sumus. S. Basilius in Opusculo: Attende tibi: hunc locum ita expressit, dicens: Exultas ob divitias, & ob majorum tuorum nobilitatem te jactas, & propter patriam, & pulchritudinem corporis: attende tibi ipsi, quod mortalis es, quod terra es, & in terram reverteris.

19. *A Causa formali*. Ita arguit D. Bernardus: O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, quid tibi cum carne?

20. *A Causa efficiente* adhibet exemplum Regius Psalmista, Psalm. 93. dicens: Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? probans per hoc, Deum humana curare.

21. *A Causa finali* sic argumentari poterit Orator: Homo ad conquendam æternam beatitudinem est formatus: stultus igitur, qui ea temporalibus delectat, in divitiis, in honoribus beatitudinem collocans?

22. *Ab Effectibus*. Sicut quatuor sunt genera causarum, ita quatuor genera effectuum, qui ex his causis oriuntur. Ab hoc loco ostendit Christus Joan. cap. 10. se esse bonum Pastorem, dicens: Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: mercenarius autem vidit lupum venientem, & fugit; quia mercenarius est, &c.

23. *A Comparativis* ducitur argumentum, quando arguitur vel à majori ad minus, vel à minori ad majus, vel à pari.

24. *A Majori ad minus* usus est D. Hieronym. scribens ad Heliodorum his verbis: Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet; & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia metiris?

25. *A Minori ad majus* arguit Div. Basilius in orat. ad divites: Mare novit terminos suos, nec non transgreditur antiquam termini descriptionem: ac vero altarius non servemus tempus, non statuti terminum, non concedit consequentiæ successionis; sed ignis violentiam imitatur, omnia consumit, omnia depascitur.

26. *A Puri conclusione*. S. Augustin. in quodam serm. his verbis: Et nos, & omnes populos unius Domini servi sumus; & si bene agimus, ad unam beatitudinem pariter pervenimus; & quare pauper rectum non capiet cibum, qui tecum acceperat est Regnum? quare pauper non accipiet vel unctum unicum, qui tecum recipiens est immortalitatis flosum? quare pauper non invenitur panem tuum, qui tecum ad convivium invitatus est Angelorum?

DE SIMILITUDINIBUS.

611 Similitudines, quæ certe magna vi animum illuminant, & voluntatem movent, erui possunt vel ex ipsis humanis actionibus, unam tum alia comparando: quomodo Christus Dominus similitudine vigilantis Pastoris, & ovis erantis, obligationem superiorum circa subditos ostendit: vel & naturali historia, nempe ex proprietatibus & natura herbarum, florum, plantarum, & animalium, quomodo Deus in Deuteronomio cap. 32. ostendit Hebræis curam, quam de ipsis

Tt

ipsis habuit, similitudine Aquilæ, dicens: *Sicut Aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portavit in humeris suis* vel ex ipsis vulgaribus rebus, quomodo ipse Christus assimilavit Verbum Dei *semini, quod seminavit homo in agro suo.*

Caverium, ne similitudines inducendæ, & willes afferantur allusionis risum, & non fructum in auditoribus excitabunt.

DE EXEMPLIS.

412 Ultimum, quod in hoc capite notandum occurrit, est circa exempla: plurimum enim valent ad movendum auditorum animos. Sumenda autem sunt præsertim exempla ex historiis sacris Sacræ Scripturæ, aut ex Vitis Sanctorum, & Sanctarum, vel ex mirabilibus à Deo factis in peccatribus: licet ex ullis humanis historiis, quæ vel ipsis gentilibus credibiles videantur. Præterea ex historiis recentioribus, quæ vel ipsis auditoribus innotescunt, utrumque desumere licet, quamvis è quando pro qualitate materiæ de qua agetur, priora sint, non tamen ita frequenter, sed parce ea uti debet Sacer Orator.

Historiæ vero fabulosæ, quæ ex ipsa rei natura dumtaxat, & proportionatione reprobantur à Deo creatorum, non utuntur ad exempla, sed nullo modo ea uti verbum Dei comprehendens per similitudines, comparationes, & per argumentationes à minori ad majus.

413 Advertenda autem sunt quinque. 1. Quod quamvis utile sit aliquando, etiam Sanctorum peccata, & errores, ad humanam offendendam infirmitatem, & excitandam spem in magnis peccatoribus, in misericordiam revocare; haud tamen ita frequenter illa commemorare debemus, ne auditores inde licentiæ occasionem sumant, & erudiantur *ad excusandos excessus nostros in peccatis.*

2 Ne infipidis descriptionibus circumstantiarum loci, temporis, vel prærogativarum personæ, vel alterius rei, quæ affectus in exemplo, detineatur oratio, ut describendo pulchritudinem, indumenta, & similia, cum naturaliter ipsa historia producta fructum afferre possit.

3 Ne colloquium inter personas historiæ inducatur, nisi ipsa historia verba præbeat vel probabilissime inferantur.

4 Ne ita breve exemplum sit, ut eor pectare non valeat, nec ita longum, ut tædio auditores afficiat.

5 Quod à fabulis poetarum facer Orator abstineat, vel adeo parce illis utatur. & breviter, ut fere nihil fit, quando scilicet aptissime cadant, & in talibus circumstantiis, ut pro antidoto essent, non tamen professionem redderent, non enim bene Arca Testamenti, & Idolum Dagon convenirent.

CAPUT IV.

De Causa formali.

Quomodo debeat concio formari?

414 Omnia orationum genera, & quæ à Rhetoribus efformari possunt, ad tria principaliter reducuntur, & sunt: *Demonstrativum* videlicet, *Iudiciale*, & *Deliberativum*. *Genus demonstrativum* est illud, in quo laudatur, vel vituperatur: *Iudiciale*, in quo accusatur, vel defenditur: & *Deliberativum*, in quo persuadetur. Genus *Demonstrativum* habet pro objecto præsentia, & honestatum: *Iudiciale* præsens, & justum: *Deliberativum* vero futurum, & utile.

415 His autem tribus generibus addi potest quartum, quod vocatur *Doctrinale*, & consistit tantum in edocendo veritatem, & in declarando rectus, leges, & præcepta, unde quæ iber concio in uno ex his generibus potest ab Ecclesiastico Oratore efformari.

GENUS DEMONSTRATIVUM

416 Solem conficit in narratione, unde concio in genere demonstrativo tunc fit, quando enarratione mysteria fidei, vel vitæ Sanctorum, aut Tyrannorum, atque hominum impiorum laudatur. In quo tamen observanda sunt ea, quæ à Logicis observantur, nempe ea in illa versantia:

Quæ, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quamodo, quando.

V. Gr. si sermo sit de aliqua Sancta. 1. memorare debet, *Quis* fuerit, scilicet ejus nomen, parentes, & patriam. 2. *Quid* egerit in toto vitæ suæ cursu, nimirum exercitia virtutum, heroicas actiones, prodigia, & miracula. 3. *Ubi* ea omnia patraverit. 4. *Quibus auxiliis*, videlicet miracula, in

in virtute Nominis Jesu, vel signo Crucis, vel invocatione Beatæ Mariæ Virginis, aut alterius Sancti: Exercitia vero virtutum, auxilio Dei, medio S. Orationis &c. 5. *Cur*, seu ad quem finem ea omnia egerit, scilicet ad majorem Dei gloriam, salutem animæ suæ, & alterum utilitatem.

& Quomodo: hæc agendo de miraculis, an illa patraverit impositione manuum, vel vestium contactu, aut oleo unctione, &c. Sic de virtutibus: quomodo eas exercuerit, referendo modos ab eo adhibitos in oratione agenda; in observando castitatem, paupertatem, obedientiam, abstinentiam, patientiam, humilitatem, charitatem, &c. 7. Tandem *Quando*: quo tempore illa patraverit. Similiter observandum, si sermo fiat de aliquo mysterio.

Potest etiam hoc genus demonstrativum ad virtutes, & vitia adhiberi, quando scilicet concio tantummodo fiat in laudem virtutum, vel in vituperio vitiorum, quod fit per enumerationes, vel recensendo bona, aut mala, quæ constant.

GENUS JUDICIALE

417 Proprie dictum, ad Ecclesiasticum Oratorem pertinere non potest, quia in sacris concionibus nullus adest Reus, nullus Defensor, nullus Judex: dicitur autem metaphorice in genere judiciali versari, quando ita scribit vitia, & perversas consuetudines reprehendit, ut accusare videatur, constituendo tanquam reum ipsum vitium, & illi fructum ex judiciali genere desumptum adhibendo.

GENUS DELIBERATIVUM.

418 Exercet Orator, quando Scripturis, & exemplis, exhortationibus, vel omnis laudet edictum, & fugam alicujus vitii, aut amorem, ac desiderium virtutis.

GENUS DOCTRINALE

419 Adhibet, quando Conclonatoris finis, & scopus principalis alius non est, quam edocere veritatem, seu edocendo explanare aliquod mandatum Dei, vel Ecclesiæ, aut exponere, sive litteraliter, sive mystice, totum Evangelium, vel aliquam ejus partem, aut Sacr. Scripturam, & similia.

DE PARTIBUS ORATIONIS ECCLESIASTICÆ.

420 Septem enumerare solent Rhetores Oratoris partes: & sunt *Procemium*, *Narratio*, *Probatio*, *Confirmatio*, *Confutatio*, *Amplificatio*, & *Epilogus*. Hæc tamen partium distinctio non ita Ecclesiasticum Oratorem adstringit, ut illæ omnes necessariæ adhibeantur. *Narratio* namque non est semper necessaria, nisi in genere demonstrativo. *Confirmatio*, & *Confutatio* probationi subjecta est, & in ea continetur; sic etiam, qui amplificat, quod modo probare videtur. Et tripliciter *Procemium*, seu Exordium, & *Epilogus*, seu peroratio, admonitionis, & intelligentiæ causa adhibentur, quod haud semper necessario est agendum; præsertim in re facili, & nota: unde omnes orationis Ecclesiasticæ partes ad duas necessarias reduci possunt, quæ sunt *Propositio*, seu propositum, & *Probatio*; quamvis vero regulariter exordium facet Orator, aliqua etiam de exordio tangam.

EXORDIUM

421 Est Procemium, est institutum, ut auditores dociles, attenti, ac benevoli reddantur. *Dociles* auditores reddet Orator, si præclare ne se disturum, & argutas, quæstiones omittendo, interdum potius differat. *Attentos*; si dixerit, se de salute animarum sermonem habiturum, & quod ipse Deus docuerit, aut Sancti Patres scripserint, enixe eatorum. *Benevolos* tandem, si neque inanis gloriæ arguatur dixisse, nec avaritiæ, sed zelo Dei, & animarum salutis; dicendi munus ullum sibi professe tribuisse.

Debent tamen exordia modesta esse, seu verecunda, gravia, & brevia: *modestia* quidem *seu verecundia*, quatenus scilicet nunquam Prædicator, aut raro, si necessitas negat, se ipsum laudet, vel de se ipso loquatur, sed humilitatem exordiendi principio præferat. *Gravem* esse debet *Exordium*, aliqua videlicet præclara sententia illustratum, propriis verbis, & minime ex ossis, quod dicendum est, exprimens. Et *Breve*, ut ab omni vanitatis suspicione alienus esse judicetur.

Quantum ad hæc Exordiorum, Exordia duci possunt vel à re ipsa, de qua agitur, seu ex ipsis orationis subjectibus, vel ab Auditoribus, vel à loco; vel à persona ipsius Oratoris; vel à similitudine, vel ab exemplo; vel à sententia sacræ Scripturæ. Majorem etiam vim habent, si acumine, aut novitate auditorum animos incitent aures. Nonnunquam etiam ex abrupto ordiendum. Ad hoc Ecclesiasticos Oratores monco, ut copiam sibi Exordiorum, & Epilogorum è Sanctis Patribus colligant, ut facilius, atque utilius ex tempore dicant.

PROPOSITIO.

422 POst Exordium, utatur Ecclesiasticus Orator propositione illius rei, quam demonstrare intendit: ad quam propositionem tria necessario exiguntur. 1. Quod sit una, ita ut omnia, quæ in Concione dicentur, sive probando, sive amplificando, sive confutando, &c. ad unam conclusionem principalem reducantur: alioquin si propositio non erit una, neque concio una erit, sed multiplex, verbi gratia de jejunio fieri possunt quamplures propositiones, ut *quod jejunium sit meritorium: quod sit satisfactorium: quod sit antiquum, &c.* quæ sunt plures propositiones. Dicitur autem propositio una, quando unum habet subjectum, & unam passionem. 2. Quod sit *Catholica*, videlicet consona fidei, & Sanctæ Matris Ecclesiæ locutioni. 3. Quod sit *popularis*, quæ scilicet populorum infirmitati: aut moribus sit accommodata.

Ad orationem disponendam inservit propositionis divisio, sed cavendum est, ne ita instrumento dividendi delectetur Orator, ut confusionem potius pariat, quam memoriæ consulat. In tria igitur, vel ad summum quatuor capita, seu puncta, est proposita dividenda.

Exemplum sit propositio: *Jejunium est utile animæ*: hæc propositio potest dividi in illa quatuor ab ipsa Ecclesia enumerata, nempe quod *jejunium vitia comprimit, mentem elevat, virtutem largitur, & confert præmia*. Ex quo patet, quod partes, in quas propositio dividitur, habere debeant inter se aliquem nexum, ita ut omnes ad illam unam propositionem reducantur.

DE ARTE INVENIENDI PROPOSITIONEM.

423 ARs inveniendi propositionem est, Sacram Scripturam diligenter perlegere, & ponderare, germanumque illius sensum, & non extorsum inquirere, ac juxta illum firmare, & aliena veritatis Maximes effarmare, quibus uterur pro temporis opportunitate. Et ubi sensus literalis haberi non potest, ad alios sensus est recurrendum.

Juvat sacras Expositores, sacrorumque Concionatorum argumenta, ac materiarum Judices pervolvere, & imitari.

Sed illud nemmax me prædeat ad firmiores protundioresque propositiones inveniendas, ad Orationem mentalem confugere, atque in ea exercere: in hac enim ipse Spiritus Sanctus mentem interius illuminat, & profunda Cœlestium Mysteriorum arcana revelat. In hac quippe schola Sancti Patres, scientia hand humanitus acquisita, sed potius divinitus infusa, tot solidas veritates, & incontestatas doctrinas didicere, terque volumina conscripsere.

EPILOGUS,

424 SEu Peroratio, est terminus orationis. Terminatur sæpe finem concludendo, præsertim quando sententia aliqua explananda à sacris literis sumitur, ut facit S. Aug. in Sermonibus ad populum, dicens: *Hæc vestræ, hanc fidei animæ vestræ subjugate, à Christo Domino premia consecuturi Cœlestis Regni.*

Utile tamen est, sæpe etiam aliqua commotione animi orationem concludere: commotionis autem Christianæ quatuor sunt species: scilicet *Timor, Spes, Dolor*, seu pœnitentia, & *Lætitia*: hunc, ut auditorum animos excitet, poterit hoc loco Ecclesiasticus Orator sibi præscribere, videlicet, ut ab illecebris Diaboli, à Mundi amore, à damnosa voluptatum tyrannide illos abducat: aut ipse pro auditoribus pœnitentibus loquatur, aut tales intersint exantes, atque deprecantes: aut deploret, deplorentur etiam cum lacrymis non longa tamen oratione, cum nil citius arescat, quam lacryma.

QUO ORDINE DISPONENDA SIT CONCIO.

425 IN principio sermonis, seu in Exordio Ecclesiasticus Orator, de quo sibi credendum sit, proponet: deinde, quod propositum fuit, explanabit; definitione utetur, divisione, rerum distinctione; brevem narrationem subjiciet, exempla, & similitudine rem declarabit; breviter interdum digredietur, ita tamen, quod unde defluxerat oratio, continuo redire significet, concludat interdum ignibus argumentis, rursumque plenius explicatis. Quæ explicaverit, eum iis, quæ sequuntur, conjunget, ad ea insensibiliter transiens; & tandem pronuntiata conclusione fervente, & magis penetrante adhibeat verba, intendum appellet, breviter recapitulando discursum, ut melius in auditorum memoria pene maneat. Talem etiam adhibeat methodum: ut à principio usque ad medium concionis auditores instruat, ac docendo usque ad finem moveat, & pios affectus ultimo loco excitet.

DE PERSPICUITATE ORATIONIS ECCLESIASTICÆ.

426 PErspicuitas Orationis in hoc consistit, quod Ecclesiasticus Orator utatur in dicendo verbis, & nominibus magis propriis, ac communibus, quæ videlicet communi loquendi usu recepta sunt; non autem obscuris vocabulis, vel translatis, quæ non versantur in usu: quomodo enim persuadere posset, si non intelligatur? Excipe tamen ea quæ propriis vocabulis explicata, sine verecundia, vel horrore audiri nequeunt, ut sunt quædam corporis partes, & etiam ea ipsa peccata nefanda, quorum nomina propria omnino sunt supprimenda, & circumlocutione explicanda.

QUOMODO PRÆDICARI DEBEAT?

427 A Deo hoc ut Prædicator Verbi Dei finem suum sortiatur, sex præsertim requiruntur, idest *Divini auxilii imploratio, Decor Prædicatoris, Judicium in dicendo, Emendata locutio, Pronunciatio, & Alia.*

DE IMPLORATIONE DIVINI AUXILII.

428 PRincipium electionis, & totius Ecclesiasticæ eloquentiæ à divini auxilii implorazione sumendum est: quis nempe audeat de Deo sine Deo fari, aut de divinis sine ope divina tractare? Idcirco, nisi meditatione præcedente, & precibus ad Deum fusis, primo debet ad veritum Dei ministerium aliorgere, ne aliquando divino deffectus auxilio, præclarissimum hoc munus dedecoret. Hortatur etiam, ut nisi prius ecclesiæ pareat, & ejus rogum eloquia, *ad utilitatem, & ædificationem populi.*

Ad hoc igitur, ut emendate loquatur Ecclesiasticus Orator, hæc observare debet. Caveat,

1. Ne falsa, insana ac barbarismis aut totum aures offendat.

2. Ne verba jocosa, vel facetis risum excitantibus, aut minus honestis formulis, vel descriptionibus, obscœnit mem potius, quam pietatem sapientibus, aut sibellis, vel famatus utatur, ne fructum auditorum amittat, & suspicionem præbet de se ipso.

3. Ne *fata, fortuna, infortunia* nomina, aliaque ejusmodi gentis ab Ecclesia alienæ: in primis explosa, frequenter usurpet. Neve Deos, vel Deas, nisi improbando, vel derideudo gentilium fatuitatem, appellare audeat, quasi illi tanquam Dos venerarentur.

4. Ne singularum adhibeat proverbia.

5. Ne prædicet miracula falsa, vel incerta, ut prophetias per Sacram Scripturam non approbatas, & à sortiri à se ipso temere excogitatas, dicendo, Deum, vel Christum locutum fuisse;

mas Christianas, populum Dei, filios charissimos, dilectissimos audientes, & similibus.

6. Nec se ipse jactet, aut suas res pulcherrimas non antea auditas & dictorum gallicenda, vel narrando se ab aliis loca dixisse, & admirationem concitasse.

7. Tandem, ne supervacanea & inutilibus verbis tempus conterat.

DE JUDICIO IN DICENDO.

430 *Judicium*, seu Prædicatoris prudentia in hoc consistit, quod prius diligenter inquirat mores, præcipua vitia illius Civitatis, Oppidi, aut loci, ubi est concionaturus, ad hoc, ut pro diversitate morborum opportuna adhibere possit medicamina; non enim eadem ubique contraria sunt applicanda: similiter concionem suam ac ingenium & conditionem audientium accommodare studeat, sicut enim non decet pauperes, vel rudes objurgare de opiparis epulis, & de veterum pompa: ita neque decet ad ignorantes, quæ intellectu difficilia sunt, prædicare. Attendere igitur debent Concionatores prius illatum & conditionem auditorum, atque ei correllantas alias loci, temporis, &c. ne id cautum illud Jerem. Thren. *cap. 4 Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.*

DE EMENDATA LOCUTIONE.

431 EMendatam locutionem à concionaturo commendat N. Seraphicus P. S. Franciscus Fratribus suis *in 9. cap.* Regulæ his verbis: *Monui quoque, & exhortor roslrum Fratres, ut in prædicationibus, quam faciunt, sint examinata, & casta oratione eloquia, ad utilitatem, & ædificationem populi.*

Ad hoc igitur, ut emendate loquatur Ecclesiasticus Orator, hæc observare debet. Caveat,

1. Ne falsa, insana ac barbarismis aut totum aures offendat.

2. Ne verba jocosa, vel facetis risum excitantibus, aut minus honestis formulis, vel descriptionibus, obscœnit mem potius, quam pietatem sapientibus, aut sibellis, vel famatus utatur, ne fructum auditorum amittat, & suspicionem præbet de se ipso.

3. Ne *fata, fortuna, infortunia* nomina, aliaque ejusmodi gentis ab Ecclesia alienæ: in primis explosa, frequenter usurpet. Neve Deos, vel Deas, nisi improbando, vel derideudo gentilium fatuitatem, appellare audeat, quasi illi tanquam Dos venerarentur.

4. Ne singularum adhibeat proverbia.

5. Ne prædicet miracula falsa, vel incerta, ut prophetias per Sacram Scripturam non approbatas, & à sortiri à se ipso temere excogitatas, dicendo, Deum, vel Christum locutum fuisse;

fuisse; quod execranda hypocrisis est. De istis enim conqueritur Dominus, Ezech. *cap.* 13. dicens: *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.*

6. Ne historias narret, vel explicationes Scripturæ adhibeat, quæ ex apocryphis Scripturibus sunt desumptæ.

7. Ne Prælatis Ecclesiæ, vel Religiosis, aut Ecclesiasticis detrahat, vitia eorum nominatim propalando, sive verbis expressis, sive aequipollentibus. Dixi *nominatim*; quia licitum est Concionatori generalibus verbis, vitia etiam Prælatorum, & Ecclesiasticorum dulciter reprehendere. Et quod dixi de personis Ecclesiasticis, etiam de sæcularibus est intelligendum: cum hoc tamen discrimine, quod nunquam de peccatis quorumdam Prælatorum, vel Sacerdotum moribus agat, quin etiam de Prælatura, vel Sacerdotii dignitate, & auctoritate multa dicat.

8. Quod in vitiis reprehendendis à convitiis, iejuriis, & execrationibus se abstineat: non enim ad ædificandum, sed ad monendum, facer Orator pulpitum ascendit: *c. 10. 11. tert. contumelia.*

9. Quod nunquam de Prædestinatione loquatur, quin aliqua de libro hominis arbitrio attingat.

10. Quod nunquam matrimonium ita laudet, ut virginitatem ei non anteponat.

11. Ne contra piam, & communem sententiam de Immaculata B. Mariæ Virginis Conceptione aliquid dicere, vel disputare audeat.

12. Ne alicujus Sancti Patris sententiam temere refutet.

13. Ne singulares quasdam opiniones (ut ruteris ecclor videatur) in medium afferat, sed tantum illas, quæ non sunt ab Ecclesiæ usu & consuetudine alienæ. & quæ cum probatis Ecclesiæ Doctoribus sint consentaneæ, proferat.

14. Ne civiles Magistratus, vel Dominantes, vel Rectores Civitatum, & locorum aspertus objurget; sed si aliquando opus erit, prudenter admoneat.

15. Ne iratum se ostendat, eo quia aliquando totum frequentium auditorum ipsi deficiat.

16. Tardem, quod in universum ab illis verbis abstineat, quæ decorem oratoris, vel Oratoris munus, aut vultum vel admirationem, scandalum, diffamationem, jurgia, errores, & similia in audientibus causare possunt; sed sapienter, caute, humiliter, modeste, & cum prudentia loquatur, ut decet Sacrum Oratorem.

DE PRONUNCIATIONE.

432 D*Pronunciatio*, quæ est maxima actis oratoriæ pars, in idiomate, & vocis moderatione consistit.

DE IDIOMATE.

433 T Nusquisque (regulariter loquendo) in illo iciemate, ac in ea lingua, in qua natus est, prædicare debet, ut majorem, atque uberiorem fructum ex sua prædicatione auditorum animæ percipiant; maxime in propria Regione, ubi aliena lingua non ab omnibus universaliter percipitur: caveat tamen verborum vimis rudia & aspera, quibus se licet genus infimæ plebis, & mulierculæ uti solent; sed robusta eligat, & perpolita, quæ videlicet à viris doctis, & civilibus communiter adhibentur.

Dixi *Regulariter loquendo*; quia si in aliena Regione prædicet, & præsertim ubi rarissimum idioma minime percipitur, vel provide habetur, tunc studere debet in idiomate communioti, & magis accepto prædicare, quod est v. gr. in Italia idioma Etruscum cum pronunciatione Romana.

DE MODERATIONE VOCIS.

434 V Ocem debet ita Ecclesiasticus Orator moderari, ut ab oratione non discrepet; sed rebus, quas tractat, sua sit accommodata: aliud enim vocis genus, nempe acutum, & contentum, requiritur ad exponendum verum Dei cultum, scilicet humile, & demissum, ad consolandum peccatores timore propriæ conscientiæ perterritos. Ac exponendum gaudium, vox esse debet lenis, & remissa. Ac dolorem animi manifestandum, vehemens quidem, & gravis sententiæ vocis requiritur.

Itaque non debet Orator immoderatis vociferationibus uti, ubi remissa vox requiritur, & lenis; requisiti lenis, & remissa vocis, ubi aliqua fuerit asperitas; ne frigida evadat oratio; similiter quandam vocis mollitiem, vel magnitudinem non affectet: omnium in dicendo tarditatem, & celeritatem effugiat. Et tardem omnem canticum vitare studeat, sed solum sermonem habeat, habeatque, & naturalem dicendi formam adhibeat; caveatque ne uno semper vocis sono tota constet oratio.

DE

DE ACTIONE.

435 A*Ctio* Oratoris, quæ est individua pronunciationis comes, & complementum, in motu & gestu corporis sita est: debet ergo Ecclesiasticus Orator eo modo, quo vocem, gestum rebus accommodare, de quibus tractat: oculi sunt præcipui pronunciationis comites, quorum interfione, & remissione, conjectu, & hilaritate, affectiones exprimuntur.

In gestu itaque & motu corporis hæc Concionator cavere debet: scilicet, ne eodem semper gestu, neque manu eodem modo componita, neque semper eadem vultus mutatione utatur. Ne pulpitum manibus percutiat, nisi quando res magnitudo poscit. Neque pulpitum curriret, vel saltet. Ne in pulpito unquam corpore innitatur, ve. medium corpus demittat; sed rectus stet, aut sedeat. Ne, quando maxime commovere studet, oris speciem immutet, quod risum potius, quam commotionem excitat, nec labia lambat, vel mordeat. Ne caput in latus inclinet. Ne supercilia contrahat, deducat, vel retractat. Ne humeros attollat, nec rursus contrahat. Ne brachium tanquam gladiator immoderate projicat, quamvis moderate projectum sit telum orationis, quo interdum feriuntur auditori. Ne finistram jactet, nisi in maxime sermonis calore. Ne manum supra os, vel oculos immodeste ponat, nec demittat infra pectus. Ne manus ad femur apponat, nisi fatis, cum ad indignationem movere voluerit. Ne pede supplodat, nisi cum de rebus maxime agit. Ne dignitatum gestum indecorum adhibeat: nec ipsorum argutiis utatur. Ne crebro exputat, vel tussiat, nisi necessitate coactus.

Alia indecora similia fugiat, studeatque, ut actio sit libera, ac naturalis, non affectata; item nobilis, generosa, & spiritu plena, sancta, continens, & sine præcipitatione: quod totum facillima consequetur, si in principio suæ exercitationis in hac arte concionandi peritos Magistros consulat, à quibus eruditur, & corrigatur.

PARS TERTIA.

Examen Missionariorum.

436 QUoniam ipsum Missionarii nomen apèrte satis admonet, cum, qui tam præcipuum Apostolicæ operis aggredi cupit, debere esse Missum; dicente Apostolo ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Ideo primo, advertat unusquisque, qui talentum verbum Dei annunciandi obtinuit, ne temere ad hoc munus obeundum se ingerat; sed solum, si Deo interius inspirante, ab ipso sit vocatus tanquam Aaron; quo facile dignoscere poterit, si pro unico & principali fine habeat, minime temporale aliquod emolumentum, sed Dei gloriam, & Animarum profectum. Et tunc obtenta prius Ordinarii facultate, eorumque Superiorum benedictione, opus tam Deo charum aggredietur.

437 Secundo. Hoc peracto, cum uno, vel duobus sociis (prout loci Ordinario placuerit) omni cum devotione ac modestia ad civitatem pergens, seu locum, ubi Apostolicam Missionem exercere voluerit; antequam incipiat, præmonitum faciat Parochum de suo adventu, & fine, ut ille sibi assistat, & faveat in cunctis, quæ ad sanctum Ministerium conducent.

438 Tertio. Civitatem, seu locum ingrediens, unus imaginem Crucifixi antefeftet; alter vero campanulam, qua dato tripliti signo, alta voce laudabit Sanctissimum Jesu Christi Nomen, vel Sacramentum, & Immaculatæ Virginis Mariæ sine macula originali conceptæ.

439 Quarto. Magis elevando vocem, dicat: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos:* vel aliam consimilem textum, aut aliquam orationem jaculatoriam lingua vulgari, quæ sibi ad commovendum populum, ipsumque ad Ecclesiam convocandum, magis apta videbitur.

Hinc quasi processionaliter incedentes, Litanias B. M. V. canere poterunt, vel coronam recitare; & plateas, aliaque loca populo magis frequentia transeundo, aliquantulum lisiat, & verba aliqua exhortationis faciat ad excitandos otiosos: *Quid hic statis tota die cristi? Quærite Dominum, dum inveniri potest;* vel aliud simile; & sic omnes post se conabuntur trahere.

440 Quinto. Cum in Ecclesiam fuerit populus congregatus, pulpitum Missionarius ascendat, & primum de ipsa Missione sermonem habebit, pro cuo assumere poterit thema illud, Exodi 3. *Quiesti, misi me ad vos:* offendens se tanquam Moysen à Deo missum ad eos liberandos ab hujus præsentis sæculi Ægypto, & à miserabili servitute diaboli. Sermonem autem in tria puncta dividere poterit, differendo videlicet. Primo, de Dei gloria. Secundo, de Animarum salute. Tertio, de Emendatione vitæ. Inviter omnes ad pœnitentiam, ad compunctionis lacrymas, & ad peccatorum suorum integram atque lacrymabilem confessionem, pro qua excipienda, sese, ac socium exhibeat, si is quoque Confessarius fuerit: nec non alios prebos adeundos Confessarios pro facilieri expeditione adhortetur.

Denique; Si Indulgentiam plenariam teneat (uti Missionarii mei Ordinis teneat, *ex num.* 443.) habita prius Ordinarii benedictione, & in Regnis Bellæ, Commissarii Cruciatæ licentia, Indulgentiam publicet, & ad illam, designata die (quæ potest esse altima, & Dominica) lucrandam inviret.

441 Sexto. Quolibet mane Missam celebrabit, in cujus fine [hic recumbantibus loci, & personarum attentis, judicaverit expedire] haud parum utile erit, verba parca, sed fructuosa ad auditores habere, aliquod Missæ mysterium, vel textum currentis Evangelii, seu Epistolæ, breviter declarando: Et post gratias Deo actas reliquum matutini tempotis in audiendis Confessionibus insumet, vel in aliquod aliud pietatis officium: ut in sedendis inimicorum odiis, assiliendo moribundis, in Sacramento Eucharistiæ ad infirmos associande, & in aliis similibus pietatis, & charitatis operibus, offendens se in cunctis Artificum salutem, Deique cultum, & famulatum quærentem.

442 Septimo. Actum Missionis perficiet hoc pacto. Populum prævenire poterit, affirmando per locum relevias convocationis, in quibus dies, & hora Missionis, & conciones notentur. Die præfixa accedente, cum per solita Campanæ signa excitabit. Et si opus fuerit, ipse cum socio Vesperarum hora cum Crucifixo & campanula ad eandem

dem convocandum exibit, & secum ad Ecclesiam perducet.

Ibi post Vesperas ad locum aptatum ascendens, per horæ dimidium doctrinam Christianam, articulosque fidei explanabit. Utilius erit, & simul jucundum, si fiat per oppositionem puerorum aptorum, ad hunc effectum prius selectorum, & tunc ante Missionarium coram populo dispositorum, quorum unum a Missionario de articulo Doctrinæ Christianæ interrogatum, si erret, alius corrigat, & Missionarius supra illo puncto suam declarationem addat, sicque prosequendo.

Post dimidiam horam doctrinæ Christianæ, quadrantem horæ cum populo genuflexo expendet in oratione mentali, vel locali, ipsam dirigendo pro S. R. Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum pace, & concordia, & hæresum extirpatione.

Statim (si fieri potest) aptus Sacerdos, aut Clericus, in organo (si pulsari poterit) aut prope Missionarium flans cantuneplam more loci modelle canere poterit, quæ sit materiæ concionis conformis.

Inde Missionarius in eo loco, aut in pulpito concionem habebit per tres horæ quadrantes, in cujus finem, diem, & horam futuræ concionis designabit.

Prima concio esse poterit de Confessione, & ejus partibus essentialibus, maxime agendo de integritate, dolore, & propolito. Alias vero diebus sequentibus materiam concionum assumet, prout melius animarum necessitati viderit expedire: videlicet de quatuor Novissimis, Morte, Judicio, Inferno, & Paradiso.

De Dei misericordia in parcendo vere pœnitentibus. De malo procrastinantium conversi ad Deum. De gravitate, & fœditate peccati mortalis.

Supra omnia autem valde fructuosum erit, imo necessarium, de decem Præceptis Decalogi, de Præceptis Ecclesiæ, & septem vitiis capitalibus sermones contexere; ut plebs ignara clare & distincte legem Dei addiscere valeat, & quæ observare, quæque vitare teneatur agnoscat, ne forte de ipsis Prædicatoribus suis conqueratur Dominus, dicens: *Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Hinc haud parum proficuum erit, si aliquibus diebus à diebus concionis divinctis, horam ad doctrinam Christianam, & præmissa præcepta explananda assumat; de quibus quid discurras, fuse habes in tomo 1.

443 Octavo. Hoc salubertimum Sacræ Missionis exercitium haud habet præscriptum tempus: perdurare autem solet per quindecim, decem, aut octo dies. Prottahi potest ad mensem, si necessitas postulet; quod magis expediens esset pro doctrina Christiana in oppidis, & locis ruditus.

Eo tempore poterunt quinque, aut octo conciones, uti supra *n.* 242. fieri, juxta locorum & personarum opportunitatem.

444 Nono denique. Ad magis excitandam populi devotionem, poterit Missionarius suæ Missionis tempore duas, aut tres processiones ordinare cum interventu Cleri. Primam in principio Missionis pro dispositione, ut dictum est *à n.* 437. *ad* 440.

Secundum in medio pro pœnitentiæ exemplo ad peccatores commovendos, in qua defferent imaginem Crucifixi grandem cum luminibus, quatenus fieri potest, ferentibus Clericis, Sacerdotibus, Religiosis, aut Confratribus, & Congregatis supra caput, & collum pœnitentiæ ac mortificationis instrumenta. Et tunc sermo erit de Passione Domini, vel de pœnitentia agenda in remissionem peccatorum.

Tertiam tandem Professionem facier in fine Missionis pro gratiarum actione, quæ fiet cum lætitia magna, simul & devotione, deferendo imaginem Beatissimæ Virginis festive ornatam, campanis pulsantibus, canendo hymnum, *Te Deum laudamus;* insuper gaudii, ac laudis Psalmos, & Cantica. Inde erit sermo de gratiis Deo agendis pro beneficiis cunctis, tum spiritualibus, tum corporalibus, generalibus, & particularibus, præcipue ipsius Missionis tempore ab omnium bonorum largitore collatis. Cui & Eco præ cæteris gratias ago, pro hujus *Examinis Ecclesiastici* Initio, Incremento, & Meta.

INDULGENTIA PLENARIA

Concessa Missionariis Ordinis Minorum de Observantia Sancti Patris Francisci, & Christi fidelibus, ad quos idem Missi accederent.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ 445 COelestium munerum thesauros, „ quorum dispensatores esse nos „ voluit Altissimus, libenter iis impartiri, quos pro sua in Deum & proximos charitate, & Christianæ Religionis zelo, animarum salutem omni studio pro-

procurare intelligimus. Quo in genere cum Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia habeamus, easque in primis, quos Dilect. Filii eorumdem Fratrum Superiores ob hanc causam hoc ipso, & consequentibus annis in diversas Provincias Christianæ Reipublicæ mittere constituerunt: Nos sane eorundem Fratrum pietatem, ac operam, eorumque ad quos illi mittendi erunt, religionem, & devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, supplicationibus dilect. filii Matthæi à Sancto Stephano dicti Ordinis Minister Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, pamque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis Fratribus dicti Ordinis, tam Reformatis, quam non Reformatis, Ministro Generali eiusdem Ordinis subjectis, ad Missiones in quibuslibet locis de Ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christi Fidelibus, ad quos ipsi mittendi acceserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per præsentes impartimur: Nec non iisdem vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, quibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggereret devotio, pias ad Deum preces effunderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino auctoritate Apostolica tenore præsentium pro una vice duntaxat pro unaquaque Missione de Ordinariorum locorum licentia respective faciendo, concedimus, & elargimur. Hartantes Venerabiles Fratres, Patriarchas Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, & Rectores, ac verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes litteras, & omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac eumdem eidem Fratribus, tam Reformatis, quam non Reformatis, favorem, & auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti, MDCXCIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

J. F. Cardinalis Albanus.

LAUS DEO.

APPENDIX

Quæstionariarum Thesium à SS. D. N. CLEMENTE XI. ædificatarum; quibus tua Doctrina subjicitur Censuræ [illegible] & oppugnationi pertringendo paucis, quæ fusius, ac enucleatius in sua Turrina Antiquæstionariana, P. DOMINICUS VIVA Societatis JESU disseruit in obsequium dogmatum Catholicorum.

1 *QUid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipsius gratiam omisit, nisi peccatum, & peccati consecutiones, superbia paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?*

Si peccatori posti amissam Dei gratiam per peccatum deficeret liberum arbitrium, ac potestas ad honeste operandum, necnon gratia ad orandum, & ad respiscendum, delusorie à Deo ad pœnitentiam invitaretur; sicut delusorie increpat cæcus ad videndum: Quo quid absurdius?

2 *Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscunque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa, non solum nihil fit, nec fieri possit.*

Citra Christi gratiam, quæ principium efficax est omnis boni, (hoc est extra gratiam efficacem) adhuc homo adjutus gratia sufficienti exercere potest actus virtutum supernaturalium, tum Moralium, tum etiam Theologalium. Non est itaque gratia efficax ad omne opus bonum necessaria.

3 *In vanum, Domine præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.*

Si Deus in vanum præciperet, quando denegat gratiam efficacem, qua dat, quod præcipit non ne factum esset præceptum pœnitentiæ, quod a Deo peccatori non respiscenti imponitur? Nonne fruitanea esset gratia sufficiens, qua ru Deus eidem confert, ut respiscat? Cum tamen ea sit beneficium ingens.

4 *Da, Domine, omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.*

Perinde quasi non esset possibilis conversio peccatoris, quando Deus gratiam illi confert sufficientem, ut respiscat, absque eo quod respiscentiam in illo operetur per gratiam efficacem.

5 *Quando Deus non emollit eor per interiorem unctionem gratiæ suæ, exhortationes, & gratiæ exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.*

Adhortationes, & gratiæ exteriores non deserviunt ad obdurandum cor peccatoris, quin potius ad emolliendum: quamvis aliquando ex defectu propriæ cooperationis de facto non emolliatur, & gratia tunc temporis collata sit inefficax.

6 *Discrimen inter fœdus Judaicum, & Christianum est, quod in illo Deus exiguum suorum peccata, & implementum legis à peccatore, retinquendo illum in sua impotentia; in isto vero Deus peccatori dat, quod jubet, illum sua gratia purificando.*

Erroneum est hujusmodi discrimen: cum etiam in Judaico fœdere contulerit Deus gratiam sufficientem ad non peccandum, nec reliquerit Deus Judæos in impotentia ad bene operandum. Commentitium parsterea est, quod semper Deus in Christiano fœdere sua gratia det quod jubet: sæpe enim quod jubet non petitur, non quidem ex defectu gratiæ, sed ex nostra culpa. Denique falsum est, peccatorem gratia divina semper purificari: cum sæpe adjuvetur, quin purificatio sequatur vitio voluntatis.

7 *Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit ejus propriæ infirmitati imponendo ipsi suam legem? Quæ vero felicitas non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit a nobis?*

Erroneum est, quod Deus reliquerit in veteri fœdere Judæos in sua infirmitate destitutos gratia sufficienti ad salutariter operandum. Quomodo peccassent legem transgrediendo si illam implere non potuissent? Erroneum pariter est, tam quod in Christiano fœdere Deus nu doneat quod petit à nobis, ut non requiratur ad illud ponendum libera nostra cooperatio: quam quod semper nobis detur gratia efficax, ut ponatur, quod Deus petit à nobis, quinimo sæpe ex nostra culpa, non ex defectu gratiæ sufficientis, illud non ponitur, nec Deus nobis dat quod petit à nobis.

8 *Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratiæ, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.*

Novum fœdus non reddit nos participes gratiæ per Christum collatæ per hoc, quod

D-tis

procurare intelligamus. Quo in genere cum Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia habeamus, eosque in primis, quos Dilect. Filii eorumdem Fratrum Superiores ob hanc causam hoc ipso, & consequentibus annis in diversas Provincias Christianæ Reipublicæ mittere constituerunt: Nos sane eorundem Fratrum pietatem, ac operam, eorumque ad quos illi mittendi erunt, religionem, & devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, supplicationibus hac de re Dilecti Filii Matthæi à Sancto Stephano dicti Ordinis Ministri Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, pamque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis Fratribus dicti Ordinis, tam Reformatis, quam non Reformatis, Ministro Generali eiusdem Ordinis subjectis, ad Missiones in quibuslibet locis de Ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per præsentes impartimur: Nec non iisdem vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui pio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, infidelium conversione, hæreseum extirpatione, prout unicuique suggereret devotio, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino auctoritate Apostolica tenore præsentium pro una vice duntaxat pro unaquaque Missione de Ordinariorum locorum licentia respective faciendo, concedimus, & elargimur. Hartantes Venerabiles Fratres, Patriarchas Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, & Rectores, ac verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes literas, & omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac eumdem eisdem Fratribus, tam Reformatis, quam non Reformatis, favorem, & auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti, MDCXCIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

J. F. Cardinalis Albanus.

LAUS DEO.

A pp

APPENDIX

Quæstionariarum Thesium à SS. D. N. CLEMENTE XI. creatarum; quibus ista Portion subjicitur Theologica expl[illegible] & oppugnantur pertringendo paucis, quæ fusius, ac enucleatius in sua Turrina Antiquestionariana, P. DOMINICUS VIVA Societatis JESU disseruit in obsequium dogmatum Catholicorum.

1 *Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipsius gratiam omisit, nisi peccatum, & peccati consecutiones, superbia paupertas, & segnis indigentia, hæc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?*

Si peccatori posti amissam Dei gratiam per peccatum deficeret liberum arbitrium, ac potestas ad honeste operandum, necnon gratia ad orandum, & ad respiscendum, deluforie à Deo ad pœnitentiam invitaretur; sicut delinquitatur cæcus ad videndum? Quo quid absurdius?

2 *Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscunque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.*

Citra Christi gratiam, quæ principium efficax est omnis boni, (hoc est extra gratiam efficacem) adhuc homo adjutus gratia sufficienti exercere potest actus virtutum supernaturalium, tum Moralium, tum etiam Theologalium. Non est itaque gratia efficax ad omne opus bonum necessaria.

3 *In vanum, Domine præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.*

Si Deus in vanum præciperet, quando denegat gratiam efficacem, qua dat, quod præcipit non ne factum esset præceptum pœnitentiæ, quod a Deo peccatori non respiscenti imponitur? Nonne frustranea esset gratia sufficiens, qua ei Deus eidem confert, ut respiscat? Cum tamen ea sit beneficium ingens.

4 *Ita, Domine, omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.*

Perinde quasi non esset possibilis conversio peccatoris, quando Deus gratiam illi confert sufficientem, ut respiscat, absque eo quod respiscentiam in illo operetur per gratiam efficacem.

5 *Quando Deus non emollit eor per interiorem unctionem gratiæ suæ, exhortationes, & gratiæ exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.*

Adhortationes, & gratiæ exteriores non deserviunt ad obdurandum eor peccatoris, quin potius ad emolliendum: quamvis aliquando ex defectu propriæ cooperationis de facto non emolliatur, & gratia tunc temporis collata sit ineficax.

6 *Discrimen inter fœdus Judaicum, & Christianum est, quod in illo Deus exiguam fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in sua impotentia; in isto vero Deus peccatori dat, quod jubet, illum sua gratia purificando.*

Erroneum est hujusmodi discrimen: cum etiam in Judaico fœdere contulerit Deus gratiam sufficientem ad non peccandum, nec relinquerit Deus Judæos in impotentia ad bene operandum. Commentitium parsiter est, quod semper Deus in Christiano fœdere sua gratia det quod jubet: sæpe enim quod jubet non petitur, non quidem ex defectu gratiæ, sed ex nostra culpa. Denique falsum est, peccatorem gratia divina semper purificari: cum sæpe adjungatur, quin purificatio sequatur vitio voluntatis.

7 *Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit ejus propriæ infirmitati imponendo ipsi suam legem? Quæ non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit a nobis?*

Erroneum est, quod Deus reliquerit in veteri fœdere Judæos in sua infirmitate destitutos gratia sufficienti ad salutariter operandum. Quomodo peccassent legem transgrediendo si illam implere non potuissent? Erroneum pariter est, tam quod in Christiano fœdere Deus nu donet quod petit à nobis, ut non requiratur ad illud ponendum libera nostra cooperatio: quam quod semper nobis detur gratia efficax, ut petatur, quod Deus petit à nobis, quinimo sæpe ex nostra culpa, non ex defectu gratiæ sufficientis, illud non ponitur, nec Deus nobis dat quod petit à nobis.

8 *Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novitatis, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.*

Novum fœdus non reddit nos participes gratiæ per Christum collatæ per hoc, quod

D-tis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Deus semper suæ gratiæ operetur in nobis id quod præcipit, quasi vero nulla alia gratia Christi fidelibus detur præter efficacem; cum sæpe detur gratia sufficiens ad ponendum, quod præcipitur, quia tamen illud nobis reluctantibus ponatur.

9 *Gratia Christi est gloria suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum qua nunquam illum abnegamus.*

Gratia Christi est quidem suprema, quatenus sine illa salutariter Christum confiteri non possumus. sed falsum est, quod cum ea gratia ad Christum confitendum sufficiente, nunquam illum abnegemus.

10 *Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.*

Everteret libertatem, atque adeo meriti nos redderet incapaces gratiæ, si illi non possemus obluctari, ejusque effectum impedire, ac retardare.

11 *Gratia non est aliud, quam voluntas Omnipotentis Dei jubentis, & facientis, quod jubet.*

Nèque est verum, quod gratia sit Dei voluntas nobis extrinseca; neque est verum, quod vi gratiæ semper fiat quod Deus jubet, quin unquam gratiæ culpabiliter rebitamus.

12 *Quando Deus vult salvare animam; quocunque tempore quocunque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.*

Cum Deus velit omnes homines salvos fieri; nec tamen omnes salventur, confectarium est, quod fæne Deus velit plurimos homines salvos fieri, quin sequatur effectus salutis æternæ indubitabilis.

13 *Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tamen interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit.*

Si res ita se haberet, nunquam gratiæ voluntas humana culpabiliter reftagaretur, in vacuum illam recipiendo.

14 *Quantuncunque remotus à salute se peccato obstinatus, quando Jesus se ei videndum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet, ut se dedat, accurrat, sese humiliet, & adoret Salvatorem suum.*

Non ne lumine suæ gratiæ salutari sese videndum exhibuit Deus Judæ, alusque obduratis peccatoribus, quin tamen isti se dederint, ac curserint, sese humiliarint, adorarintque Salvatorem suum?

15 *Quando Deus mandatum suum, & suam æternam locutionem comitatur unctione sui Spiritus, & interiori vi gratiæ suæ, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.*

Jansenius est error, quod nunquam interiori gratiæ in natura lapsa resistamus, atque adeo quod Deus semper operetur in corde humano obedientiam, quam petit, quoties mandatum suum, & suam æternam locutionem comitatur unctione sui Spiritus, & interiori vi gratiæ suæ.

16 *Nulla sunt illecebræ, quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil resistit Omnipotenti.*

Etsi Deus omnipotentissimam habeat potestatem inclinandorum quo libet cordium, ut loquitur Augustinus; nihilominus sæpissime homines illecebris gratiæ, aplique Omnipotenti resistunt, transgrediendo ejus mandata seducti ab illecebris hujus sæculi, esto sæpe etiam à videntibus gratiæ illecebris ad obediendum alliciantur.

17 *Gratia est vox illa Patris, quæ hominem interius docet, ac ei venire facit ad Jesum Christum, quicunque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus est doctus à Patre.*

Erronee dicitur, quod qui non discit, nec venit ad Christum, nullatenus edoceatur à Patre, & gratiæ splendore illustretur. Gratia quippe, quæ interius homines docet, non cogit illos, ut ad Christum veniant; sed solum alliciat ac trahit quantum est in se, etiam reluctantes.

18 *Semen Verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.*

Si semper fructum suum afferret semen Verbi à gratia divina irrigatum, quomodo posset Deus verbis illis Isaiæ 5. conqueri: *Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas?*

19 *Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas: hoc est id ipsa, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus fuis Scripturis.*

Dei gratia actualis [de qua hic est sermo] neque est nobis extrinseca, ut est Dei voluntas neque est omnipotens, seu irresistibilis.

20 *Vera gratiæ idea est, quod Deus velit sibi à nobis obediri, & obediatur; imperat & omnia fiunt, loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi subjecta sunt.*

Si semper ac Deus vult sibi obediri, obediretur, nunquam homines gratia divina instructi ejus mandata transgrederentur. Quod si deesset peccatoribus gratia ad obediendum necessaria, ac sufficiens, satue exprobraretur, quod non obtemperarent.

21 *Gratia Jesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote qua est operatio voluntatis Omnipotentis, sequelæ, & imitatio operationis Dei incarnandi, & resuscitantis Filium suum.*

Gratia Dei non est talis, ut nunquam illi culpabiliter resistatur: propterea non est imitatio operationis divinæ incarnantis, ac resuscitantis Filium suum; hæc enim operatio uni Deo ascribitur; operatio vero Gratiæ est cum concursu libero voluntatis creatæ.

22 *Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius voluntatis consensu, demonstratur illico nobis in Incarnatione, velut in fonte, atque archetypo omnium aliarum operationum misericordiæ, & gratiæ, quæ omnes ita gratuitæ, atque ita dependentes à Deo sunt, sint ipsa originalis operatio.*

Toto Cœlo discordat operatio Dei incarnantis Filium suum ab operatione Gratiæ: Illa quippe fuit necessaria Humanitati assumptæ; hæc vero est libera voluntati, quatenus libere cum gratia consensus salutaris ponitur à voluntate.

23 *Deus ipse nobis idem tradidit omnipotentis operationis suæ gratia, eam significans per illam, qua Creaturas e nihilo produxit, & mortuos reddit vitam.*

Deus creaturas è nihilo extrahit, & mortuos ad vitam revocat exercendo suam dunraxat libertatem; at peccatores non resurgunt ad vitam gratiæ habitualis, nisi gratiæ actuali misericordiæ à Deo collatæ ipsi etiam libere cooperentur.

24 *Justæ ideæ, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Jesu Christi, in sanandis corporibus solo motu suæ voluntatis, est imago ideæ, quæ habere debet de Omnipotentia suæ gratiæ in sanandis animabus à cupiditate.*

Christus Dominus in sanandis corporibus utitur solo motu suæ voluntatis; sed in sanandis animabus à sua cupiditate requirit nostrum liberum consensum; ut proinde corpus ad suam sanitatem mere passive se habeat, anima vero etiam active relate ad suam.

25 *Deus illuminat animam, & eam sanat aque ac corpus sola sua voluntate; jubet, & ipsi obtemperatur.*

Deus sanat corpus sola sua voluntate: contra vero animam illuminat sua gratia actuali humani intrinseca, ita ut eum ea debeat voluntas libere cooperari, ut fatetur; propterea sæpe Deus jubet, quin à nobis obtemperetur.

26 *Nulla datur gratia, nisi per Fidem.*

Quis neget etiam Infidelibus à Deo gratiam dari, qua ad Fidem ample&tendam alliciantur, atque ad illam live proxime, live remote disponantur? Aliter quomodo peccatores respuendo Fidem, si carerent gratia necessaria, qua possent ad Fidem venire?

27 *Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.*

Si etiam Infidelibus Deus misericorditer gratiam elargitur, qua possint ad Fidem venire, consectarium est, quod Fides non sit prima gratia. Esto Fides in quantum est libere imperata ab actu libero supernaturali piæ affectionis ad illam, sit (ut habet Tridentin. sess. 6. cap. 8.) *Humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis.*

28 *Prima gratia, quam Deus concedit Peccatori, est peccatorum remissio.*

Gratia actualis, qua peccator ad pœnitentiam invitatur, antecedit peccatorum remissionem, quæ habetur per gratiam habitualem. atque adeo non est prima peccatoris gratia peccatorum remissio.

29 *Extra Ecclesiam nulla concedituv gratia.*

Extra Ecclesiam sunt Infideles, Schismatici, Hæretici, Excommunicati; & tamen Deus gratiam illis confert, ut possint ad Ecclesiæ gremium confugere: Aliter manendo in sua infidelitate non peccarent, deesset quippe iis gratia ad ejurandam infidelitatem necessaria.

30 *Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.*

Si res ita se haberet, nemo damnaretur, cum de fide sit, Deum quantum est ex se velle omnes homines salvos fieri.

31 *Desiderio Christi semper habent suum effectum, pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.*

Desiderio Christi Domini sæpe sunt efficacia, solum quantum est ex parte sua; sed inefficacia sunt vitio voluntatis, quæ gratiæ rebitit; & ideo non semper habent effectum suum, nec semper intimo cordium infertur pax, quam Christus nobis exoptat.

32 *Jesus Christus se mavi tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine Primogenitos, ideft Electos, de manu Angeli exterminantis.*

Christi Domini Sanguis pretiosissimus effusus est, non ad liberandos duntaxat Electos, sed ad omnes omnino liberandos à Dæmonis captivitate: Dicitur enim 1. Joh. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi.*

33 *Probe quantum oportet bonis terrenis, & sibimetipsis renuntiasse, ad hoc ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Jesum, ejus amorem, mortem, & mysteria, ut fecit Sanctus Paulus dicens: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

Errat Quesnellus, tam si velit, ad fiduciam habendam appropriandi sibi Christi amorem, & mortem requiri, quod bonis terrenis omnino nunciem remittamus, non solum affectu, sed etiam effectu; quam si velit, oportere, ut homo sibimet renunciet, ita ut peccet; si Deo famuletur instituto meritedis æternæ: Sicut etiam si putet, ad hanc fiduciam habendam opus esse, ut simus à Deo dilecti, & electi, sicut sunt.

fuit Apostolus; et an etiam reprobi possint, ac teneantur in Christi meritis habere fiduciam suę salutis æternæ.

34 *Gratia Adami non producebat nisi merita humana.*

Gratia Adamo collata in statu naturæ innocentis non est essentialiter distincta gratiæ, quæ per Christum nobis confertur in statu naturæ lapsæ: Neutra itaque produxit merita humana, hoc est humanæ naturę debita; sed utraque produxit merita indebita naturæ humanæ ac supernaturalia: Alter gratia, ut loquitur Apostolus, non esset gratia.

35 *Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita naturæ sanæ, & integræ.*

Si gratia Adamo collata in statu naturæ sanæ, & integræ, esset sequela creationis, & tali naturæ debita, sequeretur, quod Gloria, & Dei visio non esset bonum humanæ atque Angelicæ naturæ omnino indebitum, & supernaturale.

36 *Differentia essentialis inter gratiam Adami, & statu innocentiæ, ac gratiam Christianam est, quod primum unusquisque in propria persona receperit: ista vero non recipitur, nisi in persona Jesu Christi resuscitati, cui nos uniti sumus.*

Gratia Adamica, quæ dicitur sanitatis, collata Adamo in statu naturæ innocentis, & Gratia medicinalis, quæ homini confertur in statu naturæ lapsæ, non differunt essentialiter, ita ut illa cum libero arbitrio cohæreret, illa non item; sed sit irresistibilis. Sicut neque est verum, quod Gratia sive actualis, sive habitualis in persona Christi recipiatur; cum nobis ex Tridentino inhæreat.

37 *Gratia Adami, sanctificando illum in semetipso, erat illi proportionata. Gratia Christiana nos sanctificando in Jesu Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.*

Gratia Adamica in statu naturæ innocentis non fuit illi proportionata, hoc est debita: neque Gratia Christiana est omnipotens, ita ut nunquam illi in statu naturæ lapsæ resistamus.

38 *Peccator non est liber, nisi ad malum, sine gratia Liberatoris.*

Peccatum non admittit liberum arbitrium, ita ut sine Gratia Liberatoris nequeat homo, dum peccat, à culpa abstinere, aut bonum prosequi. Quomodo enim peccare potest, qui destitutus est libertate ad non peccandum?

39 *Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum; ardoris, nisi ad se præcipitandum; virium, nisi ad se vulnerandum; est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.*

Sine gratia superna voluntas libera est ad aberrandum, ad non se præcipitandum, & vulnerandum; & capax est ad prosequendum bonum ordinis naturalis.

40 *Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.*

Etiam sine gratia supernaturali possumus bonum prosequi, imo Deum ipsum amare amore naturali, qui certe non est ad nostram condemnationem, quamvis non sit salutaris, ac supernus.

41 *Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis, non potest venire nisi à Deo, & sine gratia non producit, nisi præsumptionem, vanitatem, & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectionis adorationis, gratitudinis, & amoris.*

Cognitio Dei naturalis tamen abest, ut sine gratia supernaturali producat vanitatem, præsumptionem, & oppositionem ad Deum, ut potius natura sua excitet ad actus naturales adorationis, gratitudinis, & amoris erga illum.

42 *Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium fidei, sine hoc nihil, nisi impuritas, nihil, nisi indignitas.*

Erroneum est, quod sine fide supernæ sacrificio nihil in nobis fit, nisi impuritas, & indignitas; cum possit voluntas mundita, duntaxat cognitione naturali de divina bonitate, non solum à culpis abstinere, sed etiam ad Dei dilectionem naturalem, & ad virtutis professionem incendi.

43 *Primus effectus gratiæ baptismalis est facere, ut moriamur peccato; adeo ut spiritus, car, sensus non habeant plus unze pro peccato, quam bono mortui habent præbendi.*

Jovinianæ hæreseos fuit, quod gratia baptismalis reddat hominem impeccabilem, ea quippe peccatum penitus destruit, non tamen potentiam ad peccandum, neque concupiscentiam, quæ, ut habet Tridentinum, ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

44 *Non sunt, nisi duo amores, unde voluntates, & actiones omnes nostræ nascuntur: Amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quamvis Deus remuneratur: & Amor, quo nos ipsos, ac Mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc malus.*

Ethnici virtutum virtutes Morales excludere Quærinelus, ut hæreticus damnatus Bajus, & Jansenius. Nonne amor sui, amor proximi, & amor cicatricum peterunt vacare culpa, imo esse laudabiles, quamvis non sint amor Dei, nec ad Deum actu, & formaliter referantur? Quis non videt actus Religionis, patientiæ, pietatis, nec non spei supernaturalis esse laudabiles, quamvis ad actus Charitatis sublimitatem non pertingant?

45 *Amo-*

45 *Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat.*

Quasi vero in corde peccatoris, ubi non amplius regnat charitas, debeat ibi cupiditas regnare, ut omnes ejus actus sint peccaminosi, nec possit peccator quicquam boni facere, ac

46 *Cupidita , aut Charitas , bonum, vel malum facient.*

Circumscripta charitate, adhuc actus sensuum potest esse bonus per actus ab aliis virtutibus imperes , puta misericordiæ, justitiæ, mortificationis, pœnitentiæ, & similes; aliter peccator jejunando , eleemosynando illipem , restituendo alienum , peccat ; Quo quid absurdius?

47 *Obedientia legis præstare debet ex fonte, & hic finis est Charitas. Quando Dei amor est illius principium interius , & Dei gloria ejus finis , tunc parum est , quod appareat exterius ; alioquin non est , nisi hypocrisis , aut falsa justitia.*

cens. *Non est vera legis obedientia , sua sit sine charitate.* Ea iterum ita hæc thesi velut ex Erebo emergit.

48 *Quid aliud esse possumus , nisi tenebræ , nisi abominatio, & nisi peccatum , sine fide lumine fine Christo, & sine Charitate?*

Bajus pariter in trigesima quarta ex suis proscriptis thesibus idem effutiebat, dicendo: *Omne quod agit peccator , vel servus peccati, peccatum est.* Sicut etiam in 39. cruciabat: *In omnibus juris actibus peccator servit dominantis cupiditati.*

49 *Ut nullum peccatum est fine amore nostri, ita nullum est opus bonum fine amore Dei.*

Ex Trid. sess. 6. can. 21. colligat, non solum non peccare, sed etiam bene operari, qui propter mercedem æternam operatur. Sic etiam bene operatur, qui curens amore Dei diligit proximum, audit Sacrum, jejunat. Potest itaque dari opus bonum sine amore Dei.

50 *Eruditi clamamus ad Deum, Pater mi: si spiritus Charitatis non est ille, qui clamat.*

Dei pientissimi invocatio , fiducia in eius amore paterno, orationes, suspiria, quamvis ex fonte charitatis non promanent, adhuc conferunt ad charitatem, & justificationem impetrandam, ac de congruo promerendam, si pre- ad auxilio superno : non sunt frustra.

51 *Fides justificat, quando operatur ; sed ipsa non operatur , nisi per charitatem.*

Neque verum est , quod fides ullatenus justi- , nih tantum dispositive : neque verum est , quod fides solum per charitatem oper- fur : peccator liquidem charitate destitutus , adhuc

52 *Omnia alia salutis media continentur in fide, inque merito sui germine, & semine: sed hæc fides non est absque amore, & fiducia.*

Erroneum est, quod omnia salutis media in fide contineantur. Si quidem ad fidem præsse debet pia affectio ad illam; & alia salutis media ad fidem consequuntur, non vero illa sunt entu Erroneum pariter est, quod fides nunquam sejungatur à charitate, necnon à fiducia, seu sp Quamvis enim spes non sejungatur à fide, a qua fundatur; falsum tamen est, quod fides nunquam sejungatur à spe.

53 *Sola Charitas Christiana modo sacrificii Christi suas per relationem ad Deum, & Jesum Christum.*

Scripturis, Conciliis, Patribus, & rationi repugnatur, quod præter Charitatem nulla alia detur virtus, qua fiant operationes fructuosæ, Deo ac Christo gratæ. Nonne virtutes aliæ Theologales Fidei, & Spei, ac Virtutes Morales, circumscripta relatione ad Deum, & Jesum Christum, actiones Christi nobis operantur?

54 *... eam solam Deus audit.*

Etiam actibus fidei, spei, timoris, pœnitentiæ, orationis &c. Deum alloquitur; ac Deus ... nostros affectus, & ... diter audit.

55 *Deus coronat, nisi Charitatem ; qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vanum currit.*

Aliarum etiam virtutum actus Deus coronat; ac peccator non currit in vanum, qui ex aliarum virtutum impulsu, ac motivo cur-

56 *Jesus non remunerat nisi Charitatem, quæ ipsam Charitas sola Deum honorat.*

Deus etiam actus fidei, spei, misericordiæ, pœnitentiæ, & similes remunerator, & ab iisdem etiam honoratur.

... a tor charitate deficiente actus eliciere tam supernaturales cum auxilio ... tiæ, quam naturales nulla superna gratia adjutrente pariter est , quod sine Dei amore. *Et sine charitate*, spes supernaturalis reperiri non possit.

58 *Nec Deus est, nec Religio, ubi non est Charitas.*

Quasi vero non possit peccator Charitate denudatus Deo adhærere per actus fidei, ac spei, illamque per actus Religionis colere; & sic

ad

Nonne innumeri justi, & culpæ cujusvis immunes, à Deo in hac vita affligantur ob altos fines suæ Providentiæ, præsertim ut tolerantia pœnarum ad spiritualem profectum, & ad æternæ gloriæ incrementum conferat? Beatissima Virgo Regina fuit Martyrum, & prorsus immaculata.

71 *Homo ob sui conservationem potest se dispensare ab aliqua, quam Deus condidit propter ejus utilitatem.*

Immensum æstimum laxitati aperiretur, si quilibet posset secummet dispensare à legibus in propriam hominum utilitatem à Deo conditis. Potuisset Susanna citra culpam in adulterium cum Senioribus consentire; licet posset quis petere, & fidem abnegare, ad declinandum mortem à Tyranno intentatam, & sic de aliis legibus.

72 *Nota Ecclesiæ Christianæ est, quod sit Catholica, comprehendens & omnes Angelos Cœli, & omnes Electos, & justos terræ, & omnium sæculorum.*

Vult Quesnellus juxta Hæresim Calvinianam, in hac, & aliis proxime sequentibus Thesibus excludere ab Ecclesia visibili Catholica peccatores, ut æstimat se, suosque Atheclas à Prælatorum, ac Pontificum jurisdictione, si forte in peccatum aliquod ipsi inciderint. Falsè etiam in hac Thesi dicuntur Angeli spectare ad Ecclesiam visibilem. Fallum denique est ad eandem spectare Electos, & Justos omnium sæculorum: Si enim nunc sint Infideles, Hæretici, aut excommunicati, ad Ecclesiam nunc non pertinent, quamvis futuri sint justi.

73 *Quid est Ecclesia, nisi omnes Filiorum Dei manentium in ejus sinu, adoptatorum in Christo, subsistentium in ejus persona, redemptorum ejus sanguine, vivificatorum ejus spiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri sæculi?*

Etiam peccatores, ac reprobi, si sint bapt. simo insigniti, ad Ecclesiam constituendam spectant. Et sunt legitimi Pastores, etiam qui forte in culpam inciderint, aut sint reprobi. Aut certè incerta esset Pastorum jurisdictio; cum incertum sit, num sint electi, an reprobi. Falsum pariter est, quod adoptati subsistant in persona Christi Domini.

74 *Ecclesia, seu integer Christus, Incarnatum Verbum habet ut Caput, omnes vero Sanctos ut membra.*

Ecclesia est Cœtus hominum veram fidem professionum, ac mentium Sacramentis à Christo Domino institutis sub regimine Prælatorum, ac præsertim Pontificis Christi in terra Vicarii. Propterea Ecclesia non est integer Christus; hic enim est solum Ecclesiæ caput, & institutor, quin subsit regimini sui Vicarii, nec sit Sacramentorum susceptor. Quod si solum Sancti, utpote Christi membra, Ecclesiam constituerent, Pastores, qui facile à malignis notari possent, quod culpam aliquam patrarint, jurisdictione carerent.

75 *Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est Caput, vita, subsistentia, & persona; unus solus Christus, compositus ex pluribus Sanctis, quorum est Sanctificator.*

Ecclesia non est unus solus homo compositus ex Sanctis, sed conficitur etiam à peccatoribus: Nec Christus est Sanctorum subsistentia, ac persona.

76 *Nihil spatiosius Ecclesia Dei, quia omnes Electi & Justi omnium sæculorum illam componunt.*

Electi, qui erunt justi, si nunc sint Infideles, vel excommunicati, Apostatæ, aut Catechumeni, nunc ad Ecclesiam constituendam non spectant; ad hanc vero spectant etiam peccatores, reprobi si sint actu fideles.

77 *Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, & membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre, & Christum pro Capite.*

Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, desinit quidem habere gratiam, seu Filiationem Dei adoptivam, ac desinit habere Christum pro Capite, in quantum hic influit in membra viva, sicut vitis in palmites: Sed non desinit habere Deum pro Patre, in quantum retinet ejus doctrinam, ac fidem; nec desinit habere Christum pro capite quoad influxum auxiliorum, ut per gratiam vivificetur. Propterea etiam peccatores fideles Ecclesiam militantem constituunt, cum non sint membra abscissa, ut sunt excommunicati.

78 *Separatur quis à Populo Electo, cujus figura fuit Populus Judaicus, & Caput est Jesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, & quam non credendo Evangelio.*

Separantur quidem à populo electo, nempe ab Ecclesia, qui non credunt Evangelio, seu Infideles; non tamen qui non vivunt secundum Evangelium, seu peccatores, si veram fidem professentur, ac utantur Sacramentis à Christo Domino institutis sub Prælatorum regimine, ac præsertim Vicarii Christi Domini. Ecclesia enim instar sagenæ missæ in mare bonos simul & malos pisces accipit, ut habetur in Evangelio.

79 *Utile, & necessarium est omni tempore, omni loco, & omni personarum generi studere, & cognoscere spiritum, pietatem, & Mysteria Sacræ Scripturæ.*

Antiquæ hæreses in hac, & proxime sequentibus Thesibus à Quesnello excitantur. Si Vu cui-

cuivis personarum generi necesse esset studere omni tempore & loco Bibliis Sacris, maxima fidelium pars esset in statu damnationis : Et Ecclesia erraret, verando, ne omnibus indiscriminatim lectio Sacrarum Scripturarum vulgari lingua permittatur, si talis lectio omnibus esset utilis, ac necessaria.

80 Lectio Sacræ Scripturæ est pro omnibus.

Explicatio Sacrarum Scripturarum, quæ sit singulis festis per Parochos, & concionatores, prout præcipit Tridentinum, est professio pro omnibus; non tamen earundem lectio, cum ea non sit ad captum omnium.

81 Obfuscatus sanctæ verbi Dei non ossi Laicis ratio dispensandi se ipsos ab ejus lectione.

Obturatus sanctæ verbi Dei est in causa, cur non omnibus laicis, etiam idiotis, ac fœminis, talis lectio permittatur; ne in foveam aberrando incidant, si non facem præferat doctus interpres.

82 Dies Dominicus à Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, & super omnia Sanctarum Scripturarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectione retrahere.

Dies Dominicus sanctificari quidem debet operibus pietatis, non tamen ab omnibus lectione Sacrarum Scripturarum : Idiotis quippe, ac fœminis explanatio mysteriorum fidei per Parochos, & Concionatores facienda est. Nec est damnosum, sed utile istos ab ea lectione retrahere, & ad audiendos Parochos, ac Concionatores mittere, quoties legendo Scripturas ob ingenii tarditatem errores potius haurire possunt, quam Catholicas veritates.

83 Est illusio sibi persuadere, quod acerbitas Mysteriorum Religionis non debeat communicari fœminis, lectione sacrorum librorum. Non ex fœminarum simplicitate, sed ex superba virarum scientia, ortus est Scripturarum abusus, & natæ inde hæreses.

Communicanda præsecto sunt fœminis mysteria fidei; at non lectiones Bibliorum, quæ illarum captum superant. Sicut ex superba virorum scientia, ita etiam ex fœminarum simplicitate sæpe hæreses ortæ sunt (ut advertit Div. Hieronymus) & Scripturarum abusus.

84 Abripere à Christianorum manibus novum Testamentum, seu eis aliud clausum tenere, auferendo eis modum aliter intelligendi. est illis Christi os obturare.

Tunc os Christi veluti obturaretur abripiendo ab idiotarum manibus novum testamentum, quoties deessent in Ecclesia Ministri Christi Dom. qui ad illorum captum se accomodarent, explicando mysteria novi testamenti.

Interdicere Christianis lectionem Sacræ Scripturæ, præsertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, & facere ut patiantur speciem quandam excommunicationis.

Interdicere indoctis lectionem Scripturarum, à qua obtenebrari potius possent, quam illustrari, non est interdicere usum luminis filiis lucis; sed est velle, ut in sacra obscuritate Verbi Dei adeant Parochos, & Concionatores, qui sacem præferant, ne in foveam errorum cadant. Hinc Christus Dom. voluit per vocem Apostolorum doceri omnes Gentes. Et Eunuchus (Actorum 8.) Reginæ Æthiopum Philippo dicenti, *Putasne intelligis, quæ legis?* apte respondit : *Quomodo possum, nisi aliquis ostenderit mihi?*

86 Eripere simplici populo hoc solatium, jungendo vocem suam vocibus totius Ecclesiæ, est actus contrarius praxi Apostolicæ, & intentioni

Vetare, ne vernacula lingua publice divinæ officia legantur, & canantur, consonat praxi Apostolorum, ac intentioni Dei. Etenim Apostoli annunciarunt quidem Evangelium linguis earum Gentium, quibus prædicabant, sed non scripserunt illud eorum linguis; cum solum Hebraice, & Græce scripserint; & juxta nonnullos D. Marcus Evangelium scripsit Latine. Nec aliter opportebat divina oracula scribi, ac divina officia peragi, quam lingua aliqua communissima, ne passim errores subreperent.

87 Modus plenus sapientia, lumine, & Charitate, est dare animabus tempus portandi suum humiliatæ, & sentiendi statum peccati, petendi spiritum pœnitentiæ, & contritionis, & incipiendi, ad minus, satisfacere justitiæ Dei, antequam reconcilientur.

Erat, & vehementer erat Confessarius, si velit pœnitentibus dare tempus sentiendi statum peccati. Deber illos statim ad contritionem, ac ad reconciliationem cum Deo excitare, & absolutionem Sacramentalem rite disposito statim juxta praxim Ecclesiæ impertiri. Tunc solum illam differre debet, quando Medicus existimat id expedire; quod non sæpe contingit: unde universim non debent pœnitentes saltem incipere satisfactionem, antequam absolvantur.

88. Ignoramus quid sit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & detrectamus separationis istius ferre confusionem.

Ex notitia gravitatis offensæ divinæ, ac veræ pœnitentiæ, provenit, quod peccator velit illico ad Dei misericordiam confugere, & in possessionem honorum amissorum restitui; non detrectando tamen confusionem, quod tam

tam bonum Dominum, & tam benignum Patrem offenderit.

89 Quartus decimus gradus conversionis peccatoris est, quod, cum sit amreconciliatus, habet ut absistendi Sacrificio Ecclesiæ.

Erat, supponendo peccatorem quemcunque ante reconciliationem non posse (atque adeo non debere diebus festis) sacrificio assistere ad exhibendum Deo exteriorem cultum, & ad implorandum fructum sacrificii, ut posse supernis auxiliis adjutus contori, & culparum sordibus emundari.

90 Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet. ut eam exerceat per primos Pastores de consensu, saltem præsumpta, totius Corporis.

Si ad excommunicationem ferendam requireretur consensus, saltem præsumptus, totius Ecclesiæ, atque adeo etiam laicorum, innumera sequerentur absurda. Ex Trid. *sess* 25. c. 3. in omnis Episcopi arbitrio & conscientia id positum est. Multo magis à veritate abhorret quod auctoritas excommunicandi ab Ecclesia, atque adeo etiam à Laicis, per primos Pastores exercearur.

91 Excommunicationis injustæ metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro : Nunquam eximit ab Ecclesia, etiam quando hominum sequitur, videmur ab ea impulsi, quando ea Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per Charitatem adjungimur.

Id vero est de excommunicatione evidenter injusta, non vero de illa, quam superior censet esse justam, & subditus communiter præsumit injustam. Si tamen excommunicatio sit subdito dumtaxat evidenter injusta, non tamen omnibus, adhuc servanda est ad scandalum vitandum. Quod si solum probabiliter à subdito putetur esse injusta, absolute servanda est, ita ut judicium superioris judicio subditi prævaleat.

92. Pars potius in pace excommunicatorum, & anathema injustum, quam prodire veritatem, est imitari Sanctum Paulum. tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere unitatem.

Contra auctoritatem Ecclesiæ se erigit, & unitatem scindit, qui vult potius pati excommunicationem, quæ à Prælato creditur justa, & à subdito dicitur esse injusta, quam præceptis Prælatorum obtemperare. Hinc non dicitur prodire veritatem, sed captivare intellectum in obsequium fidei, qui damnat ut erroneas theses à Pontifice ex cathedra damnatas, esto per hallucinationem ipse falsitatem non deprehendat.

93 Jesu quandoque sanat vulnera, quæ præcepti Primorum Pastorum festinatio infligit, sine ipsius mandato : Jesus restituit, quod ipsi incunsiderate zelo resciderunt.

Christus Dom. non sanat vulnera à Pastoribus inflicta, quando illi per excommunicationem separant ab Ecclesia refractarios; quamvis aliquando ex... municatio ex odio, & inconsiderato zelo feratur, dummodo feratur ratione habiliter & juris ordine servato. Hinc D. Gregorius, *Sententia Pastoris*, inquit, *sive justa, sive injusta, timenda est.*

94 Nihil pejorem de Ecclesia opinionem ingerre ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri supra fidem fidelium, & foveri divisiones propter res, quæ nec fidem lædunt, nec mores.

Nonnisi delirando Ecclesia Christi sponsa ac dilecta dici potest, quod cum scandalo exerceat dominatum supra fidem fidelium, & foveat divisiones propter res, quæ ad fidem, aut mores non spectant: Quasi vero non sufficiat ad fidem, ac mores damnare Jansenianas theses, ac præscribere modum, quo debeant ejurari.

95 Veritates eo devenerunt, ut sint linguæ quasi peregrinæ plerisque Christianis, & modus eas prædicandi est veluti idioma incognitum : adeo remotus est à simplicitate Apostolorum, & supra communem captum fidelium : neque satis advertitur, quod hic defectus sit unum ex signis maxime sensibilibus senectutis Ecclesiæ, & iræ Dei in filios suos.

Delirium patitur est, quod Ecclesia, quam Christus Dom. fundavit, senescere aliquando possit; quodque Catholicæ veritates sint plerisque lingua peregrina, & modus eas prædicandi sit idioma incognitum, siquæ remotus à simplicitate Apostolorum, & supra captum fidelium. Possunt quidem multi ex Concionatoribus in hoc deficere, non tamen ipsa Ecclesia.

96 Deus permittit, ut omnes Præsulatus sint contraria Prædicationibus veritatis, ut ejus victoria attribui non possit, nisi divinæ gratiæ.

Si nomine Prædicationum veritatis intelligat Quesnellus Jansenianos, commentitium est quod sint veritatis. Prædicatores, dum prædicant theses ab Ecclesia damnatas; & Deus non permittit, sed vult, Prælatos omnes esse illis contrarias. Sin intelligat Concionatores Evangelicos, & Pastores, commentitium est, quod Prælatos omnes sint iis contrarii; cum non possit Ecclesia deficere.

97 Nimis sæpe continguit membra illa, quæ magis sancte, ac magis stricte unita Ecclesiæ sunt, dejici, atque erectari tanquam indigna, ut sint in Ecclesia, vel tanquam ab ea separata; sed Jesus unxit ex fide, & non ex opinione hominum.

Si nomine illorum membrorum veniant Jansenani, qui sunt Ecclesiæ rebelles, quomodo dici potest, quod sint sancte, ac stricte unita Ec-

cleſiæ, cum ſint membra per excommunicationem abſciſſa? Sit veniam juſti & Martyres, quicumque dici poteſt, quod nimis ſæpe tam indigne ab Eccleſia tractentur? Nonne Eccleſia ipſa ſic tractando ipſos errantes?

58 *Status perſecutionis, & panorum, quas quis tuleras. tanquam Hæreticus, flagitioſus, & impius, ultima plenumque probatio eſt, & maxime meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jeſu Chriſto.*

Nec poteſt Eccleſia quenquam habere ut hæreticum, ſi non ſit talis, nec eſt meritorium velle hanc calumniam pati.

59 *Pervicacia, præſumtio, abſtinuit in valendo, aut aliquid examinare, aut agnoſcere ſe fuiſſe deceptum. mutant quotidie quæ ſemel tuentur in odorem mortis id, quod Deus in ſua Eccleſia poſuit, ut in ea eſſet odor vitæ, v. g. bonas libros, inſtitutiones, ſanctos exempla, &c.*

Poterat inferri adverſus Eccleſiam prævalerent, ſi talis pervicacia, nec non præſumtio, & abſtinatio poſſet in illam cadere, ac mutare in odorem mortis, quæ Deus poſuit in odorem vitæ, videlicet damnando hæreſes Janſenianas, quæ certe non ſunt in odorem vitæ, ſed Mephitim ſuffocantem exhalant.

100 *Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, perſequendo veritatem, ejuſque diſcipulos. Tempus hoc advenit. . . . Habere, & exulari à Religionis Miniſtris, tanquam impium, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, rapax convumpendi omnia in ſuccincte Cauſſarum, eſt hominibus piis morte turpiori mors terribilior. Fruſtra quis ſibi blandiatur de ſuarum intentionum puritate, & zelo quodam Religionis, perſequutionis flamma, ſervique viros probat, ſi propriæ paſſione eſt excæcatus, aut abreptus aliena, præſertim quod nihil vult examinare. Frequenter credimus ſacrificare Deo impium, & ſacrificamus Diabolo Dei Servum.*

Et ne poteſt, quod Eccleſia Dei veritatem perſequatur, & quod à Religionis Miniſtris viri pii tanquam membra putrida habeantur? Pariter portæ inferi adverſus Eccleſiam prævalerent, ſi Pont fex ex Cathedra ſequens adverſus Janſenianos propria paſſione excæcatus, aut aliena abreptus nihil vellet examinare, antequam Theſes damnet tanquam erroneas, velletque earum Auctorem tanquam impium per extorem habere, ac anathematizare.

101 *Nihil ſpiritui Dei, & divinæ Jeſu Chriſti magis oppenitur, quam communia facere ſacramenta in Eccleſia, quia hæc eſt multiplicare occaſiones peccandi, aequeos tendere infirmi, & idiotæ, & efficere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deſeratur confuſio impietatis.*

Juramenta, quæ ab Eccleſia exigutur, dum Janſeniſmi præſcripto formulæ ſubſcribunt, neque Spiritui Dei, neque deſiderio Chriſti Dom. adverſantur; Juramentum quippe eſt actus religionis, ubi ſures habeas comites, Veritatem, Judicium, & Juſtitiam; ac paſſim ab Eccleſia in rebus gravioribus exigitur: Ex Auguſtino autem Epiſt. 118. Contra id, quod univerſalis Eccleſia facit, diſputare, *inſolentiſſima inſania eſt.*

UT autem illico percurri poſſint, tum quas paucis expoſuimus, Queſnellianæ Theſes, tum etiam aliæ ab Alex. VII. ab Innoc. XI. ab Alex. VIII. proſcriptæ, & ſic memoriæ retineri, ac in dubiis paſſim occurrentibus fratim reperiri, ſubjiciuntur, hic earum Indiculi. Per mas laconice recenſet Theſes Queſnellianas: Secundus, Tertius, & Quartus quæ à laudatis Pontificibus nigrum theta præ xum habuerunt.

INDICULUS I.

THESIUM QUESNELLIANARUM.

1 De peccatore poſt gratiam amiſſam.
2 De gratiæ neceſſitate ad omne opus bonum.
3 In vanum à Deo præcipi, quod ipſe non det.
4 Fieri non poſſe, quod Deus non operatur in nobis.
5 Gratiæ exteriores ſine interiori adhuranti.
6 De diferimine inter Fœdus Judaicum, & Chriſtianum.
7 Deus

7 Deus in novo fœdere donat, quod petit; ſecus in vetere.
8 Gratia non fœderis operatur, quod Deus præcipit.
9 Ubi adſit gratia, nunquam Chriſtum abnegamus.
10 Effectus gratiæ impediri, aut retardari non poteſt.
11 Gratia facit, quod Deus jubet.
12 Inhabitabiliter ſalvatur, quem Deus vult ſalvare.
13 Interiori gratiæ voluntas nunquam reſiſtit.
14 Cedat oportet, quicunque gratia illuſtratur.
15 Gratia operatur quodcunque Deus præcipit.
16 Gratiæ illecebris nemo eſt qui reſiſtat.
17 Nullatenus eſt declus à Patre, qui non venit ad Chriſtum.
18 Divinum ſemen ſemper affert fructum ſuum.
19 Gratia eſt omnipotens Dei voluntas.
20 De vera Idea Gratiæ.
21 Gratiæ operatio imitatur operationem Incarnationis.
22 De concordia Gratiæ cum libero arbitrio.
23 Gratiæ operationem exprimit Creatio.
24 Sicut ſanantur corpora, ita Gratia ſanat animas.
25 Animam Deus ſanat ſola ſua voluntate.
26 Nulla datur Gratia, niſi per Fidem.
27 Fides eſt primus omnium gratiarum.
28 Prima peccatoris Gratia eſt peccatorum remiſſio.
29 Nulla datur Gratia extra Eccleſiam.
30 Infallibiliter ſalvantur, quos Deus vult ſalvare.
31 Chriſti deſideria ſortiuntur ſemper effectum ſuum.
32 Chriſtus ſe morti tradidit propter Electos.
33 Omnia renuncianda ſunt, ut Chriſtum nobis appropriemus.
34 Gratia Adami producebat ſuum meritum humana.
35 Dedita erat naturæ Gratia Adami.
36 Gratia Adamica, & Chriſtiana, eſſentialiter differuntur.
37 Gratia Chriſtiana eſt omnipotens, non Gratia Adami.
38 Peccator ſine Gratia eſt ſolum liber ad malum.
39 Sine Gratia voluntas eſt incapax ad omne bonum.
40 Quicquid amatur ſine Gratia, damnabiliter amatur.
41 Dei cognitio ſine Gratia gravos affectus producit.
42 Nonniſi iniquitas ſine Chriſti Gratia.
43 Baptiſmalis Gratia reddit nos peccato mortuos.
44 Inter Charitatem, & Cupiditatem, nihil mediat.
45 Regnat carnalis cupiditas, ubi non regnat Dei amor.
46 Ufus ſenſuum ſit bonus, vel malus, à Charitate, aut à Cupiditate.
47 Obedientia, ſi non proſluat ab amore Dei, eſt hypocriſis.
48 Sine Charitate nonniſi aberratio, & peccatum.
49 Nullum eſt opus bonum ſine amore Dei.
50 Fuſtra eſt Dei invocatio, quæ non ſit à Charitate.
51 Fidei operatio juſtificat, & unice habetur per Charitatem.
Fides non eſt abſque amore, & fiducia.
52 Chriſtianæ operationes unice habentur à Charitate.
53 Sola Charitas Deo loquitur, & abeo auditur.
54 Sola Charitas Deo honorat, & abeo remuneratur.
55 Deus Charitatem dumtaxat coronat.
56 Sola Charitas Deum honorat, & abeo remuneratur.
57 Totum deeſt, ubi ſpes deſit; nec datur ſpes ſine amore Dei.
58 Ubi non eſt Charitas, nec eſt Religio.
59 Oratio peccatoris eſt novum peccatum.
60 Pœnitentia orta ex ſolo metu ducit ad deſperationem.
61 Timor ſine amore juſtitiæ manum cohibet non cor à culpa.
62 Peccat, qui à malo non abſtinet, niſi timore pœnæ.
63 Qui legem adimplet ex ſolo timore, ſub lege eſt, ſicut Judæus.
64 Sub maledicto legis peccat, etiam qui ob timorem peccatum evitat.
65 Moyſes, Prophetæ, ac ejus legis Doctores nonniſi mancipia per timorem efficiunt.
66 Non appropinquamus Deo per timorem, ut beſtiæ; ſed per amorem, ut filii.
67 Timor ſervilis Deum repræſentat ut imperioſum, ac injuſtum.
68 Claudantur omnia in fide, & precibus.
69 Fides, ejuſque uſus, ac præmium eſt donum puræ liberalitatis Dei.
70 Deus nunquam affligit innocentes.
71 Ob ſui conſervationem diſpenſat ſe homo à lege conjuta in ſui utilitatem.
72 De Eccleſiæ Chriſtianæ notis.
73 Quid ſit Eccleſia?

74 Habet Ecclesia Christum ut caput, omnes Sanctos ut membra.
75 Ecclesia est ipse Christus compositus ex pluribus Sanctis, quos sanctificat.
76 Comprehendit Ecclesia omnes Electos, & Justos.
77 Peccator non habet Deum pro Patre, & pro capite Christum.
78 Peccator, non secus ac Infidelis, a populo Electo separatur.
79 Sacræ Scripturæ studium utile ac necessarium est cuilibet.
80 Lectio Sacræ Scripturæ est prohibenda.
81 Obscuritas Divini Verbi ab ejus lectione non excusat.
82 Electus hac lectione sanctificandus. Damnosum est eam impedire.
83 Etiam a feminis Sac. Biblia est evolvenda.
